NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
14
11 F
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

14. 11. F. 11

Digitized by Google

TRACTATVS
De Iudice ſuſpecto.

TAM IVDICVM, QVAM ALIORVM QVORVMCVNQVE, de quorum ſuſpicione in iudicio, & extra diſcuti ſolet, quotidianam, ac legum ſtudioſis, cauſidicis, alijſque omnibus in foro verſantibus, vtilem materiam, & neceſſariam continens.

Authore Io. Iacobo Laurentio I. C. Beneuentano.

Cum ſummarijs, & quæſtionum indice rerum, & verborum locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC VII.
Apud Georgium Variſcum.

EX SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google


IO. IACOBVS LAVRENTIVS IVRISC. ET PATRICIVS BENEVENTANVS ANNO ÆTATIS SVÆ XXXVIII
VILIVS
VIRTVTIBVS
AVRVM

ILLVSTR. ATQVE REVEREN-MO DO. D. BARTHOLOMEO CÆSIO.
S. R. E. Cardinali Ampliſsimo.

CVM in bonis Iacobi de Laurentijs generis nobilitate, & legali ſcientia viri illuſtris, quæ iure hæreditario ad meam vxorem illius ſobrinam deuenerunt nõnullas lucubrationes in Cæſareo, & Pontificio iure non ſine magno labore ab eodem compoſitas reperijſſem, etſi eæ omnes commendatione dignæ exiſtimarentur, opus tamen de iudice ſuſpecto cæteris excellentius viſum eſt, in eo enim authoris ingenij acumen magis eluceſſit maiorque ineſt vtilitas, quod & vt meo officio erga affinis memoriam ſatisfacerem, & vt multorum amicorum noſtri patricij ordinis huius Beneuentanæ ciuitatis votis annuerem typis commendare conſtitui. Verum id non niſi ſub patrocinio alicuius Illuſtriſs viri, qui ab inuidorum iniuria, et obtrectationibus tueretur exequutioni demandandum eſſe duxi; cogitantique mihi quem potius in tantis herois eligerem occurriſti tu Cardinalis ampliſſime cuius nominis claritas non tàm fulget quod ex nobiliſsima Cæſiorum familia ortum duxeris, floruit ſanè ſemper Cæſia familia Cardinalitia epiſcopali, & alijs dignitatibus eccleſiaſticis cum quibus pariter con iuncta fuit belli gloria, ac diuitiarum copia, quam quod omnibus ſis virtutibus ornatus, quas cum labore comparaſſe, ſed ab vtero materno ſuxiſſe videris, quandoquidem vix adoleſcentiæ annos attigeras, cum Sixtus V. Pontif. Max. totius Eccleſiæ ærarium tibi credidit quo in officio tanta prudentia, & magnaniminitate, es vſus, vt his motus Clem. VIII. in Illuſtriſsimorum Cardinalium numerum adſcripſerit, meritòque Sanctiſſ. N. Paulus Quintus quem diù pro totius orbis terrarum ſalute Deus omnipotens incolumen ſeruet grauiora vniuerſalis Eccleſiæ negotia tibi commiſerit inter quæ fas eſt connumerare huius noſtræ Beneuentanæ ciuitatis regimen, quæ ſub tuæ amplitudinis tutela tanta fruitur pace tãtaque miſerrimis præſertim hiſce temporibus omnium rerum copia vt iure optimo cæteræ Italiæ ciuitates illi inuidere videantur: ſuſcipe igitur hilari fronte

Illuſtriſsime præſul, & operis tutelam: ſic enim ſub vmbra alarum tuarũ ſecurum foras exibit, & ab oculis momorum non timebit, meque primitias meæ ſeruitutis offerentem in tuorum ſeruorum numerum recipere digneris. Vale Beneuenti die 28. Menſis Iunij.

Illuſtriß. & Reuerend. dominationis tuæ.

Deuotiſsimus ſeruus

Antonius Sauarianus.

PERILLVSTRI
D. ANTO. SAVARIANO,
PATRITIO BENEVENTANO,
Hieron. Ruſcellius Beneuentanus V. I. D. S.

ET multis me nominibus omnium conditori Deo debere profiteor Sauariane, ita ijs maximè quòd Beneuenti me produxerit, quod hoc potiſſimum tempore, quod iuris prudentiæ talentum, quamuis immeritò mihi commiſerit. Quòd Beneuenti me produxerit, cur non glorier? in ciuitate toto orbe terrarum celeberrima, & quę vel priſca, vel recentiora tempora quis recenſeat; pietate ſemper, & in vtraque militia præclariſſimè floruit. Et vt de pietate deque armata militia nihil dicam tamquàm de notioribus, & per grauiorum Authorum volumina longe vulgatioribus, quàm vt meo indigeant præconio, derogata ſaltem id tãtum diſſimulandum non duxi, quod Romanæ iuriſprudentiæ vel fundandæ, vel inſtaurandæ, vel reparandæ rationem poſcas, Beneuentani viri authores vſque fuere; nam ſi fundandam inſpexeris Papinianus occurrit, veterum Iuriſconſultorum ex communi omnium calculo Princeps & pater, cuius ſchola celebriorum poſtea aliorum ſeminarium fuit. Si inſtaurandam poſt varias Barbarorum incurſiones afflictam, ac penè occiſam Roffredus ille tanti nominis tantæque authoritatis, & Accurſio, & Bartolo alijſque primæ renaſcentis claſſis angularis columna fuit. Quid non ſtuduit Oddofredus, vt taceam inter iuniores alios Bartolomeum Camerarium pridem, nuper Thomam Zerolam Præſulem Minoren. & Aloyſium de Leo; Nunc Ioan. Iacobum Laurentium præſentis operis fabrum. Vt ſic ſi è præterito ad præſens, & è præſenti ad furutum exemplum traducere licet Beneuentum ad hos, qui ſummo Imperio præſunt ſtabiliendos, fulciendoſque conditum eſſe affirmare valeamus. Quòd hoc potiſſimum tempore quo tu Sauariane in micantiſſima ciuitate, tamquam in Olympo primi ordinis aſtra micas, vnde quantũ ciuitas ipſa inter alias, tantũ tu inter alios tuos ciues ſplendore coruſcas cũ pręcipue priſcam à Romano ſanguine (fuit enim & Beneuentum colonia Roman.) ductam nobilitatem, pietatemque, vel præſentem authoritatem præ ſe ferre malueris. Si nobilitatem oſtendis, non ſolum ex vaſallorum dominijs vſque ad Carolum Secundum Neapolitan. Regem vt in regiſtris eiuſdem Regni apparet, ſed per innumeram ſeculorum ſeriem deducta fulget, vt propalam & numiſmata L. Seueriani, & ſancina ænea C. erenti Seueriani AED. in agro Beneuentano inuenta adhuc vſque viſuntur, & plus millenaria monumenta, teſtantur vni in C. Neratij honorem poſito parcere non debui: fuit etiam & Seuerianus vir clariſſimus tempore Adriani Imp. vt per Dionem habetur, & quin prædicta monumenta ſatis ſoli pro multis futuro in ſeretem. Nil miratus quòd ſerie noſter Sauarianus legatur, quando literarum immutatio præcipue vero in eas quarum vſus reciprocatur, noua non eſt, ſic enim vtitur & Paulus Iouius celeberrimus Hiſtoricus dum de geſtis per Leonem Decimum Pontif. Max. lib. 4. de Nectore Seueriano Beneuentano honorificam mentionem facit, monumenta ſunt.

C. HERATIO AF. PAL. SEVERIANO
EQVITI ROM. CVR. RELI. TEGIANENSIVM ADLECTO IN ORDIN. DECVRION. CIVI AMANTISSIMO QVI CVM PRIVILEGIO SACERDOTI CIRENENSIS MVNITVS POTVISSET AB HONORIBVS, ET MVNERIBVS FACILE EXCVSARI. PRAEPOSITO AMORE PATRIAE, ET HONOREM AEDILITATIS LAVDABILITER ADMINISTRAVIT ET DIEM FAELICIS-

SIM. III. IDVS IANVARII NATALIS DEI PATRI N. VENERATIONE PASS. DENIS BESTIIS ET III. FERIS DENT.
ET IIII. PARIBVS.
FERRO DIMICANTIBVS CAETEROQVE HONESTISSIM. APPARATV LARGITER EXHIBVIT.
AD HONOREM QVOQVE DVVMVIRATVS AD CVMVLANDA MVNERA PATRIAE SVAE LIBENTER ACCESSIT, HVIC CVM ET POPVLVS IN SPECTACVLIS ASSIDVE BIGAS STATVI POSTVLASSET, ET SPLENDIDISSIMVM, ORDO MERITO DECREVISSET PROPOSITA MODESTIA SVA VNIVS BIGE HONORE CONTENT. ALTERIVS SVMPTVS REIPVBLIC. REMISIT,

L. D. D. D. C.

Si pietatem D. MARCVS SAVARIANVS, annis ab hinc plus mille epiſcopus & Beneuenti conciuis ex antiquiſſima traditione pie colitur, & corpus eius in eccleſia a tuis prædeceſſ. erecta in iurepatronatus familiæ maxima cum deuotione conſeruatur. Si præſentem authoritatem, tu ipſe Antoni perpetuum militum tribunatum, ita prouide, ita ſolerter ita libere procul omni faſtu geris, vt clare videant omnes non ex dignitate te, ſed ex virtutis imperio honorem venari, atque adeo dignitati te decorem, non tibi dignitatem afferre. Quod iuriſprudentiæ mihi dignitatem commiſerit, nam eius obtentu, tantulum de te mereri potui, vt præſens volumen ob authoris obitum, tua ſub cura relictum, mihi agendum, vt ederetur iuſſiſti. Quæ res Deo auſpice ita fæliciter ceſſit, vt qui ſtudio ſe quæritans nullam officij pro te compendendi occaſionem nanciſci poteram, ſponte datam tam hilari frõte ſim amplexus, vt nunquam niſi rem perfectam audiuiſſem conquieuerim. Sit hoc animi mei promptitudinis ſignum, ſit & meæ perpetuæ ſeruitutis obſes, quo proſpecto nihil de me aliud cogites quam quo tuis idoneus ſim ſeruitijs quærere, ſciturus ad leuem nutum me tibi ſemper obſequuturum, & pariturum. Vale Neapoli.

Perilluſtris,

Dominat. tuæ,

Deuotiſſ. ſeruus

Hieronymus Ruſcellius.

AVTHOR AD LECTOREM.

Ne tua ſuſpecto fruſtretur iudice cauſa,
Ac tutum vt capias, hic tibi monſtrat iter.

Antonij Viperę Patricij Beneuentani,
Tetraſtichon.

Iudicis hic fraudes, laqueoſque oſtendit iniquos,
Illius vt noſcas, effugiaſque manus.
Hoc duce cauſarum dubios euadere fluctus,
Hoc duce, ſuſpecto iudice tutus eris.

Antonij Ragucij V. I. D. Cand. Beneuentani,
Tetraſticon.

Nauita, quo fugiat ſcopulos cum ſidere Magnes.
Indicat, audaci, dum rate verrit aquas.
Iudicis hic artes ſuſpecti, atque intima legum:
Pandens, hic Magnes, hic tibi ſydus erit.

Nicolai à Prato Clerici Veneti I.V.D.
Epigramma.

Iudicet à vero falſum ò tempora ò mores.
Iniuſtus iudex, munera ſæpe mouent,
Ac ſicut piſcem piſcator decipit hamo,
Non ſecus hunc, munus decipit, imò capit,
Ergo ſuſpecti curat, qui noſcere fraudes
Iudicis, hùc currat, perlegat, vt fugiat.

Digitized by Google

ORDO CAPITVM OMNIVM
quæ in hoc toto opere continentur.

ILlud in primo capite lector beneuole diſcutere curauimus, nunquid iudicis pariter ſuſtinere onus, uel honor ſit, & nunquid iudici, recuſationis exceptione contra ipſum non aliter à partibus propoſita, iudicandi munus a ſe abdicare, ac ſe ſua ſponte ſuſpectum profiteri permittatur. num. 1.

In ſequenti de Summo ſanctiſsimoque Pontifice, de Imperatore, atque aliis de iure, ſeu de facto ſuperiorem non recognoſcentibus, de Cardinali à latere legato de regularium ſuperiore, & aliis ſimilibus recuſare eos nũquid fas ſit, de clauſula item recuſatione remota, deque alia huic ſimili appellatione remota, necnon de cæteris, his finitimis, non inutiliter aſſeritur. nu. 3.

In tertio vero capite de concilio tam vniuerſali, quam prouinciali, de Senatu, & Collegio recuſationis exceptioni nunquid ſubiaceant, & nunquid, & quando contra totam ciuitatẽ, ſiue cõtra omnes vnius ciuitatis iuriſperitos, recuſationis exceptionem opponere, conueniat. nu. 9.

Quartum quod ſequitur caput, nunquid ob aggreſſoris ſuſpicionem, vel è contra recuſare iudicem liceat, & an ob epiſcopi ſuſpicionem ſuſpectus Vicarius cenſeatur, & è contrario, & nunquid vno ex pluribus iudicibus, ſiue ordinariis, ſiue delegatis ſuſpecto exiſtente, ſuſpecti cõiudices exiſtiment coram quo his in caſibus ſit ſuſpicio proponenda, aliaque continet non iniucunda, neque pœnitentia. nu. 14.

In quinto ordinarium iudicem nequaquam de iure ciuili recuſari, ſed adiunctum ei dari ſuis cum declarationibus explicatur, plurimaque de adiuncto illiuſque munere, & aliis iſta attingẽtibus pleno ordine diſcutitur. nu. 25.

In ſexto, de notarii, actuarii, Procuratoris, atque de nuntii recuſatione, ſermo habetur, indeq; ad plura, quæ per eos geruntur in foro verſantibus ſemper obuia referuntur. num. 32.

In ſeptimo ſubſequenti capite de arbitri, arbitratoriſque recuſatione, ac de quam pluribus ipſorum muneri contingentibus de compromiſſo laudo ad arbitrium boni viri reductione de ſtatuto ad compromiſſum coniunctos cogẽte de laudi executione, ac de aliis pluribus præfata reſpicientibus nullo hactenus vno in loco vberius explicita recenſent. nu. 48.

In octauo meri executoris recuſationem continente quam plura de mero mixtoque, ac literarum maxime apoſtolicarum executores, ipſorumque partibus neutiquam omnibus cognita enodantur, de clauſula item, ſi idoneus, vel dignus ſit, in literis Apoſtolicis apponi conſueta, diſcutitur, quæſtioque præter cætera nunquid debitori, per inſtrumentum quod liquidum ſit, obligato iudicem, coram quo inſtrumenti contra executio petitur recuſare liceat vberrime examinatur. nu. 70.

Nunquid iudex, illa cum clauſula conſcientiam tuam onerantes conſtitutus recuſari valeat, nonum amplectitur caput: plura item ab eodem caſu non remota, nec aliena comprehendens, ac amico lectori gratiſsima, & vtiliſſima. num. 80.

Decimum autem caput ſua notabilium, ac in praxi frequẽtium terminorum ſatagine conditum de conſultoris aſſeſſoriſque recuſatione ſermocinatur. nu. 84.

In vndecimo capite, nunquid iudicem notorius delinquens contra ipſum procedentem recuſare poſsit latiſsime declaratur, quam pluribus notorii articulum, & materiã tanquam oportuno in loco adiectis, aliiſque non abſimiliter cumulatis, in quorum lectione, neutiquam diſcretus lector prægrauabitur. nu. 90.

De ſeudo, quoties controuertitur, iudicem nunquid tali de cauſa cognoſcentem recuſare permittatur duodecimum caput ſuis non negligendis ornatum declarationibus cõplectitur. nu. 97.

De loci, non tuti atque ſuſpecti exceptione decimitertii capitis lectio eſt, in quo præter exceptionem hanc reſpicientia, ac plena manu notata de citatione per edictum, ac de non tuti acceſſus probatione qualiter rite expediantur, clauſula præſertim in commiſsione exiſtente conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu quã pluribus item prænotata attingentibus explicitis à nemine ante hac in vnum, eundemque lacum ſic affluenter declaratis explicantur. nu. 102.

In decimoquarto capite qualiter, & quo tempore recuſationis exceptio proponenda ſit exponitur, ac præter cæteras infinitas fere oportunas quæſtiones exactiſsime enucleatas, illa quæſtio vberrime diſcutitur, nunquid poſt excluſam, & purgatam, vt aiunt ſolutis, & refectis expenſis contumaciam recuſare iudicem, contumaci permittatur, ad alia itidem in contumacis odium à iure inducta habenis calami ſolutis. nu. 118.

Poſtremoque præſentis tractatus, primam partem, abſoluẽtes, in decimoquinto, & vltimo capite nunquid minori, ſuſpicionis cauſam, ante cauſæ concluſionem ortam, ac poſt concluſionem ipſam propoſitam via ſaltem, & remedio in integrũ reſtitutionis probare permittatur qualiter tertio pro ſuo intereſſe in iudicio comparenti iudicem recuſare iura concedant exactiſsime diſcutitur, ac inde accepta occaſione plurima albo vtique lapillo ſignanda in integrum reſtitutionis ac tertii in iudicio pro ſuo intereſſe, vt diximus comparentis materiam concernentia exactiſsime diſcutiuntur atque explicantur. nu. 159.

Omnium Capitum Finis.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

ET ſi Regum quorum iudicia ſine ſuſpicione procedunt, & quorum corda in manu Dei ſunt iudicii, & iuſtitiam facere, ac de manu calumniantium vi oppreſſos, & peregrinos liberare, pupillis, & viduis, qui facile à potentibus opprimuntur auxilium præbere proprium ſit, vt in lib. 4. ſuper Hieremiam iuncto textu in capit. Regum 23. quæſtion. 5. Diuus Hieronymus admonet. urbemque per ipſos ſicut per cauſas ſecundas Deum Opt. Maxim. gubernare, eorumque partes fuiſſe ſemper ſubditorum querelas audire, omniumque ipſos adeuntium negocia decidere, lites componere, mortaliumque deſiderijs ſatisfacere, Alexandri, quem magnũ appellamus, conſtat exemplo, is enim vt in eius vita Plutarcus enarrat, dum ius ſedendo redderet altera aure accuſatori occluſa ſe illam, abſenti reo ſeruare dicebat, eiuſdemque Philippum patrem ex longi ſubſellij iudicatione, & mora, tædio affectum abeuntem à paupere vetula, vt eius cauſam expediret interpellatum, ocium q; ſibi non eſſe illi reſpondentem, ipſaque imperare noli acclamante admiratum reſediſſe nec vetulæ modo, ſed aliorum pariter cognouiſſe cauſas à ſcribẽtibus accepimus, iterumque alterius cauſa ne dum audiret, ac minus accurate, quod iuris foret attendens, & iudicans illo ſe prouocare dicente, indignato Regi, quem appellaret ſciſcitanti, ſe ipſum ſi vigilans, quidem, attendenſque audiueris reſpondit, cumque iniuria affectum acclamantem agnouiſſet, æſtimationem litis ipſe perſoluit. Sic & Theodoſium Imperatorem ſolitum facere perhibent, vt die aut in armis exerceretur aut de ſubditorum negotijs certis horis iuridicendo decerneret nocte vero libris incumberet, Antonium item cognomento Pium tanta iudicandi emicuiſſe rectitudine tantoque iuſtitię ornamento claruiſſe à Platina in Higini. 1. vita monemur, vt Indi, Bactri, & Hircani populi potentiſsimi illius iuſtitia atque virtute audita eiuſdem iuſſu armis poſitis ad eum controuerſias ſuas, liteſque deferrẽt, eiuſdemque ſententiæ ſtatim parerent, Iuliumque primum Romanorum Cæſarem Imperatoremque inuictiſsimum ius dixiſſe in illius vita capit. 43. Sueton. ſcribit, ac iuridicendo aſsidue Auguſtum ſtuduiſſe, eundemque aliquo detentum morbo domi cubantem, aut lectica tribunalis loco vſum quandoque fuiſſe, idem author in illius vitæ hiſtoria capit. 33. teſtatur Neronẽ itidem quamuis omnium iniquiſsimum in illius pariter vita cap. 15. ius dixiſſe Suetonius aſſeuerat, & Veſpaſianus graui cum morbo vexaretur, lectoque decumbens legationes audiret, amicis vt ſibi parceret admonẽtibus, Imperatorem ſtantem mori, ac in audiendis cauſis negotijſq; componendis vigilantem ſtrenuum, & rectum ad extremum vſque vitæ eſſe oportere reſpondit, alioſque plures, & Principes, & iuriſprudentes ius dixiſſe in tractatu de nobilitate cap. 28. Tiraquell. meminit à Follet. in praxi criminum relatus, ſeptima par. princ. capit. vltim. numero octauo, attamen quia ſolus Princeps, etſi eum plures oculos, pluresque aures habere debere conueniat, qualem Cyrum Perſarum Regem fuiſſe Xenophon teſtatur muneri tam amplo vacare, ac illi præeſſe nequit, neque innumerarum cauſarum pondus ſuſtinere diuerſos magiſtratus, multaque fora Principes conſtituere neceſſe ac opportunum pariter fuiſſe neminem latet, eoſque Moſem primum Ietro ſacerdote dum Moſem populum tota die iudicantem feſſum vidiſſet, ſic admonente inſtituiſſe in exodo legitur capit. 18. cumque graues viros, Dei veritatiſque amatores, quique minora tantum iudicarent, maiora vero ad ipſum referrent conſtituiſſet monitos nos hoc exemplo feciſſe conſtat paſsim quem non eſſe ad magiſtratum aſſumendum, ſed illum qui iuxta Saluſtij ſentẽtiam animum in conſulendo, & iudicando liberum habet, eumque qui magiſtratum non ambit egenus non ſit, neque alijs animi paſsionibus obrutus, reipublicę enim ad magiſtratum pauperem aſſumi periculoſum eſt, eumque, qui pecunia magiſtratum comparauit impoſsibile vtique eſt bene legitimeque publicis vacare negotijs egentem poſſe vendere, item ementem oportere Imperatorem Alexandrum cognomento Seuerum dixiſſe accepimus, negotiationemque quemadmodum eſt conſecutus adminiſtrando cauponari, præſideſque propterea proconſules & legatos ſe nunquam ad beneficium, ſed proprio ipſius, vel Senatus iudicio feciſſe magiſtratuũ nominibus populo propoſitis, vt ſi quis aduerſus ipſos quid criminis haberet manifeſtis rebus probaret, eundemque graue eſſe aſſeruiſſe cum id Chriſtiani, & Iudæi in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt facerent in prouinciarum rectoribus quibus hominum fortunæ, & capita committerentur non fieri Symanca teſte in ſuo cathol. inſtitut. tractatu ritu. 41. nume. ſecundo, in vitis ſimiliter dumtaxar Seruius Galba, & recuſantibus ſenatoriæ, & æqueſtria dare munera propoſuerat. Plato itidem nullum imperio gerendo cenſuit idoneum, niſi qui coactus, & inuitus ſuſciperet, & Clemẽs pariter huius nominis Papa primus in epiſtola ad

Iacobum

voluntatem in iuris locum, & rationis ſubrogatam eſſe dicit, omneſque ob id à legum ſtudio tanquam inani mala hæc expertus, dehortatur, quem & alios, in Milleloq. 398. Caballi refert, in fine ibidem Rempublicam cito ruituram dicēs cum virtute fieri quod debet, pretio illud ac pecunia ſtatim exequatur quæſtnarios hoc iudices ſuſpectos habere ſubdens, odioque doctos, ac innocentes proſequi viros, eoſque potiſsimū quos de literis vident, & Reipubl. benemeritos, diuinamque illam Platonis ſententiā fuiſſe ędepol conſtat, tunc beatam fore Rempublicam, terrarumque orbem dicentis cum ſapientes tegere, aut Reges ſapere cœpiſſent. Sed quia magis hoc, quam Marſilij tempore, vt rerum ordo dictat, in peius cuncta labi, odio amori, alijſque animi perturbationibus, iuſdicentes obſequi videmus ab ipſis, vt propoſiti noſtri anteſignanis occaſione accepta *De Iudice ſuſpecto*, & alijs quorum ſuſpicari multoties contingit publicum opuſculum hoc facere propoſuimus, & ſicut appellandi vſus quam ſit frequens, & neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, cum iudicantium iniquitatem, & imperitiam corrigat, vt in l. 1. in princ. ff. de app. Vlp. ait, ita & pariter, imò multo magis iudicem, qui ſuſpectus ſit recuſandi vſum eſſe liquet neceſſarium, cum a maiori iudice ſentētiæ iam latæ iniquitas corrigatur, ſed dum iudices, alioſque ſuſpectos dicimus à ſuſpectorū hominum manibus ne malum nobis, aut damnū inferant præueniēdo eripimur, melius enim eſſe intacta iura ſeruare, quam poſt cauſam vulneratā remedium quærere in l fi. tex. aſſerit, circa fi. C. in quibus cau. in integr. reſtir. non eſt neceſſ. iudicium etenim ſub iudice qui ſuſpectus ſit ſubire periculoſum cenſeri, maloſque item euentus parere ſolere in l apertiſsimi text monet, & ibi gl. in verb libello, & l. fi. C. de iud. & in c. cum inter de except. neminēque in oratione pro cluētio voluerunt maiores noſtri non modo de æſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicē, niſi inter aduerſarios conueniſſet, Cicero inquit, atque hunc circa iudices, ne ſuſpicioni locus eſſe poſsit modum cēſori, ex præfato Ciceronis loco in tract. commiſ. commiſſ. 8. verbo coram ſuſpecto iudice fol. 53. à tergo alia pariter huc tendentia referens Mandoſ. teſtatur rem opuſculum hoc celebrem continere, & in quocumque foro in vſu exiſtere frequentiſsimo eſt omnibus in propatulo, ac eſſe illud præmanibus habendum, tex. docet in l. legaui in princ. ff de liber. legata ibi, quæ ad hæc ſpectant attingas, quotidiana enim ſunt & gloſ. addit, & ideo tractanda, & fauorabilius admittenda, ſicut & ipſum tanquam vtiliſsimum amplectendum eſſe textus in l. prima monet, ff. de exercit. act. nec propterea ſpernēdum, aut inutile eſt iudicandum quod vltra Speculatorē, & Bartolum, qui de hoc ſcripſerūt, plures de his ſcribentes, & tractantes habeamus, multa etenim ab ipſorum poſteris eis ignota dicta fuere, & nonnulla ab ipſis relata firma ijdē poſteri ratione confutarunt, aliqua etiam omiſſa ab illis, ac minus recte intellecta fuere, & declarata, nec mirum cum in rebus humanis nihil ſtabile omniumque rerum viciſsitudo conſpiciatur, Caſſadoro in deciſ. vlt nu. 15. cum ſeqq. in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. plene iſtud admonente, optima quæque à primitiua inſtitutione non raro degeneraſſe vidimus, dumque hincinde per multa, variaq; doctorum volumina ſparſa, diffuſeque tradita vnum in locum, & in ordinem collegimus non parum hoc proficere, immo legentium laborem magnopere ſubleuari, idque induſtriæ non leui referēdum eſſe, nemo negabit ſic & ciuile ius Papyrianum nūcupatum priſcis temporibus fuiſſe conſtat, non quod de ſuo Papyrius aliquid adieciſſet, ſed leges ſine ordine latas in vnum quod adduxiſſet, & quamuis Papyrij, aliorumque monimentis, comparari a nobis compoſita minime valeant, qualiacumque ſint candide lector boni conſule, actoriſque propoſitum vti prorſus non inutile, ne paruipendas.

F I N I S.

INDEX RERVM,

OPINIONVM ET SENTENTIARVM, NOTATV DIGNARVM:

Toto in hoc opere contentarum quarum prior numerus capita, ſecundus vero numerum ſummariorum denotat.

A

Abbas, Abſens.

STante Abbatis abſentia Monachum coram epiſcopo conuenire licet, & de pluribus caſibus in quibus, ordinarii in regulares iuriſdictionem habent remiſſiuè. capit.4 nu.13.

Ab interlocutoria appellans cum hoc ipſo nolle ſe coram iudice à quo appellauit comparere declarare cenſetur, ipſo nullatenus ad vlteriora, neque ad ſententiam citato in ſuæ contumaciæ pœnam, & odium diffinitiuam proferre ſententiam iudici licet. c.14. nu.72.

Quod vbi periculum eſſet in mora concedere aliqui ſentiūt. c.14. nu.72.

Abſens litis vitandæ cauſa, pro præſente habetur. cap. 14. nu.57.

Abſentis procurator pupilli, ſeu ſimilis perſonæ remoueri à iudice poteſt. c.6. nu.40.

Abſenti poſt incurſam contumaciam reuerſo actorum copiam expenſis prius per ipſum refectis eſſe prçſtandam, eique terminum ad opponendum eſſe concedendum, ex Bartolo aſſeritur. c.14. nu.93.

Abſentem ex cauſa Reipublicæ in integrum ad appellandum reſtitui communis ſcribentium opinio refertur. cap. 15. num.13.

Illa abſentia regulariter patrocinatur, quæ iuſta eſt, & neceſſaria, ſecus ſi ex delicto, aut ex abſentis culpa proficiſcatur. c.15 nu.59.

Abſolutio, Acceſſus, Accuſatus.

Abſolutionem ab excommunicatione, niſi mandatum ad id habeat ſpeciale neutiquam procuratori petere licet, neque correus debendo, abſque mandato ſpeciali pro alio correo debendi petere abſolutionem poteſt, item nec capituli procurator pro ſingulis abſolutionem petere poteſt, niſi ſpeciale mandatum habeat. capitu. 6. nume.23.

Acceſſus ad ciuitatem ob inimicitias recuſatur, & ad locum non tutum citatus comparere non tenetur. capit. 13. nume.1.

Ex acceſſu ad locum, vbi peſtis viget, Deus Opt. Max. tentatur & homo totis viribus ſuis vt mortem effugiat operari debet ſecundum communem theologorum opinionem. c.13. nu.7.

Accuſatum per procuratorem non audiri, ſed ad perſonaliter comparendum teneri communis eſt ſcribētium opinio. c.15. nu.56.

Actus, Actor, Actio.

Actus per eum, quoties geritur, cui reuerentia debetur conſenſum non præſumi, ſed diſſenſum ſi ſibi præiudicat communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 15. num. 190.

Ubi actus à minore geſtus ad lucrum ſe, & damnum habere poſſet in integrum minor minime reſtituitur. cap. 15. nu.39.

Non ſic late taciti actus ſicut expreſſi interpretantur, ac tacito expreſſum potentius eſt. capitu. decimoquarto nume.142.

Pro actus validitate quoties debitam habet formam, & dubium eſt, an valeat, vel non præſumitur. capit. ſexto nume.47.

Ille actus, qui in cauſis in quibus lis conteſtatur poſt litis conteſtationem immediate fieri ſolet vim habet litis conteſtationis in ſummariis. c.14 nu.44.

Ille actus hic eſſe cenſetur, in quo de meritis cauſæ cognoſcere iudex incœpit. c.14. nu.44.

Ex illius facto cui impleri actus debet, ſi non eo modo actus fiat, prout fieri debet promittens non tenetur. cap. 15. num. 208.

Quoties actus, ideo non adimpletur, quia ille cuius adimpleri intererat cauſam dedit adimpletus cenſetur. capit. 15. num. 208.

Actum Eccleſiæ nomine, ſiue nomen proprium, ſiue appellatiuum exprimatur Eccleſiæ nomine geſtum cenſeri communis eſt ſcribentium opinio. capitu. ſeptimo num.137.

Actum ad quem de iure cogi quis poteſt non voluntarie, ſed neceſſarie, ac ſub imminentis neceſſitatis prætextu factū dici magis communem eſſe opinionem ſcribentes teſtantur. c.7. nu.25.

Actum ex neceſſitate facienti fauetur. cap. decimoquarto nume.54.

Aliquid reus à iudice petens in faciliorem oppoſitæ recuſationis exitum tendens propoſita exceptioni, & recuſationi renunciare non cenſetur. capit. decimoquarto nume.54.

Actum, vbicunque certo loco eſſe celebrandum, nec alibi celebratum valere ſtatutum diſponeret, quoties ex iuſto metu ad locum illum non eſt partibus tutus acceſſus, validus remanet actus alio in loco celebratus. capitulo 13. nume.31.

Sicut per primum actum, qui fieri poſt litis conteſtationē ſolet dilatoriæ excluduntur, ita & pariter poſt litem ſtatuto ſic diſponente pro conteſtata habitam. capitu. 14. num.47.

INDEX.

Vbi an per aliquem actum in iudicem recuſatum conſenſum eſſe præſtitum, aut recuſationis exceptioni renunciatum in dubium reuocatur non iudex ipſe recuſatus de hoc cognoſcit, ſed ipſius ſuperior, vel arbitri, ad quorum electionem ſuper hoc articulo deuenitur. c. 14. nu. 54.

Ab illo actu in cauſis executiuis, qui poſt litem conteſtatam in ordinariis, fieri ſolet; vel ab eo die, in quo de meritis cauſæ tractari incepit inſtantia currit. capitu. 14. num. 45.

Quoties de actu notorio declarando agitur tam recuſationis, quam aliam quamcunque legitimam opponere exceptionem licet. c. 11. nu. 15.

Quoties ad illos actus in cauſis in quibus lis non conteſtatur in partis contumaciam deuentum fuerit, qui in cauſis, in quibus lis conteſtatur poſt litem conteſtatam fieri ſolent, nullatenus contumax tanquam ab omnibus dilatoriis, excluſus eſt admittendus. c. 14. nu. 96.

Quod vbi ius iſtud ſibi competere actor ſciuiſſet procedit, alias ex capite ignorantiæ aduerſus quadriẽnii lapſum in integrum reſtitutio actori competit. c. 15. nu. 74.

Actor ad omnes, & ſingulas cauſas ſecundum communẽ ſcribentium opinionem contra Bartolum aliter ſentientem conſtitutus cenſetur. c. 6. nu. 43.

Actori de iure tertii neque replicando opponere licet, quãuis ipſo iure iuris rei conuenti excluſiuum illud ſit. cap. 15 nu. 162.

Actoris officium tutoris officio expleto, quoad noua negotia finitur, quæ inchoare actori non licet, ſecus vero quoad incœpta, quæ perficere ipſi permittitur. c. 6. num. 41.

Actoris vice appellans in appellationis cauſa, rei vero appellatus vice fungitur. c. 14. nu. 114.

Nullatenus is cuius non intereſt, ſiue actoris ſiue rei partes ſuſtineat eſt in iudicio audiendus. c. 15. nu. 129.

Actoris maior, quam rei contumacia in ciuilibus, cẽſetur. c. 14. nu. 107.

Actoris ius ex iure in perſona ipſius reſidente deducitur. c. 15. nu. 162.

Vbi actorem, vel reum conſequenter ſaltem res ipſa tangeret eis pro eorum intereſſe proſequi iudicium licet vel vt actori aſſiſtant, ſeu defenſori, & quatenus tertius ad iudicium veniens neque reum, neque actorem defenſurus, ſed actionem ab actore propoſitam, nec iuſtam eſſe neque dignam, vt in ipſius fauorem ſententia feratur, ac rem ab actore petitam ipſi tertio non autem actori eſſe tradendam exponeret nunquid iudicium inter actorem & reum in ipſos præiudicium impediatur remiſſiue. c. 15. nu. 177.

Aliud eſt actorem quem eſſe, aliud vero, quod actoris vice fungatur appellans iudicem, quem appellauit, non recuſat. c. 14. nu. 112.

Neque refectis expenſis appellatus, vbi competentem ſe, vel appellationis remedio cauſam ad ſe deuolutam iudex pronunciaſſet ad recuſationis exceptionem proponẽdam auditur. c. 14. num. 112.

Et contra ipſum tam in principali cauſa, quam contumaciæ punitiuus proceſſus valet. c. 14. nu. 112.

Nunquid admittenda, vel non appellatio ſit ante omnia, & antequam partes in meritis ad procedendum cogat pronunciare appellationis iudex debet, alias nulla cenſe pronunciatio articulo iſto tanquam præiudiciali omiſſo. c. 14. nu. 113.

Ac tali caſu, neque de partium conſenſu, ſeu prorogatione cognoſcere de principali cauſa iudici licet. capitu. 14. nume. 113.

Actorum appellatione etiam ſententia comprehẽditur ſecundum veriorem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 170.

Actio, ex laudo, vt oriatur tacita, & expreſſa homologatio æquiparantur, homologare, & cõfirmare, paria ſunt. c. 7. nu. 74.

Actio, quod metus cauſa in rem ſcripta cenſetur, & contra tertium poſſeſſorem etiam ignorantem, & cauſam habentem oneroſam quando metum inferens ſoluendo non eſſet in ſubſidium competit, & hoc qualiter procedat affluenter explicatur. c. 15. nu. 188.

Actio quoties ex inſtrumento tertio competit executionẽ ei petere licet quamuis nominatus in eo tertius non ſit. c. 15. nu. 159.

Quamuis contra ſuum adminiſtratorem actio Reipublicæ competat ei tamen minoris ad inſtar. & eccleſiæ in integrum reſtitutionis beneficium competit. capitu. 15. num. 188.

Actio perſonalis fundum non ſequitur, & communis eſt opinio. c. 15. nu. 160.

Actionem ad mutuum colludenti factum repetendum nõ dari, vel vbi mutuans, ad aleas ludentium receptor eſſet communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 15. nume. 184.

Per actionem hypothecariam ad rem litigioſam rem non effici, neque per cõfeſſoriam, aut negatoriam communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 142.

Actionem perſonalem contra tertium aliquando competentem illo ſolum caſu eſſe concedendam, vbi ex titulo lucratiuo, ſecus ſi oneroſo tertius poſſideret uerior eſt, & magis communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 15. nu. 160.

Quoties de re aliqua actione perſonali ageretur, quod res ipſa nullatenus tali caſu litigioſa efficiatur magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 45. num. 139.

Vbi actione perſonali dominium in effectu peteretur vtile vel directum per litis conteſtationem rem effici litigioſam verior, & vtilior eſſe explicatur ſcribẽtium opinio. c. 15. nu. 139.

Actiones directæ penes hæredem remanſæ poſt reſtitutam hæreditatem inefficaces cenſentur. c. 15. nu. 162.

Actiones in rem ſcriptas tam actiue in ſingularem ſucceſſorem quam paſſiue tranſire communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 788.

Actuarium ſolo iuramento, quod recuſare non ſufficiat, ac a iudicis arbitrio pendere, an ſoli iuramento ſtãdum ſit, vel exprimere cauſam, & probare oporteat opinio refertur. c. 6. nu. 2.

Modi quibus actuarii ſuſpicio remouetur referuntur. ca. 6. num. 3.

Acta iudicii ordinaria pereunt inſtantia perempta, & annullantur ipſorumque effectum, nec in alia inſtantia in conſideratione haberi, communis eſt ſcribentium opinio. c. 14. num. 2.

Acta iudicii per ſcripturam probari debent contra Bartolum, per teſtes acta iudicii probari poſſe aſſerẽtem cõmuni ſcribentium calculo reprobatum, maximè in loco inſigni in quo extat notariorum copia, neque lite pendente de geſtis coram ſe teſtificari iudex poteſt. capit. 7. num. 121.

Acta per cauſa notarium inchoata, ius ſine rationabili cauſa ab alio perfici non permittit. c. 6. nu. 2.

Notaris ad acta ſcribendum deputati ſuſpicionem per adiuncti dationem purgari, ex Natta aſſeritur. capitu. 6. nume. 2.

Acta cauſæ poſt appellationem per tertium interpoſitam tertio præiudicant. c. 15. nu. 175.

Adiunctus, aduerſus, Aduocatus.

Adiunctus delegatus ordinario quolibet maior dicitur. c. 5. num. 5.

Aduerſus non aditionem monachi quando monaſterio in integrum reſtitutio competat declaratur. capitu. 15. nume. 112.

Aduerſus ea quæ in naturali ratione fundata exiſtunt diſpenſare

I N D E X.

penſare Principi non licere, communis ſcribentium opinio refertur. c. 2. nu. 14.

Aduerſus contractum quamuis ſine ſolemnitate à minore geſtum, & quamuis læſio concurreret Principis authoritate roboratum in integrum minor non reſtituitur. c. 15. num. 47.

Aduerſus iudicis ſententiam, cuius conſcientia oneratur. c. 15. num. 47.

Aduerſarii etiam poſſeſſionem capiendi parti licentiam dare iudicem poſſe, ac propria in cauſa, vt executorem agat conſtituere communis eſt opinio. capitulo ſexto numa. 55.

Aduerſarii dolum, & ſui facilitatem coniunctim à minore eſſe probandos, Seraphinus in tractatu de priuilegio iuramenti concludens priuileg. 36. num. 10. confutatur. nume. 21.

Aduerſario quadriennium opponenti ad reſtitutionem in integrum petendam lapſum eſſe probandi onus incumbere magis communis eſt ſcribentium opinio. capit. 15. num. 22.

Si aduocatus reo inimicus repertus fuerit, aut aliqua alia ex cauſa ſuſpectus alter reo petenti concedendus eſt, & vbi cognatus, vel affinis aduocatus delatus fuerit, alter ex inquiſitoris officio præſtatur. c. 6. nu. 7.

Aduocatus in hæreſis cauſa ab inquiſitore regulariter conſtituitur, & quas aduocatus tali caſu habere conditiones debeat, explicatur. c. 6. nu. 7.

Aduocatione contra crimino ſum tanquam notorie criminoſum procedi permittant, niſi de criminis prius notorietate diſcuſſione facta moneatur. c. 11. nu. 17.

Adulteri abſolutio adulteræ prodeſt condemnatio vero nõ nocet, & ſententia ad vnius conſocii fauorem prolata omnibus prodeſt. c. 15. nu. 193.

Vbicunque non adimplementum damni nunquid vel commodi afferre poſſe dubium eſſet nunquam modi non adimpleti exceptionem opponere licet. c. 15 nu. 129.

Ætatem tanquam ſuæ intentionis fundamentum eſſe à minore probandam communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 21.

Affectionis intereſſe in minore conſiderabile eſt vbi emẽdo aut permutando in malum incideret vicinum. capit. 15. num. 19.

Afflicti opinio in deciſ. 113. & deciſ. 114. in integrum reſtitutionem in principali cauſa minori conceſſam non eſſe in liquidationis proceſſu iterum concedendam explicantis reprobatur. c. 15. num 9.

Agnatus infra duos menſes ad reuocationem ſpurio relictorum agere debet, alias excluditur, & fiſco locus aperitur. c. 15 nu. 162.

Alter, Agens, Appellatio.

Alteri inhibere poteſt, qui in cognitione cauſæ peruenit. ibidem.

Altare vnum non eſt cooperiendum, vt aliud diſcooperiatur. c. 15. nu. 112.

Contra agentem rei vendicatione de vtili tertii dominio, quod opponi poſſit communis ſcribẽtium opinio refertur. c. 15. nu. 162.

Alienatio actione, quoties agitur perſonali non impeditur, talique caſu non rem, ſed actionem ſolum per litis conteſtationem effici litigioſam communis ſcribentium opinio refertur. c. 15 nu. 139.

Quæ neceſſaria alienatio dicatur ad quam litigioſi vitium non pertinet remiſſiuè. c. 15. nu. 139.

Annus in præfato caſu non vtilis, aut intermiſſus, ſed continuis, perpetuiſque diebus eſt computandus. capit. 14. num. 80.

Vbi animæ periculum ex adiudicatione ſeu traditione ſequi poſſet præfata cautione non obſtante ſententia executio differtur. c. 15. nu. 133.

Anomala excommunicationis exceptio dicitur eamque in qualibet iudicii parte apponere licet, & qualiter ipſius cognitio ad laicum iudicem pertineat, declaratur. c. 6. nu. 26.

Appellatio per tertium interpoſita, ac victoriam in appellationis cauſa per ipſum obtenta principalem niſi ipſius etiam nomine interpoſita appellatio fuerit non iuuat. c. 15. nu. 179.

Clauſula appellatione remota, quo ad partes ipſas in reſcripto cõprehenſas, nõ autẽ quod tertium operatur, cui pro ſuo intereſſe, quod appellare liceat communis ſcribentiũ opinio refertur. c. 15. nu. 180.

Statuto ne à ſententia appelletur diſponente, quo ad litigãtes ipſos hoc procedere intelligitur, non autem, quo ad tertium pro ſuo intereſſe appellantem. capitulo 15. nume. 180.

An legitima appellatio ſit, & deuoluatur, vel non, & an cauſa appellabilis, vel ne ſit, & nunquid debito tempore interpoſita ſit appellatio hoc ad appellationis iudicem cognoſcere pertinet. c. 14 num. 30.

Ab appellationis receptione abſtinere facti eſt iuris vero, & iuriſdictionis, quod appellatio recipiatur pronunciare, quod cauſa etiam cognitionem requirit. capitu. 14. num 30.

Siue detulerit iudex à quo appellationi, ſiue non vtroque caſu, iudex ad quem vtrum deuoluat appellatio cognoſcit. c. 14. num. 30.

Iudicis à quo contrarium ſententiam non obſtante legitimam pronunciare appellationem iudici licet. capitulo 14. num. 30.

Ab appellationis reiectione vtrum appellare oporteat opiniones referuntur. c. 14. nu. 30.

Appellatio, & recuſatio æquiparantur. capitu. nono nume. 10.

Appellationis cauſa ſecunda cauſa eſſe dicitur, ac de ſecundis cauſis ſtatutum loquens in appellatione tantum locum habet, non autem in reductione, quæ prima cauſa dicitur. c. 7. nu 87.

Tertio appellare pro ſuo intereſſe permittitur, etiam quod in caſu appellare velit in quo ſi citatus ad cauſam ipſe fuiſſet appellare nequiuiſſet. c. 15. nu. 181.

Diſſimilis potius ab appellatione quam ſimilis reductio cenſetur. c. 7. nu. 87.

In appellationis cauſa teſtibus in priori iudicio ſolemniter, & legitimè productis omnino ſtatur, ſecus in teſtibus coram arbitris examinatis, quibus viuentibus pars contra quam depoſuerunt ſtare non tenetur, ſed iterum, vt teſtimonium dicant ipſi poſtulare licet, quod ſiue facta coram arbitris ipſorum publicatio ſit, ſiue non procedit, ipſaque teſtium repetitio fieri tali caſu per extenſum debet, nec teſtes ad priora dicta ſe referre ſufficit. c. 7. nume. 88.

Quando appellationis remedio ſublato ad Principem, recurrere, ac ei ſupplicare liceat, remiſſiuè c. 11. nu. 69.

Infra decem dies à die prolationis ſententiæ adhærere quis appellationi debet. c. 15. nu. 175.

Idem in appellationis ratificatione, quæ infra decem infra quos appellare licet fieri debet, alias quod inualida ratificatio cenſeatur. c. 15. nu. 175.

Quod niſi pro abſente interpoſita appellatio fuiſſet procedere declaratur, quo caſu infra decem à die ſcientiæ ratificatio fieri poteſt. c. 15. nu. 175.

Tertius alterius appellationi pro ſuo intereſſe adhærens aliquid ſibi adiudicari petere non poteſt, ſed eius cauſam ſolum defendere licet, & condemnatum ad effectum tueri ne contra reum ſententia lata ſibi præiudicet. capitu. 15. num. 175.

In appellantis perſonam non autem tertii eſt ſententia ferẽda ex quo cum eo lis inchoata fuit. c. 15. num. 175.

I N D E X.

Quoties, an appellationi deferre iudex debeat, dubitatur ab vno vel pluribus peritis conſilium petere, & cum illis id ſuper quo dubitat conferre iudici licet, iudici, etiã partibus inuitis veriori, ac communi attenta opinione ſapientis conſilium ſequi licet. c. 10. nu. 1.

Appellationem à ſententia ſuper Saluiano interdicto lata prohiberi, & Rotæ, atque communis eſt ſcribentium opinio c. 15. nu. 160.

Etiam appellatione pendente, & vbi de hoc nihil in ſententia expreſſum fuit beneficii fructibus, & quotidianis ſignãter diſtinctionibus excommunicatus priuatur, & quæ ſit ratio refertur. c. 14. nu. 76.

Etſi in neceſſariis ſit ſuſpenſo prouidendum, hoc vbi propter crimen, ſecus ſi propter contumaciam ſuſpenſio ſuccesſiſſet, intelligitur, & quæ ſit ratio recitatur. capitu. 14. num. 77.

Appellatione a lege prohibitæ reſtitutionis in integrum remedium ſublatum nunquam cenſeri communis pariter ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 57.

Ab appellatione ad reſtitutionis in integrum remedium probabile eſt argumentum, quod qualiter intelligatur remiſſiue. c. 15. nu. 7.

Appellatione interpoſita non obſtante, non ſolum exequi ſententiam in notoriis iudici licere, ſed eum ſi aliter faciat peccare. c. 11. nu. 2.

Recuſatio, & appellatio æquiparantur. c. 11. num. 2.

Per iudicem à quo appellatione admiſſa, ac contumace coram appellationis iudice comparente appellationi locum non eſſe pronunciare iudex debet, ac cauſam ad primum iudicem remittere c. 14. num. 73.

Quando nullam in appellatione rationabilem cauſam notorie criminoſus allegans non auditur, ſecus ſi talem, quæ notorium vulneraret, vel obumbraret cauſam allegaret, quo caſu ad vtrumq; effectum ſuſpenſiuum ſcilicet, & deuolutiuum appellatio retinetur. c. 11. nu. 16.

Vbi ſimplex ad agendũ, & defendẽdum procurator mandatum haberet procuratore non appellante principali ipſi appellare ipſo iure licet. c. 15. nu. 117.

Appellare procurator regulariter non tenetur, niſi euidenter de ſententiæ iniuſtitia apparet. c. 15. nu. 117.

In dubio pro ſententiæ præſumitur, & procuratori propterea non appellanti non imputari communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 117.

A loci non tuti aſsignatione appellanti appello, quia locus non eſt tutus in appellatione explicare ſatis eſt. capitu. 13. num. 34.

Eo caſu ſi locum ſibi non tutum aſsignari quis petat ei quatenus denegetur appellare licet, vbi appellanti, & omnibus locus ſuſpectus eſſet, alias ſecus. c. 13. nu. 34.

Quoties locum non eſſe tutum eſt notorium quis ad excuſatorem mittendum non tenetur. c. 13. nu. 34.

Etiã vbi appellatione remota iudex datus eſſet à loci tuti denegata aſsignatione appellare licet. c. 13. nu. 34.

Appellare a futura cenſura licet, & excõmunicatio poſt legitimam appellationem ſeu recuſationem prolata eſt ipſo iure nulla. c. 5. nu. 32.

Tertius vt executionem appellando impediat incontinenti de iure ſuo, ac in promptu docere debet, ſed quoties ex eo, quia de ipſius tertii iure non conſtaret eſſet executio excipienda ſine præiudicio iurium tertii eſſe executionem faciendam communis eſt ſcribentium opinio. ibidem.

Tertius qui agi cauſam, & tractari ſciuit neque in iudicio comparuit a ſententia appellans contra præſentem lata executio non impeditur. c. 15. nu. 178.

Idem tempus ad appellandũ à iure conceſſum operari, quod ipſa operatur appellatio, etiam quoad attentata reuocanda communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 15. nume. 179.

Sicut appellatione pendente, ita tempore ad appellandum pendente nihil innouare licet. c. 15. num. 179.

Vbi intra decem dies ad appellandum conceſſos ſententia contra principalem prolata exequeretur tertio illam attentatam prætendere non conceditur, ſicut principali permittitur. c. 15. nu. 179.

Altero, ex litigantibus appellante ſtante litis ignorantia in alia inſtantia comparere, ac omnes exceptiones ſibi quomodocunque, & contra quoſcunque competentes proponere, & allegare tertio permittitur. c. 15. nu. 124.

Ad appellandum in integrum reſtitutus infra decem dies a die habitæ reſtitutionis appellare debet. c. 15. num. 44.

Approbare cenſetur, qui non improbat. c. 6. nu. 5.

Decem dies ad appellandum conceſſos a die tantum ſcientiæ ipſius ſententiæ regulariter currere communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 169.

Tertii appellationem ſententiæ executionem differri communis ſcribentium opinio refertur, quod vbi abſque appellantis præiudicio ſententiæ executio fieri non poſſet procedere declaratur. c. 15. nume. 175.

Quamuis partibus, quæ in iudicio fuerunt a ſententia in terminis legis fin. prolata, C. de edic. Diui Hadr. toll. appellare non permittatur, tertio tamen qui in cauſa nõ interuenit appellare a tali ſententia licet, & appellatio tali caſu effectum etiam ſuſpẽſiuum operatur. c. 15. nu. 18.

Quod vbi ſimpliciter appellatio conciperetur procedere ampliatur, ſecus ſi cõditionaliter veluti, quia quatenus cõtra ſententia proferatur concepta ſit appellatio, quo caſu inualida appellatio cenſetur, etiam quod clauſula in ea omni meliori modo apponatur, neque attentata operatur, neque effectum ſuſpenſiuum. c. 15. nu. 18.

Ab altera parte arbiter electus iuſta cauſa concurrente recuſari poteſt, quem vero pars recuſans elegerit, niſi ex noua cauſa, vel veteri ignorata de nouo ad notitiam deducta recuſari minime poteſt. c. 7. nu. 11.

Arbiter, qui coniunctus ſit in arbitrum a coniunctis, quãtumuis voluntarie electus arbitrium ſuſcipere adſtringitur. c. 7. nu. 27.

Sententiam arbiter ferre nequit cõdemnatoriã quantitate ad quam condemnauit non expreſſa. c. 7. nu. 132.

Arbitro in ea quantitate hodie declaraſſet, valet laudum tanquam ab arbitratore prolatum. c. 7. nu. 132.

Arbiter procurator, & conſultor, leuioribus ex cauſis recuſantur. c. 6. nu. 44.

Arbitri iuris non niſi in caſibus à iure expreſsis eliguntur. c. 14 nu. 31. & ſeq.

Ab arbitri ſententia appellare de iure canonico licere communis eſt ſcribentium opinio. c. 7. nu. 72.

Ab arbitri iuris ſententia, ex forma legis iudicis, ſeu ſtatuti præcepto electi appellari poſſe, maximè vbi ex arbitri ſententia actionem oriri, vel plenam laudum proboris firmitatem obtinere, ſeu quod executioni laudũ mãdetur ſtatutum diſponeret, magis communiter ſcribentes aſſeuerant. c. 7. nu. 73.

Quod arbitri, vel arbitratores de iure pronuncient, compromiſſo diſponente arbitratore, contra, vel præter ius pronunciante nullum eſt laudum, arbitri vero iniuſtam potius in hoc caſu, quam nullam eſſe ſententiam communis ſcribentium opinio refertur contra Bartolum aliter ſentientem, communiter reprobatam c. 7. nu. 5.

Sententiæ arbitri effectus ad heredes, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint, & quamuis mentio de eis nullatenus in ſententia facta fuerit tranſit. c. 7. nu. 61.

Strictiſſimum arbitri officium propriis compromiſſi verbis, ac literis taxatum dicitur. c. 7. nu. 1.

Appellare ab arbitri ſententia de iure canonico licere magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 34.

Arbitro, & arbitratori condemnata de fructibus, & expenſis licet, ac dilationes dare, quamuis de illis in cõpro-

miſſo

Digitized by Google

INDEX.

tniſſo cantum non extiterit, quod qualiter procedat declaratur.c.7.nu.2.

Neque arbitrum in cauſa propria agere quem poſſe, communis ſcribentium opinio refertur.c.11.nu.4.

Præfatam promiſsionem illam habere conditionem deducitur, niſi primi arbitri iuxta iuris diſpoſitionem concordes extiterint.c.7 nu.102.

Poteſtate arbitris per partes data tertium eligendi, tertium qui officij particeps ſit, non autem conſultorem eligere eis licet, quod in arbitris ſtatutarijs non procedit quibus conſultorem, & aſſeſſorem eligi licet. capitu.7. num.103.

Arbitri de iure canonico de ſuſpicionis tantū cauſa cognoſcunt, ſecus de iure ciuili, quo attento articulo ſuſpicionis omiſſo ad principalis cauſæ cognitionem ſtatim eos procedere, ac in ſuſpecti iudicis locum ingredi communis ſcribentium eſt opinio.c.5.nu.35.

Quamuis duo arbitri ex tribus de iure canonico abſente tertio, & requiſito proferre ſententiam poſsint, hoc tamen vbi omnes arbitros interuenire compromiſſum diſponeret, limitatur, & communis ſcribentium eſt opinio.c.7.nu.8.

Neque poſt ſuſpicionis articulum terminatum arbitri iure canonico attento de principali cauſa cognoſcunt ſecus vero de iure ciuili. ibid.c.5.nu.36.

Iuriſdictionem arbitri iuris habere dicuntur, minime excommunicatum arbitrum eſſe poſſe communiter ſcribentes ſentiunt, niſi inter excommunicatos quando voluntarius arbiter eſt, ſecus ſi neceſſarius quodque arbitrator eſſe excommunicatus poſsit magis communiter ſcribentes ſentiunt.c.7.nu.13.

Arbitrorum aliqui voluntarij, aliqui vero iuris, ſeu neceſſarij, dicuntur, quorum electio non a mera partium volūtate, ſed à lege, ſeu ſtatuti neceſsitate, proficiſcitur. c.7.num.11.

Arbitri iuris illi dicuntur, qui ſuſpecto iudice allegato ad ſuſpicionis cauſam cognoſcendam, & decidendam eliguntur.c.7.nu.12.

Omnia de illis arbitris diſpoſita, qui ob iudices ſuſpectos dantur in arbitris etiam ſtatutarijs procedere, communis eſt ſcribentium opinio.c.7.nu.12.

Arbitrorum poteſtas ex compromiſſo dependet, laudi etiā virtus à compromiſſo pendet, laudi item, & compromiſsi tenorem conſiderari diligenter atque obſeruari debere deducitur.c.7.nu.1.

Ex diuerſis arbitrorum ſcripturis in quibus ipſos diſſentire apparet de diſcordia conſtare dicitur.c.7.nu. 104.

Arbitrorum ſententia ſuper vna re ſola cum quæſtio ſit de pluribus nunquid valida ſit remiſsiue.capit. ſeptimo num.125.

Arbitris de iure iudicantibus de facto ipſis iudicandi facultate in compromiſſo præſtita, inualida eſt ſententia ex defectu formæ non obſeruatæ.c.7.nu. 5.

Arbitris prorogandi poteſtate ſimpliciter conceſſa ſemel tantum prorogare licet.c.7.nu.118.

Arbitris præſertim omnia controuerſiarum capita determinantibus, ipſiſque viris probis exiſtentibus arbitris in laudo quod inſtructi de cauſa fuerint aſſerentibus fides adhibetur.c.7.nu. 130.

Poſt arbitros diuiſim electos actis coram ipſis ſine proteſtatione factis, ipſos ex noua cauſa, ſeu antiqua nouiter cognita recuſari licet.c.7.nu.113.

Arbitros vſque ad cauſæ concluſionem non autem poſtea recuſare licet.c.7.nu 113.

Arbitros, qui de principali negocio cognoſcant ad ſecum eligendum partem compellere epiſcopo liceat, ac partes arbitros eligere regulariter, quod ſpectet, communis ſcribentium opinio refertur.c.5.nu.28.

Aliud eſt coniunctim, ſeu communiter, aliud vero diuiſim arbitros eligere quod à ſtatuto Beneuentano confundi, & male demonſtratur.c.7.nu.113.

In iuris arbitrium electus arbitrium acceptandum, cogi pòteſt ſecus in arbitro voluntario, qui ad arbitri onus ſuſcipiendum minime cogitur, etſi vbi illud ſuſceperit explicare cogatur.c.7.num.27.

Duo ex tribus arbitris neceſſariis ad cauſæ diffinitionem tertio abſente eo etiam caſu procedere poſſunt, quo vt omnes interueniant, partes compromiſiſſent. capitu. 7.nume.9.

Iuris arbitros quamuis partes eos eligant non tamen à partibus, ſed à iure poteſtatem recipere communis ſcribentium eſt opinio, neque partes nouam formam aliter quam à iure caueatur præſtare poſſe deducitur. capit. 7.nume.9.

Tribus arbitris voluntariis electis, vno ipſorum ad compromittendum incapace reperto, vtrum aliorum reſpectu compromiſſum teneat opiniones referuntur. capitu. 7.nume.10.

Ab arbitris facultatis vigore eis in compromiſſo conceſſæ tertius electus, à partibus electus cenſetur, & conſultor exiſtimatur.c.7.nu.101.

Non eſſe reconuentioni locum coram arbitris cōmunis ſcribentium opinio refertur.c.7.nu.2.

Arbitratoris laudum, & arbitramentum nullatenus decem dierum taciturnitate, ſed expreſſe tantum homologari poteſt.c.7.nu.70.

Arbitratorem in iure non reperiri aliqui opinantur. capit. 7.num.62.

Arbitratorum arbitramentum large, & impropriè ante laudum à partibus approbatum tranſactio dicitur vere tamen, & propriè ratificatione ſecuta. capitu. ſeptimo nume.62.

Lis eſſe coram arbitratore non dicitur.c.7.nu.62.

Nec abſoluendi, neque condemnandi poteſtatem, arbitratores habere communis eſt opinio, ac eis ſine aliqua partis citatione arbitrari licere, necnon tertium incertum eligendi facultatem dari poſſe deducitur.

Sentētiam arbiter die in honorem Dei feriata, proferre nequit, ſecus in arbitratore, cui valide tali die tam de iure ciuili, quam canonico pronunciare licet. capitu. ſeptimo num.63.

Ab arbitratoris perſona antequam arbitretur, non receditur.c.7.nu.64.

Nullam inter arbitrum, & arbitratorem circa recuſationis articulum eſſe differentiam, ac vtrumque noua exiſtente ſuſpicionis cauſa recuſari poſſe ſcribentes ſentiūt. c.7.num.64.

Quamuis arbitratorem recuſare non licere, aliqui de communi tenentur, valde author de hoc dubitat, & nu.ſeq. c.7.nu.65.

Arbitratoribus, tertij incerti eligendi facultas dari poteſt.c.7.num.99.

Tertius ab arbitris electus, ad munus hoc recipiendum cogi poteſt.c.7.nu.99.

Arbitris, vbi diſcordes eſſent, partibus tertium vt eligant mandare minime licet.c.7.nu. 100.

Arbitratoris arbitramentum, vſque ad annos triginta ad boni viri arbitrium reduci poſſe communis eſt ſcribentium opinio, quod enormi ſtante læſione procedere, ſecus in modica quo caſu illius arbitrio ſtandum eſſe, communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt.c.7.nu.75.

Ad arbitrium boni viri reductio petita ad priſtinū ſtatum rem reducit.c.7.nu.94.

Ad arbitrium boni viri reductionem ſpeciem quandam appellationis dici communis eſt ſcribentium opinio. ca. 7.nume.94.

Tertium arbitri ipſi non autem partes eligere coguntur.ca. 7.num.98.

Archiepiſcopus in ſui ſuffraganei diœceſi delinquens, ab ipſius ſuffraganeo puniri neutiquam poterit, commu ni canoniſtarum opinione attenta.c.4.nu.32.

Secus ſi ſuffraganeus non eſſet quo caſu punire illum epiſcopo licere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. ibidem.

Archiepiſcopo ſuſpecto exiſtente, ipſius etiam ſuffraganeos ſuſpectos cenſeri communis ſcribentium opinio refertur, ipſorumque item ſuffraganeorum, officiales, & ſubditos.c.4.nu.8.

Archiepiſcopus iudex eſt ordinarius officialium principalium, & Vicariorum generalium ſuffraganeorum, c.4. nume.21.

Archiepiſcopi Vicarius, quam & quando in epiſcopos ſuffraganeos iuriſdictionem habeat explicatur, capitu. 4 num.22.

Eumque de appellationibus, ad Archiepiſcopum interpoſitis, cognoſcere aſſeritur.c.4.nu.32.

Arma aliquem portare ſi iudex videat, ſiue delictum corã ſe committere punire arma deferentem, ac delictum cõmittentem, etiam quod aliter delictum non probetur aliqui ſentiunt c.11.nu.7.

Articulus, quod ſemiplene de intereſſe, & iure ſuo docere tertius debeat in primis tanquam præiudicialis eſt examinandus.c.15.nu.129.

Articulus præiudicialis in primis & ante omnia eſt expediendus, alias nullum eſt quicquid fit.c.15. num.65.

Aſſeſſor ille cenſetur qui iudici imperito ab ipſius iudicis ſuſpicione, vt ei omnibus in cauſis aſſiſtat, ac de ipſius voto iudicet deputatus fuit, c.10.n.1. & 12. & 13.

Aſſeſſor, Conſiliarius dicitur.c.4 nu.4.

Aſſeſſor, dummodo de recuſantis conſenſu electus non ſit, etiam de iure canonico ſolo partis iuramento recuſatur. c.4.nu 5.

Quando aſſeſſor in ſyndicatu teneatur remiſsiue. capit. 10.num.8.

Aſſeſſoris officium, vt iudicantium imperitiæ ſuccurratur inuentum fuit.c.10.nu.5.

Aſſeſſoris conſilium ſecundum communem ſcribentium opinionem ſequi iudex non tenetur, niſi ſtatuto expreſſe aliter caueatur, quo caſu ſequi conſilium iudex debet, etiam quod illud iniuſtum ſibi videretur.c.10.nu.5.

Propter aſſeſſoris ſuſpicionem, ſiue literarum ignarus, ſiue peritus iudex ſit, recuſare iudicem licere magis communis ſcribentium eſt opinio.c.4 nu. 1.

Siue aſſeſſores, magis communi ſcribentium opinione attenta quod num.ſeq.declaratur.c.3.nu.13.

Idem ſi maior pars ſuſpecta eſſet, quo ſimiliter caſu in integrum Tribunal ſuſpectum redditur.c.3.num. 14. & 17.

Quantumuis ſuſpectus iudex non ſit recuſare ſuſpectus aſſeſſorem permittitur.c.4.nu.2.

In aſſeſſoris electione partes ad notam ſuſpectorum dandam ſunt monendæ, ad notam tamen confidatorum dandam, partes non tenentur.c.4 nu.2.

Nota vero ſuſpectorum, & confidatorum, per partes data ſatis eſt non ſuſpectos iudicem eligere.c.4.nu.2.

Aſſeſſorem quem iudex deputauit, quo caſu ei reuocare liceat exponitur.c.10 nu 4.

Aſſeſſore a ſuperiore deputato, ab aliis conſultoribus iudici conſilium habere minime licet, niſi quando ordinarius aſſeſſor ſuſpectus eſſet c.10.nu 1.

Aſſeſſor in propria ciuitate propter ſuſpitionem nequid gratioſe fiat quis eſſe nequit, ille vero conſultor dicitur, qui ſuper vna cauſa, vel cauſæ articulo a iudice aſſumitur.c.10 nu.1.

Aſſiſtentiæ remedium, quod contra tertium poſſeſſorem creditori in Regno Neapolis conceditur vnde originem habuerit remiſsiue.c.15.nu.160.

Conſultor, vel aſſeſſor iuriſdictionem habere non dicitur nec qui interuenire tanquam conſultor debet, collega dici poteſt, quamuis officialium appellatione comprehendatur.c.10 nu.11.

Aſſerentis dicto regulariter non ſtatur, quando in his ſumus, quæ ab aſſerentis voluntate non dependent.capit. 5.num.7.

Audientia contumaci non in cauſa ſolum in qua contumax eſt, ſed in omnibus coram eodem iudice, inter eaſdem perſonas vertentibus denegatur.c.14.nu.67.

B

Bannitus Beneficium, &c.

CONtra Baldum aliter ſentientem, communiter reprobatum.c.3.nu.22.

Bannum propter contumaciam emiſſum in non comparendo ad locum non tutum ipſo iure nullum cenſetur. cap. 13.nu 26.

Ad fidem ſaluoconductui ſibi dato præſtandum citatus tenetur, quod niſi a iudice capitali inimico ſaluus conductus mitteretur limitatur.c.13 nu.26.

Saluumconductum, bannito datum eſſe à iudice ſeruandum vera eſt, & magis recepta ſcribentium opinio, etiam quod ſaluusconductus concedi non debuiſſet conceſſus eſt ſeruandus.c.13.nu.36.

Saluumconductum violantem, eumque qui ſecuritatem obtinuit, vſque ad mortem offendentem pro homicidii crimine mortis pœna primo mulctari deinde reum criminis læſæ maieſtatis dei lazuri magis recepta eſt ſcribentium opinio c.13.nu.26.

Bannitum aſſidatum offendens, ſiue occidens, qui ſuam non publicauit ſecuritatem, ita vt vere aſſidatus ignoraretur non puniri communis eſt ſcribentium opinio. ca. 13.nu.26.

Bannitum offendens aſſidatum, quoties nullo modo, vt quia tanquam rebellis a Principe condemnatus fuerat, ac ob criminis atrocitatem aſſidari nequiuit, non punitur.c.13.nu.26.

Bannitus in loco à quo bannitus fuit citatus ad comparendum non adſtringitur.c.13.nu.26.

Niſi ei prius banni ſecuritas, necnon ſaluuſconductus concederetur, quod qualiter exequendum ſit deſcribitur.c.13.nu.26.

In loco bannitus, in quo exbannitus eſt conueniri poteſt.c. 13 nu.27.

Bannitus ab excipiendo excluſus intentionis, & facti exceptionem, quia exceptio non prohibetur.c.15.nu.161.

Bãnitus a ſolutionis loco debitorem alio in loco, vt ſoluat cogere poteſt.c.13.nu.25.

A ſolutionis loco bannitus, vel ſi aliter non ſit ei ad locum tutus acceſſus debitorem, vt alio loco ſoluat cogere poteſt.c.13.nu.25.

Bannitum iterum banno ſupponere licere communis ſcribentium opinio refertur.c.13.nu.26.

Securitas, & ſaluusconductus bannito, & delinquenti aliqua exiſtente cauſa vt ad Principem, vel eius iudicem tute venire poſsit præſtatur ipſarumque cauſarum aliquæ recenſentur.

Licentia in ciuitate commorandi bandito ab officiali data officialis ſolum officia durante durat. c.13.nu.26.

Bannito ad locum quo exbannitus eſt citato procuratorem quamuis ipſe venire impediatur mittere tenetur, niſi propter odia exbannitus eſſet, quo caſu, quia cauſæ nõ bene conſultum eſſet ad procuratorem mittendum nõ tenetur.c.13.nu.27.

Ob iudicis minas, & ſeueritatem, vt quia de facto procedere aſſueuiſſet, vel quid ſimile, a comparendo citatus excuſatur, quo caſu neque fuga inquiſito nocet. capit. 13. num.28.

Barbi-

I N D E X.

Barbitiæ item in Clement. excommunicationis nume. 19. de except. opinio refellitur eo ipſo quod ad agendum, vel excipiendum terminum iudex ſtatuit competentem ſe pronunciare aſſerentis. c. 14. nu. 36.

Barones aliquos de feudis quaternatis in eorum priuilegiis, ac de his etiam, quæ in capite, & immediatè à Regia Curia tenentur, poteſtatem cognoſcendi habere euidentiſsimus Carauella teſtatur, quod olim in Principis Salerni priuilegiis obſeruaſſe ipſemet aſſeuerat. capit. 12. num. 12.

Bartoli doctrina in repet. l. 3. nu. 30. ff. ſi quis in ius vocan. non ier. à Carauita in ritu Magnæ Curiæ 265. nō apte deducitur. c. 5. nu. 13.

Quoties à belli Duce ſecuritas petenda venit, & in mittendo ad eum etiam in notorio ſit periculum ſecuritatem non petens excuſatur, niſi ex concedendi conſuetudine obtineri ſecuritas facile poſſet. c. 13. nu. 2.

Bella de iure, & hoſtilitates timentur, & de more vitantur, quæque humana fugit ratio, abborretque natura. ca. 13. num. 1.

Etiam quod ſuperior, ſeu Belli Dux ſaluum conductū offerret acceſſum ad locum præfatis in caſibus recuſare licet. ibid.

Loci non tuti impedimentum ob bellum, & inimicitias iuſtam a contumacia excuſandi cauſam præſtet, etiā quod aliquam pro ſaluo conductu habendo, diligentiam imditus non adhibuerit. c. 13. nu. 2.

Ob notorium belli impedimentum omnino tolli contumaciam explicatur. c. 14. nu. 133.

Beneficium Principis latiſſimè interpretari communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 212.

Legis finalis beneficium, C. de repud. hæred. in hærede ſuo loquentis eccleſiæ non competit. c. 15. nu. 113.

Beneficium pupillo, vel minori à Principe conceſſum ſine tertii præiudicio conceſſum intelligitur. c. 15. num. 212.

Dictum beneficium mulieribus conceſſum meretrici etiam competit. c. 15. nu. 88.

Eo caſu, ex præfatæ conſtitutionis diſpoſitione mulieri non ſuccurritur, vbi ad contrahendum, & iurandum ſimul procuratorem mulier conſtituiſſet, ipſeque procurator iuratum contractum faciendo mandatum exequeretur. c. 15. nu. 87.

Bis tantum & non pluries in integrum reſtitutionis beneficium ne in infinitum proceſſus detur concedi debet. ca. 15. num. 10.

Beneficium litis conſorti priuilegiato conceſſum nunquid in litis conſortis præiudicium renunciari in cauſa indiuidua poſſit remiſsiue. c. 15. nu. 164.

Beneficii collationem excommunicato factam ipſo iure nullam cenſeri communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio. c. 6. num. 33.

In beneficii, vel ordinum collatione doctor abſque examine promoueri tanquam notus poteſt. c. 9. num. 11.

In beneficialibus altera parte per contumaciam abſente ad diffinitiuam lite non conteſtata dummodo de cauſa liqueat proceditur. c. 14. nu. 57.

In poſſeſſorio edicti Carboniani, litis conteſtationem non requiri communis ſcribentium opinio refertur. c. 14. nu. 57.

Idem quando in caſu eſſemus, & in cauſa in qua periculum eſſet in mora ſecundum communem ſimiliter ſcribentium opinionem, & in cauſa libertatis. c. 14. nu. 57.

In beneficialibus cauſis, & ſummariis peremptorii ſolemnitas non requiritur. c. 14. nu. 102.

Statutum Beneuentanum appellatione, ſeu reductione, non obſtante eſſe laudum exequendum diſponit. capitu. 7. nume. 76.

Beneuentanæ ciuitatis ſtatutum in lib. 1. in titu. de modo procedendi in ciuilibus, in fine per primam reſponſionē à reo conuento, ſiue neget, ſiue affirmet faciendam litem ipſo facto conteſtatam intelligi diſponit. capitu. 14. num. 48.

In ciuitate Beneuentana ciuitatis conſules nūtios quos iuratos dicunt, ex ſtatuti diſpoſitione deputant, etſi illemet nuntius de iure, qui in cauſa citare incœpit, tota in cauſa citare debeat contrarium tamen generali de cōſuetudine ſeruari aſſeritur. c. 6. nu. 55.

Ex Beneuentanæ ciuitatis ſtatuti diſpoſitione carceris, & infirmitatis impedimentum, æquiparantur. cap. 14. nume. 21.

Statuti Beneuentani diſpoſitio circa tertii electionem, ante arbitrorum diſcordia refertur. c. 7. nu. 105.

Bona ab vxore quæſita de bonis mariti quæſita fuiſſe à quolibet tertio dummodo ipſius interſit opponi poſſe, etiam quod maritus per vxorem acquiſita non eſſe de bonis ſuis quæſita fateretur verior eſt æquior, & honeſtior opinio. c. 15. nu. 176.

Contra bona ſpurio relicta vendicantem alium proximiorem, qui bona uendicare poſsit extare opponere ſpurio licet. c. 15 nu. 162.

Super bonis ſuper quibus eſt ſpecifice iudicatum cauſæ cognitio non exigitur, ſecus in aliis. c. 15. nu. 132.

Brutii, in ciuitate Neapolis ad comparendum æſtiuo tempore vocati, à menſe Iulii, vſque ad menſem Septembris non tenentur. c. 13. nu. 10.

C

Calumnia, Cardinalis, &c.

CAducitas ipſo iure non naſcitur, ſed domino ſolum volente locum habet, nec in facto eſſe cenſetur, ſed ſolū in potentia fieri domino volente ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 161.

Calūniæ atque malitiæ præſumptio ceſſat, quoties ex actis euidens, & notorium facientibus, ac malitiam, & calumniam excludentibus de tertii comparentis intereſſe conſtaret. c. 15. nu. 145.

De iure Cameræ cui fructus debentur ſi quis excipiat ad illos agentem non excludit, niſi fiſcus illos velle declarauerit. c. 15. nu. 161.

Quoties calumniæ præſumptio eſt contra tertium comparentem, etiam quod incontinenti probatio offeratur non ſufficit, niſi de his, quæ opponit vere appareat. capit. 15. num. 145.

Per calumniam, & malitiam ſapientis conſilium, non ſolum petitum, ſed etiam à iudice obtentum, quamuis ſtatutum de ſapientis conſilio iudicare iudicem debere diſponat proceſſum non retardat, & hanc communem eſſe aſſeritur ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 5.

Canonicus excommunicatus, vt eligere poſsit abſoluitur, quo facto excommunicatio reuiuiſcit. c. 15. nu. 111.

Quod exiſtente ſubſtituto locum non habere declaratur. c. 15. nu. 112.

Carceris cuſtos ob carcerati fugam qualiter tam pro ciuili quā pro criminali cauſa puniatur remiſsiuè. c. 15. nu. 193.

Carceribus exiſtenti, quod conſtituere procuratorem liceat communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 56.

Carceris cuſtodem ob cuius dolum, vel culpam reus ob crimen detentus aufugiſſet eadem pœna qua reus plectendus erat eſſe puniendum communis refertur ſcribentiū opinio. c. 15 nu. 193.

Quoties affectata carceratio fuiſſet contra citatum, tanquam contra contumacem procedere licet.

Nec Cardinalis à latere legatus nec qui Principe ſit inferior, appellatione ſeu recuſatione remota, committere cauſam poteſt, ſecundum communem ſcribentium opinionem niſi eis facultatem hanc in ſpecie Princeps cōceſſiſſet, nec Cardinales in hoc ab aliis Papa delegatis, in aliquo differunt. c. 2. nu. 20.

INDEX.

Cardinalis, etiam ſi de latere legatus ſit, recuſari poteſt, dummodo honeſto modo, & in forma debita recuſetur, & quando in iudicio ſumus contentioſo, vbi quæ ſit forma Cardinalem Legatum recuſandi remiſsiue. capit. 2. num. 12. & 15.

Cardinali aliquid ſibi à Papa viuæ vocis oraculò commiſſum eſſe offerenti, quod credatur eſt pariter magis communis ſcribentium opinio. c. 15. nu. 215.

A Cardinale de latere Legato quem quis cæpit abſolui petens quamuis ſuſpectus ſit, quia hoc petens in eum conſentit Cardinalis illum etiam extra mortis articulum abſoluere poteſt. c. 11. nu. 22.

Cardinales, in Romana Curia præſentes præfecto prætorio æquiparari, communiter ſcribentes ſentiunt, a Romana vero Curia abſentes, proconſulibus c. nu. 20.

Regibus item Cardinales adæquantur. c. 2. nu. 20.

Et poſt Pontificatum ſupremo dignitas eſt Cardinalatus. ibidem.

Cardinalatum dignitatem non eſſe dicentium ſed ſimplex officium opinio refellitur. c. 2. nu. 20.

Sine Cardinalium conſilio, ardua exequi Papæ non licere, eoſque in hac quaſi poſſeſsione reperiri, communis pariter ſcribentium eſt opinio, ſed iuris diſpoſitione attenta liberam abſque ſynodo poteſtatem, Summum Pontificem habere, communi & vnanimi ſimiliter voto ſcribẽtes aſſerunt. c. 2. nu. 20.

Eandem Cardinales immo maiorem habent iuriſdictionẽ quam Patriarchæ habent, Archiepiſcopi, Epiſcopi & omnes in Prouincia ipſis commiſſa. c. 2. nu. 20.

Caſus.

Caſus refertur in quo contra tutorem ſolum actio minori conceditur eique reſtitutio denegatur. capitulo 15. num 17.

Eo caſu aduerſus tempus petendi ius congrui in integrum minor reſtituitur vbi ius congrui per conſuetudinem locum habet ſeu per ciuitatis ſtatutum, ſecus vbi Federici Imperatoris conſtitutio locum ſibi vendicat. capit. 15. num. 17.

Caſus aſſertur, in quo etiam poſt litem a procuratore conteſtatã per alterius procuratoris creationem, primus quamuis contradicat reuocatur. c. 6. nu. 47.

Caſus in quo appellatione remota cauſam delegato committere licet, ſingularis refertur. ibid.

Caſus in quo iudicis arbitrio, an iudicare velit poſitum conſtat refertur. c. 1. nu. 9.

Illo etiam caſu, vbi in rem iudicatam ſententia nunquã tranſiret verus contumax ab appellando excluditur. c. 15. num. 119.

Decii opinio in conſil. 34. illum verum cenſeri contumacem aſſerentis, qui nullatenus ad cauſæ defenſionem comparuit, ſecus ſi in aliquo incidenti, etiam quod ad ſententiam audiendam contumax fuiſſet reiicitur. cap. 15. num. 119.

Certa hoc in caſu ſcientia eſſe debet ex ſententiæ notificatione reſultans, ac decendium minime currit niſi à die aſsignationis copiæ ipſius ſententiæ. c. 14. nu. 169.

Quibus in caſibus, ad domum citatio ſufficiat, & quando ſit in perſonam neceſſaria, ac quot modis abeſſe quis dicatur remiſsiue. c. 14. nu. 88.

Cauſa.

Cauſa alicui per iudicem commiſſa, vt à ſapiente quodam conſilio habito pronunciaret, conſilio omiſſo pronunciatione ſecuta ſententia ipſo iure nulla remanet. capit. 10. nume. 7.

Cauſa qualibet, eſt ad recuſandum iudicem ſufficiens. capit. 4. num. 1.

Quando talis erat cauſa, quæ neque tractori per procuratorem poterat, nec debebat. c. 14. nu. 121.

Quod in illo limitatur, qui per ciuitatẽ, vel Territorium citationis tempore detineretur, ex quo facti tunc impedimentum non habet. c. 14 nu. 121.

Tam cauſa, quam expreſſa procuratoris confeſsio, in contentioſa iuriſdictionis modum facta, domino ſecundum communem ſcribentium opinionem præiudicat. capitu. 14. nu. 138.

Cauſa, ſic generaliter propoſita, ſolo iureiurando probatur. c. 7 num 10.

Cauſa quam in recuſationis exceptione exprimere nõ oportuit, ſpecialiter, ſi expreſſa fuerit, eſt attendenda. ca. 5. nume. 10.

Cauſa qualibet ex qua graue infertur præiudicium eſt ordinaria. c. 15. nu. 52.

Cauſa appellatione remota à Papa commiſſa, recuſatione remota commiſſa non cenſetur ſecundum communem, & veriorem ſcribentium opin. nec circa hoc inter ius canonicum & ciuile differentia reperitur. c. 2. nu. 18.

Vbi cauſæ præiudiciali alia admiſcetur contra iuris ordinem procedi dicitur, ac ob proceſsuum intricationem applicare licet. c. 15. nu. 65.

Cauſæ expreſsio ad ipſius appellationis ſubſtantiam non requiritur, ſed ad finem ſolum, vt ſciat iudex nunquid appellationi, vel ne deſerre debeat, & quãdo ſit cauſæ expreſsio neceſſaria declaratur. c. 15. nu. 174.

Cauſæ commiſsione alicui facta, nec infamiæ, nec alterius inhabilitatis prætextu, excuſare ſe licere, communis eſt opinio c. 1. nu. 7.

Poſtquam ad merita cauſæ diſcutienda deuentum fuit iudicem, neque refectis expenſis recuſare contumaci licet. c. 14. nu. 63.

Cauſam quamlibet, ad quem à pœna excuſandum ſufficere communis eſt ſcribentium opinio, quod maxime procedit, vbi de pœna agitur pecuniaria, & dummodo ex cauſa illa motus quis appareat.

Cauſam quoties tertius appellat eſſe in appellatione exprimendam, cauſaſque in appellatione expreſſas ſemiplene ſaltem antequam ad vlteriora procedatur eſſe exprimẽ mendas communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 15. nume. 174.

Vbi cauſam agi tertius ſciuiſſet, nec ante ſententiam, nec ante cõcluſionem in cauſa comparuiſſet principali à ſententia non appellante neque tertio ipſi appellare licet. ca. 15. nu. 124.

Principalem cauſam regulariter propter contumaciam contumacem non amittere, neque contumaciam ad quẽ iure ſuo priuandum, iuſtam cenſeri cauſam communis ſcribentium opinio refertur. c. 14. nu. 86.

Propter duriorem cauſam ex poſſeſſoris mutatione contingentem, etiam quod præfata cautio præſtetur non eſſe ad tertii præiudicium executionem faciendam concluditur. c. 15. nu. 133.

Cauſam contumax etiam expenſis refectis in illo ſtatu, in quo ipſam reperit proſequi tenetur. c. 14. nu. 66.

Pro affirmante contumax, aut negante, vt illi magis eſt præiudiciale exiſtimatur. c. 14 nu. 66.

Iudex in cauſa compromiſſo neceſſario pendente procedens attentata ipſa, quoties coram iudice adito ad proceſſum impediendum de compromiſsi pẽdentia oppoſitum fuiſſet reuocare arbitro licet, alias ſecus. c. 7. nu. 41.

Ex ſola compromiſsi neceſſarii petitione ordinarii petitione ordinarii iuriſdictio ſuſpenditur ipſius compromiſsi executiuis exceptis. c. 7. nu. 42.

Poſt concluſum in cauſa conſultorem recuſare non permittitur, & an iudex ex aſſeſſoris facto teneatur remiſsiue. c. 10. & nu. 12.

Quoties vere in cauſa, ac vtraque parte conſentiente concluſum extitiſſet. c. 14. nu. 42.

Secus quando tacite, & ab vna parte ſolum permiſsionem veluti citationis ad ſententiam concluſum extitiſſet,

quo

INDEX.

Quo caſu vere in cauſa concluſum non cenſetur. cap.14. nume.42.
Sententia ex cauſa notorie falſa, eſt nulla ſecundam magis communem ſcribentium opin.c.5.nu.20.
Sed pluribus à iudice cauſis expreſsis, vna vera alia falſa, ex vera cauſæ expreſsione ſententia ſuſtinetur.cap.5. num.20.
Paria ſunt in cauſa concluſum eſſe, & iudicatum. capitu. 14.nume 42.
In propria cauſa, quod cognoſcere iudex poſsit aliis ſcilicet committendo intelligendum eſt.c.11 nu.21.
In ciuili cauſa per ſe, vel per procuratorem ſpeciale mandatum habentem, vel generale cum libera quale tutor curator œconomus, & alii alieni patrimonii adminiſtrationem habentes habere dicuntur eſſe in integrum reſtitutionem poſtulandam nõ abſimiliter communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu.56.
Et per concluſionem in cauſa probationibus quibuſcunque. c.14.nu.43.
Cuilibet in cauſa propria, niſi ſuſpectus allegetur, iudicare licet.c.5.nu.30.
Qui in cauſa principali iudex eſt eũ ſuper incidenti etiam cognoſcere communis eſt ſcribentium opinio. capitu.14. num.31.
De cauſa inſtructus procurator præſumitur.c.6.nu 44.
Non ſine magna cauſa ad interdictum deuenire licet, & ratio aſsignatur. c.14.nu.81.
Ex cauſa ſolum, & non aliter omnem recuſationem, ac omnem ſuſpicionis ſpeciem excludere Principi licet. cap. 2. num.19.
Ex furti cauſæ captus rem niſi reſtituat furto ſubtractam minime relaxatur.c.15.nu.150.
Tunc in cauſis in quibus non conteſtatur procurator litis dominus efficitur, vbi tractare de cauſa meritis incœpiſſet, quod communiter approbari aſſeritur. capitu.14. num.45.
In cauſis in quibus in cauſa non concluditur primus actus qui fieri poſt cauſæ confuſionem ſolet pro cauſa conclu- habetur.c.14.nu.46.
In cauſis Capitolinis, qualiter vrbis ſtatuto, vbi ſuſpecti Capitolini iudices allegantur, caueatur exponitur. ibidem.
In aliis cauſis, quæ in Romana Curia aguntur, iudicis ſuſpicia ſiue ordinarii ſiue delegati, coram Summo Pontifice in ſignatura allegatur.ibid.c.5.nu.14.
Extra vrbem vero coram præſidibus Prouinciarum, quatenus adſunt, ſiu minus coram Sacra Conſulta. ibid.
De omnibus cauſis fieri compromiſſum poteſt, quæ expreſſe non prohibentur.c.7.nu.140.
Attentans, compromiſſum petens, auditur, ſecus in illo, qui attentata paſſus eſt.c.7.nu.140.
Quod quando partes iudicem, tanquam iudicem, cauſam, & iudicium conſtituere conſentiunt procedere declaratur.c.14.nu.48.
Secus ſi prout ſibi videtur procedere poſſe iudicem conſenſerint, quo caſu iuris ſolemnitates omittere licet. ibidem.
In cauſis in quibus, abſque litis conteſtatione ad diffinitiuam procedi poteſt, ſtatim quod merita cauſæ diſcutiuntur via declinatoriis præcluditur.c.14.nu.62.
In cauſis in quibus iuris ordinem ſeruare oportet, nec de tacita, nec de expreſſa partium voluntate litis conteſtatione omiſſa procedere licet.c.14.nu.48.
De crimine quoties agitur manifeſto alicui in propria cauſa iudicare minime licet.c.11.nume.18.
In vna criminali cauſa clericum Principis laici agere delegatum poſſe, communis ſcribentium opinio refertur.c. 10.num.18.
Indiſtincte iudicem in propria, & ſuorum cauſa parte non apponente iudicare poſſe communis eſt ſcribentium opinio, etſi aliter aliqui ſentiant.c.12.nu.22.
In appellationis deſertione ex procuratoris negligentia cauſata dominus non excuſatur, nec in integrum reſtituitur.c.14.nu.137.
Cautela vt decendium currat eſt quod perſonaliter ſententia, vel domi omnibus cum qualitatibus aduerſario notificetur, quod in Romana Curia non attenditur, ſed ſola citatio ſufficit.c.15.nu.169.
Idonea cautio in hoc caſu pignoribus, vel fideiuſſoribus datis eſſe debet, niſi talis eſſet actor, qui eam præſtare non valeret, quo caſu iuratoriam cum cautionem præſtare ſatis eſt.c.14.nu.57.

Citatus, Citare, Citatio. &c.

Citatus iuſto aliquo impedimento detentus. neque contumax, ſecundum veram opinionem reputatur, nec expenſas, vt audiatur reficere tenetur.c.14.nu.115.
Domi citatus fictus contumax cenſetur, ac ita demum citationem ad domum ſufficere, vbi perſonæ copia haberi nequit communis ſcribentium opinio refertur. cap. 14. num.101.
In deriſum abiret, ſi quis ad comparendum de perſona citatus ob præfatorum infirmitatem excuſaretur. capit.14. nume.102.
Quod procedit etiam poſtquam, qui ſemel perſonaliter citatus fuit minime comparuiſſet.c.14.nu.102.
Vbi in caſu eſſemus in quo in cauſa non concluditur, citatio ad ſententiam pro concluſione in cauſa habetur, quoties vtraque parte præſente, vel inſtante expedita citatio fuiſſet.nu.14.c.24.
Ad locum non tutum citatus, nec ad cauſam agendam, neque ad loci non tuti exceptionem proponendam comparere tenetur, quando locum non eſſe tutum eſt notorium.c. 13.num.11.
Non locus ſolum, ad quem quis citatur ſecurus eſſe debet, ſed ille pariter locus per quem tranſire citatus debet. c. 13.nu.15.
Ad locum notorie non tutum citatur, ſicut ad comparendum non aſtatur, ita & pariter, neque ad probandum, quod niſi locus ſibi grauiter ſuſpectus eſſet compareret. adſtringitur ſecundum communem ſcribentium opin. c. 13.num.20.& ſeq.
Ad locum non tutum citato, qui mittere excuſatorem nequit, ipſimet appellare licet.c.14.nu.132.
Quatenus citato, neque excuſatorem tempore, quo ad locũ non tutum citatur mittere concederetur ipſimet impedito appellare licet, de reo vero pro criminali cauſa citato, & impedito, necnon de quatuordecim impedimenti, & excuſationis cauſis remiſsiue.c.13.nu.17.
In ſacro almæ vrbis Rotæ auditorio aliquo ad perſonaliter comparendum citato ſi procuratorem ad impedimenti cauſas allegandum citatus mittat niſi ad cauſam mandatum excuſator ſufficiens habeat non admittitur, & contra ſic citatum per audientiam contradictarum proceditur.c.12.nu.18.
Niſi concilium congregare conciliarii recuſaſſent, quo caſu ſyndico citato, ac ſi citata eſſet vniuerſitas habetur.c. 14.nu.142.
Nec tacite, nec expreſſe iudicem, qui ſuſpectus ſit eligere procuratori licet.c.14.nu.142.
Conſtito poſtea de impedimento eſſe citatum abſoluendum communis pariter eſt ſcribentium opinio. capitu. 13. nume.14.
Notoria exceptione non exiſtente comparere, ac locum ſibi tutum non eſſe allegare citatus debet, ac ſibi terminum ad probandum præfigi petere quo probato ad vlterius comparendum non tenetur, & locus quinque modis non tutus deſcribitur.c.13 nu.15.
Lege citatum ratione contumaciæ pœnam incurrere diſponente

nente trinam pariter, vbi pœna grauis eſſet, citationem requiri, communis eſt ſcribentium opinio. capit. 14. nume. 111.

Simpliciter quis, & ſine loci expreſsione ab ordinario iudice citatus ad locum ſolitæ reſidentiæ, citatus intelligitur. c. 13. num. 41.

Quoties acceſſum non eſſe tutum res notoria non eſt, concludenter acceſſum non eſſe tutum probatur, etiam quod teſtes ipſi accedere non audere, vel ſi ſe credere impoſſibile eſſe citandos in perſonis, vel ipſorum domibus citare dicat, quodque teſtes de credulitate deponentes ſufficiant. c. 13. nu. 42.

Idque etiam per teſtes ſingulares concludenter probatur, quodque vbi alter duorum teſtium exequi citationem non poſſe, niſi de Neapolitani Proregis licentia alter vero quod nullus exequi auderet teſtimonium dicerent ſufficientes eſſe in Sacro Rotæ auditorio concluſum fuiſſe aſſeritur. c. 13. nu. 41.

Teſtes, quod ipſi exequi non auderent dicentes ſufficiunt, ac ſatis eſt non tutum acceſſum quomodocunque verificari, vt quia teſtes dicant, quod impoſſibile eſſe credunt, vel quod eos in domo citoro non ſit tutum. caput 13. num. 41.

Vnum ex acceſsibus eſſe tutum probare non ſufficit, quoties multiplex ad locum aliquem acceſſus eſſet ſed nullum ex acceſsibus eſſe tutum probare oportet, alias probatio neceſſario non concludit. c. 13. nu. 41.

Flandria ideo locus non tutus dicitur, quia iudices brachia ſæcularis ſine Regis beneplacito ibi non exequuntur. c. 13. nu. 41.

Citatio per edictum fit, quoties locus, vbi citandus degit propter bella, inimicitias, aliove modo ſecurus non extaret, ac quibus alijs in caſibus citare quem per edictū liceat remiſsiuè. c. 13. num. 39.

Quibuſcunque iudicibus cauſa ſubſiſtente, ac in caſibus à iure permiſsis huiuſmodi Citationes committere licet. c. 13. nu. 39.

Citatio, quæ per proclama fieri poteſt eam per edictum pariter facere licet. c. 13. nu. 39.

Citatio per generale proclama ſatis eſt, quoties ignotus citandus eſt eiuſque nomen ignoratur. c. 15. nu. 176.

Neceſſaria eſt tertii poſſeſſoris Citatio in ſententiæ executione maxime quando in alia re fit executio, vel ſi noua interueniat perſona, aut quid ſimile. c. 15. nu. 157.

Citatio per edictum à iure communi exorbitare dicitur, quodque propterea reſtringenda veniat.

Quoties perſona citanda certa eſt, nominatim eam non autem per edictum eſſe citandam communis ſcribentium opinio refertur, niſi multitudo perſonarum citanda eſſet, quo caſu citatio in genere ſufficit, ſed vbi incertus eſſet aduerſarius certus tamen de facili eſſe poteſt nominatim eum citare oportet. c. 13. nu. 37.

Nulli iudicum regulariter citare per edictum publicum permittitur, niſi hoc in ſpecie Summus Pont. permiſeſerit. c. 13. nu. 38.

Ordinariis ſolum, & à Principe delegatis non autem aliis hunc citandi modum conuenire aſſeritur, ſed iure canonico attento ordinariis facultatem hanc ſpecialiter non habentibus nullatenus per edictum citare regulariter licet. c. 13. nu. 38.

Cuicunque Principis delegato Citare per edictum licere, etſi aliter aliqui ſentiant explicatur. nu. 13. c. 39.

Ordinariis item hunc Citandi modum conuenire exponitur quoties alio modo citare quem non permittitur, vt quia abſens ille ſit, ſiue latitet, vel quoties cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe perſona incerta citatur. ca. 13. num. 39.

Ad quem Citandi modum antequam iudex deueniat, ſummarie prius ſuper dictis cauſis, recipere teſtes debet, ac inferioribus etiam iudicibus hoc conceditur, quotieſcunque doloſè citādus latitat, ſeu verbalem citationem, aut per literas ad ipſum, ne perueniat impedit, dummodo in loco, vbi habitare, & conuerſari citandus aſſuerit, & non alibi edictum apponatur. c. 13. nu. 39.

Citatio quæ Beneuenti executioni demandanda erat in Veliternſi ciuitate propter non tutum acceſſum executa, quamuis ex locis ſtatus eccleſiaſtici non Veliternum, ſed Terracina proximior ciuitas ſit, quod valida fuerit executa almum Rotæ auditorium decreuit. c. 13. nu. 46.

Ad eſſe peremptoriæ Citationis poſt trinam citationem alia, & ſic quarta citatio non requiritur. capitu. 14. num. 103.

Ad contumaciam incurrendam legitima Citatio tribus edictis vel vno omnibus peremptorio requiritur ſecundum communem ſcribentium receptam opinionem. cap. 14. num. 102.

Citationem ad domum ante litem conteſtatam validam cenſeri, vbi perſonæ principalis diligentis inueſtigatione facta, eiuſque procuratoris, vbi illum conſtitutū fuiſſe certum eſt reperiri non potuerunt communis ſcribentium opinio refertur. c. 14. nu. 88.

Tunc reperiri, quem non poſſe, ac ad domum ante litem cōteſtatam legitime Citari, vbi à ciuitate citatus abeſſet, communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. capitu. 14. num. 88.

Citatio quæcunque notorie inualida ad notorium proponendum non arctat ſecundum communem ſcribentium opinionem, c. 13. nu. 11.

Citationem ſciuiſſe ad domum Citatum præſumitur. cap. 14. num. 83.

Vera vt excommunicari quis poſsit contumacia requiritur, necnon perſonalis citatio ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 14. nu. 83.

Statuto per proclama, ſeu per edictum citationem fieri poſſe diſponente, eam per edictum, & ècontra facere licet, & vtroque modo facta citatio valida cenſetur. capitu. 13. nu. 39.

Vbi in ſupplicatione Papæ porrecta aliquem ob non tutum acceſſum per edictum Citari poſtularetur, & ſignatura fiat, vt petitur, vel conceſſum vt petitur contineret probationem de non tuto acceſſu non requiri, ſecus ſi fiat, ſeu procedat, vt petitur ſignatura contineret: quo caſu eſſe informationem capiendam, ac non tutum acceſſum omnino probandam opinio refertur, quam opinionem hodie non ſeruari, neque hanc ſignatura formam attendi, ac de notorio ſtylo in vtroque præfatorum caſuum probationem adhibendam eſſe concluditur. capitu. 13. nume. 40.

Non tutus acceſſus contra vnum probatus alium non afficit, etiam quod clauſula illa omneſque alios in commiſſione legeretur. c. 13. num. 40.

Præfata Citatio per edictum nedum eſt in partibus legenda, & publicanda, ſed originale etiam in illorum locorum valuis eſt affigendum, cui non autem exemplo, ſeu copiæ pars ipſa credere tenetur, eaque in loco publico eſt apponenda, atque notorio, non autē in loco ita alto, quod legi non poſsit, necnon literis intelligibilibus, formaque in citatione requiſita exacte obſeruanda venit, alias nulla citatio remanet, ac proceſſus deinde fabricatus ruit. c. 13. num. 41.

Originales Citationes in eccleſiarum valuis in quibus eas exequi oportet affigere, quod ſufficiat, ibique eas per aliquod temporis ſpatium affixas relinquere, copia poſtea affixa cum originali collationata ibique dimiſſa, etiam quod non ſit tempore diuinorum officiorum, neque adſit multitudo populi opinio refertur. c. 13. nu. 41.

Decreti iudicis formam in hoc caſu, & Clem. 1. de iud. ſeruare oportet. c. 13. num. 41.

Citatio

INDEX.

Citatio per edictum valida non non dicitur, vbi citationis cedula illico poſt affixionem aut paulo poſt amoueretur. c.13.nu.41.

Citationem loci ratione certam, nullam eſſe communis ſcribentium opinio refertur.c.13.nu.41.

Citationem ad notitiam peruenire, veriſimiliter potuiſſe non ſufficit, cum potuerit non peruenire.c. 14 nu.100.

Ille, qui data opera fecit quominus ad ipſius notitiam citatio peruenire poſſet, vel ne ſibi præſentaretur effecit verus, ac ſi nolle venire dixiſſet contumax dicitur.capitu. 14.num.100.

Ad aliquam iure ſuo priuandum vnicam non ſufficere citationem communis eſt ſcribentium opinio, capitu. 14. nume. 11.

Iudicis locus, ſeu Tribunal apponi in citatione debet, quod in delegato, ſecus in ordinario procedere declaratur.cap. 13.num.41.

Prænotata de trina citatione, vel vna pro omnibus, cũ peremptorio in ciuitate, & Regno Neapolis non obſeruãtur, cum vna die pro alia citatione facta in die ſequenti prima contumacia accuſatur, & poſtea per tridnum citatus expectatur, ac triduo peracto in quarta die, vltima contumacia accuſatur, ac ex tunc citatus contumax reputatur.c.14 nu. 102.

Peremptorium, & tres citationes æquiparantur. capit. 14.

In prima citatione citatum nõ comparentem alias citationes expectare eum voluiſſe dum ſe iterũ citandum ſciebat, non autem quod comparentem, alias citationes expectare eum voluiſſe dum ſe iterum citandum ſciebat, non autem quod comparere amplius nolit, eſt præſumẽdum.c.14.nu.102.

Citatione nulli exiſtente iudici citato comparente, quoad geſta & acta tempore comparitionis conualidari cõmunis eſt ſcribentium opinio, ſecus vero quoad gerenda in f in nm.c.13.nu.23.

Citatione debite executa citato ad cauſam proſequendam procuratore mittente certam citatus citationis notitiã habuiſſe præſumitur, ac contra ipſum tanquam contra contumacem etiam ad excommunicationis ſententiam procedere licet. c.14 nu. 100.

In ſecunda citatione comparentem ad illius citationis expenſas in qua contumax fuit reficiendum teneri communis item ſcribentium opinio refertur.c.14.nu.106.

Vnus teſtis dicto non tutum acceſſum probari, quoties citationes à ſede apoſtolica decretas, ſine Proregis Neapolitani literis exequi non licere teſtis aſſereret. capitu. 13.num.42.

Ac huiuſmodi probibitio contra eccleſiaſticam libertatem eſſe cenſetur. c. 13.nu.42.

Huiuſmodi citationes exequi ſine Proregis licentia in Regno Neapolitano non licere notorium eſſe exponitur c.13 nu.42.

Ciuitas quælibet in partibus loca habet publica in quibus citationes per proclama fieri, edictaque affigi ſoleant, caſque ad alicuius Palatii valuas affigere ſatis eſt. cap. 13.nu.44.

Ille eſt neceſſario citandus, quem principaliter non autem ſecundario, vel in conſequentiam negotium tangit, quod quoad actus validitatem non autem quoad generandum tertio præiudicium procedere communis refertur ſcribentium opinio.c.15.nu. 168.

Ille ciuis nouellus cenſetur, qui annum in ciuitate non dũ egit, immo qui annum in ciuitate in quã ſe tranſtulit nõ compleuit forenſis exiſtimatur c.15.nu.101.

Clandeſtina, Clauſula, &c.

Clandeſtina proteſtatio contra metum inferentem, & cõtra cauſam metus præſtantem non autem in tertii præiudicium prodeſt, & communis eſt opinio. capitu. 15. num.191.

Clandeſtina proteſtatio de alium non præſentando a patrono emiſſa, & quatenus præſentaret, quod per metum faceret continens, illi qui poſtea præſentatus extitit, non nocet.c.17 nu.191.

Clandeſtine actus qualiter fieri dicatur remiſſiue. capit. 15.num.191.

Ad metus probationem proteſtationem vtilem eſſe non neceſſariam, ac ſatis eſſe, quod ſine ea de metu conſtet communis eſt ſcribentium opinio.c. 15.num.191.

Clauſula ſtante, quod arbitri de iure tantum pronuntiare debeant commune ius, non autem municipale, vbi clarius ſecundum ius cõmune, & celerius quam de iure particulari, & municipali cauſa expediretur, attendendũ eſſe opinio refertur, regulariter tamen dicta verba eſſe de iure ſtatutario intelligenda magis communis ſcribentium opinio refertur.c.7.nu.6.

Clauſula in literis Papæ beneficialibus exiſtente ſi per diligentem examinationem idoneum eſſe reperetis, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus ex alterius examinis cauſa promiſſo noto exiſtente non eſſe eum quoad ſcientiam iterum examinandum, ſed quoad mores tantum aſſeritur, qui quotidie mutantur. c 9.nu.11.

Clauſula illa in Papæ literis exiſtente ſi idoneus ille, vel dignus ſit non eſſe quem tali caſu citandum, ac ſoli examinatori probationem concludere ſatis eſſe, ac conſciẽtialem potius commiſſionem hanc quam iudicialem cẽſeri eamque monitionem potius, quam conditionem ſonare deducitur.c. 9.num. 13.

Clauſula in delegatione apoſtolica exiſtente ſi tibi conſtiterit, vel ſi ſic reperies ita ſacias quoties de alterius agitur præiudicio conditionalem commiſſionem facit, ac non vocatis vocandis commiſſario procedente nulliter eum procedere magis communis ſcribentium opinio refertur.c.9.nu.13.

De clauſulæ viribus conſcientiæ tuæ committimus, remiſſiue c 9.num.13.

Clauſula omni exceptione remota in reſcripto exiſtente excluſæ rationabiles exceptiones non cenſentur niſi aliter de expreſſa Papæ voluntate conſtet. capitulo ſecundo num. 19.

Clauſula omni & quacunque exceptione remota in reſcripto appoſita non obſtante ex capite inimicitiæ, recuſare iudicem licere, ac per verba quantumuis generalia recuſationis exceptionem ſublatam tali caſu non cenſeri deducitur.c.2.nu.19.

Clauſula in compromiſſo appoſita, vt ſecundum talis conſilium arbiter pronunciet ad conſilium ſequendum arbitrum non adſtringi communis eſt ſcribentium opinio, clauſula item in compromiſſo exiſtente, quod eam arbiter ſententiam proferat quam ille dixerit, ſeu cõſuluerit, vel de talis conſilio, & conſenſu inualidum eſt compromiſſum.c 7.nu. 110.

Clauſula in reſcripto exiſtente quod ſi non omnes vel quod ſi ambo quamuis alii procedere ſine recuſato poſſint, attamen ſi non recuſati vna cum iudice recuſato in cauſa procederent, inualidus totus proceſſus redderetur.capit. 4 num.35.

Clauſula in reſcripto, & arbitrium veſtrum exiſtente non ſimplex arbitrium, & abſolutum, ſed iure, & ratione regulandum collatum cenſetur.c.13.nu.45.

Clauſula appellatione remota de partium conſenſu appoſita nunquid appellationi partes renunciaſſe cenſeatur diſtinctio aſſertur.c.10.nu.13.

Clauſula illa ſtatũ, & merita cauſæ in fine reſcripti appoſitis expreſſionem ſupplere deducitur, & de dictæ clauſulæ efficacia, remiſſiue.c.5. nu.6.

Clauſula collatione alteri facta non obſtante in Papæ literis appoſita de collatione inualida non autem de valida intelligitur.c.15.nu.214.

I N D E X.

Neque clauſula pro expreſſis habentes in tertii præiudicium operatur.c.15.nu.214.

Clauſula ſi per diligentem examinationem conditionem infert,c.9 nu.11.

Clauſula ſaluo iure tertii cōditionalem contractum facit, ipſaque quamuis non exprimatur ſubintelligitur. capit. 15.nu.213.

Neque clauſula appellatione remota, neque alia recuſatione remota in tertii præiudicium ſuas vires extendit, c.15.nu.214.

Clauſula maxime in compromiſſo præſeruatiua exiſtente, quod nullum partium iuribus per compromiſſum illatum præiudicium cenſeatur.c.5. num.46.

Alicui eum clauſula conſcientiam tuam oneramus, delegationis facta perſona induſtria electa eſſe cēſetur, nec alteri negotium ſibi commiſſum, etiam quod Summi ſit Pontificis delegatus delegare poterit.c.9.nu.4.

Clauſulas omnes in reſcripto Papæ à iure in dubio regulari communis eſt ſcribentium opinio.c.13.nu.45.

Clericus.

Clericus coniugatus duobus exceptis caſibus, purus laicus reputatur.c 4.nu.24.

Clericum coniugatum, ſimplex beneficium ex epiſcopi diſpenſatione obtinere poſſe, communis ſcribentium opinio refertur.c.4.num.24.

Clericus qui ſenex ſit beneficium ſuum pingue cum tenui proprii nepotis permutans ex carnis affectu hoc facere præſumitur.c.13.nu.50.

Niſi pingue ſenis beneficium magnam ipſi, ac intolerabilem curam exigeret, vel quia beneficii locus ſeni tutus non erat, neque ſalubris.c.13.num.50.

Clericus coniugatus à iudice laico detentus vtrum cum vnica matrimonium contraxerit, & virgine priuſquā eccleſiaſtico iudici remittatur cognoſcit.c. 4.nu.29.

Clericus, qui clericatum ab initio allegare diſtulit ad expenſas actori tenetur, & ſuper hac expēſarum refectione iudex eccleſiaſticus eſt adeundus, nec principaliter ſecularis iudex contra clericum eſſe poteſt, etiam quod epiſcopus conſentiret. c.13.nu.24.

Clericus à iudice laico citatus illius forum non declinans à iudice mulctandus venit eccleſiaſtico, ac pęna etiam tanquam canonum trangreſſor extraordinaria puniendus.c.13.nu.24.

Eo caſu inſtrumenta producere differens in expenſis condemnatur, quoties de inſtrumentis agitur cum alio celebratis, ſecus ſi ipſo actore, & quando à lite aduerſarius exceptione oppoſita deſiſtit, ſecus ſi litem adhuc iniuſtam proſequeretur.c.13.nu.24.

Clerico à conuento tanquam poſſeſſore, vel domino nominato ad ipſius iudicem competentem eſſe clericum in hoc caſu remittendum communis eſt ſcribentium opinio.c.7.nu.24.

Neque clericum qui coniugatus ſit ſibi Vicarium conſtituere epiſcopo licere, communis ſcribentium opinio refertur.c.4.nu.23.

Idque etiam quod clericus coniugatus bigamus nō ſit procedit.ibid.

Collegium, commiſſum, compromiſſum, &c.

Collegium totum quando caput, ſiue Collegii principaliores ſuſpecti exiſterent recuſare licere, & num. 20. vbi declaratur.c.13.nu.18.

Totam ciuitatem, totumque Collegium, ſiue omnes de Collegio, ſtante iuxta cauſa quod recuſare liceat, explicatur.c.3.nu.22.

Quoties a Doctorum Collegio eſſet ſententia proferenda, & quis ipſorum aliquem ſuſpectum habet, recuſare illum poterit.c.3.nu.22.

Quamuis alii proferre ſine illo ſententiam poſſint. capit. 3.num.22.

Et quando plures de Collegio ſuſpecti eſſet, vtrum aliis iudicare liceat declaratur.c.3 .nu.22.

Quod vbi circa officium ſibi à domino commiſſum, ſeu circa alia familia delinqueret procedere declaratur.ca. 15.num.199.

Si tres ſint de Collegio, & duo tertio contradicente compromittere velint: duorum ſtari iudicio quod debeat cōmunis ſcribentium opinio refertur.c.7.nu.1.

Compromiſſum de eligendo prælatum in extraneum a Collegio fieri poteſt.c.7 nu.143.

Commiſſione contra duos reos per actorem impetrata impetrante victo, vel mortua commiſſio finitur, neque delegato illius cōmiſſionis vigore inter duos illos reos ſimul conuentos inter ſe experiri volentes procedere licet, ſed noua commiſſio eſt neceſſaria.c.13.nu. 141.

Commiſſione nuntia facta, vt aliquem in poſſeſſionem, ipſo nuntio defuncto nuntius in illius locum induceat ſuccedens, exequi ſine noua commiſſione poteſt . capitu. 6.num.64.

Commiſſione cum poteſtate citandi per edictum in curia, & in locis vicinis duobus in locis ad minus citatio eſt exequenda.c.13.nu.46.

Clauſula in commiſſione exiſtente conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu teſtes inducere, & non tuto acceſſu extraiudicialiter fidem facere requiritur.c.13.nu.43.

Atque extraiudicialis hæc teſtium receptio ſine partis citatione expeditur.c. 13.nu.43.

Non vnico contextu, nec eodem tempore, ſed ſigillatim ſiue iudiciale examen ſit, ſiue extraiudiciale recipere teſtes oportet.c.13.nu.43.

A comparendo quis propter aeris intemperiem excuſatur, a reſidentia item propter aeris intemperiem quem excuſari communis ſcribentium opinio refertur . capit. 13.nu.10.

Duo ab illo probanda eſſe, qui impedimenti prætextu ad comparendum vult iuuari, tale quod fuerit impedimentum, vt minimè remoueri potuerit, quodque quantum in ſe fuit, omni ſe diligentia vſum eſſe probet, vt impedimentum remoueret communis omnium in iure ſcribentium opinio refertur.c.14.nu.127.

Communi eſſe inhærendum opinioni, magis communis eſt ſcribentium opinio.c.14.nu.96.

Compromiſſum, vt tali caſu valeat rei iudicata, quod renuntiari omnino debeat communis ſcribentium eſt opinio.ibid.c.7.nu.44.

Nec clauſulam illam in compromiſſo appoſitam, vt lis de omni eo quod laudatum fuerit eſſe intelligatur, ſufficere aſſeritur.ibid.

Compromiſſum in arbitrorem potius quam in arbitrum factum cenſetur, arbitratoremque potius quem quam arbitrum præſumi magis communis eſt ſcribentium opinio, maximè quando ex perſonæ qualitate in quam cōpromittitur illum tanquam arbitratorem electum fuiſſe colligitur.c.7.nu.122.

Compromiſſum ſuper rebus iudicatis iuramento in eo appoſito nunquid valeat opiniones referuntur. c.7. nu.44.

Nihil iuramentum quando contractus eſt ipſo iure nullus operatur.c.7.nu.44.

Compromiſſum ex præfati ſtatuti diſpoſitione tam poſt litem coram iudice conteſtatam, quam vſque ad publicationem in cauſa factam excluſiue petere licet & nu. 57.quod quomodo procedat declaratur, ex diſpoſitione Pragmaticæ Regni Neapolis ante litem conteſtatam tantum compromiſſum peti poſſe deducitur. capitu. 7. nume.39.

Compromiſſum in principali cauſa non petitum neutiquā poſt litem conteſtatam in appellationis cauſa petere licet.c.7.num.39.

Tam

INDEX.

Tam voluntarium compromiſſum, quam neceſſarium nihil ante ſecutam arbitrorum acceptationem operatur, nec antea compromiſſi tempus currere incipit, neque fatalium curſum facto à partibus compromiſſo ante arbitrum acceptionem impediri magis communis eſt ſcribētium opinio, ac eo caſu fatalium curſus ob compromiſſum impeditur, vbi in arbitrum, ſecus ſi in arbitratorē partes compromiſiſſent. c. 7. nu. 45.

Compromiſſi tempus eo caſu ſtatim tenere incipit, vbi ad certam diem puta ad Paſcha, vel quod per menſem cōpromiſſum duret, ex nunc, vel ab hodie inchoādum partes in compromiſſo pactę eſſent. c. 7. nu. 45.

Eo ipſo, quod præſens eſt arbiter, & in ſe compromitti patitur, vel ſtante ipſius abſentia ſtatim, quod ſe electū ſciuit, & non cōtradixit, vel vbi petitionem aliquam à parte productam admiſit, acceptare arbitrium cenſetur. c. 7. num. 45.

Nullum ipſo iure eſſe laudum extra compromiſſum prolatum communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio, etiam ſi ſuper petitis corā arbitro laudū proferretur. c. 7. num. 2.

Ad non deducta in compromiſſo pro bono pacis manū arbiter apponit, non tamen quod ciuitatem ſuam exeat alicui, neque pro bono pacis arbitratori mandare licet. cap. 7. nume. 2.

Incidenter de non contentis in compromiſſo arbiter cognoſcit. c. 7. num. 2.

Compromiſſum in arbitratorem factum contractus vim habet, illudque ad hæredes tranſit, & qualiter iſtud procedat declaratur. c. 7. nu. 61.

Secus ſi in arbitrum compromiſſum fieret, quo caſu hæredum mentione non facta alterius partis morte expirat, & annullatur. c. 7. nu. 61.

Tertius per iudicem electus conſultor dicitur, cuiuſque conſilium arbitri, ſeu arbitratores ſequi tenentur, ſecus vbi partes compromiſſi forma attenta ipſum elegiſſent, quo caſu arbitrator ille tertius cenſetur, nec ad illius conſilium ſequendum arbitri adſtringuntur, ſed duorum concordia eſt omnino neceſſaria. c. 7. nu. 101.

Emptor.

Emptor, qui infra certum tempus dare pretium promiſit tempus ipſum donec rem emptam venditor non tradiderit non currere communis eſt, & recepta ſcribentiũ opinio. c. 8 nu. 51.

Emptor vero d. l. 2. remedio agens cum voluntarie contractum reſcindere dicatur, & ab alio non coactus ad fructuũ reſtitutionem eum teneri verior eſt, & æquiſſima ſcribentium opinio. c. 15. nu. 93.

Idem in vendicore voluntarie agente procedere aſſeritur, quoties emptor rem reſtituere offerens intereſſe pretii per eum ſoluti peteret. c. 15. nu. 93.

Et ſicut emptor rem relaxare offerens ad fructus non tenetur, ita & pariter, nec ad intereſſe eum teneri aſſeritur, quoties non rem relaxare, ſed iuſti pretii ſupplementum ſoluere offert. c. 15. nu. 93.

Vbi inter mutuo ementem, & vendentem vt alter in caſu euictionis, neque ad pretii reſtitutionem alteri teneatur pactum fuerit re euicta, neque ad pretii reſtitutionem alter alteri tenetur. 1. 15. nu. 184.

Emptor vltra dimidiam iuſti pretii, quod tunc læſus cenſeatur, quoties rem, quæ decẽ valebat per ſexdecim emerit verior eſt magis cõmunis, ac in praxis receptiſſima ſcribentium opinio. c. 15. num. 92.

Epiſcopus, &c.

Quoties duos ordinarios ſeu Vicarios, eodem in loco epiſcopus conſtituiſſet ipſorum vno ſuſpecto exiſtente, non coram altero, ſed coram epiſcopo probanda eſt ſuſpicio, & proponenda. c. 4 nu. 14.

Et ipſorum cuilibet procedere ſeparatim licere, verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio. ibid.

Coram vno ex duobus Vicariis litem ceptam coram altero niſi longo alter eſſet detentus impedimento nequaquã finire licet. c. 4. nu. 14.

Quoties epiſcopus in remotis eſſet vni ex officiali in ſolidũ conſtitutis de alterius ſuſpicione cognoſcere, licet. capit. 4 num. 14.

Multa Vicario, & locum tenenti ob ſui domini abſentiam permittuntur, quæ alias non permitterentur & nume 21. & de pluribus longæ abſentię effectibus remiſſiue. c. 4. nu. 14.

Epiſcopus, qui laicum in ſpiritualibus Vicariũ conſtituit, verbum Vicarius impropriatur, & pro aſſeſſore accipitur, & hoc qualiter procedat declaratur. cap. 10. nu. 18.

Iuriſdictionem epiſcopi Vicario delegatam, per eius obitum, vel remotionem ab officio expirare communis ſcribentium opinio refertur, Almæ vrbis auditorium rigore omiſſo, æquitatem ſemper ſequitur illis exceptis caſibus in quibus rigorem ſeruare oportet in iudice remiſſoriæ perſona induſtria electa eſſe cenſetur, & proxime relatam communem opinionem ex communi obſeruantia non procedere, limitatur. capitulo 4. numero trigeſimonono.

Duobus epiſcopi Vicariis contrarias proferentibus ſentẽtias cui ſententiæ adhærere velit, in epiſcopi eſt facultate. c. 4. nu. 16.

Quoties Vicarius eſt ſuſpectus, ſeu ab epiſcopo delegatus, & epiſcopus intra diœceſim abſens ſit, ſeu alio in vicino loco coram ipſis, ſuſpicionis cauſa propoſita donec per recuſantem epiſcopus adeatur, ſuperſedere debent. capit. 4. num. 17.

Alias appellare quod recuſanti liceat. c. 4. nu. 17.

Secus ſi multum epiſcopus diſtaret, vt in num. ſeq. vbi declaratur. ibid.

Etiam inferioribus clericis, quæ iuriſdictionis ſunt, vt iudicare, excommunicare, & ſimilia committere epiſcopus poteſt. c. 4. nu. 17.

Nihil quantumuis meri Imperii, quod delegabile nõ ſit epiſcopus habet. c. 4. num. 17.

Epiſcopum in dicto caſu ob allegatam contra ipſum ſuſpicionem non eſſe remouendam, ſed adiunctum ei praſtandum eſſe nonnullorum opiniones referuntur contra quos remoueri eum in totum poſſe veriorem eſſe concludunt opinionem, niſi limitatur, rem ad eccleſiam ſpectare notorium eſſet, quo caſu recuſatione non obſtante excommunicare etiam notorium hunc ſacrilegum, epiſcopo licet. c. 5. nu. 28.

Epiſcopum ſucceſſorem epiſcopi prædeceſſoris Vicario, ad ſalarium non conuentum ſoluendum, quaſi debitum illud voluntarium ſit non teneri deducitur. cap. quarto nume. 25.

Epiſcopum, ſeu alium prælatum in eccleſiæ ſuæ cauſa iudicem eſſe poſſe opiniones referuntur. capitulo quinto nume. 26.

Eo caſu, & iudicem, & arbitrum in eccleſiæ ſuæ cauſa prælato agere licere, quando vt ſuſpectus non recuſatur, magis communis eſt opinio c. 5. nu. 27. & 32.

Quod prælatis in eccleſiarum ſuarum cauſis teſtificari minime permittitur communis ſcribentium opinio refertur. c. 5. nu. 27.

Epiſcopus eccleſiæ rem à ſe venditam reuocare volens, litem coram proprio Vicario mouere poteſt dummodo tanquam ſuſpectus Vicarius non allegetur. capit. quinto num. 27.

Inualida eſt cõſuetudo, quod appellare ad epiſcopum à Vicario liceat, quod in Vicariatus officium concernentibus procedit. c. 4. num. 12.

Secus in aliis, in generali Vicariatus commiſſione non cõprehenſis, in quibus delegatus Vicarius cum dicatur ab eo ad epiſcopũ delegatem, proclamatur. ibid.

Et quando in diffinitiua ſumus, ſecus in interlocutoria. ibidem.

Animarũ curã habere epiſcopi Vicarius dicitur. ibid.

Tunc cauſam ad ſuperiorem Vicarius remittere, ſeu alteri delegare poteſt, quando in remittendo epiſcopus, vel in delegando non preuenit. c. 4. nu. 19.

Archiepiſcopus omnium epiſcoporum ſua Prouincia, ordinarius eſt iudex & de ciuili cauſa ſiue actione perſonali, ſiue reali, ob rem in eius diœceſi, vel Prouincia ſitam, ſuffraganeus epiſcopus, conuenitur, cognoſcere poteſt. c. 4 nu. 20.

Necnon de crimine quando ciuiliter ageretur. ibid.

Vbi Papa epiſcopi Vicarium confirmaſſet, adhuc ipſum propter epiſcopi ſuſpicionem recuſare licere, contra Ripam concluditur aliter ſentientem c. 4. nu. 93.

Qui confirmat dare non dicitur. c. 4. nu. 9.

Natura confirmationis eſt, robur ſolum confirmato addere,

Digitized by Google

dere, non autem ad ea quæ in confirmato non includebantur, illud extendere.c.5.nu.9.

Ab epiſcopo excommunicatione prolata, & per Papam confirmata ſoli epiſcopo, excommunicatum abſoluere permittitur.c.4.nu.9.

Iuſta ſemper ſuſpicionis dicitur, ne in ſui ordinarii voluntatem Vicarius trahatur.c.4.nu.9.

Quoties ob epiſcopi excommunicationem, vel ſuſpenſionē coſtitutus à Sede Apoſtolica Vicarius fuiſſet, nullo modo propter Epiſcopi excommunicationem, vel ſuſpenſionem, ſuſpectus tali caſu Vicarius cenſetur.c.4.nu. 10.

Epiſcopo excommunicato, ſeu ſuſpenſo ipſius Vicarii iuriſdictio ſimiliter ſuſpenditur.c.4.nu.10.

Epiſcopum non ſolum in cauſa ad menſam ipſius propriam, ſed in cauſa etiam ad eccleſiam, vel eccleſiæ menſam ſpectante recuſari poſſe exponitur, & exemplo demonſtratur.c.5.num. 30.

Epiſcopi Vicarius ſi poſt ſibi notificatam Vicariatus recuſationem patiente, & ſciente epiſcopo, beneficia conferat renouata illi poteſtas cenſetur.c.6.num.38.

Epiſcopi Vicarius ſi poſt ſibi notificatam Vicariatus recuſationem patiente, & ſciente epiſcopo, beneficia conferat renouata illi poteſtas cenſetur.c.6.nu.38.

Epiſcopo ſtatuente quod quicunque ad azardi ludum luſerit, puniatur, Archiepiſcopum in epiſcopi diœceſis ludentem comprehendi communis eſt ſcribentium opinio, ac epiſcopus in inferioris Prælati territorio delinquens ab eo punitur.c.4.nu.32.

Pluribus cum clauſula, & eorum cuilibet cauſa delegata, de alterius ſuſpicione alii non cognoſcunt, ſed ad arbitrorum electionem deuenitur.c.4.nu.33.

Sicut quando omnes delegati ſiue ſimpliciter, ſiue aliter cōſtituti, & ſuſpecti extarent, arbitri veniunt eligendi, & num.36. vbi iſtud declaratur, ibid.

Ab officiali epiſcopi regulariter ad epiſcopum, cum vnū, & idem faciant Conciſtorium, non appellatur, de nullitate vero dici poteſt, vt hoc eodem nume. in fin. capitu. 4.num. 12.

Propter Vicarii ſuſpicionem epiſcopum recuſare minime licet.c.4.nu.6.

Coram epiſcopo Vicarii ſuſpicio, necnon delegati ab epiſcopo eſt proponenda, niſi eadem ſuſpicionis cauſa vtrumque concerneret.c.4.nu.6.

Quoties epiſcopi ſuos conſtituunt Vicarios, ea ſolum, quæ ad eos ordinariæ iuriſdictionis ratione ſpectant, non autem delegata, concedere, & tribuere ſolent.c.4.nu.6.

Vicarii tantum perſonam ipſius recuſatio concernit, eiuſque perſonæ cohæret, nec idem cum epiſcopo, quoad recuſationem ipſam, Tribunal facit.c.4.nu.6.

Recuſare propter epiſcopi ſuſpicionem Vicarium licere, magis communis eſt, & verior opinio.c.4 nu.7.

Ad libitum epiſcopo reuocare Vicarium permittitur etiā quod cū pœnæ adiectione, atque cum iuramento, illum nō reuocare epiſcopus promiſiſſet.c.4.num.7.

Nec expreſſe ſolum, ſed tacite, per alterius ſcilicet Vicarii electionem, & creationem, & quamuis primus non acceptauerit, vt alii opinantur, ſed primum per alterius Vicarii conſtitutionem reuocatum nō cenſeri verior, & magis communis ſcribentium opinio refertur.ibid.

Vicarium ſine Capituli cōſenſu reuocare epiſcopo licet. ibi.

Cauſam coram Vicario vertentem, in qualibet iudicii parte, ad ſe auocare epiſcopo permittitur.c.4.nu.7.

Diuerſa ſuperior, & Vicarius iure ciuili attento conſtituunt Tribunal, ſecus vè iure canonico, ex cuius diſpoſitione, vnum & idem Vicarius & epiſcopus Tribunal faciunt.c.4.nu.7.& 12.

Epiſcopum ac iudicem poſſe aliquem pro propria iniuria excommunicare, vel punire dummodo ſuſpectus non allegetur interpretatur.5.nu.32.

In integrum reſtitutionem aduerſus ſui Vicarii ſententiam, epiſcopo concedere permittitur ſecundum communem ſcribentium opinionem.c.4.nu.12.

Quoties epiſcopus in rei eccleſiaſticæ alienatione decretum interpoſuiſſet ſi læſa ſit eccleſia inferiori ab epiſcopo in integrum reſtituere nullatenus licet.c. 15.nu.47.

Epiſcopo Bononienſe defuncto, qui Ariminenſi canonico adiunctus datus fuerat, quamuis canonicus ipſe, cum omnium beneficiorum retentione ad Bononiēſ. in epiſcopatum promoueatur non propterea quod vtriuſque vices gerat procedere eum in cauſa poſſe, cum Mandoſio concluditur.c.5.nu.8.

Nullam cauſæ expreſſionem eſſe de iure ciuili neceſſariā, ſed iurare recuſantem ſatis eſſe ſe non calumniandi animo recuſare communis eſt ſcribentium opinio.c.5.nu.9.

Iure etiam ciuili attento ad ſuſpicionis cauſam in ſpecie explicādam interrogare recuſantē iudici licet.c.5. nu.9.

Quamuis nec allegare cauſam neque probare de iure ciuili ſuſpectum iudicē habens teneatur, in genere ſaltem iudicē iuſta ex cauſa ſe habere ſuſpectum allegare debet, nec ſimpliciter dicens, iudicem allego ſuſpectum admittēdus venit, ſecundum communem ſcribentium opinionem.c.5.nu.10.

Idem Tribunal cum epiſcopo quoties ei tanquam delegato cauſam epiſcopus commiſiſſet, Vicarius non facit.c.4. nume. 11.

Vbi epiſcopo ſimul & Vicario, delegata per Sedē Apoſtolicam cauſa fuiſſet, hoc etiam caſu ob epiſcopi ſuſpicionē recuſare Vicarium licet.c.4.nu.11.

Suſpecto epiſcopo exiſtente, ipſius Vicarius etiam ſeorſum ab epiſcopo habitans, ſuſpectus cenſetur Felyni contrarium ſentientis opinione exploſa.c.4.nu.11.

Secus in Papæ Auditoribus, & Legatorum nullatenus cū Papa, & Legato idem Tribunal facientibus.ibid.

Tam epiſcopus quam eius Vicarius, communes officiales cenſentur.c.4.nu.19.

Quando in epiſcopatu Vicarium Papa conſtituit epiſcopo, ne illum remoueat, neve alium deputet, prohibuiſſe cenſetur.c.4.nu.10.

Etiam quod tanquam a Sede Apoſtolica delegatus, epiſcopi Vicarius de cauſa cognoſceret, ſuſpecto epiſcopo exiſtente, ſuſpectus Vicarius cenſetur.c.4.nu.11.

Etſi laico vnam, vel plures cauſas delegare particulariter epiſcopum poſſe communis pariter eſt opinio in Vicario laico hoc limitatur, per Papam in forma ſolemni confirmato.ibid.c.4.num.23.

Nec epiſcopi Locumtenentem in ipſius abſentia creare laicum poſſe communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. c. 4.num .23.

Exactio, Exceptio.&c.

Exceptio tua non intereſt litis finitæ exceptio dicitur, ac litis ingreſſum impedit.c.15.nu.129.

Quando per actionis modum exceptio reo competit, quia in ſua eſt poteſtate, quādo eam opponat, ita per temporis lapſum à proponendo per agendi modum ſicut per excipiendi viam excluditur.c.15.69.

Non adimplementi exceptionem ſtatuto non obſtante exceptiones opponere prohibente eam opponere ſemper licet. c.15.nu.129.

Quod etiam vbi in minimo quis ex promiſsis deficeret procedere ampliatur.c.15.nu.129.

Ac iudici ſuper tali exceptione ex officio ſupplere licet. c. 15.nu.129.

Quotieſcunque tamē ex adimplemēti defectu damnū pars opponens non ſuſtinuiſſet, ac ſua nullatenus intereſſet opponere exceptionem minime licet.c.15.nu.129.

Non entium nullæ ſunt qualitates, & infra nu.55. circa finem, & exceptio niſi opponatur minime prodeſt. c. 8.num.3.

Exceptio

INDEX.

Exceptio notoria ab allegandi onere communi attenta opinione minime releuat.c.13.nu.11.

Exceptio hæc, non es ceſſionarius, non es hæres tanquam agentis ius perimens, litis conteſtationem non impedit. c.6.num.12.

Ubi exceptio ſeu replicatio per actionis modum reo competit ſeruatis de iure ſeruandis in iudicio proceditur. cap. 15.num 63.

Quamuis ſuper exceptionibus lis minime conteſtetur ſuper exceptionibus, tamen, quæ in contradictionis, & actionis modum apponuntur litis conteſtatio adhibenda eſt. c.15.nu.64.

Loci non tuti exceptio, quo caſu à quocunque ſine mandato, & ſine ſatiſdatione allegari poſsit declaratur.capit. 13.num. 16.

Loci non tuti exceptioni, quod abſens renunciare velit veriſimile non eſt.c.13.nu.17.

Exceptio loci non tuti litis conteſtationem impedit, quod etiam ſi procuratori tutus locus fuerit, & non domino procedit ſecundum veriorem ſcribentium opinionem, maximè vbi grauis cauſa eſſet quam in perſonam propriam vult dominus proſequi, & in qua procuratorem conſtituere cogitur.c.13.nu.50.

Quando in materia ſumus odioſa exceptionis appellatione recuſatio non continetur.c.8.nu.34.

Recuſationis exceptio tunc à debitore per inſtrumentum obligato opponi poteſt, quando poſt celebratum inſtrumentum ſuſpicionis cauſa ſuperueniret, quod qualiter ſit intelligendum declaratur.c.8.num.46.

Exceptioni poſtea ſuperuenienti renunciaſſe quis, non cenſetur.c.8.nu.46.

Exceptio defectus mandati magni eſt momenti. capitu. 6. num.11.

Illa exceptio in præfati ſtatuti terminis executionem retardat per quam, laudum proferentem arbitrum nō fuiſſe deductum, vel quod vltra in compromiſſo contenta ſententiā, arbiter tulerit, ſeu quod poſt inſtantiæ lapſum arbiter pronunciauerit.c.7.nu.83.

Illi exceptioni quam ſibi competituram quis ignorabat renunciare non cenſetur. c.8.nu.46.

Tunc laudi executio, paratam, ex ſtatuti forma executionem habens reductione pendente denegatur, quando longum reductionis cauſa tractatum non requirit alias ſecus.c.7.nu.84.

Quando ſtatutum dat laudo executionem ab executione in effectu reductionem petens appellare videtur.cap.7. num.84.

Regulariter ab executione quoad effectum, præſertim ſuſpenſiuum appellatio non admittitur.c.7.nu.84.

Exceptionem prima facie concludentem, & à iure approbatam, quotieſcumque iudex reiicit, exprimere in ſententia cauſam debet, ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.c.11.num.20.

Clara quoties probationi deferre iudex recuſat cauſas ob quas probationi, & teſtibus fidem non adhibuerit apud actu deſcribi curare eum debere communis eſt ſcribentium opinio, taliſque cauſæ expreſsio ad iudicem ſolummodo excuſandum, ne aliquam in ſyndicatu moleſtiam patiatur non autem ad ipſius ſententiæ validitatem requiritur communi pariter ſcribentium opinione attenta c.11.nu.20.

Exceptionem hac incompetentiæ dilatoriam dici à iure poſitiuo inductam quaque non oppoſita validus proceſſus remaneat communis ſimiliter eſt ſcribentiū opinio, quod vbi inhabilitas à naturali defectu cauſam traheret limitatur quo caſu de tali exceptione, quia retro nullum reddi opponi ſemper poteſt, nec clauſulā ſupplentē omnem defectum purgat, niſi vbi iudex qui competēs eſt alium qui competens non erat competentem iudicem pronunciaſſet quo caſu ſi non appelletur de nullitate vlterius ratione incompetentiæ videri nequit. capitulo 14. num.38.

Probatio probata inſtrumentum dicitur, ac vim diffinitiuæ cauſæ publicum inſtrumentum habet, ac ampliſſimas exceptionum omnium renunciationes continet inter quas recuſationis exceptio comprehenditur. capitu. 8.num.28.

Exceptio recuſationis omnium declinatoriarum prima exceptio dicitur.c.8.nu.28.

Exceptionem dilatoriam in principali cauſa ante litem conteſtatam non oppoſitam, neque in appellationis cauſa etiam ante litem in ea conteſtatam opponere licere communis ſcribentium opinio refertur.c 14.nu.57.

Eo ipſo, quod exceptionem hanc quis proponit iudicem approbat quamuis illius pronunciatio non ſequatur. capit. 14.num.2.

Exceptione à ſuſpicionis exceptione diuerſa iudicis perſonam afficiente oppoſita ad ſuperiorem recurritur, vel data longa ſuperioris diſtantia, vbi poſt oppoſitam exceptionem cauſam iudex alteri non ſuſpecto non delegaret ad arbitrorum electionem deueniendam eſſe concluditur.c.14.nu.34.

Exceptiones ſubreptiones continentes admittere executor tenetur.c.8.nu.6.

Quamuis exceptiones contra ſententiam executor non admittat, exceptiones tamen defectus poteſtatis ſuæ aut committentis concludentes admittere debet. capitulo 8,num.6.

Exceptionem, tu non es procurator à iudice etiam ex officio opponi poſſe, ac eſt ſine mandato comparentem repellere à iudicii limine licere verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio, & vbi de mandato dubitaretur ad cauendum de rato, procuratorē iudex ex officio ſimiliter compellere poteſt.c.6.nu.10.

Exceptionem tu non potes eſſe procurator ante litem conteſtatam eſſe omnino opponēdam communis ſcribentium eſt opinio.c.6.num.10.

Omnium exceptionum, & defenſionum irruta renunciatio recuſationis exceptionem includit.c.8. nu. 33.

Non tuti acceſſus exceptionem ab initio non opponentem eſſe omnino in expenſis condemnandum concluditur, niſi nouum non tuti acceſſus quis opponeret exceptionem, vel antiquam, de nouo tamen ad notitiam deducitur.ca. 13.num.14.

Loci non tuti exceptionem, nunquid excuſator, qui mandato careat opponere poſsit remiſsiuè.c.3.nu.11.

Quantumcūque iudex notorie ſit ſuſpectus comparere quis coram eo, & ſuſpicionem proponere tenetur. c.13.nu.12.

Iudicem fore grauaturum non eſt præſumendum. capitu. 13.num.12.

Non numerata pecuniæ exceptionem, ſiue agendo, ſiue excipiendo intra biennium eſſe proponendam verior, ac magis communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu.69.

Exceptionem opponere, ac inſtrumenta vſque ad finem litis producere differens in expenſis condemnatur. capit. 13.num.24.

Textum in c, exceptionem de exception. non in excommunicationis exceptione tantum, ſed in qualibet alia exceptione procedere declaratur.c.13.nu.24.

Ante dilatorias omnes exceptionem hanc eſſe proponendam, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod plene declaratur, cum multis ſeqq.c.14 nu.1.

Exceptionum dilatoriarū quædā contra perſonas in iudicio interuenientes opponuntur, quas nō ſolum proponere, ſed etiā probare ante litem conteſtatam oportet.c.14.nu.57.

Nullam aduerſus inſtrumentū opponi exceptionē poſſe ſtatuto diſponēte omnis adhuc exceptio legitima quā incontinenti ſe quis probare eſt admittenda.c.8.nu.29.

I N D E X.

Recuſationis exceptionem inter dilatorias eſſe primam communis eſt ſcribentium opinio.c.8.nu.31.

Poſt concluſum in cauſa apponere recuſationis exceptionem, non licere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.c.8.nu.31.

Exceptionem fori declinatoriam propter inobedientiā contumax amittit.c.14.nu.64.

A mera exceptione incipere iudicium nequit. capitu.15. num.67.

Statutum de exceptione generaliter loquens, tam recuſationem quam aliam quamlibet exceptionis ſpeciem includit.c.8.nu.34.

Excipiens, quod in iudicem conſentire non intendit in iure recuſandi præiudicium ſibi non facit, tacitumque expreſſa hæc proteſtatio conſenſum tollit, & qualiter concipienda præſtatio ſit declaratur.c.14.nu.16.

Exceptiones primo contra iudicem, & alias ſub conditione opponere tutius eſt.c.14.nu.4.

Omnes exceptiones probationem exigentes poſt cauſæ concluſionem ortas recuſationis cauſa excepta, admitti non debere magis communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 14.nume.21.

Tunc indiſtincte exceptio poſt concluſum in cauſa orta, etiam quod probationem exigat opponi poteſt, quoties nec appellare à ſententia proferenda, neque ſupplicare licet, alias ſecus.c.14.nu.21.

Legitimis oppoſitis exceptionibus, ac facta per partem oblatione illas incontinenti probandi iudex, qui illas nō admittit, grauare dicitur, ac appellare tali caſu licere cōmunis eſt ſcribentium opinio.c.8.nu.3.

Legitimas hoc caſu, vt quis exceptiones opponere dicatur verbalem non ſufficere oblationem, ſed reali opus eſſe, quodque illas ſe incontinenti probare realiter offerat, teſtes vel inſtrumenta ſecum habendo aſſeritur. capitu. 8.nume.3.

Quando ius excipiendi competit, ex quo ius competit agēdi iure agendi ſublato excipiendi ius ſimiliter tollitur.c. 15.nu.70.

Vbicūque per excipiendi viā ad idem concluditur ad quod per agendi viā concluderetur, ita tali caſu in ſcriptis exceptio proponenda eſt ſicuti in actoris libello requireretur.c.15.nu.171.

Exactio, Executio.

Etſi ex eo, quod pœna exactio ad dominum ratione officii pertineat, tanquam ſuſpectum recuſare dominum non licere, ſecus ſi ad aliquem pœna exactio, vt priuatum pertineat aliqui ſentiant.c.11.nu.18.

Tunc in facto proprio notorio iudicare quem poſſe, Decius declarat, quando ordinarius iudex eſſet, ſecus ſi delegatus.c.11.nu.18.

Decimas ita in qualibet territorii parte exactas fuiſſe, nō eſt neceſſarium probare, ſed ſatis eſt, quod probetur ita in maiori parte tacito populi vicinioris cōſenſu exactas decimas fuiſſe.c.15.nu.193.

Executio ſuper re ſuper qua cognitio præceſſit, & lata ſententia eſt, neque in beneficialibus, neque in feudalibus à tertio ſe opponente impeditur.c.15.num.134.

Vbi non eo tempore quo petitur executio, ſed poſtea inſtrumentum produceretur, quia executiuè tali caſu agi non dicitur & recuſare iudicem licet.c.8.nu.53.

Ac executio tali caſu contra tertium non citatū tanquam nullo iuris ordine accedente facta iudicis officio non autem iure ordinario reuocatur. c.15.nu.136.

Cautio ſuccumbenti, quoties de indemnitate præſtatur, ac de re tertio ſe opponenti reſtituenda cauetur executione non retardare communis eſt ſcribentium opinio. capit. 15.num.131.

Executionem non retardari communis eſt ſcribentium opinio, & hoc qualiter intelligendum ſit declaratur, numero ſequenti vbi de magis communi. capitulo 15. nume.131.

Præfata cautionis virtute poſſeſſori præſtitæ iudicium cōtra ſecundum agentem in eadem inſtantia quæ fuerat contra primum poſſeſſorem inchoata vincens ſubire tenetur.c.15.nu.131.

Executionem petens cautionem in integrum reſtitutionem poſtulanti præſtare debet de omnia reſtituendo in integrum reſtitutionem petenti caſu quo obtinuerit. capitu. 15.num.51.

Niſi reſtitutionem petens in manifeſta ſit calumnia, quod a iudicis arbitrio an talis calumnia ſit pendet, quo caſu nulla præſtita cautione executio fit.ibid.

Secus vbi præſumpta tantum eſſet calūnia, quo caſu quāuis executio non retardetur cautio nihilominus præſtetur.ibidem.

Et vbi alia præſtari cautio non poſſet iuratori cautio ſufficit.ibid.

Quatenus poſt petitam cautionem executio cautione nō præſtita fieret, etiam quod poſtea cautio præſtetur executio non conualeſcit. ibid.

Cautio coram executore petenda eſt, & præſtanda non autem coram iudice de reſtitutione cognoſcente. capit.15. num.51.

Inſtrumenti executionem nullatenus poſt decennium peti poſſe ſtatuto prohibente in modum tamen probationis via ordinaria dato libello, & lite conteſtata produci inſtrumentum poteſt.c.8.nu.53.

In executionem compromiſſi a patre facti ſine aliqua ſolemnitate complere minor compromiſſum poteſt. capit. 7.num.34.

Quoties de rei vacantis executione agitur, & a nemine poſſeſſæ tertium contradictorem tali caſu executionem impedire communis ſcribentium opinio refertur. capit. c.15.nu.132.

Executione conceſſa debiti poſtea liquidatio eſt omnino facienda.c.8.nu.51.

Quoties de exceptione conſequenda ageretur ſolo impedith iuramento impedimētum probari, neque hoc eſſe iudicis arbitrarium, ſed ad iuramentum omnino deferendum iudicem teneri, magis communis eſt ſcribentium opinio.cap.14.nu.129.

Si quis ſine aliqua exceptione ſatisfacere iureiurando promiſerit de iniuſta non autem de iuſta exceptione intelligitur, & verba quantumuis generalia ad honeſtatis cauſam ſecundum communem ſcribentium opinionem reſtringuntur.c.7.nu.47.

Ad arbitrium boni viri reductione pendente arbitrii ſuſpendi executionem, quoties ante petitam ab alia parte executionem arbitri laudum redaci petitum fuiſſet verior, & magis communis eſt ſcribentium opinio.capit. 7.num.89.

Executor, Executio. &c.

Executor, ad prouidendam, & conferendum ſtatim atque conſulit officio functus dicitur.c.8.nu.20.

Clauſula in reſcripto exiſtente vocatis vocandis, vel illa dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quis de executore iudex efficitur de iure, & alterius poſſeſſione cognoſcit. c.8.nu.21.

Præfata exiſtente clauſula ſubreptionis vitium opponere quit, ac vt ſuſpectum hoc caſu recuſare executorem licet.c.8.num.21.

Merus executor, qui citare inchoauit, via illa omiſſa procedere, ſine citatione poteſt.c.8.nu.22.

Vltra menſem duo beneficia retinens incompatibilia ipſo iure illis priuatur Apoſtolicæ ſedi reſeruata dicūtur, ac in illorū poſſeſſione apprehendenda, nec ab eo cui collata ſunt, neque ab executore eſt citandus, nec tanquā ſuſpectus executor tali caſu recuſari poteſt.c.8.nu.23.

Recu-

INDEX.

Recuſare tanquam ſuſpectum teſtamentarium executorem, licet executor ad piam cauſam exequendam conſtitutus, etiam nemine recuſante ſententia mediante remoueri poteſt. c. 8. nu. 24.

Merus executor cognitionem aliquam non habet, neque iudicis partes vindicare ſibi debet, nec partem, ad executionem faciendam, citare tenetur ſecundum magis communem ſcribētium opinionem, vbi per eundem iudicem, ſuper eadem re, ac contra eundem perſonam exequeretur. c. 8. nu. 1.

Quando ex eiſdem actis de ſententiæ iniuſtitia, ſine aliqua probatione notorie conſtat opponere de tali iuſtitia coram executore licet, ac executionem ipſam impedire, ac etiam parte non opponente abſtinere tali caſu ab executione iudicem debere communis eſt ſcribentium opinio. c. 8. nu. 6.

Merus etiam executor, ſi cauſa rationabilis ſuadeat, ſuperſedere debet. c. 8. nu. 6.

Quicunque ſit iudex, qui ſententiam exequitur, an iuſte primus iudex, vel iniuſte eam tulerit nullatenus cognoſcere poteſt, immo etiam, quod iniuſtam ſciat ſententiā exequi debet. c. 8. nu. 7.

Literarum beneficialium executor oppoſitore, ſeu contradictore apparente aſſumere iudicis partes poteſt. capit. 8. num. 13.

Clauſula in Papæ literis, ſi idoneus, vel dignus ſit, neque ſuſpendit, neque gratiam conditionalem facit. capitu. 8. num. 14.

Dicta clauſula, ſi dignus, quod inſtructionem quandam potius quam conditionem faciat communis ſcribentium opinio refertur. c. 4. nu. 14.

Ille proprie executor dicitur, qui ſententiam de alio iudice latam, exequitur. c. 8. nu. 1.

Executoris appellatione delegatus cōprehenditur ſtatutaria excepta diſpoſitione, qua attenta delegati appellatione executor non continetur. c. 8. nu. 1.

Vilisſimum meri executoris officium dicitur, nec elegantia dignum iuriſdictionis. c. 8. nu. 1.

Regulariter ad executorem non appellatur. c. 8. nu. 2.

Executor quilibet, quando eſſe aliquid exequendum pronunciat citare partem tenetur. c. 8. nu. 25.

Executor mandatum excedēs inuitatorum iudicio tenetur actumque ipſo iure nullum facit. c. 8. num. 3.

Dolum in exequendo executore committente, vel quoties pars per dolum ſententiam obtinuiſſet appellare ab executione licet. c. 8. nu. 4.

Quando irreparabile eſſet damnum ab executione proueniens appellare ab executione permittitur. c. 8. nu. 4.

De eo ſolum de quo iudicatum fuit executio fieri poteſt, ac primæ ſententiæ eſt executionis ſententia conformanda. c. 8. nu. 4.

In bonis à ſententia condemnatoria diuerſis executione facta tanquam facta præter iudicis intentionem reuocari debet. c. 8. nu. 4.

Minimè ſuſpectus ille dici poteſt, qui nihil proprio motu, ſed ſuperioris mandato facit, ac exequenti nō autem committenti actus attribuitur. c. 8. nu. 2.

A pronunciatione de exequendo appellare non licere, magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 8. nu. 2.

Ab executore, qui modum in exequendo excedit, quod appellare liceat communis eſt ſcribentium opinio, & quādo modum executorem excedere dicatur, plene declaratur. c. 8. nu. 3.

Ante decretum de exequēdo, ſeu ante executionem ipſam legitimas exceptiones executionem impedientes eſſe opponendas, vt legitima appellatio dicatur, communis refertur opinio. c. 8. nu. 3.

Tertius ex hac immiſſione præter iudicis intentionem facta ſua ciuili poſſeſſione priuatur. c. 8. nu. 4.

Colono à iudice violenter eiecto ciuili ſua poſſeſsione minime dominus priuatur, ſecus vbi à priuato colonus eiiceretur. c. 8. num. 4.

Tertio ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis rei ſuæ poſſeſsionē per alium captæ, quamuis illi adiudicatæ apprehendere propria authoritate licet. c. 8. nu. 4.

Executore condemnatoriam ſententiam male interpretante appellare ab ipſo permittitur. c. 8. nu. 5.

Ad ducatos decem condemnatus non de ducatis cameræ, ſed de ducatis paruis intelligitur. c. 8. num. 5.

Ad decem frumenti corbes in ſententia condemnatum ſi poſtea executor ad æſtimationem condemnaret male eum pronunciare aſſeritur, & ratio affertur. capitu. 8. nume. 5.

Exceptiones executor non admittit, neque probationes. ca. 8. num. 6.

Exceptiones merita cauſæ reſpicientes executor non admittit, ſecus vero exceptiones executionem concernentes, & niſi iudex ille, qui exequitur ſuperior eſſet iudicis requirentis, & nume. ſeq. vbi qualiter hoc procedat declaratur. c. 8. nu. 6.

Fraudis, ſeu nullitatis ſententiæ exceptionem admittere executorem poſſe non ad effectum, vt ſuper ea pronunciet, ſed ad ſuperiorem negotium vt tranſmittat communis ſcribentium opinio refertur. c. 8. nu. 6.

Iudex alterius territorii, nunquid de ſententiæ nullitate, et aliis per partem contra quam executio petitur oppoſitis cognoſcere poſsit remiſsiue. c. 8. nu. 6.

Quamuis iuriſdictione vti executor minime debeat, informationē tamen executioni ſuæ cōuenientem, à partibus extraiudicialiter, & ab aliis aſſumere debet, ac ſuperſedere debet, ſi cauſa rationabilis, hoc ſuadeat. capitu. 8. nume. 6.

Ille executor dicitur, qui à iudice ſententiam pronunciante & qui de cauſa cognouit ad executionem requiritur. ca. 15. nu. 157.

Executorem iudicis partes aſſumentem recuſare licet. cap. 8. num. 14.

Superſedere executor tenetur, ac vtrum conditio, & executionis petitæ caſus, parte, de cuius præiudicio agitur citata eueneri; cognoſcere poteſt. c. 8. nu. 15.

Executoris etiam extraiudicialis actus parte le cuius intereſſe agitur, non citata illi minime præiudicat. capitu. 8. num. 15.

De cauſa cognoſcere executor poteſt, quoties nulla alia cognitio præceſſit, & vbi ad beneficium conferendum ſi illud vacat eſt executor deputatus cognoſcere de vacatione poteſt. c. 8. nu. 15.

Miſtus executor ille dicitur, qui ad aliquid exequendum de quo prius per committentē, neque cognitum fuit, neq; deciſum deputatus fuit, & ille, qui ante materiam, quā exequi petitur, cum partibus liquidatam eſt deputatus. c. 8. nu. 15.

Meri executoris partes ſunt alio non cognito exequi, miſti vero an idoneus impetrans ſit, & an veritatem in præcibus expreſſeris prius cognoſcere poſtea vero exequi. c. 8. nu. 15.

Miſtus executor iuriſdictionem habens nullitatis exceptiones, & cognoſcere, & decidere poteſt. capitulo 8. num. 15.

Quando cognitione non precedente executio committitur, vt de præcum veritate cognoſcatur commiſſa ſaltē cognitio cenſetur. c. 8. nu. 15.

Quando cognitione non procedente executio committitur, vt de præcum veritate cognoſcatur commiſſa ſaltem cognitio cenſetur. c. 8. num. 15.

Executionem ad conferendum meri facti non eſſe, ſed iuris communis ſcribentium opinio refertur. capitu. octano num. 15.

INDEX.

Executorem niſi modum in exequendo excedat recuſare tanquam ſuſpectum non licere communis ſcribentium opinio refertur.c.8.num.11.

Executorem etiam de partium conſenſu datum modum in exequendo excedentem recuſare licere opinio refertur de qua author dubitat, & qualiter ſuſtineri poſsit declaratur.c.8.nu.11.

Quoties iudex de partium conſenſu datus recuſatur temeraria recuſatio exiſtimatur.c.8.nu.11.

Ab executore etiam de partium conſenſu electo, quoties modum in exequendo excedit appellare licet. capitu. 8.num.11.

In vno executor dum grauauit in alio ſuſpectus, & merito dici poteſt.c.8.nu.11.

Sicut iudicem in quem conſenſi, ex noua, & ſuperuenienti cauſa recuſare poſſum, ita & executorē, quem non fore grauaturum exiſtimaui, poſtea grauantem recuſare licet.c 8.num.11.

Executor, quotieſcunque grauare poſſet eum recuſare, tanquam ſuſpectum licere communis ſcribentium opinio refertur.c.8.nu.12.

Literarum beneficialium executor, neque in poſſeſsionem prouiſum immittere, nec beneficii poſſeſsionem dare, niſi citato poſſeſſore valet omnium attenta, ac receptiſsima ſcribentium opinione eumque, quia grauare poſſeſſorem poſſet recuſare, tanquam ſuſpectum licet. capit. 8.num.13.

Sententia in rem iudicatam tranſita executionem paratam habet & pro veritate habetur.c.8.num.7.

Nouationis exceptio ſententiæ in rem iudicatam tranſitæ executionem impedit.c.8.nu 7.

Quoties ab executore modum in exequendo excedente appellatur exceſſus, grauaminis cauſam, non in genere, ſed in ſpecie eſſe in appellatione exprimendam communis eſt ſcribentium opinio, alia opinione cōmuni pariter hoc in genere, quod exprimere ſufficiat diſtante confutata. c.8.nu.8.& nu.ſeq.

Specificum, & indiuiduum mandatum, vt appellare ab executione liceat requiritur, & quæ ſit ratio, deducitur. c.8.num 9.

In cauſa appelationis executioni ſuccumbens, quinquaginta librarum argenti pœna mulctatur, neque generale mandatum cum libera ſufficit, vt appellare ab executione liceat, neque ſi mādatum ad appellandum ab omni ſententia quis habeat, quod de iure canonico non procedere declaratur, quo attento mandatum ad appellandum ab omni ſententia habere ſufficit.c.8.nu.10.

Semel tantum ab executore, & non vltra appellare licet.c. 8.num.3.

Quando modum executor excedere dicatur remiſsiuè. ca. 8.nume.3.

Caſus non reperitur in quo reſpectu exceſſus appellare non permittatur.c.8.nu.3.

Quoties de exequendo rem agitur contra tertium poſsidentem, ac penes ipſum illam rem eſſe aſſeuerantem, ex ipſius tertii oppoſitione, qui neque litigauit, neque victus fuit executio retardatur.c.15.nu.151.

Iudex qui exequitur, quid pronunciatum ſit, non autē quid pronunciari debuit cognoſcere poteſt.c.8.nu.7.

Ab executione, in cauſis notoriis incipere iudices ſolent. c.11.nu.1.

Rem in pignus captam, & executam in licitatione, emere, ſicut alteri extraneo creditori permittitur, quod tūc procedit, quando emptor non inuenitur, alias ſecus.c.8. nume.31.

Tertio ſe opponenti, ac rerum exequendarum dominium ſe habere alleganti, & de dominio incontinenti probare ſe offerenti, quod executio impediatur communis ſcribētium opinio refertur.c.15.nu.152.

In eadem Curia in qua obligatio penes acta celebrata fuit abſque partis citatione exequitur, ſecus in alia Curia, & vbi anni decem tranſiti eſſent, quo caſu nec in eadem Curia, abſque partis citatione exequitur. capitu. 8.num.36.

Excommunicatio, Excommunicatus.

Eſt dignum quod propter peccatum excommunicatio ſequatur beneficii tamen fructibus ipſo iure excommunicatum priuari communis ſcribentium opinio refertur. c. 14.num.76.

Nunquam in pœnam excommunicatio profertur, quia ſi ſe corrigere quis vult incontinenti relaxatur. capitu. 14.num.82.

Delictis excommunicationis pœna cum medicinalis ſit neutiquam commenſuratur. c.14.nu.75.

Excommunicationis exceptionem contra aliquem, niſi ſpeciale procurator mandatum habeat, obiicere minime poteſt.c.6.nu.22.

Contra attentorum reuocationem petentem, neutiquam excommunicationis exceptionē opponi poſſe, verior ſcribentium, & communis eſt opinio.c.6.nu.22.

Excommunicatus in iudicio ſe defendendo ſtare poteſt, omniſque legitima defenſio excommunicato reſeruatur.c.6.nu.22.

Patrono, qui excōmunicationis vinculo ſit innodatus nullatenus præſentare licere communis eſt pariter ſcribentium opinio, quod ſiue clericus, ſiue laicus patronus ſit, procedere, ac inſtitutionem ad patroni etiam laici excommunicati præſentationem ab epiſcopo ſactam, nullam cenſeri, communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt. c.6 num.33.

Ac in minori etiam excommunicatione excommunicato, necnon ſiue à iure præſentatus, excommunicatus ſit, ſiue ab homine procedere aſſeritur.c.6.nu.33.

Excommunicatus, qui ſpecialiter ſit citatus excommunicatione non obſtante admittendus in iudicio, venit. capit. 6.num.34.

Iniuriam excommunicato inferentem quoties iniuria rem ſibi à iure conceſſam explicare volenti, excommunicato irrogaretur, iudex æquitate motus punire poteſt. cap. 8 num.34.

Ac vt iniuria illa ceſſet, etiam excommunicatione durante, agere excommunicato permittitur.c.6.nu.34.

De iniuria contra ius excommunicationis tempore, ſibi illata abſolutione obtenta agere excommunicato licere communis ſcribentium opinio refertur.c.36 nu.4.

Extraiudicialis appellatio prouocatio ad cauſam dicitur, ac excommunicato nullatenus permiſſa. capitulo ſexto num.35.

Secus ſi mere extraiudicialis appellatio non eſſet, quo caſu appellare & proſequi appellationem excommunicato licet.c.6.nu.35.

Defenſio excommunicato neutiquam denegatur. capit.6. num. 35.

Quando agere de nullitate excommunicato liceat, necnon in integrum reſtitutionem petere remiſsiuè. capitu. 6.num.35.

Nunquid remedium l.diffamari C. de ingen.& manumiſ. inteniare excommunicatus poſſit, & nunquid excommunicationis exceptio, ne appellationis cauſam proſequi appellatus poſsit, operetur, & differentia inter maiorem, & minorem excommunicationem remiſsiue. capitu. 6. num.35.

Quatenus in excommunicatione per annum contumax inſordeſceret, ac excommunicatus pro crimine fuiſſet ipſo iure eccleſiaſtico beneficio priuatum eum cēſeri, vel priuandum, vbi crimen, cuius in iudicium delatū fuerat excommunicatione dignum fuiſſet communis eſt ſcribētium opinio, c.14.nu.78.& nu.ſeq.

Ab

INDEX.

Ab excommunicatione, & ſuſpenſione interdictum differt, ſuſpenditur enim perſona, & excommunicatur locus vero interdicitur, Regnum, Prouincia, Caſtrum, Ciuitas, Communitas, Populus, Clerus, Capitulum, Collegium, Villa. c. 14. nu. 81.

In excommunicatione per annum inſordeſcens generali illa abſolutione ad effectum validitatis gratiæ, in literis Apoſtolicis apponi conſueta non iuuatur. capitu. 14. nume. 8.

Ab excommunicatione abſoluendus, quamuis de parendo mandatis iudicis iureiurando promittere debeat, hac tamen promiſsione & obligatione neceſſaria nõ obſtante appellare poterit, ſecus vbi volũtaria promiſsio fuiſſet, quo caſu non eſſe appellationi locum communis ſcribentium opinio refertur. c. 14. nu. 90.

Per annum in excommunicatione perſeuerantem pro confeſſo de crimine de quo imputatus fuerat, & pro conuicto haberi communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 14. nume. 80.

Non ſolum pro crimine excommunicatus per annum in excommunicatione perſeuerans de hæreſi ſuſpectus dicitur ſed indiſtinctè quicunque in excommunicatione per annum inſordeſcens, ex Sacri Concilii Trident. diſpoſitione ſuſpectus de hæreſi cenſetur, & hoc qualiter procedat explicatur. c. 14. nu. 80.

Excommunicati regulariter ad teſtimonium non admittũtur quamuis nullam excommunicationem eſſe dicant. c. 15. nu. 111.

Ad procuratorem conſtituendum excommunicatum non adſtringi regulariter, communis ſcribentium opinio refertur, nec ſententiæ nullitate opponere excommunicatum poſſe communis eſt pariter ſcribentium opinio. cap. 6. num. 22.

Nunquid excommunicatus, vel ipſius fideiuſſor opponere compenſationis exceptionem poſſit. c. 6. nu. 22.

Laudum ad arbitrium viri, quod reducatur petere inofficioſi teſtamenti, ac non numeratæ pecuniæ querelã proponere aliaque remiſsiue. c. 6. nu. 22.

In his quæ priuati officii ratione geruntur inter occultum & publicum excommunicatum, non eſt differentia. ca. 6. num. 27.

Quicquid negotiando excommunicatus acquirit, ſuum nõ eſt, ſed erogari pauperibus debet. c. 6. nu. 27.

Matrimonium excommunicato contrahere licet. cap. 6. num. 28.

Quamuis ad debitum vxori reddendum excommunicatus teneatur, illud tamen ab vxore ipſi exigere non licet. c. 6. num. 28.

Tenet profeſsio per excommunicatum emiſſa, & caracter imprimitur, quod limitatur, niſi per Principis reſcriptũ excommunicationis tempore impetratum religionem excommunicatus profiteretur ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 6. nu. 28.

Teſtamentum condere, ac teſtari excommunicato licere occultus, ſiue publicus excommunicatus, ſiue excommunicatus tantum, ſiue excommunicatus, & anathematizatus ſimul ſit, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod in excommunicato propter hæreſim limitatur ſecũdum communem ſcribentium opinionem, paſsiue etiam hoc procedere, ac relinqui in teſtamento excommunicato poſſe communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. excommunicationis pœnam non Chriſtianorum, ſed antiquorum populorum inuentum fuiſſe explicatur. capit. 6. nume. 29.

Excommunicato cui neque per ſe, neque per alium agere licet, præſcriptio non currit, ſecus in bannito, cui procuratorem conſtituere permittitur. c. 6. nu. 26.

Per excommunicatum, quantumuis publicum priuati officii ratione geſta valere emptionem veluti venditionem, & ſimile communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 6. num. 27.

Quamuis excõmunicari quis propter crimen, nequeat ſuſpẽdi tamẽ per crimẽ & in pœnã directè poterit. c. 14. n. 82.

Priuati officii ratione ab excommunicato geſta valent. c. e. 6. nu. 30.

In his, quæ facti ſunt, etiam in ſpiritualibus ab excommunicato geſta tenent, vt promiſum electum, ſeu confirmatũ in corporalem poſſeſsionem ponere, neceſsitate maximè ingruente. c. 6. nu. 31.

Secus vero in his, quæ iuris ſunt, vt electum confirmare, ſententiam proferre, & ſimilia. ibid.

Quædam in quibus character imprimitur ab excommunicato pro abſoluto communiter habito, opinione ipſa cõmuni probabili exiſtente, iuris publici ratione geſta valent, & communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 6. num. 31.

Ab excommunicato tolerato, qui pro non excommunicato communi opinione habebatur, ratione publici officii geſta valent. c. 6. nu. 30.

Secus ſi pro abſoluto non habebatur. ibid.

Nec pro actore excommunicatus, nec pro reo eſſe procurator põt, ſiue actoris procurator ſiue rei partes ſuſtineat, quod vbi tempore inuncti mandati eſſet excommunicatus procurator procedere communis eſt ſcribentium opinio. c. 6. num. 22.

Secus ſi poſtea, quo caſu aduerſario non opponente, iuditiũ valet. c. 6. nu. 22.

Hoc modo excommunicato compenſationis exceptionem opponere licet, ego non ſoluo tibi, quia tu non ſoluis mihi, & ſic per te ſtat, quominus tibi ſoluam. capit. ſexto nume. 24.

Illo caſu non eſſe debitum excommunicato ſoluendum, vbi inuitus excommunicatione durante contractus fuerit, etiam quod cum iuramento debitor promiſiſſet, niſi valde excommunicatus indigeret, aliqui opinantur. capit. 6. nu. 25.

Nullatenus, excommunicato eſt ſubueniendum, ex quo eccleſiæ claues contemnit, niſi fama forſan periret. capit. 6. num. 26.

Etiam quod poſt permiſsionem excommunicatio ſuperueniat non teneri promiſſorem ad debitum excommunicato ſoluendum Abbatis eſt opinio gladium effecto furioſo reddere quis ſecundum promiſsionem, non tenetur. ca. 6. num. 25.

Non principalem ſolum excommunicationis exceptio, ſed ipſius etiam procuratorem afficit, & repellit ſecundum communem ſcribentium opinionem. capitulo ſexto num. 25.

Ex conſtituentis perſona, procuratoris perſonam metimur. c. 6. nu. 26.

Etiam litis domino procuratore effecto ob ſuperuenientem excommunicationẽ in domini perſonam, ſibi præfata locum vendicant, quod in procuratore in rem ſuam dato limitatur, vtilem ſibi competentem actionem intentante. c. 6. nu. 26.

Excuſatio, expenſæ, &c.

Excuſationis effectum cauſa ceſſante ceſſare exponitur. c. 13. num. 23.

Quoties huiuſmodi excuſationes per fraudem proponi veriſimiliter appareret, eas nullatenus recipiendas eſſe concluditur, ſed quatenus de patris, filii, immo & fratris morte, ſeu graui infirmitate vere appareret in locis in quibus præfati ritus diſpoſitio non viget à iuris communis diſpoſitione, quod recedendum non ſit. capit. 14. num. 120.

Ad excuſatorem mittendum, ſeu ad iudici infirmitatem, vel impedimentum nunciandum impedito conſulitur, niſi de infirmitate, vel impedimento fama eſſet,

vel

Vel notorium, quo caſu nunciatio non requiritur. capit. 14. num. 115.

Quemlibet excuſatorem, etiam quod minor ille ſit mulier, & infamis ad neceſſariorum impedimentorum cauſas probandum, etiam caſu, quo de crimine ageretur admitti communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 14. num. 118.

Semper expenſæ contumaciales perſolui debent, etiam quod iuſtam contumax litigandi cauſam habeat. capit. 14. num. 108.

Expenſarum condemnationem, & iacturam, quod contumax patiatur, neque nouam in hac expenſarum condẽnatione requiri citationem communis pariter eſt ſcribentium opinio. c. 14. nu. 86.

Sicut expreſſe per expenſarum refectionem contumacia purgatur ita, & tacite, vt ſi contumacem audiri quis patitur, neque eum contumacem eſſe oppoſuerit. capitu. 14. num. 143.

Expedit malo occurrere, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere. c. 8. nu. 52.

Excipiendi ius ad ſingularem tranſit ſucceſſorem. cap. 15. num. 163.

Extraordinarium remedium cum ordinario quando ad diuerſa & contra diuerſos competunt concurrere maxime quando pinguius extraordinarium remedium prouidet communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 16.

Cũ ſupplicationis remedio reſtitutionis in integrum remedium concurrit. c. 15. nu. 16.

Specialis iuramentum expreſſionis vim habet, idem generalem prouiſionem, quoad omnia genere illo cõtenta operari quantum ſpecialem, quoad illam ſpeciem quoad cõprehenſionem, & excluſionem communis ſcribentium opinio refertur. c. 8. nu. 33.

Expoſitis Summo Pontifici, quod locus non tutus alleganſi, & ſuſpectus ſit non creditur, niſi ſuſpicionis cauſis in ſpecie poſtea deductis, ac ſeruatis ſeruandis coram de legato probatis. c. 13. nu. 45.

F

Factum, &c.

FActum perſonæ defuncti inhærens ad hæredes non trãſit ſe curaturum promittens, ſi quam primum potuit non curauit quamuis in pœnam incidat hoc tamen intelligitur dummodo, ille quem daturum vel facturum promiſiſſet non moriatur. c. 15. nu. 207.

Factum à poteſtate de ſui aſſeſſoris conſilio factum præſumitur. c. 10. nu. 7.

Facti alieni iurata promiſsio, ac voluntate ſe præeiſe obligandi concurrente, neque ſuum poſſe faciendo promittens, neque intereſſe ſoluendo à periurio excuſatur, ſed ad factum iuramenti vigore omnino compellitur. capit. 15. nu. 206.

Factum alienum cum iuramento promittens facturum ſe & curaturum promiſiſſe cenſetur. capitu. decimoquinto num. 206.

Factum alienum ab initio difficile, vel impoſsibile promittens faciendo quantum in ſe eſt liberatur, & communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 206.

Quando in facti permanentis, ſeu euidentis notorio verſamur in quo excuſationi locus eſſe nequit ordo iudiciarius neutiquam in tali notorio ſeruandus venit. capitu. 11. num. 10.

Facto notorio in rei veritate exiſtente valida eſt iudicis ſententia quamuis eſ de notorio minime conſtitit. capit. 11. num. 2.

De facto ſuo tantum quis promittens etiam de hæredis facto promiſiſſe intelligitur ſecundum communem ſcribẽtium opinionem. c. 15. nu. 207.

Facere quis, quod factum non releuat, non tenetur. capit. 13. num. 21.

In facto authorũ, & prædeceſſorum de quorum facto agibus taxatiua dictione non obſtante teneri promiſſorem communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio. capitu. 15. num. 207.

Pro ſuo facto euictionem promittens pro ſingularis authoris facto non tenetur. c. 15. nu. 207.

Facto ad litis conteſtationem, ac verborum expreſſione opus eſt. c. 14. nu. 40.

Facultatem per iuramentum probandi indiſtinctè periurus amittit, idem in illo contra quem ne iuramentum ei deferatur aliqua militat præſumptio. cap. 14. nu. 17.

Fœminæ, ex ſtatuti diſpoſitione à ſuccedendo excluſæ ab inteſtato non autem ex teſtamento excluſæ cenſentur. c. 15. num. 210.

Fatuum eſſe iudicem, dementem, vel furioſum oppoſitione facta iudex ipſe communi attenta opinione, non cognoſcit. c. 14. nu. 24.

Falſus, Familia, Fauor, &c.

Per falſum procuratorem in auditorio Principis geſta ratificari à domino minime poſſunt, neq; geſta per falſum nuntium, quomodocunque illa geſſerit, & vbicunque. c. 6. num. 19.

Falſi procuratoris exceptio poſt litem ab eo cõteſtatam oppoſita procuratorem falſum eſſe probare opponens tenetur, ratio affertur, & veriorem hanc eſſe deducitur ſcribentium opinionem. c. 6. nu. 18.

A falſo procuratore cauſam ſuam agi ſciens, & patiẽs, ac ſi expreſſe, & vere mandaſſet acta valent. capitu. ſexto nume. 38.

Familiæ aſſociatio nullo modo contra aliquem non citatum in ciuitate Neapolis conceditur, neque in ciuitate Beneuentana ſtatuto ſic diſponente. c. 15. nu. 160.

Filiiſfamilias bonis confiſcatis bona ipſius aduentitia nullatenus in confiſcatione comprehenduntur ſecundũ cõmunem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 201.

Neque caſtrenſe peculium in bonorum filiiſfamilias confiſcatione comprehendi verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio. c. 15. nu. 201.

Eo ipſo de familia eſſe quis probatur, quod aliis cum famulis aſſociatus, & in officio ſeruire apparet, in quo alii ad id deputati ſuum exhibent ſeruitium quamuis nulla de hoc deputatio appareat, vel ſcriptura, ac officio præpoſitum, eo ipſo quod domino ſciente exercet, quem cenſeri communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 199.

Non ſolum ex familiæ facto dominus tenetur, ſed ex facto eorum etiam quos familiæ præpoſitus, & magiſter elegiſſet, neque famulam exhibendo dominus liberatur, ac illius eſt optione, qui damnum paſſus fuit vel contra magiſtrum agere, vel contra famulos. c. 15. nu. 199.

Tunc pro facto ſerui dominum teneri, vbi commodum ex illo facto dominus ſentiret, alias ſecus cõmunis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 199.

Familiares domeſticos, cõſiliarios, vel aſſeſſores, ſeu alios ipſius ſtipendio viuentes, neutiquam in pares eligere, domino licet, alias tanquam ſuſpectos recuſare eos permittitur. c. 12. nu. 10.

Proprio fauori renunciare cuicunque licet. capit. octauo nume. 38.

In alicuius fauorem inducta, non ſunt in ipſius odium retorquenda. c. 8. nu. 56.

Fauore dotis tacita ſtipulatio à lege inducta executionem ſicut ſtipulatio in inſtrumento expreſſa meretur. capit. 8. num. 31.

Feriarum exceptio ad litis conteſtationem impediendam non oppoſita proceſſum ad vlteriorem impediendum opponi poſtea poterit. c. 13. nu. 23.

I N D E X.

Feudum.

Feudi dominus, aliquem ad iuſdicendum deputare non tenetur. c. 4. nu. 26.

Feudi contentione inter vaſallos exiſtente, qui Duces, nõ ſint Comites, vel Barones quorum ſolus Imperator eſt iudex feudi dominus iudex eſt, quod quoties inter duos eiuſdem domini vaſallos eſſet quæſtio eoſque vaſallos eſſe dubium non fieret procedit, alias ſecus. capitu. 12. nume. primo.

Iuriſdictionem, vt feudi dominus exercere poſsit litigantes vaſallos eſſe conſtare debet. c. 12. nu. 1.

Vbi non inter vaſallos, ſed inter extraneas perſonas, cauſa ageretur rei iudex ordinarius de cauſa cognoſcit, neque de iniuria ſibi à vaſallo illata dominus cognoſcit. capit. 12. num. 1.

Vno ex vaſallis, antiquum eſſe feudum, & altero cauſam ab ipſo domino habente eſſe nouam allegante iudex tali caſu eſſe dominus nequit, ſed iudex ordinarius, vel arbiter communiter electus iudex eſt ſecundum communem ſcribentium opinionem, idque clarius, ex Romano declaratur. c. 12. nu. 2.

In cauſis in quibus cognoſcere feudi dominus poteſt ordinariam in vaſallos habere dicitur iuriſdictionem, vt communiter ſcribentes ſentiunt, non tamen ita potentem, ſicut illa eſt, quæ generaliter eſt ordinaria. ca. 12. num. 3.

In dubio coram feudi domino citatus ad comparendum nõ adſtringitur, ſecus ſi coram ordinario generali citaretur. c. 12. nu. 3.

Licet feudi dominus iudex in feudali cauſa ordinarius dicatur particularis tamen ordinarius dicitur, qui vniuerſalis iudex maior cenſetur. c. 12. nu. 3.

Feudi dominus iudex eſt inter vaſallos ordinarius, etiam quod vaſalli clerici ſint magis communi ſcribentium opinione attenta. c. 12. nu. 4.

Regulariter clericum, nec in feudo ſuccedere, nec retinere feudum poſſe communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 12. nu. 4.

Ordinarius qui ſuſpectus ſit in totum regulariter de iure ciuili non recuſatur, ſed adiunctus illi præſtatur. capitu. 12. num. 5.

Quando feudi dominus ſuſpectus eſt in totum, vt communiter ſcribentes aſſirmant recuſatur. c. 12. nu. 5.

Quoties in feudali materia clare ius feudorum nõ diſponit ad commune ius recurritur, quo caſu, ſi ciuile ius à canonico differat ratione iuramenti, quod ſuper feudo interponitur ius præualere canonicum communis ſcribentium opinio refertur. c. 12. num. 5.

Rectius feudi dominum in caſu allegatæ ſuſpicionis facere, ſi partium confidenti cauſam commiſerit aliqui ſentiunt. c. 12. nu. 5.

In cognoſcendo ſuſpectus in delegando ſupectus, non exiſtit. c. 12. nu. 5.

Extra feudalem materiam controuerſia inter dominũ & vaſallum exiſtente ordinarius, ad quem feudalis etiam cauſa ob domini feudi negligentiam deuoluitur cognoſcit, in materia vero feudali non ordinarius, ſed pares curia cognoſcunt, & nu. ſeq. c. 12. num. 6.

Valere conſequentia illa aſſeritur nõ eſt inter vaſallos feudi contentio ergo dominus non cognoſcit, ſed ordinarius. c. 12. nu. 6.

Alicuius artis præpoſito iuriſdictionem illam pertinentibus conceſſa iuriſdictionem illam pertinentibus conceſſa iuriſdictio cenſetur. 12. nu. 6.

In materia feudali contentione inter dominum & vaſallum exiſtẽte nõ ordinarius, ſed pares Curiæ, qui in cauſa ipſa iudicant cognoſcunt obtentum in præfato cap. 1. de prohibita feudi alienatione, quantumuis loco ſupracitato Curtius regula quinta, numero 34. in quatuor modis extendens, & quinque limitans. capit. duodecimo. nume. 7.

Super re feudali contra vnum de agnatione ſententia prolata, aliis ſequentibus agnatis præiudicat, vbi citati ſequentes agnati fuerint, vel cauſam cum illo agnato ſciuiſſent ſecundum communem ſcribentium opinionẽ. capit. 15. nu. 171.

De cauſis feudalibus, inter partes vertẽtibus, Sacrum Regium Concilium ſolum cognoſcere ex Regis Ferdinandi primi ordinatione, & depoſitione, atteſtatur Freccius. c. 12. num. 12.

Niſi tales cauſæ de minori ſumma vnciarum vigintiquinque eſſent, limitatur quo caſu curiis etiam inferioribus, cognoſcere de eis licere in eadem ordinatione diſponitur. c. 12. nu. 12.

Sed quatenus inter partes, ſed de Regni fiſci intereſſe ageretur, Regia Camera ſummariæ, in qua fiſcales ventilantur, & videntur cauſæ, in hoc caſu cognoſcit. capit. 12. num. 12.

Fides, Fictio, Filius, &c.

Ab homine fictionem, niſi lex permittat induci minimè poſſe communis eſt ſcribentium opinio. c. 14. nu. 47.

In grauibus non eſt locus fictionibus. c. 8 nu. 52.

Fideiuſsionis effectus vltra verba ipſius, & eorum ſonum non extenditur. c. 15. nu. 202.

Contra tutoris fideiuſſorem iuramentum in litem non competit tanquam contra tertium, qui dolum non commiſit. c. 15. nu. 202.

Quotieſcunque fidelitatis iuramentum vaſallus non præſtitiſſet quod ſæpe euenit remitti iuramentum poteſt, nõ autem fidelitas. c. 12. nu. 10.

Flandria eſt locus non tutus quia iudices brachia ſecularia, ſine Regis beneplacito ibi non exequuntur. capitu. 13. nu. 42.

Filius in patris cauſa, quamuis notorie ſuſpectus iudex eſſe poteſt. c. 13. nu. 12.

Filius exhæredatus in poſſeſsione paternæ hæreditatis exiſtens a ſcripto hærede conuentus inofficioſi querela non minus quam ſi ipſe ageret defendere ſe poteſt infra illud tempus querelam inducendo, intra quod agere liceret quo agendi tempore elapſo ius pariter excipiendi ſiuitum remanet ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 70.

Filius vbi patrem occidiſſet ipſius filiis aui occiſi nepotibus auo ſuccedere, quod minime permittatur magis cõmunis eſt ſcribentium opinio, filium à quo pater occiſus fuit patri ſuccedere, & ab ipſo tanquam ab indigno hæreditatem auferri communis eſt pariter ſcribentium opinio. c. 15. nu. 193.

In filii, vel filiæ poteſtate non eſt rem certam pro ſua legitima eligere, ſed ad iudicis arbitrium his quorum intereſt citatis hoc pertinet. c. 11. nu. 4.

Neque in peculio filii aduentitio, neque etiam in eius proprietate, licet ex integro filii ſit fieri executionem poſſe communis eſt pariter ſcribentium opinio. c. 15. nu. 200.

Niſi limitatur in bonis aduentitiis filio pater adminiſtrationem conceſsiſſet. c. 15. nu. 200.

Filiumfamilias ſtare in iudicio non poſſe ſine patris conſenſu communis ſcribentium eſt opinio. c. 5. nu. 18.

Quod niſi contra proprium patrem filiusfamil. ageret, limitatur quo caſu patris conſenſus neutiquam requiritur. c. 5. nu. 18.

Filio ciuili ex cauſa, aut ex delicto condemnato, neque ex legitima poſt patris mortem debita ad condemnationem ſoluendam patrem teneri communis eſt omnium ſcribentium opinio. c. 15. nu. 200.

Filiæ iurata renunciatione de non ſuccedendo non obſtante, ex teſtamento ſuccedere licere communis eſt pariter ſcribentium opinio. c. 15. nu. 210.

I N D E X.

Filiæ ex contractu patris conſolidationis iure qui dotem ſibi reddi pro ſe, & hæredibus ſtipulatus fuit an mortuo marito, & patre agere liceat, quamuis hæres patris non explicatur c.15.nu.159.

Ad vnum finem reducta contrarium effectum operari minime debent.c.7.nu.52.

Fiſcus, Fraus, &c.

Fiſci aduocatus, & procurator, vbi ſuſpecti eſſent, ſolo calumniæ iuramento tam de iure ciuili quam canonico nō ab inquiſito, ſed ab accuſatore, & querelante recuſari poſſunt c.8 nu.9.

Iure priuati regulariter fiſcus vtitur, ac deterioris quandoque conditionis eſt, quam ſit priuatus.c.6.nu.9.

Quamuis notata cauſa interueniente fiſcus poſſet in teſtium tamen examinatione contradicente inquiſito non interuenit.c.6.nu.9.

Quoties de Regii fiſci intereſſe agitur, etiam quod Regii patrimonii, vel ipſarum partium procurator, non inſtaret, ex ſe cauſam, ad Regiam Cameram, ſummariæ, Sacrum Regium Concilium, remittit, cap.12.num. 12.

Ob fraudes, quæ in citatis excuſandis quotidie fiunt, etiam propria attenta infirmitate excuſationem non admitti aliqui ſentiunt.c.14.nume. 120.

A formæ recedere nullatenus licet, ipſaque ſpecifice ſeruanda venit, ac formæ quantumuis leuis omiſſionem actum vitiare communis ſcribentium opinio refertur.c.7.num.49

In foro animæ delictum, & conſcientiæ, in dubio præſumitur.c.9.nu.14.

Fratris factum alteri fratri non nocet.c.15.nume. 191.

Friuolæ appellationi, & a iure prohibitæ non eſſe deferendum communi voto ſcribentes aſſeuerant.c.8. nu..3.

Fratrem, per quem frater occiſus fuerit fraterna priuari ſucceſſione eamque fiſco non autem filius eius deberi cōmunis refertur ſcribentium opinio.c.15.nu.195.

Fraus ex Cicerone, non diſſoluit periurium, ſed diſtringit.c.13.nu.5.

Fruſtra illud fit, cuius euentus nihil operatur. capit.ſeptimo num.54.

Alterius fundum ingrediens, ſibique per tertium controuerſiam moueri ſuſpicans tertio contra ingredientem, vti poſſidetis interdictum, ex quo non poſſidet, neque dominium habet non acquiritur, ſed fundi poſſeſſori, quem cōtrouerſiam ſibi moturum ſuſpicari ingrediens debuit. c.15.num.187.

G

Geminatus, Geminati, &c.

OB geminati conſenſus vigorem in integrū reſtitutionis beneficium non excluditur, & ratio aſſertur. ca.15 nume.11.

Siue cum iuramento mulier fideiubeat ſiue geminatus in fideiuſſione conſenſus interueniat Velleiani beneficio minime iuuatur.c.15.nu.11.

Vim iuramentum geminati conſenſus non habet iuratuſque actus a geminato differt neque ab vno ad aliud infertur.c.15.nu.11.

De geminationis efficacia illiuſque effectibus remiſſiue. c.15.num.11.

Generalis concilii locus, qui religioſiſſimis illis patribus tutus non eſſet mutandus eſt, audientiæ item locum ſucta tamen parti intimatione mutare iudici licet. ca.13. nume.31.

Generalis procurator, nullam eſſe excommunicationem, quod pronuncietur petere poteſt, ac canonicus non excōmunicatus pro canonico abſolutionis beneficium, poſtulare poteſt, c.6.nu.23.

Generale Mandatum a lege, cum libera adminiſtratione tutores habere communis eſt ſcribentium opinio.cap.14.num.142.

In generali beneficiorum vel iurium excluſione nunquam reſtitutionis in integrum beneficium minori competens excluſum cenſetur.c.15.nu.7.

Gloſa, & aliorum opinio per viam ſolum ſupplicationis dicentium, non autem per viam appellationis aduerſus illius declarationem, cui vt ſecundum conſcientiam iudicaret commiſſum fuit in foro pœnitentiali, in quo illud fit non prodeſt, nec nocet alteri, procedit, & nu.ſeq. vbi iterum declaratur.c.9.num.8.

Vbicumque generaliter, ſine legitima cauſæ cognitione nolle poſſeſſionem dimittere licere deducitur, non obſtante clauſula in literis Papæ, adſint contradictores.capit.15.num.7.

Gradus, Gratia, &c.

Gradus qualitas a ſtatuto requiſita, vt cogi ad compromiſſum coniunctus poſſit in ſpecie probari debet, ac de modo qualitatem hanc probandi remiſſiue.c.7.nu.40.

In his quæ grauis ſunt præiudicii nullatenus procuratoris contumacia domino nocet.c.14.nu.141.

Gradatim conditionaliter, & ſucceſſiue exceptiones, opponendas eſſe explicatur.c.14.nu.4.

Graduatus in concurſu Parrochialis eccleſiæ, examen iuxta Sacri Concilii Tridentini diſpoſitionem, ſubire tenetur, ſiue graduati ſint alii concurrentes, ſiue non.cap.9.num.11.

Gratia in forma dignum arbitramur alicui à Summo Pontif. conceſſa illum, cui examinatio, & executio committitur alteri ex cauſa vices ſuas, etiam quod clauſula adſit, conſcientiam tuam oneramus committere poſſe deducitur.c.9.nu 4.

Grauis eſt communis praxis norma, & ineuitabilis, veraque legum intellectrix praxis dicitur, ac longæuum cauſarum vſum pro lege allegari poſſe communis ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.30.

Gregorius Papa XII. ad Piſanum Concilium non veniſſe ſe excuſauit, quia cœli Piſani grauitatem metuebat.c.13.nu.15.

In prouinciæ gubernatore ſuſpecto exiſtente omnes ſimiliter ipſius auditores, etiam quod ſuperior eos creaſſet, cū ſemper gubernatori ſint ſuppoſiti, ſuſpecti cenſentur.ibi.c.3.nu.18.& ſeq.

H

Hæres, hæreditas, &c.

HÆres, quod quis ſit qualiter probetur remiſſiue. cap.15.num.159.

Hæredi poſt hæreditatem alteri reſtitutam contra debitores hæreditarios agenti de reſtitutione facta opponi poteſt.c.15.nu.162.

Ab hærede cum beneficio legis, & inuentarii compromiſſo facto promiſſione de parendo laudo in illo contenta, ſi nunquid laudo ab arbitris prolato inuentarii, exceptionem hæredi opponere permittatur, opiniones referuntur, & ſtantibus clauſulis, & renunciationibus adhiberi ſolitis non licere concluditur, ſecus vbi in caſu eſſemus compromiſſi neceſſarii, quia tunc in ſolidum hæredem, non teneri aſſeritur.c.7.nu.140.

Ad hæredes executoris officium communi attenta opinione non tranſmittitur.c.9.nu.4.

Non ad hæredes ſolum vniuerſales, ſed ſingularem etiam ad ſucceſſorem beneficium hoc tranſit, illudque cedere licet.c.15.nu.24.

Id quod ſui natura eſt ad hæredes tranſitorium, ex partiū conuentione efficitur non tranſitorium, & è contra. cap.7.nu.6.

Hæredi-

INDEX.

Hæreditas tam matris quam aliorum quamuis non adita in quoſcunque per deliberandi ius tranſmittitur. capit. 15.nu 109.

Tam matris hæreditas quam aliorum quamuis non adita in quoſcunque per deliberandi ius tranſmittitur dummodo annus à die mortis illius elapſus nondum ſit. capitu. 15.num.109.

Vbi defuncti mortem, ac hæreditatem eſſe ſibi delatam quis ignoraret deliberandi ius eum in ſuos hæredes non tranſmittere communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 15.num.109.

Nunquid minor hæreditatem aditam reſtitutionis in integrum beneficio vſque ad annum ætatis vigeſimumnonum repudiare poſſit iuxta tex.in l.3.§.ſcio.ff.de minor. remiſſiue.c.15.nu.110.

Hæreditas poſtquam adita fuit non dicitur amplius hæreditas, ſed hæredis patrimonium ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.c.15.nu.211.

Aduerſus omiſſam hæreditatis maternæ aditionem adeundam ad extraneos etiam hæreditatem non aditam tranſmitti magis communis refertur ſcribentium opinio.c 15.nu.107.

Hæreditatis renunciatio expreſſum illius de cuius hæreditate agitur conſenſum requiris, & magis communis eſt pariter ſcribentium opinio.c.15.nu.210.

Poſt hæreditatis repudiationem à minore factam rebus hæreditariis diſtractis aduerſus repudiationem minor non reſtituitur.c.15.nu.105.

Hæreditatem matris non aditam ad extraneos non tranſmitti, neque ad eccleſiam, ſed ad deſcendentes ſolum, ſimiliter communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 15. num.105.

Hæreditatem non aditam ad hæredes non tranſmitti communis ſcribentium opinio refertur.c 15.nu.107.

Pupillum paternam hæreditatem per ipſum non aditam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos tranſmittere communis eſt pariter ſcribentium opinio.c. 15.nu. 107.

Quod ad illam quoque hæreditatem pertinet alicuius ſtatuti virtute filio tuſanti obuentam ſecundum communem etiam ſcribentium opinionem.c.15.nu.107.

Vbi monacho viuenti pluries, vt hæreditatem adiret Abbas inſtiſſet ſtante monachi culpa, & negligentia prælati iuſſus pro aditione exiſtimatur, etſi ad maiorem cautelam, quia eccleſia ex monachi facto, qui adire recuſauit læſa remanſit in integrum reſtitutionem, quod petere monaſterio liceat, communis eſt pariter ſcribentium opinio.c.15.nu.112.

Hæreſis, &c.

In genere hæreſis crimen hoc in edicto exprimere ſufficit, nec in ſpecie hæreſis ſpecies exprimenda venit. capitu. 14 n. m.80.

Raro in hæreſis crimine admitti procuratorem ſcribentes ſentiunt, cum tale munus aduocati ſubeant, vel ipſi inquiſitores ex officio reorum defenſiones perquirentes, & ille ab inquiſitoribus procurator admittitur, qui probus ſit, non cauilloſus, neque garrulus, ac reo procuratorem petente illum inquiſitor denegare minime poteſt.capitu. 6.num.7.

Ac de hæreſi tali caſu ſuſpectus ab inquiſitoribus vocatus ſubterfugiens in excommunicatione ob contumaciā lata ad annum vſque perſeuerans anno elapſo pro conuicto habetur, ac pœnis tanquam hæreticus ſubiiciendus venit.c.14.nu.80.

Illud præfata de hæreſi ſuſpicio operatur, vt ſi in dicta purgatione purgandus deficiat condemnare eum tanquam hæreticum liceat.c.14.nu.80.

Hæreticę prauitatis inquiſitorem recuſare non licere, nonnulli ſentiunt ſed contrariam opinionem eſſe concluditur veriorem.c.2.nu.9.

Hieronymus Gigas tunc per falſum procuratorem geſta à domino quandocunque ratificari poſſe dicens, quando aliena quis ſimpliciter agit nomine ſecus ſi ſe mandatū habere allegaret, confutatur.c.6.nu.17.

In Hyſpania, ex Regia conſtitutione tunc teſtibus, aliiſque legitimis probationibus probare ſuſpicionis cauſam licere diſponitur, quoties poſt cauſæ concluſionem ſuſpicionis cauſa ortum habuiſſet, ſecus ſi iudicem quis ob cauſam ante cauſæ concluſionem ortam, & cuius cognitionem poſtea habuiſſet recuſare vellet.c.14.nu.50.

Homicida illius ſucceſſione, quem interfecit tam ab inteſtato, quam ex teſtamento priuatur, quod qualiter procedat exponitur.c.15.nu.193.

Hypothecaria contra tertios poſſeſſores agenti debitoris dominium quod probare oporteat communis ſcribentiū opinio refertur.c.15.nu.160.

I

Idoneus, ignorantia, &c.

QVoties non idoneus, idoneus pronunciatur, & è contra declarationi etiam contra veritatem ſtandum eſt.c.8.nu.16.

Clauſula in reſcripto exiſtente, ſi tibi eum eſſe idoneum conſtiterit vera idoneitatis probatio requiritur, idem ſi verba illa reſcriptum contineret ſi per ſolertem inquiſitionem eſſe idoneum tibi conſtiterit.c.8.nu. 17.

Vbi ſi idoneus eſt, reſcripti verba tantum continerent ſola iuris præſumptio tali caſu ſufficit, quod tunc procedere intelligitur, vbi de bonitate intrinſeca vitam concernēte, ſecus vbi de bonitate extrinſeca ſcientia puta, & ſimilibus ageretur.c.8.nu.18.

In reſcripti parte diſpoſitiua clauſula exiſtente, ſi idoneū tibi eſſe conſtiteris, vel ſi idoneum reperies, ſiue ſi idoneus eſt idoneitas non præſumitur, ſed probatio requiritur.c.8.nu.19.

Literarum ſcientia multo labore acquiritur, nec in homine præſumitur.c 8.nu.19.

Non propterea, quod ad clericatū quis promotus fuit idoneus præſumitur.c.8.nu.19.

Præſumptionibus, & coniecturis idoneum quem eſſe conſtare poteſt, vt quia alias examinatus tāquam idoneus, & approbatus fuiſſet.c.8.nu.19.

In proœmio reſcripti verbis illis exiſtentibus laudabilia puerilis ætatis indicia, vt ſide dignorum teſtimonio accepimus, veriſimiliter colligitur, quod ſuccedentibus annis in virum, te debeas producere virtuoſum adhuc prudentiam, & idoneitatem probandam eſſe deducitur. c.8 num.20.

Clauſula in Papæ literis exiſtente, ſi idoneus repertus erit vel ſi vita laudabilis eum reperies probandam eſſe hoc caſu idoneitatem, magis recepta eſt ſcribentium opinio, prædictaque clauſula, & conditio de prima approbatione, vel reprobatione intelligitur.c.8; nu.16.

Semel examinatus, & reprobatus, nec admittendus eſt vlterius nec examinādus, ac ſi nus ex reprobatione ipſa impoſitus negocio, cenſetur.c.8.nu.19.

Quoties ignorans, quem eſſe minorem fideiuſſiſſet reſtituto minore ipſe pariter reſtitutus cenſetur, ſecus ſi ſciens quem eſſe minorem fideiuſſiſſet.c.15.nu.24.

Probabili concurrente ignorantia etiam aduerſus ea ad iuris rigorem conſeruandum introducta ſunt in integrū reſtitutio, ſine aliqua expenſarum refectione cōceditur. c.14.nu.115.

Inuitos, & ignorantes æquiparari communis eſt ſcribentiū opinio.c.10.nu.3.

Afflictus, Beceius, & Magonius ſimplicem ignorantiam aduerſus præſcriptionem quadraginta annor. obtinendā ſatis eſſe opinantes improbantur.c.15.nu. 80.

Quando

INDEX.

Quando ex inſtrumentis penes hæredes repertis ſit ſcientia præſumenda, & quid vt ignoraſſe hæredem dici poſſit, vel ſcientiam habuiſſe concurrere debeat remiſſiue. c. 15. num. 80.

Iuſta, & probabili ignorantia concurrente maioribus etiã in integrum reſtitutio aduerſus quadragenariam præſcriptionem competit. c. 15. nu. 80.

Ignorantia ſecundum communem regulam, in dubio præſumitur. c. 6. nu. 40.

Stante litis ignorantia tertio ipſi appellare à ſententia, ac de ſuo intereſſe in alia inſtantia docere licet. capitu. 15. num. 124.

Ob tertii ignorantiam litigantium proceſſus non retardatur. c. 15. nu. 124.

Iuris ignorantia excuſat. c. 14. nu. 9.

Illud cautio operatur, vt ſecus ille omnino ſit, cui datur. c. 13. num. 2.

Impeditus Impedimentum.

Impeditus ille non cenſetur, qui amouere impedimentum potuit, c. 14. nu. 127.

Impedito, qui iudicem adeundo remouere impedimentum potuit ſi negligens fuerit abſque reſtitutionis ſpe tempus currit quatenus impedimentum de facili remoueri potuiſſet. c. 14. nu. 128.

Facultatem probandi per iuramentum periurus amittit, & qui à ſatiſdationis onere ob iuratoriam cautionem alias releuatus fuiſſet, ſi ſemel periurus fuerit, iuratoria cautione mediante nunquam à ſatiſdandi onere releuabitur. c. 14. nu. 129.

Ei, contra quem aliqua militat præſumptio iuramentum vt ſcribentes communiter affirmant, non defertur. cap. 14. nu. 129.

Impediti iuramento de impedimento ſtandum eſſe iudice arbitrante eius quoque iuramento, quod omnem conatum pro impedimento amouendo adhibuerit, quodque propter fluminis innundationem tempeſtatis vim, aut hoſtium incurſum inceptum iter, complere nequiuerit ſtandum eſſe ſtatuere iudex debet. capitulo 14. nume. 130.

Stante ſtatuto, quod in cauſis damnorum datorum iuramento damnũ paſſi credatur incidẽtes articuli, & emergentes iuramento ſimiliter mediante, ſicut cauſa principalis decidi debent. c. 14. nu. 130.

Poſt terminum veniens, ac iuſto ſe impedimento detentum fuiſſe docens auditur. c. 14. nu. 117.

Quamuis anni tempore elapſo hæredi ad exequẽdum dato conceſſi iure ſuo ipſum priuari communis ſit ſcribentium opinio, attamen vbi iuſtum aliquod hæredi impedimentum superueniſſet, neutiquam hoc procedit. capit. 14. num. 117.

In omni caſu impedito ſuccurritur, quoties aduerſarii facto impedimentum ſucceſſiſſet. c. 14. nu. 117.

In integrum reſtitutione factus contumax non indiget. ca. 14. nu. 117.

Iuſtam cauſam, iuſtumque impedimentum à contumacia excuſare communis ſcribentium opinio refertur. capit. 14. nu. 117.

Ob infirmitatis; ſeu aliud legitimum impedimentum in actis allegatum iudicis ſuſpendi poteſtatem, ac in bonæ valetudinis tempus diffundi communis eſt ſcribentium opinio. c. 14. nu. 118.

Iuſtum ægritudinis impedimentum, & neceſſarium, cenſetur ac à mora, & pœna, etiam quod impediti culpa illud proueniſſet excuſat, iuſtamq; reſtitutionis cauſam, necnon excuſationem morbi impedimentum præſtat. c. 14. num. 118.

Impedimentum in iudicio allegans offerre ſaltem ſuper allegatis probationem debet. c. 14. nu. 118.

In quolibet impedimento illo excepto, quod ex iudicis perſona prouenit non eſſe proteſtationem neceſſariam, magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 13. nu. 21.

Quoties impeditus alio in loco, & coram aliis perſonis actum facit ideo coram illis perſonis actum ſe facere proteſtari debet, quia coram perſonis, & in loco à iure deputato actum ipſum expedire, impeditur. capitulo 13. nume. 22.

Quamuis proteſtatio de forma nõ ſit eſſentialis illa tamen de forma eſt probatoria. c. 13. nu. 22.

Vbicunque locum non eſſe tutum notorium non eſt de non tuto acceſſu, ac de loco ſuſpecto neceſſariam eſſe proteſtationem communis, & magis recepta ſcribentium opinio refertur. c. 13. nu. 22.

Impedimentum quomodo probetur, & quando illud ſolo iuramento probare ſufficiat remiſſiue. c. 13. nu. 22.

Loci non tuti exceptio quamuis dilatoria etiam poſt litem conteſtatam apponi poteſt. c. 13. nu. 23.

Dummodo in eadem inſtantia in qua reſpondere quis incœpit non opponit. c. 13. nu. 23.

Illa eadem inſtantia dicitur ab hora ſcilicet primæ comparitionis vſque ad licentiam domum reuertendi partibus datam. c. 13. nu. 23.

Noua in quolibet litis articulo eſt inſtantia. capitu. 13. nume. 23.

In quacunque iudicii parte loci non tuti exceptionem opponere licere communis recepta ſcribentium opinio refertur. c. 13. nu. 23.

Notorium quoties eſt impedimentum ſine mandato eſſe excuſatorem admittendum concluditur, ſecus ſi notorium impedimentum non eſſet, quo caſu allegari illud per excuſatorem, & probari oportet, nec abſentiæ cauſam in genere allegare ſufficit, ſed allegare etiam, ac ſummariè ſaltem captiuam, ſeu perſonæ detentionem infirmitatem, & ſimiles probare oportet. capitu. 13. num. 17.

Sicutnec illas proponere ſufficit, niſi probare eas ſe quis offerat, alias quod proceſſus valeat, etſi ex poſt facto per in integrum reſtitutionis beneficium impedito ſubueniatur. c. 13. nu. 7.

Proteſtationem, quod ſtante impedimento allegato ad vlteriora non procedatur adhibere ſatis eſſe, & quatenus ad vlteriora procederetur eſſe appellandum aliquorum eſt opinio. c. 13. nu. 17.

Tunc impedimentum excuſat, vbi ſe quis nimium non arctauit, de quo pro prius eius arbitrio iudex cognoſcit. ca. 14. nu. 135.

Neceſſarium, vt poſſit, & ineuitabile eſſe impedimentum debet. c. 34. nu. 135.

Qui à iudice, vt compareat citatus, ex quo ad ipſum ire timebat non comparuit, etiam quod ex leui cauſa timor procederet, contumax non cenſetur. c. 14. nu. 136.

Nunquid procuratoris contumacia, non obſtante, recuſationis exceptionem opponere principalis poſſit explicatur. c. 14. nu. 137.

Vera procuratoris contumacia in non appellando à ſententia contra ipſum lata, domino nocet. c. 13. nu. 137.

Mala electio eſt in culpa. c. 14. n. 137.

Domino procurator omittendo, regulariter præiudicat. c. 14. num. 137.

Neutiquam proteſtatio eſt neceſſaria, quoties ab ipſo locatore impedimentum proueniſſet. & ratio aſſignatur. ca. 14. nu. 134.

Idem quando notorium eſt impedimentum, ſiue illud ab ipſomet locatore ſiue à tertio proueniſſet. c. 14. nu. 134.

Notorio ſtãte impedimẽto, nec probatio eſt neceſſaria, nec proteſtatio, ſecus ſi notorium impedimentum non fuiſſet quo caſu allegari illud, & probari, per excuſatorem debet, ac proteſtatione facta, ne ad vlteriora procedatur ab vlteriori proceſſu, quod appellare liceat. c. 14. nu. 132.

Impedimenti

INDEX.

Impedimenti cauſis legitimis à iudice declaratis tempus quo impedimenta tollantur eſt expectandum, vel ſi capitalis cauſa non ſit, quod procurator admittatur, & quatenus excuſationes vt calumnioſas iudex reieciſſet ad vlteriora ei quod procedere, liceat. c. 14. num. 118.

Si quæ allegantur impedimenta perpetua ſint, ipſaque legitima per iudicem declarentur monitus in partibus, aut cuſtodiendus eſt, aut carceribus mancipandus. c. 14. num. 118.

Impedimenti probationem à iudicis arbitrio pendente iudicis qualitate inſpectis impedimenti, perſonarum, & iudicii illis tantum caſibus exceptis in quibus qualiter impedimentum probare oportet iure cautum expreſſè apparet magis communis eſt ſcribentium opinio. capit. 14. nu. 123.

Impedimentum ſuperueniens, non excuſat, niſi ſe facere paratum eſſe appareat communis eſt ſcribentium opinio, niſi notorium impedimẽtum fuiſſet, eo quod fruſtra toria omnis diligentia fuiſſet. c. 14. num. 127.

Illud iuſtum impedimentum cenſetur, quod tale eſſe iudex arbitratur, ac pluribus de cauſis contumacia excuſantibus remiſsiue. c. 14. nu. 127.

Niſi aliquorum dierum impedimentum totius termini cõmodum abſtuliſſet, quo caſu ex integro dilatio eſt concedenda. c. 14. nu. 126.

Ei qui in impedimento non amouendo in leuiſſima culpa fuit imputatur, ac diligentiæ appellatione, vt leuiſſima etiam culpa incluſa intelligatur, comprehenditur. cap. 14. num. 127.

A iudice impedimentum ſciente totus proceſſus ruit, ſecus ſi iudex illud ignoraret, quo caſu valere proceſſum, ſed reſtitutionis in integrum remedio impedito ſuccurri aſſentur. c. 14. nu. 115.

Impedito item quando in termino hominis ſumus terminus currit, ſed ipſi reſtitutionis in integrum remedio conſulitur. c. 14. num. 116.

Ad ea ad quæ prius impeditus tenebatur impedimẽto ceſſante tenetur. c. 14. nu. 131.

Impedito poſtea comparenti iudicem excuſare, cæteraque omnia ad ſui commodum deducere, & allegare licet. ca. 14. num. 115.

Quoties facti impedimentum eſt ipſo iure terminus currit, ſed reſtitutionis in integrum remedio impedito ſuccurritur. c. 14. nu. 116.

Regula illa non valenti agere tempus non currere dictans, quoties impedimento quis agere impeditur ſolum procedit. c. 14. nu. 116.

Imperator, & Rex agens ad Dei ſimilitudinem omnino liberum dicitur. c. 11. nu. 21.

In Imperiali prætorio prænotata quadriẽnii teſtrictio, nullatenus obſeruatur. c. 15. nu. 72.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio. c. 8. nu. 55.

Indemnem ab omni lite mouenda ſeruare aliquem promittens, niſi lis ex ſua culpa moueatur intelligendum eſt. c. 15. num. 108.

Ad indignationem iudex ex recuſatione prouocatur. cap. 14. num. 22.

Infamiæ exceptionem contra delegatum quando eum talem eſſe delegationis tempore Princeps ſciuiſſet, nõ procedere, magis communis eſt ſcribentium opinio. capit. 14. num. 28.

Infirmitas, Inimicitia, &c.

Infirmitatis ad inſtar, quodcunque aliud legitimum impedimentum, idem operari commmunis ſcribentium opinio refertur. c. 14. nu. 121.

In inferioribus à Principe diſpenſandi poteſtatem habentibus non ſolum certam ſcientiam circa defectum diſpenſandi, ſed cauſæ etiam cognitionem eſſe neceſſariam refertur. c. 14. nu. 28.

Ad infirmum à comparendo excuſandum, duo ad minus Medici infirmitatis fidem facere debent. capit. 14. num. 119.

Duorum ſaltem numerum pluralis locutio requirit. capit. 14. num. 119.

Tunc duo Medici requiruntur, quoties duo in loco, & ciuitate haberi poſſunt alias vnum ſufficere declaratur. cap. 14. num. 119.

Et quatenus plures in loco extarent vnus ſufficit, vbi à publico ille vnus, vel ab vniuerſitate deputatus extitiſſet. c. 14. nu. 119.

In Regno Neapolis excuſationis inſtrumentum, etiã quod vnus Medicus, vel vna obſtetrix interuenerit, aliquem eſſe infirmum, vel mulierem eſſe prægnantem, fidem facientes de æquitate, ſic ritu Magnæ Curiæ diſponente admittitur. c. 14. nu. 119.

Infirmitatis ſpeciem, & qualitatem, quodque abſque vitæ periculo diſcedere citatus nequit continere Medici fides debet, alias quod nullatenus excuſatio iuuet. capit. 14. num. 119.

Valida eſt Medici fides pro infirmo, ſiue doctrinæ gradum Medicus habeat, ſiue non, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, ſiue maſculus, ſiue fæmina. c. 14. num. 119.

Quoties, qui vt infirmus excuſatur in eadem eſt ciuitate proponere excuſatorem ſatis eſt, vt infirmi domũ actuarius cum Medico accedat, ad quem tranſmittendum, ſi dubitat iudex tenetur. c. 14 nu. 199.

In forma ſtipulationis fit litis conteſtatio per interrogationem præcedentem, & reſponſionem ſubſequentem. cap. 14. nu. 40.

Quod etiam inhabilitate in literis non expreſſa, & quamuis clauſa illa, ex certa ſcientia in illis adhibita non ſit procedere declaratur, nec monachus, neque canonicus regularis Papæ delegatus eſſe poteſt ſecundum communem ſcribentium opinionem c. 14. nu. 28.

Emphyteuta ob graues inimicitias ſeu aliam ob cauſam tutum ad locum in quo canon eſt ſoluenda acceſſum, non habens excuſatur, quod tunc locum habere declaratur, vbi non ipſi tantum emphyteuta ſed eius etiam procuratori tutus locus non extaret, alias ſecus. capit. 13. nume. 51.

Vbi tutam capitales, perſonaleſque inimicitiæ citati itinerationem non redderent citatus excuſatur, ſecus ſi generale bellum eſſet, in quo dare belli Duces ſaluum conductum, & præſtare conſueuerunt. c. 13. nu. 3.

Qui locum, qui tutus non eſt, tutum ſi voluiſſet facere potat non excuſatur. c. 13. nu. 3.

Propter ſalui conductus literas ab inimico oblatas inimico quis credere, non tenetur. c. 13. nu. 4.

Quod quoties gentes quis inimicas populum, vel ſtatum, ſecus ſi iudicem tantum ob banni ſententiam contra ſe latam formidare, procedere declaratur. c. 13. nu. 4.

In integrum reſtitutio.

In integrum reſtitutio hoc caſu contra perſonam magis dilectam ceſſat, & vbi æquitas non adeſt. c. 15. nu. 1.

Et infra quadriennium eſt petenda, quo tempore elapſo poſtulare eam amplius non licet. c. 15. nu. 108.

Dictumque quadriennium eſſe ab initio vtile neque currere, niſi à die ſcientiæ, etiam quod anni centum laberẽtur communis eſt ſcribentium ſententia c. decimoquinto num. 108.

Quod vbi craſſa, & ſupina eſſet ignorantia non procedere declaratur, vbi minor defunctos tutores, & curatores habuiſſet, qui eorum negligentia hæreditatem pupillo delatam adire diſtuliſſent, & ſoluendo eſſent minoris ſucceſſori contra tutores tali caſu, & adminiſtratores ſuccurritur ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 108.

INDEX.

Aut quoties iudicis officium reſcindens tantum imploraretur. ibid.

Incidenter itidem in integrum reſtitutio petitur, vbi aduerſus interlocutoriam poſtulatur. ibid. c. 15. nu. 55.

In integrum reſtitutionem etiam delegato incidenter concedere licet. c. 15. nu. 55.

Per ſe, quoties de reſtitutione principaliter poſtulãda agitur in integrum reſtitutionem quis poſtulare debet maxime quando de ea in cauſa capitalis criminis ageretur. c. 15. num. 56.

In integrum reſtitutionis iudicium quando aduerſus diffinitiuam ſententiam principaliter mouetur oblato libello, ac lite conteſtata, vbi vtraque pars præſens eſt eſſe ventilandum communis ſcribentium opinio refertur, c. 15. nu. 52. & nu. 70

Secus ſi alia pars per contumaciam in non veniendo abeſſet, quo caſu ipſa abſente proferre ſententiam licet, vbicunque ſcilicet tale eſt illud, quod petitur, ad quod permiſſionem ex primo, vel ſecundo decreto conſuli non poteſt, & nu. ſeq. vbi hoc plene declaratur. ibid.

In integrum reſtitutionem poſtulans in patris ſacris exiſtens illam poſtulare cum patris conſenſu debet, ſiue principaliter reſtitutio, ſiue incidenter imploretur. cap. 15. num. 57.

Neque agere filiofamilias, ſine patris conſenſu, neque conuenire eum licere, ſiue ordinarium, ſiue ſummarium, aut quod magis eſt executiuum ſit iudicium communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 57.

Quod dummodo in re ſimus in qua vſusfructus patri quæritur procedit, in iis in quibus uſusfructus patri nõ quæritur, neque patrem, neque anum legitimum dici adminiſtratorem communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 57.

In integrum reſtitutio etiam trium conformium calumniæ præſumptione ceſſante executionem impedit ſecundum magis communem ſcribentium opinionem. capit. 15. num. 50.

Quod vbi minor præueniſſet, ac ante executionem, & re integra in integrum reſtitutionem poſtulaſſet procedere declaratur. c. 15. ibid.

Secus ſi incæpta eſſet executio, ac data per actorem cautio fuiſſet de reſtituendo rem in caſu obtentæ reſtitutionis, & de executione, quæ reparabilis ſit agatur, ſecus ſi irretractabilis executio fuiſſet, quo caſu ſuperſedendum eſt, & de læſione prius diſcutiendum. ibid.

Idque, etiam quod calumnioſe reſtitutio peteretur procedit. ibidem.

Etiam aduerſus pariter priuilegiatum petita in integrum reſtitutio executionem impedit, quoties illam petens de damno tractaret euitando communi ſcribentium opinione attenta. ibid.

In integrum reſtitutione aduerſus probationes non factas poſtulata executio non retardatur. c. 15. nu. 50.

In integrum reſtitutione aduerſus Principis ſententiam poſtulata illa pendente, & non obſtante ſententia ipſa executioni demandatur. c. 15. nu. 49.

Quod eo etiam caſu procedere ampliatur, vbi nõ ipſe Princeps, ſed aliter de ipſius mandato ſententiam protuliſſet. ibid.

Vbi de in integrum reſtitutione aduerſus præſcriptionem decem viginti, ſeu triginta annorum ageretur, ex capite ignorantiæ ex generali illa clauſula, etiam quod anni centum ante petitam reſtitutionem laberentur quadriennis tempus nõ currere magis communis ſcribentiũ opinio refertur. c. 15. nu. 75. & nu. ſeq. in fin.

In integrum reſtitutionis beneficium ſemel minori conceſſum eſſe ei iterum concedendum communis ſcribẽtium opinio refertur. c. 15. nu. 9.

In integrum reſtitutio eccleſiæ competens partim naturam in integrum reſtitutionis, quæ maiori cõpetit partim alterius ætate minoribus congruentis obtinet. capit. 15. num. 84.

In integrum reſtitutionis remedium aduerſus præſcriptionem lapſumque temporis vbicunque ſola ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa minori competeret, etiam quod ſoluendo tutor eſſet vel curator minori competit. c. 15. num. 14.

Non ad in integrum præſcriptionis curſum, ſed vt abſentiæ tantum, ac impedimenti tempus de remedio ſubducatur eſſe reſtitutionem concedendam communis ſcribẽtium opinio refertur. c. 15. nu. 40.

Et qui in vtero eſt in integrum reſtitutio cõceditur quamuis neque minor ts ſit nec maior neque abſens. capitu. 36. num. 19.

Omiſſam inuentarii confectionem ex paupertatis cauſa in integrum reſtitui poſtulans qualiter paupertatem probare debeat explicatur. c. 15. nu. 103.

Faciendum illud non eſt in quo plus extenditur quam ſit illud quod expenſa ipſa facta percipitur. cap. 15. num. 103.

In integrum reſtitutionem ſyndicus, ſine ſpeciali mandato poſtulare poteſt. c. 15. nu. 56.

In integrum reſtitutionem aduerſus probationem omiſſam, abſque aliqua læſionis probatione eſſe minori concedendam eccleſiæ, & ſimilibus communis canoniſtarum opinio refertur. c. 15. nu. 30.

In remedio in integrum reſtitutionis quãdoque iudicis officium reſcindens, & reſciſſorium intentatur. capit. 15. num. 53.

In integrum reſtitutionis beneficium minori competere quamuis cum tutoris authoritate contrahat vel curatoris communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. num. 15.

In integrum reſtitutio ſublata nõ, cenſetur etiam quod nulla ratione litem inſtaurari generaliter lex iubeat. capit. 15. num. 7.

Iniuria ab aliquo in pænitentia, & confeſſionis actu remiſſa ſimplicem ſolum animi rancorem remiſſum cenſeri, non autem damna, expenſas, aut intereſſe communis eſt ſcribentium opinio. c. 5. nu. 31.

Quod niſi plene quis iniuriam remitteret limitatur, quo caſu intereſſe etiam remiſſum cenſetur. ibid.

Fabius Montel ad iniuriam ſibi illatam remittendam, quem teneri præcepti eſſe in ſua praxi arbitrali affirmãs confutatur. c. 15. nu. 31.

Pro iniuria ſibi illata excommunicare iniuriantem epiſcopo licere aliqua iura concedunt, aliqua vero negant, quorum contrarietas diſtinctionis ſędere concordatur. cap. 5. num. 31.

Ob iniuriam notorie iudici illatam punire iniuriantem, & excommunicare iudici licere communis ſcribentium opinio refertur, quod qualiter intelligendum ſit in num. 18. declaratur, & potius executor iuſdicens, quam iudex hoc caſu cenſetur. c. 11. num. 1.

Ex verbis iniurioſis in Principem prolatis maieſtatis crimen non incurritur, nec de ſubditorum verbis de Principe prauus ſumi intellectus debet. c. 11. nu. 21.

Iniuria ſatisfacienda modus emendamque honorabilem faciendi refertur. c. 11. nu. 21.

Serpenti detractor æquiparatur, qui occulte mordet, & vulnerat. c. 11. nu. 21.

Verbalis iniuria magiſtratui ab inferiore illata atrox dicitur ipſamque inferens, & carceri mancipandus, atque acriter etiam mortis pęna plectendus eſt. capit. 11. nume. 21.

Offenſus Principe inferior, nec ipſe, nec officialis ab eo cõſtitutus tanquam vnum, & idem Tribunal facientes de iniuria ipſi domino illata cognoſcere poſſunt, ſed ſuperior omnino eſt adeundus, vel carcerare iniuriam paſſus delinquentẽ poterit, illũque donec ſuperiori notificet detinere, vel ad ſuperiorem delinquentem remittere, ſeu punitio-

Digitized by Google

INDEX.

punitionem ſucceſſori, atque cognitionem reſeruare. ca. 11. num. 21.

Quando alii condomini de offenſa condomino facta cognoſcere poſſint declaratur. c. 11. nu. 21.

In omni interlocutoria grauamen per appellationem à diffinitiua non reparabile afferente appellatio recipitur. cap. 14. num. 39.

Innocentii verba communis opinionis loco habentur. cap. 5. num. 27.

Idemque Innocentius, legum pater appellatur, & veritatis organum, illiuſque opinio, vt idolum in foro eccleſiaſtico colitur. & veneratur, ac illius dictum in Papa Conciſtorio, vt Sacrum Euangelium tenetur. capit. 5. nume. 27.

Natura inſitum eſt iudicium ſuſpecti iudicis exitare. capmo nume. 12.

Inſolidum quis agens aliis in pari gradu exiſtentibus ſuccumbere debet, ac ineptus libellus tanquam male concludens redditur, & qualiter ab agente libelli concluſio hoc caſu concipi debeat remiſsiue. c. 15. nu. 162.

Inſtantiam etiam in executiuis dari magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 14. nu. 45.

Illa intentionis, & facti exceptio dicitur quando ſine actione quis experitur. c. 15. nu. 161.

Interdictum quod in locum fertur, generale quandoque eſt, quandoque ſpeciale. c. 14. nu 81.

Inſtrumentum, &c.

Inſtrumentum non liquidum, cuius tamē liquidatio in proceſſu fieri poteſt executionem mere communis eſt ſcribentium opinio, quod quando in intereſſe, & ſimilibus ſorti principali acceſſoriis ſumus procedere magis communis eſt, & verior ſcribentium opinio, ſecus vbi intereſſe principaliter peteretur, quo caſu poſt ſententiam liquidationem fieri non permittitur. ca. 8. nu. 43.

Plenam publicum inſtrumētum, & indubitatam facit fidem, ac illi omnino ſtandum eſt, notoriam probationem inducit, & manifeſtam veritatem apparentem continet, nec fori diſceptatione indiget, rem liquidā facit & manifeſtam, ac probationem euidentiſſimam ſecundum cōmunem ſcribentium opinionem. c. 8. nu. 26.

Pro inſtrumento iuris eſt præſumptio, niſi plenis apertiſſimis, ac concludentibus probationibus contrarium appareat, quod etiam in inſtrumento paratam executionē non habente procedere communis eſt ſcribentium opinio, dummodo in actis regiſtratum inſtrumentum appareat. c. 8. nu 26.

Nullam aduerſus inſtrumentum opponi exceptionem poſſe ſtatuto diſponente liquidum inſtrumentum non eſſe opponere licet. c. 8. nu. 50.

Inſtrumentum, quod liquidum non eſt eſſe executioni demandandum communis eſt ſcribentium opinio. cap. 8. nume. 50.

Quoties de inſtrumento exequendo agitur, de facto ſine ſtrepitu & figura iudicii, ac omnis iuris ſolemnitate ſublata communi ſcribentium attenta opinione proceditur, ac iuriſgentium ſolummodo ſolemnitates ſeruare oportet. c. 8. nu. 39.

Quoties inſtrumentum non eſt liquidum, nec de breui liquidandum venit recuſationis exceptionem opponere licet. c. 8. nu. 40.

Inſtrumentum in quo ad certam ſummam centum putaſe debitor obligauit clauſulam quāuis ſaluo meliori calculo promiſsio contineat liquidum dicitur. c. 8. nu. 40.

Societatis inſtrumento continente ſocio ſortem capitalem eſſe primo reſtituendam pro ſorte capitali exequendum inſtrumentum venit, & demum calculus inter ſocios diſcutiendus. c. 8. nu. 41.

Liquidum locationis inſtrumentum dicitur certam penſionis promiſsionem continens, quamuis inter locatorem, & conductorem de mercedis remiſsione facienda eodem in inſtrumento conuentum appareat, quoties quid & quantum remittendum veniat eſt incertum. capit. 8. num. 40.

Rei ad menſuram per inſtrumentum venditione facta, ad rationem viginti pro qualibet pertica menſuratione reſeruata, vtque pro perticarum modo augeri pretium & diminui debeat certum, vbi pretium expreſſum fuiſſet liquidum inſtrumentum cenſetur. c. 8. nu. 40.

Inſtrumenta eſſe executioni mandanda in omnibus Italiæ partibus ſtatuto cauetur. c. 8. nu. 25.

Inſtrumenta etiam liquida nullatenus de iure communi paratam habere executionem communis ſcribētium eſt opinio. c. 8. nu. 25.

Inſtrumentum à ſtatuto executionem obtinens eſt ſtrictè interpretandum. c. 8 nu. 25.

Notoriam rem inſtrumentum facere, & manifeſtam, cōmunis eſt ſcribentium opinio. c. 8. nu. 29.

Scriptura ſemper loquitur, ac notorium facit facti permanentis. c. 8. nu. 29.

Scriptura eſt humanorum actuum fidele ſeruans teſtimonium præteritorum loquax, obliuionis inimica. capit. 8. nume. 29.

Recuſationem ex cauſa notorie falſa, & fruſtratoria, reſultantem, licite iudex reiicit. c. 8. nu. 29.

Non in inſtrumentis ſolum, & priuilegiis, ſed in quolibet alio probationum genere non eſſe notorietati locum, quoties dubia ex partis oppoſitione probatio redderetur communis ſcribentium opinio refertur. capitulo octauo nume. 29

Ex negatione res fit dubia, quoties negatio eſt facti non apparentis, quæ clara per confeſsionem redderetur. capitu. 8. nume. 29.

Procurationis inſtrumento à procuratore oſtenſo, licet illud aduerſarius neget, ex ſola hac negatione res neutiquam dubia redditur, nec propterea ad cauendum procurator adſtringitur. capit. 8. nume. 29.

Eo caſu per negationem dubia res redditur quando probabilis eſt negatio, ſecus improbabilis. c. 8. nu. 29.

Aut res eſt liquidanda, & tunc rem dubiam negatio facit, aut liquidata res, & negatio tali caſu rem dubiam minime facit. c. 8. nu. 29.

Inſtrumentum eſſe contra aliquem executioni mandandū, quod pronūciare iudex debeat, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod vbique de conſuetudine non ſeruari aſſeritur. c. 8. nu. 25.

Præfata iudicis pronunciatio, diffinitiua ſententia dicatur. c. 8. nu. 25.

Inſtrumentum item de breui liquidandum habens, nec ad compromiſſum cogitur, & quando de breui quid de facili ſeu cito liquidari poſſe dicatur eſt in iudicis arbitrio repoſitum. c. 7. nu. 52.

A iudice inſtrumentum exequendum non eſſe, ſeu executionem non merere pronunciante appellare permittitur. c. 8. num. 56.

Triplex ex inſtrumento præſumptio oritur geſtus, quod ſit actus, quod legitime ſit geſtus, quodque notarius de eo cōficiendo rogatus a partibus fuerit. c. 15. nume. 95.

Inſtrumentum penes aliquem eſſe repertum ad ſcientiam probandam non ſufficit, niſi illud ad ipſius inſtantiam a notario exemplatum fuiſſe probetur. c. 15. nu. 80.

Conuincto inſtrumentum executiuum habente recuſante non eſt locus compromiſſo, ſecus cōpromiſſum quod fiat ipſo annuente. c. 8. nu. 38.

Inſtrumenti liquidatio per quodcunque probationis genus fieri poteſt. c. 8. nu. 38.

Inſtrumenta paratam habere executionem ſtatuto diſponente et pro tacita hypotheca ex inſtrumento reſultante

executionem inſtrumentum habere, & ſtatutum militare communis eſt ſcribentium opinio.c.8. nu.31.

Iuſtrumentis verbis in dubio ſtandum eſt.c.15.nu.90.

Vbi alias inſtrumenti, ſeu ſententiæ petita, & inchoata executio fuiſſet, ex temporis diuturnitate executionem effectum habuiſſe præſumitur, neque vlterius ex tali inſtrumento, aut ſententia moleſtandus debitor venit. ca. 8.num.56.

Interponi decretum tempore quo compromittitur ſatis eſſe nec illud laudi tempore eſſe iterum interponendum communis eſt ſcribentium opinio.c.7.num.36.

Dictum tempus ad inuentarium conficiendum non a die ſcientiæ ſeu delatæ hæreditatis, ſed poſt aditam hæreditatem currere magis communis ſcribentium opinio refertur,c.15.nu.99.

Niſi declaratur malitioſè in aliorum detrimentum hæreditatem hæres adire diſtuliſſet, quo caſu aditione non aliter expectata à die delatæ hæreditatis præfatum trimeſtre tempus currere magis communis eſt ſcribẽtium opinio.c.15.nu.99.

Inuentarium infra triginta dies à die aditæ hæreditatis eſt inchoandum, & infra tres menſes ſi bona in eodem ſunt loco, vel in parum diſtanti finiendum, alias infra annum à die mortis defuncti hoc facere licet ſecundum magis communem ſcribentium opinionem. capitulo 15. nume.99.

Aduerſus non confectum inuentarium, vel minus ſolemniter confectum in integrum reſtitutio non eſt concedenda, niſi collatis prius, & reſtitutis bonis iuris præſumptione collatis.c.15.nu.105.

Ioannes Bapt. Villalobos, qui tũc Papam iudici ſuſpecto committere cauſam poſſe tenet quando de poteſtatis plenitudine hoc facit reprehenditur, ac indiſtinctè quod poſſit contra ipſum communis eſt ſcribentium opinio, c.2.num.15.

Iudex.

Vbi iudex ſaluiconductus literas offerret, quis neutiquam excuſatur, dummodo a ſubditis in loco, necnon ab ipſo iudice ſaluiconductus literæ obſeruari ſoleant. c. 13.nu.4.

Eo caſu inferiori à Principe ſecuritatem bannito præſtare licet, quoties ab ipſomet iudice bannitus ille fuiſſet, ſeu ab ipſius iudicis prædeceſſore, ſecus ſi ab alio ſuperiore bannum ille paſſus fuiſſet.c.13.nu.4.

Vel ab æquali iudice ſuperioris tamen adhibita licentia, quod qualiter procedat declaratur.c.13.nu.4.

Saluuſconductus fragilis eſt cautio, neque fragilitati cautionis eſt vita committenda.c.13.num.5

Timoris cauſam ſaluumconductum non tollere communis eſt ſcribentium opinio.c.13.nu.5.

Quod etiam ſi fide publica ſaluuſconductus factus appareat procedere Hannibalis exemplo, à quo impunitas Romano Militi promiſſa minime ſeruata fuit, aliorumque exemplis demonſtratur.c.13.nu.5.

In genere ſatis eſt, quod iudex in ipſa ſententia cauſam exprimat ſecundum communem ſcribentium opinionẽ, etſi aliter alii ſentiant quorum opiniones referuntur. capit. 11.num.20.

Prudenter iudicem facere aſſeritur ſi cauſam de qua in actis iuſtam eſſe interloquetur.c.13.nu.20.

Principis nomini detrahẽs ad ipſummet Principẽ pro animi ſui motu puniendus remitti debet.c.11.nu.21.

Maledictum contra Principem ab iniuria procedens eſſe remittendum iudicis reſpectu intelligendum eſt, qui in iniuria Principi illata vindicanda ſe intromittere non debet, officiales primitus conſtituti, qui eis, qui Principis obloquerentur pœnam irrogarent, ac omnis cuiuſcunque delicti pœna eſt Principi arbitraria. cap. 11.nume.21.

Iudex animi ſui votum ante ſententiam propalans recuſari poteſt c.11.nu.18.

Nil tam graue quam ſub iudice ſuſpecto litigare.capit.11. nume.18.

Facili de cauſa ſuſpectus iudex recuſatur.c.11.nu.18.

Quoties pœna pecuniaria ageretur ipſi iudici applicanda in propria cauſa recuſare iudicem licet.c.11.nu.18.

Si iudex capitalis illius inimicus erat contra quem ſententiam tulit dolus ex hoc præſumitur, ac doli exceptio contra ſententiæ executionem petentes obſtat, quod vbi partis culpa inimicitia ſuperueniſſet procedere declaratur.c.7.nu.129.

Quamuis, vbi iudex de ſapientis conſilio ſententiam ferre tenetur ad illud adhibendum quando legis caſum in cã expreſſum habet adhibere non adſtringitur, ſtante tamẽ ſtatuto, quamuis legis caſum expreſſum habeat ad id cogitur.c.10.nu.5.

Iudex pro reductione arbitrium boni viri aditus non de laudi tantum iniquitate, ſed de nullitate ſimiliter comperta pronunciare poteſt.c.7.nu.93.

Illum, qui cauſæ iudex ab initio fuiſſet eſſe reductionis iudicem communis eſt, & verior ſcribentium opinio. cap. 7.num.93.

Iudex delegatus contra vnum in ſpecie datus, & in genere contra omnes quorum intereſt contra perſonas in genere comprehenſas antequam perſonæ illæ exprimantur exercere iuriſdictionem nequit.c.15.num. 175.

Offenſus Principe inferior, nec ipſe, nec officialis ab eo conſtitutus tanquam vnum, & idem Tribunal facientes de iniuria ipſi domino illata cognoſcere poſſunt, ſed ſuperior omnino eſt adeundus, vel carcerare iniuriam paſſus delinquentem poterit, illumque donec ſuperiori notificet detinere, vel ad ſuperiorem delinquentem remittere, ſeu punitionem ſucceſſori, atque cognitionem reſeruare. c.11.nu.21.

Quando alii condomini de offenſa condomino facta cognoſcere poſſint declaratur. c.11.nu.21.

Vbi delictum non iudicis perſonam, ſed dignitatem reſpiceret, & ordinarius iudex ſit adiunctum ei præſtandum eſſe aliqui exiſtimant, & quæ officialem offendentis ſit pœna, ſiue in officio ille ſit, ſiue in ſyndicatu, ſiue ex particulari odio, ſiue officii intuitu, offenſus fuerit remiſsiue. c.11.num.21.

De conſuetudine dominos de iniuria eis facta cognoſcere poſſe deducitur, quod niſi ſuſpecti allegentur, procedere declaratur. ibid.

Officium Officialis, &c.

Omne officium vtilitate publicum, & authoritate neceſſarium officium cenſetur nec recuſare illud licet. capit. 10.nume.2.

Officialis publicus iuſſu iudicis non præcedẽte debitorem, etiam quod creditor inſtet, nec in rebus detinere poteſt. c.11.nu.19.

Recuſationem quando iudex reiicit, exprimere cauſam debet. c.11.nu.20.

Officialis quando conſilio non obſtante à ſapiente habito in ſyndicatu teneatur remiſsiue. c.105.nu.8.

Officialis, qui ſtare ſyndicatui promiſit ſuſpectos allegare ſyndicatores poteſt. c.13.nu.35.

Ab officiali epiſcopi regulariter ad epiſcopum, cum vnum & idem faciant Conciſtorium, non appellatur, de nullitate vero dici poteſt, vt. c.4. num.12. & eodem nume. in fine.

Onus, Opinio, &c.

Iudicandi onus euitare iudex affectans, infamis efficitur de pœna triginta librarum auri condemnatur. capitu.1. nume.7.

Opinionem vltimo loco à ſcribentibus recitatam, eſſe regulariter attendendam, communis eſt opinio. capitu.1. nume.7.

Ordo, Ordinarius, &c.

Quod in ordine eſt poſterius præceſsiſſe, vt actus valeat præſumitur, ac contra iudicem exceptio primo oppoſita cenſetur. c.14.nu.4.

Ordinarius iudex quod arbiter eſſe nequeat communis eſt ſcribentium opinio, etſi arbitrator quod eſſe poſſit communis ſimiliter ſit ſcribentium opinio. capitu. ſeptimo num.124.

Iudex ordinarius iuris canonici diſpoſitione attenta, quod arbiter eſſe poſſit communis eſt ſcribentium opinio. cap. 7.num.124.

Ordinarius quilibet etiam epiſcopali fulgens dignitate, in totum de iure canonico recuſatur, & cõmunis eſt ſcribentium opinio, ſecus de iure ciuili quo attento regulariter ordinario adiunctus datur. capitulo quinto nume.34.

INDEX.

Ea quæ ordinis ſunt, vt clericorum ordinatio, virginum, & eccleſiarum conſecratio, & his ſimilia ei qui epiſcopus non ſit, committere epiſcopo minime licet. capitu. 4. num. 17.
Totius diœceſis ordinarius ſecundum communem ſcribentium opinionem, epiſcopus dicitur. c. 4. nu. 18.
Ac ad ipſum omnis iuriſdictio tam in Monaſteriis, quam in aliis, niſi exempta ſint, pertinet. ibid.
Canonum pater, & cuſtos appellatur. ibid.
Ac Christi Vicarius, in ſua diœceſi, epiſcopus dicitur. ibidem.
Iudici quantumcunque ordinario à ſe iudicandi onus abdicare non permittitur. c. 1. nu. 7.
Cauſa commiſſione alicui facta, nec infamiæ, nec alterius inhabilitatis prætextu excuſare ſe licere, communis eſt opinio. ibid.
Ordinarius regulariter de iure ciuili non recuſatur ſecundum communem ſcribentium opinionem, ſed loci epiſcopus adiungitur dummodo de cauſa ſanguinis non agatur. c. 5. nu. 1.
Inualidus de iure eſt proceſſus quoties alium quam epiſcopum ſibi ordinarius adiungit. c. 5. nu. 1.
Quod dummodo ſuſpectus epiſcopus non ſit, habere locum declaratur, quo caſu ipſius Vicarium niſi eadem quæ in epiſcopo, in Vicario ſuſpicionis cauſa concurrat adiungere licet, ipſoque Vicario ſuſpecto pariter exiſtente alter omnino, qui ſuſpectus non ſit eſt adiungendus. cap. 5. num. 1.
Ordinario quocunque iuſtitiam miniſtrare recuſante ad Pontificem Maxim. recurri poteſt. capitulo ſecundo nume. 5.
Iudicium quid ſit, qui ordinarii iudices, vel delegati eſſe poſſint, de ipſorum gradibus, & dignitate, quæ cauſæ delegari poſſint, & quæ non remiſſiue. capitulo primo num. 2.
Iudicem eſſe an onus ſit potius, quam honor. cap. 1. nume. 2. & num. 6.
Non teneri hodie ordinarium in ſocium epiſcopum accipere, ſed alium probum virum eum aſſumere ſatis eſſe idque obſeruari frequentiſſime communem pariter concluditur ſcribentium opinionem. c. 5. nu. 2.
Ita demum adiunctus ob iudicum ſuſpicionem in vrbe per Cancellariam conceditur, ſi nondum ad litis conteſtationem eſt deuentum. c. 5. nu. 3.
Quod raro niſi in criminalibus ſignatura cõcedit, & quãdo ad illum concedendum mouetur, etiam poſt litem conteſtatam concedit dummodo concluſum in cauſa non ſit ibidem.
Etiam de iure canonico ex ſola ſuſpicionis allegatione adiunctus datur ibid. & nu. ſeq.
Coniudicem adiuncti datio neutiquam notat. capit quinto nume. 3.
Iudici, qui ſuſpectus ſit, adiuncto dato ſuſpicio ceſſat. capit. 5. num. 4.
Statim adiuncto dato, iudicis ne procedere ſolus valeat iuriſdictio ceſſat. c. 5. nu. 5.
Ordinario adiunctus datur priuatiue neve ſine ipſo adiuncto procedere ordinarius poſſit datus cenſetur. capitu. 5. num. 5.
Statim iudici adiunctus ne ſine ipſo procedat inhibere poteſt, & vbi ſine adiuncto iudex procederet, proceſſus nullus redditur, iudice adiunctus maior dicitur, quando iudex ordinarius eſt, ac pari etiam inhiberi poſſe aſſeritur c. 5. num. 5.
Vbi ordinarius, & adiunctus contrarias ferrent ſententias ad ſuperiorem, ac ſi ambo delegati eſſent recurritur. c. 5. nu. 5.
Ordinarium quoties remedium competit extraordinarium nõ procedit niſi extraordinarium pinguius eſſet, & plenius, quo caſu ab ordinario non tollitur. capit. 15. nume. 15. & num. 23.
Velut ſi parti iniuriam inferret. c. 5. nu. 11.
Vel quoties alteri ex litigantibus ordinarius ſuccederet. c. 5. nume. 11.
Idem vbi infirmitate perpetua infirmatur ibid.
Necnon ratione præcedentis aduocationis. ibid.
Et quoties in eadem cauſa alias iudicauit. ibid.
Quibus in caſibus in ſpecie cauſam exprimere oporteat, illamque per iuramentum probare. capitulo quinto num. 11. & num. 17.
Eo caſu de iure ciuili in totum ordinarius non recuſatur, quando ordinarius magnum gerit magiſtratum. capit. 5. num. 11.
Secus in minoribus, quos recuſare in totum licet. capit. 5. num. 11.
Et qui maiores, qui minores magiſtratus dicantur remiſſiue. ibid.
Ordinarius etiam iure ciuili attento per inimicitiam, quãuis præſumptam maxime in criminalibus in totum recuſatur. c. 5. nu. 12.
Idem, ſi amicitiam cum parte aduerſa intrinſecam habeat ac in totum in criminalibus, quod recuſare iudicem liceat, communis opinio refertur. ibid.
Vero orari tunc quid dicitur, cum primum apparet. cap. 7. nume 55.
Neque ſyllabam ſuperfluam lex, ſiue ſtatutum habere debet. c. 7. nu. 56.

P

Pactum.

Pactum de ingrediendo contra moroſum ſolum competere communis eſt ſcribentium opinio, & vbi inſtrumentum liquidum exiſteret. c. 15. nu. 160.
Pactum de ingrediendo ſtante conſtituto, & præcario etiã contra hæredem non citatum, ac negotio non liquidato etiam quod clericus hæres ſit, vel pupillus competere aliqui ſentiunt. c. 15. nu. 159.
Pactum quoties de ingrediendo, & cõſtitutum præcarii in inſtrumento reperitur etiam contra tertium poſſeſſorem non citatum, ac negotio non liquidato, executio fieri poteſt ſecundum communem ſcribentium opinionem. c. 15. nu. 159.
Pactum ſimplex de ingrediendo rem hypothecatam conſtituto in eo non appoſito, neque præcario eo ſolum caſu contra tertium ſingularem ſucceſſorem exercetur, vbi liquidum debitum eſt, & a debitore cauſam tertium habere apparet, & magis communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 159.
Pactum de tertii hæreditate quantumuis iuratum inualidum cenſetur ſecundum communem ſcribentium opinionem c. 15. nu. 210.
Pactum a donatore in tertii abſentis fauore appoſita, vbi illud dum vixit non reuocaſſet donatore mortuo illud ipſius hæredi, quod reuocare minime liceat communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt. c. 15. nu. 195.
Quod, ſiue appoſitum ſit pactum, vt aliquid ex re donata præſtetur, ſiue ſpecie donata pactũ de danda pecunia apponatur procedere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 195.
Pactum nudum, actionem de iure canonico parte, communis eſt canoniſtarum opinio, & tali iure attento ad intereſſe ex arbitri ſententia ſiue alia homologatione agere licet. c. 7. num. 68.
Vt factum promittens alienum, etiam quod omnem adhibeat diligẽtiam teneatur cautela refertur. c. 15. nu. 206.
Pactum ex ratificatione reſultans catenus ſeruari debet, quatenus alia pars illud ſeruauerit. c. 7. nu. 3.

I N D E X.

Ne maleficium puniatur, nulla eſt pactio. capitulo primo nume. 11.

Ex pacto de ingrediendo propria authoritate debitoris bona hypotheca contrahitur, & inducitur, c. 15. num. 160.

Etiam pacto expreſſo, quod venditor de euictione non teneatur re uendita euicta ad pretii reſtitutionẽ vẽditor tenetur, & communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 15. num. 184.

Pacto in inſtrumento exiſtente etiam ante factam liquidationem executionem fieri poſſe illam conditionem cõuentio hæc in ſe habet dummodo à iudice ſuſpecto executio non petatur. c. 8. nu. 52.

Pacta actiue, & paſſiue in hæredes tranſire etiam nulla ipſorum mentione facta dummodo verborum, & contractus natura, ac res ipſa in cõtractu deducta ad hæredes materiam eſſe tranſmiſſibilem patiatur communis eſt pariter ſcribentium opinio. c. 15. nu. 207.

Pœna.

Pœna & intereſſe, idem operatur. c. 15. nu. 204.

Nulla pœna in eccleſia excommunicatione maior cenſetur, quod excommunicatione durante procedere intelligitur alias, quia in poteſtate eſt excõmunicati comparendo hanc à ſe pœnam remouere leuis propterea, ac medicinalis reputatur. c. 14. nu. 75.

Pœna creſcere debet contumacia creſcente c. 14. nu. 79.

In excommunicatione per aliquod tempus etiam citra annum perſeuerantem temporali eum pœna punire licet. c. 14. num. 79.

Pœnæ executio ſine præfata declaratione facta inualida parte opponente, & nulla cenſetur. c. 11. nu. 12.

Quoties contra tertios ageretur poſſeſſores præfata declaratio cum parte principali fieri potius debet, ſeu contra ipſius hæredem parte principali citata quam contrauenisſe aſſeritur, c. 11. nu. 12.

Neque aduerſus pœnarum executionem, neque in actionibus ad vindictam tendentibus. c. 11 nu. 2.

De pœnis maleficiorum præteritis ſecus de futuris compromittere licet. c 7. nu. 140.

Pro pœnis præteritis ſe obligare quis poteſt, & ad conferendum in pœnam maleficii præcedentis non autem in pœnam maleficii ſubſequentis. c. 7 nu. 140.

In pœnis, quæ ipſo iure inferuntur ſententiam requiri declaratoriam communis ſcribentium opinio refertur. capit. 11. num 12.

In eodem iudicio in quo ad pœnam agitur contrauentionẽ liquidare non ſufficit, ſed ſententia declaratoria ſuper contrauentione cum cauſæ cognitione, & parte citata procedere debet. c. 11 nu. 12.

Ad pœnam quoties agitur certus caſus, & clarus, ac liquidus proceſſus eſſe debet, ita quod non ſolum de caſu, & contrauentione conſtet, ſed quod nulla pro eo, contra quem agitur ad ipſum excuſandum cauſa militet. c. 11. num. 12.

Iniuria ab aliquo in pœnitentiæ, & confeſſionis actu remiſſa ſimplicem ſolum animi rancorem remiſſum cenſeri, non autem damna, expenſas, aut intereſſe communis eſt ſcribentium opinio c. 5. nu. 31.

Quod niſi plene quis iniuriam remitteret, limitatur, quo caſu intereſſe etiam remiſſum cenſetur. ibid.

Fabius Montell. ad iniuriam ſibi illatam remittendam, quem teneri præcepit eſſe, in ſua praxi arbitrali affirmans confutatur. ibid.

Maximilianus Palumbaria Archiepiſcopus Beneuentanus laudatur. c. 1. nu. 9.

Papa.

Papa, & concilio in loci concilii electione diſcordantibus, quamuis Papæ ſentẽtiæ ſtandũ ſit hoc tamen vbi locum non tutum aut minus idoneum Papa aſſignaret limitatur. c. 13. nu. 31.

Delinquenti in commiſſi delicti loco à iudice vocato locũ ſibi tutum non eſſe opponere, & allegare maxime licet. c. 13. num. 32.

Papa eſt ſupra Concilium, & vniuerſale Concilium, ſeu alius quiſpiam, de Papa quantumuis crimnoſo iudicare minime poteſt. c. 3. nu. 1. & 2.

Papa ſecundum magis communem ſcribentium opinionẽ Concilio etiam volens ſe ſubmittere nequit, ad quem autem generalis Concilii congregatio ſpectet, & quando illud à Papa diſſolui poſſit. capit. 3. nume. 3. & numero ſeq. remiſſiuè.

Ac nulli Papam ſe iudicandum ſubdere poſſe communis eſt opinio. ibid.

Gloſæ Papam ſe laico iudicandum ſubiicere poſſe affirmantes communiter reprobantur. capitulo tertio, nume. 3.

Concilium ritè & rectè congregatum, diuinam habet authoritatem. ibid.

Vniuerſale Concilium recuſari nequit, duplici cum limitatione. c. 3. nu. 6.

Primo quando ſine Papæ authoritate congregatum Concilium fuiſſet. c. 3. num. 6.

Secundo vbi recuſationem Summus Pontifex admitteret. ibidem.

A Concilio, quoties illi Papa immediate præeſt, appellari nequit. ibid. nu. 7.

A Papa ſententia, quoties Papa ad alterius relationem ſententiam proferi appellare, quod liceat, magis communis ſcribentium opinio refertur. ibid.

Idem in cauſis iuriſdictionalibus. ibid.

Ac etiam per viam querelæ, adire Concilium licet. cap. 3. nume. 7.

Quando Cõcilium per Papæ legatos expeditur, ad Papam, qui de Concilii factis iudicare, illaque corrigere poteſt appellatur, c. 3. nu. 8. & num. ſeq.

Papa inter Principes ſeculi, principatum obtinet, & Monarchiam in ſpiritualibus. c. 2. nu. 1. & 5.

Deus eſt in terris. ibid.

Dei legatus. ibid.

Chriſti Vicarius. ibid.

Ac verus Petri ſucceſſor, & in propria cã de abſoluta ptãte iudicare eum poſſe, magis communiter ſcribentes affirmant, & nu 8. quod, eo caſu, locum ſibi vendicat, quãdo illã cum ſubdito habet alias ſecus, & num. 13. ibid

Papa & Papalis dignitas, omnibus præfertur hominibus, & dignitatibus. c. 1. nu. 2.

Maior eſt, & dignior Imperatore. ibid.

Summus ſacerdos appellatur. ibid.

Catholicorum omnium eſt pater. ibid.

Omniumque religionum caput. ibid.

Illius authoritas maior eſt authoritate ſanctorum. ibid.

Omnes habet dignitates, omnemque poteſtatem quam omnes Patriarchæ habent. ibid.

Præ omnibus poſt Deum honorari Papa debet. c. 2. nu. 3.

Totus mundus eſt eius Parrochia. c. 2. nu. 3.

Idem cum Deo facit Conciſtorium. ibid.

Et poſt Deum cæteris antefertur. ibid.

Omnia eſt, & ſuper omnia, ac in plenitudinem poteſtatis eſt vocatus, cæteri vero prælati in partem ſollicitudinis. c. 2. nu. 3 & nu. ſeq.

Et ſicut in ſuperiori triũphãti eccleſia, unus eſt Deus ita in militãti eccleſia, vnus Pont. Max. eſt Dei Vic. ibid.

Papa non puri hoĩs, ſed Dei vicẽ in terris gerit. c. 2. num. 4.

Et oĩa facere põt, quæ Deus põt, claue non errãte. c. 2. nu. 4.

Epiſcoporum eſt culmen, cæterorũque, quos intellectus imaginari poteſt. c. 2. nu. 4.

Clauium habet plenitudinem, ac ſummam, & liberam poteſtatem ab omnibus vinculis, & ab omni arctatiua regula, ſolutam. ibid.

Papa,

Papa, Imperator, & alii ſuperiorem non recognoſcentes tã cauſas proprias, quam eas in quibus de ipſorum agitur intereſſe, de æquitate, & honeſtate iudicibus non ſuſpectis delegare debent. c. 2. nu. 11.

Aut in arbitros compromittere. ibid.

Vel aliquibus ſe ſubmittere, quod in iuriſdictione contentioſa, non autem in voluntaria, ſecundum communẽ ſcribentium opin. procedit. ibid.

Papa quæ iuris ſunt naturalis tollere non poteſt, & nunquid à iure naturali recuſationis exceptio proceſſerit, declaratur ibid.

Papa eſt ſupra Concilium, & vniuerſale Conciliũ, ſeu alius quiſpiam, de Papa quantumuis crimnoſo iudicare minime poteſt. c. 3. nu. 1. & 2.

Papa ſecundum magis communem ſcribentium opinionem Concilio etiam volens ſe ſubmittere nequit, ad quẽ autem generalis Concilii congregatio ſpectet, & quando illud à Papa diſſolui poſſit. c. 3. nu. 3. numero ſequen. remiſſiue.

Ac nulli Papam ſe iudicandum ſubdere poſſe communis eſt opinio. c. 3. nu. 3.

Gloſa, Papam ſe laico iudicandum ſubiicere poſſe affirmãtes communiter reprobantur c. 3. nu. 4.

Papa ſicut appellatione remota, communi attenta opinione, ita etiam & recuſatione remota, cuicunque iudici ſuſpecto, ſecundum aliam communem, committere cauſam poteſt. c. 2. nu. 14.

Dummodo propter manifeſtam inimicitiam ſuſpectus iudex non ſit, & num. ſeq. ibid.

An Papæ, alicui notorie indigno de beneficio prouideri mandanti obtemperandum ſit remiſſiue. c. 9. nu. 1.

Papæ nomen non à nouo teſtamento, ſed à Moſe incœpit, ſoluſque Papa in Dei eccleſia, eſt Cancellarius. ibidem num. 5. c. 2.

Papam in conſanguinitatis prætextu recuſare minime licet. c. 7 num. 115.

Papam Principibus laicis neutiquam in clericos iuriſdictionem ordinariam vt habeant, conferre poſſe, communis eſt opinio. c. 4. nu. 24.

Inualidam eſſe conſuetudinem, quod clerici in criminalibus cauſis coram ſeculari iudice conueniantur, communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. ibid. c. 4. nu. 24.

Quod nec particularis eſſet conſuetudo, declaratur. ibid.

Omnes ad Papã appellat, & nemo ab ipſo appellare poteſt. c. 2. num. 6.

Contra iuſtitiam velle Papam procedere non præſumitur. cap. 2. num. 7.

Cardinali aliquid ſibi a Papa viua vocis oraculo commiſſum eſſe aſſerenti, quod credatur eſt pariter magis communis ſcribentium opinio. c. 15 nu. 215.

Eccleſia res ſeu Caſtra detinentes ſine aliqua citatione excommunicare Papa poteſt. c. 4 nu. 25.

Par Pares curiæ, &c.

Par in parem Imperium non habet, ac duobus dominis eodem in Caſtra inſolidum exiſtentibus, vnus alterum delinquentem non vt parem, ſed tanquam priuatum communi attenta opinione ex quo criminis reatus omnẽ honorem excludit, punire poteſt niſi diuiſa inter ipſos iuriſdictionis adminiſtratio extaret, ſecundum communem pariter ſcribentium opinionem c. 4. nu. 29.

Et niſi alterum, ex legitima cauſa delinquens recuſauerit. ibidem.

Ad parem vero regulam nullatenus ſine prælati licentia tranſire religioſo licet. c. 14. nu. 23.

Paria ſunt contra prorſus nõ citatum, vel contra citatum in loco ſibi ad comparendum non tuto procedere. capitu. 13. num. 13.

Idem ſi de hoc notorie non conſtaret, ſed locum non tutum non eſſe ipſi iudici liqueret. ibid.

Nulla eſt teſtium examinatio contra citatum ad recipi teſtes videndum, quem venire non poſſe iudex ſciebat. c. 13. nu. 13.

Paria ſunt, non appellare, & appellationis fatalia lapſa eſſe. c. 15. nu. 26.

Pares Curiæ alii eiuſdem domini vaſalli paria habentes feuda pares nuncupantur. c. 12. nu. 7.

Nec omnes pares Curiæ, communi ſcribentium opinione attenta iudices ſunt, ſed vnum primo, vel plures, quot voluerit dominus eliget, deinde totidem vaſallus iuxta numerum à domino comprobatum. capitu. duodecimo nume. 7.

Pares Curiæ, de controuerſia cognoſcentes in primis recte ſe iudicaturos iurare tenentur. c. 12. nu 8.

Quamuis, quando rem eſſe feudalem negatur minime de hoc feudo dominus cognoſcat, quia hoc modo in eã propria iudicaret, pares tamen Curiæ cognoſcunt, quia quoad ipſos, de nudo tantum agitur iuriſdictionis exercitio. c. 12. nu 9.

Ordinariam pares Curiæ iuriſdictionem habere dicuntur, eoſque in totum recuſare licet. c. 12. nu. 9.

Pares Curiæ, feuda ſimilia habere debent, ita quod ſi cauſa Comitis tractetur pares ipſi Comites eſſe debent. cap. 12. num. 10.

Familiares domeſticos, conſiliarios, vel aſſeſſores, ſeu alios ipſius ſtipendio viuentes, neutiquam in pares eligere domino licet, alias tanquam ſuſpectos recuſare eos permittitur. c. 12. nu. 10.

Tunc in pares Curiæ iudices eſſe poſſunt, vbi conſuetudine, vel priuilegio feudalibus in cauſis prouiſum de certo iudice non apparet. c. 12 nu 11.

Barones aliquos de feudis quaternatis in eorum priuilegiis, ac de his etiam, quæ in capite, & immediate a Regia Curia tenentur, poteſtatem cognoſcendi habere euidentiſsimus Carauella teſtatur, quod olim in Principis Salerni priuilegiis obſeruaſſe ſpſemet aſſeuerat. capit. 12. num. 12.

Quamuis aliis in caſibus parium Curiæ iudicium vſu, & conſuetudine abrogatum ſit, quoties tamen contra vaſallum de læſæ maieſtatis crimine ageretur, adhuc pares Curiæ eligendos, in tractatu de feudis titulo tertio, nume. 13. & 14. Thomas de Marinis inquit, cuius Burſatus in conſ. 225. nume. 38. meminit. capitu. duodecimo num. 13.

Pars, partes.

Quoties vtraque pars peremptorie citari, ac ſententiam ferri inſtetiſſet, vere in cauſa concluſum dicitur, ſecus ſi vna partium id tantum poſtulaſſet. capitu. decimo quarto nu. 41.

Pars ſine expenſarum refectione quamuis inſtructum procuratorem miſiſſet, qui non comparuit non auditur. ca. 14. num. 109.

Pars a minore conuenta contra tutores a quibus cauſam habet, & curatores ad damna, expenſas & intereſſe experiri poteſt. c. 15. nu. 53.

Duplici officio partis, & iudicis, quem fungi non permittitur. c. 14. nu. 50.

Alterius partes conſanguineum, ſiue familiarem arbitrum eſſe poſſe qualiter procedat declaratur. cap. ſeptimo num. 114.

Per affectionis cauſa ſuſpicionem tollit. capitu. ſeptimo nume. 114.

Iudicis, & partis officio quem fungi impoſsibile videtur. c. 20. num. 4.

Duarum perſonarum vicem quis ſuſtinere minime poteſt. c. 11. nu. 4.

In caſibus in quibus, per partis iuramentum probatio admittitur ſemel tantum illud deferre iudici licet. capit. 14. num. 125.

Illud item, quod honeſta, qui iurat ſit perſona, quodque ex facti qualitate allegatum conſonet impedimentum requiritur, necnon ab ipſo iudice eſt iuramentum tali caſu deferendum alias illud minime releuat. capitulo 14. nume 125.

Minime per partis iuramentum non tutus acceſſus probatur. c. 13 nu. 42.

Parti ſine iudice iuranti iudice ipſo non contradicente idē eſt, ac ſi iuramentum iudex deferret. c. 6. num. 3.

Parte ignorante, & aliis, quam in iudicio procuratore reuocato, vtrum ad iudicē reuocationis notitia, vel ad procuratorem, aut aduerſarium aut ad vtroſque peruenire debeat, remiſsiue. c. 6. num. 44.

Parte ſolum inſtante non autem ex officio præfato exiſtente ſtatuto partes ad compromittendum compellere iudici licere, ac aliam partem quando compromiſſum petitur eſſe euitandam aſſeritur. c. 7. nu. 38.

Quamuis partes ad compromiſſum faciendum iudici adſtringere minime liceat ipſas tamen ad compromiſſum factum prorogandum coge licet. c. 7. nu. 38.

Quando vna partium, vel vtraque ſoluere conſultoris ſportulas teneatur remiſsiue. c. 10. nu. 1.

Partes ad ſalarium pro habendo conſilio ex burſandum iudici cogere quando à labore ſtudii ſe exhonerādum, vel ad partium maleuolentiam euitandam hoc facit minime licet. c. 10. nu. 1.

Partes in cōſultoris electione ad ſuſpectorum, & conſidatorum notam dandam admonentur, illudque, quod etiam partibus inuitis hoc iudici liceat qualiter procedas declaratur. c. 10 nu 3.

Vbi partes conſ. ſtatalis electi ſtare promiſiſſent an eis reclamare tali caſu, vel appellare liceat remiſsiue. capitu. 10. nume. 13.

Pater quoties de bonis aduentitiis litigare filium, eumque agere conſentit executio in filii bonis aduentitiis fieri poteſt. c. 15. nu. 200.

Pro delicto aut debito paterno executionem in peculio filii profectitio facere non licet. c. 15. nu. 200.

Quamuis pater in aliquibus rebus filii vſumfructum non habeat, habet tamē fructum cōmoditatem, neque filius à patre emancipatus, quoties de bonis agitur quorum pater eſt vſufructuarius in iudicio ſine patris conſenſu ſtare poteſt, minori tutore carenti in integrum reſtitutionem poſtulanti curatorem ad litem eſſe præſtandum cōmunis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 57.

Quod in Patriarcha pariter, & Archiepiſcopo procedit. ibidem.

Paupertatem, ſeu diuitias proprias, aut alterius allegans, ſiue actor ſit ſiue reus, probare qualitatem hanc quod teneatur communis eſt omnium ſcribentium opinio. cap. 25 num. 104.

Nunquid qui olim diues fuit talis hodie præſumatur, vel ex paupere diues effectus remiſſiue. c. 15. nu. 104.

Procurator.

Procurator generaliter conſtitutus appellare poteſt, & debet, quod in negotiorum geſtore ſimiliter procedit, ac quodlibet ſimplex mandatum ad appellandum, ſufficere communis eſt ſcribentium opinio; reductionem vero ad arbitrium boni viri, abſque ſpeciali, indiuiduo mandato ad illam petendum petere procuratori non licere, communis eſt pariter ſcribentium opinio. capit. ſeptimo nume. 92.

Nunquam procuratori de illicitum faciendo mādatum datum cenſetur, neque id per quod in pœnam dominum incidere facere poſſet. c. 7. nu. 92.

Qualiter ex facto procuratoris ſpeciali mandato carentis pœnam incurrere dominus poſſet deducitur. cap. ſeptimo nume. 92.

Procurator ad lites, ſimpliciter conſtitutus, alium ante litem conteſtatam ſubſtituere procuratorem nequit ſecundum communem ſcribentium opinionem. capitulo 6. num. 18.

Quoties alium ante litem conteſtatam procuratorem, dominus conſtituiſſet, neque oppoſitū fuiſſet, amplius iſtud opponere non licet. c. 6. nu. 18.

Ad geſtorum falſi procuratoris ratificationem impediendam actus, cum nullitatis actorum proteſtatione fieri debet. c. 6. num. 19.

Etiam quod procurator verus ſit contumax appellare domino licere magis communis eſt ſcribentium opinio. ibid. num. 141.

Ac nullatenus procuratoris contumacia domino nocet, niſi in perſonam domini ſit contumacia radicata. ibid. nume. 141.

Ex procuratoris contumacia non verus, ſed fictus tantū cōtumax dominus conſtituitur. c. 14. nu. 149.

In his quæ grauis ſunt præiudicii nullatenus procuratoris contumacia domino nocet. ibid.

Vera ad mulctam imponendam contumacia requiritur vt communiter ſcribentes ſentiunt, ac ex procuratoris contumacia mulctare dominum non licere veram eſſe explicatur, & communem ſcribentium opinionem. ibid. num. 141.

Procurator, & aduocatus tam de iure ciuili, quam canonico, ſolo partis iuramento recuſari poſſunt. c. 6. nu. 7.

Vile quamuis procuratoris officium dicatur, hoc tamen quando Principe, vel ſuperiore mandante ſit non procedit. c. 6. nu. 7.

Dignitatem Principis procurator habere dicitur, quod ad medicum notarium Barbitonſorem, & coquum extenditur erroneam in hoc articulo eſſe Boerii limitationem oſtenditur. c. 6. nu. 7.

Etiam quod procurator verus ſit contumax appellare domino licere magis communis eſt ſcribentium opinio. capit. 14. num. 141.

Vbi in itinere interfectus procurator fuiſſet, ſine aliqua expenſarum refectione dominus auditur. capitulo 14. num. 109.

Deterioris procurator conditionis effectus reuocatum mādatum quod cenſetur, communis ſcribentium eſt opinio. c. 6. num. 40.

De pluribus huius tacitæ recuſationis effectibus remiſsiue c. 6. num. 40.

Tu procurator eſſe nequis ſacerdoti oppoſitione facta, ipſe caſus in quibus procurator eſſe poteſt, probare tenetur. c. 6. num. 21.

Clerici omnes in vrbe aduocationis, & procurationis publica munera, ex Pontificis Summi tollerantia, contra iuris regulas exercent. c. 6. num. 21.

Negligens procurator prodigus aut ſtupidus effectus, reuocatus cenſetur. c. 6 nu. 40.

Alieno nomine ſimpliciter quid gerens, nō procurator ſed negotiorum potius geſtor appellatur. c. 6. nu. 27.

Qualiter in rem ſuam procurator directas actiones cedentis nomine, vel vtiles proprio nomine intentare, cognoſcatur remiſsiue. c. 6. nu. 26.

Procurator ille dicitur, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. c. 6. num. 41.

Procurator ad iudicia datus, nec in executione comparere poteſt, neque illam impedire. c. 6. nu. 48.

Procuratoris ad agendum poteſtas per ſententiam expirat, & quæ ſit ratio, explicatur. c. 6. nu. 48.

Quoties procurator ad lites expenſas pro domino in cauſa feciſſet limitatur, quo caſu, domino ſoluendo nō exiſtēte

contra

I N D E X.

contra condemnatum ſententiæ executionem petere procuratori licet, & hoc quatenus expenſæ extenduntur procedere declaratur. ibid.

Procurator ad lites iudicii expenſas quod ſubire teneatur, communis ſcribentium opinio refertur. ibid.

Vero domino ſolutio, vel vero procuratori, non autem alteri fieri debet, alioqui nullatenus ſoluens liberatur. ibidem.

Falſi procuratoris exceptionem ſcienter opponere pars omittens in culpa eſſe dicitur, ac condemnari ad expenſas debet c.6.nu. 11.

Ex ſola procuratoris negligentia non appellando in ſtatu cauſa in integrum reſtitutionem petendi non reſurgit. capit. 15.num. 27.

Ac nullatenus procuratoris contumacia domino nocet, niſi in perſonam domini ſit contumacia radicata. cap. 14.num.143.

Procuratoris ad exigendum conſtituti, ſe habuiſſe, & recepiſſe confitentis, domino confeſſio non præiudicat, niſi pecuniam procuratori realiter eſſe ſolutam probetur, & communis eſt opinio idem, ſi ad exigendum, & ad confitendum ſe habuiſſe, & recepiſſe mandatum contineret communis pariter eſt ſcribentium opinio. capit. 6.num.53.

Dicta verba, vt confiteri in hoc caſu procurator poſſit, de eo intelliguntur, quod realiter exigeret. capitulo ſexto nume. 53.

Semper procuratoris geſta rata dominus habere cenſetur, quoties aliquid, quod ſine ratihabitione ipſa facere nunquam poſſet facit. c.6.nu. 14.

Geſtorum a falſo procuratore fieri ratificatio poteſt, dummodo nullitatis actorum exceptio oppoſita per partem non fuiſſet iuxta communem ſcribentium opinionem. c. 6.num.15.

Procuratoris contumacia non obſtante, quandocunque ante ſententiam dominus comparuerit ſua eam et refectis tamen expenſis recuſare licere, concluditur. capitu. 14. num.142.

Eo caſu procuratoris confeſſio domino nocet, vbi exigendi poteſtatem, & per pactum liberandi debitorem, & componendi facultatem à domino procurator recepiſſet. ibid. c.6.num.53.

Quando procuratoris negligentia, ſiue dolus in non appellando, ſiue in appellatione non proſequendo, vel in Apoſtolos in termino non recipiendo domino noceat exponitur. c.15.nu.16.

Mandatum quoties indiuiduum requiritur, & quoties pœna periculo dominus ſupponeretur, mandatum generale, cum libera nullatenus ſpeciali mandato æquiparari, communis ſcribentium opinio refertur, neque ratum quid in hoc caſu a domino haberi poſſe, communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio. ibid.

Vt pœnam ex procuratoris facto dominus incurrat, qualiter id mandatum comprehendum explicatur. capitulo 6. num. 54.

Inſufficientis mandati vigore geſtum alterius mandati ſufficientis vigore conualidare minime licet. capitu. ſexto num 54.

Procurator in rem ſuam, ſi dubium ſit de mandato, cum cautione de rato, nullatenus admittitur. capitu. ſexto nume. 54.

Ex procuratoris contumacia non verus, ſed fictus tantum contumax dominus conſtituitur. capitulo 14. nume. 141.

Procuratoris perſona legitima, per partis taciturnitatem, & habilis conſtituitur. c.6.num. 16.

Procuratori ad agendum conſtituto ad ſententiæ executionem petendam conſtitutus non cenſetur, neque ei ſolui poteſt. c.6.nu.48.

Procuratori ad exigendum mandatum habenti, ſententiæ executionem petere licet. c.6.nu 52.

Idem quoties ad lites præſentes, & futuras conſtitutus procurator fuiſſet. ibid.

Nec ab inuito ſolum dicti mandati virtute, quod exigere procuratori liceat, ſed etiam a ſponte ſoluente ſolutionem recipere, communis ſcribentium opinio. capit. ſexto num 52.

Mandato de eligendis iudicibus in genere procuratori iniuncto ſi perſona dominus ſit, cui in integrum reſtitutio competit aduerſus talem impetrationem cauſæ qualitate, & grauaminis periculo hoc ſuadentibus, petere licet. c. 14.nu. 140.

Omnibus in caſibus in quibus abſentem, ſiue actorem, ſiue reum procuratorem mittere ſcribentes concludunt, hoc in cauſa, quæ ardua ſit minime procedere explicatur. ca. 13 num. 30.

Recuſari procuratorem poſſe non in alterius partis procuratore, ſed in conſtituto ab eadem parte recuſante procedit. c.6.num.8.

Contra aduerſæ partis procuratorem exceptio tu non es, vel eſſe nequis procurator competit, dictaque exceptio tu non es procurator tanquam dilatoria ante litem conteſtatam opponi debet ipſaque per errorem non appoſita, etiam poſt litem conteſtatam, & quandocunque opponi poſſe, communis ſcribentium eſt opinio. capitu. ſexto num.8.

Omnem aliam exceptionem iudicium retro nullum reddentem etiam poſt ſententiam, ac quandocunque opponere licere communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt. ca. 6.num.8.

Quibus in caſibus procuratorem quis mittere teneatur, & an & quando dominus à procuratoris contumacia, quem miſit, ſi fortuitus caſus, qui dominum excuſaſſet, procuratori euenit excuſetur, remiſſiue. cap. 14 nu. 122.

In illis caſibus, in quibus procuratorem quis mittere tenetur, ſi procuratorem minus legitimum miſit, pro non comparente, & contumace habetur. c. 14 nu. 122.

Procuratorem in cauſa diligentem, non conſtituens in culpa cenſetur, ſibique imputare debet. capit. decimoquarto nume. 109.

Procuratore a tutore, ſeu curatore conſtituto non pupilli, ſeu adulti procurator, ſed tutoris, ſeu curatoris procurator appellatur, ac in iudicio tanquam tutoris procurator, non autem pupilli comparere debet, alias nulliter agit. c.6.num.42.

De iure canonico tam ante quam poſt litem conteſtatam procuratorem conſtituere tutori licet. capitulo ſexto nume.42.

Procuratorem conſtituenti, & tacite, & expreſſe reuocare licet, ac mandatum tandiu durat, quandiu is, qui mandauit, velit. c.6.nu. 36.

Recuſatione procuratoris ſequuta, ac ſi nunquam procurator fuiſſet exiſtimatur quamuis iureiurando procuratorem non reuocare dominus promiſiſſet ipſum, adhuc reuocare licet, ſecundum communem ſcribentium opinionem. c.6.nu.36.

Aduerſario, vel his quorum intereſſet, de procuratorem non reuocando promiſſione facta reuocari procurator minime poterit, niſi iuſta aliqua cauſa concurrente. capitulo 6.num.37.

In extraiudicialibus, quando aduerſarii intereſt, reuocari procurator nequit. c.6.num.37.

Quando reuocare mandatum liceat, morte illud nunquid finiatur an ipſum hæredi reuocare liceat, & quando mandante defuncto ſiue ipſius hærede mandatum deuicat, remiſſiue. c.6.nu.27.

Iurata, procuratoris conſtitutio nullatenus in tertii capitulum reuocari poteſt. c.6 nu.37.

Tacite

I N D E X.

Tacite per alterius procuratoris conſtitutionem, procurator reuocatur, niſi procurator quis ſpecialis eſſet qui per generalis procuratoris dationem minime reuocatur niſi limitatur, citra primi procuratoris reuocationem actus fieret. c. 6. nu. 38.

Tunc per ſecundi procuratoris conſtitutionem primus reuocatus cenſetur, vbi contra eandem perſonam, ſecus ſi in diuerſis, vel contra diuerſos actus fieret. capit. ſexto num. 38.

Quoties acta procurator poſt reuocationem ſciente domino, & patiente facit, iterum conſtitutus à domino cenſetur. c. 6. nu. 38.

Potentiori iure ſua cedens, nec ceſſio tenet, nec procuratorem amplius conſtituere in cauſa poteſt, ſed agere per ſe debet, quod in patre filio potentiori cedente limitatur, & quoties potentiori contra æque potentem ceſſio fieret. c. 6. nu. 46.

Poſt procuratoris recuſationem ad alium conſtituendum dominus cogitur maximè quando à loco iudicii eſt dominus diſceſſurus. c. 6. num. 47.

Pluribus contra vnum agentibus ad procuratorem conſtituendum compelluntur. c. 6 num 47.

Vſque ad concluſionem cauſæ tantum procuratoris recuſatio permiſſa cenſetur c. 6. nu. 47.

Valida dicuntur ante recuſationem per procuratorem geſta, ac de nouo tantum facienda recuſatio impedit. capit. 6. num 47.

Procuratorem contra tertium in mandato non comprehenſum agere ſciens dominus, & patiens, nouum ipſi mandatum tribuere cenſetur, neque reuocatum mandatum neque mutata voluntas præſumitur. capit. ſexto nume. 38.

Reuocatum in dubio mandatum non præſumitur, quod etiam in mandato ad delinquendum procedit. capit. 6. nume 83.

Generalis procurator per ſpeciale mandatum ad vnam cauſam in ipſiuſmet perſonam factum excluſus à primo mãdato cenſetur. c. 6. nu. 38.

Generalis ſyndicus ad debitores omnes exigendum à Republ. conſtitutus, ſi alter poſtea ad certa debita exigenda conſtituatur reuocatus primus non cenſetur, ac de ſecundi ſyndici negligentia tenetur, etſi ſpecialis ſyndicus primo loco conueniatur. c. 6. nu. 38.

Nequiquam reuocatus procurator cenſetur, quando bis dominus ſine proteſtatione, tertio vero cum proteſtatione compareret plenius quando reuocatus procurator cenſeatur, & mandatum, tam quoad actus iudiciales, quã extraiudiciales, quando præſumatur, & an qui crediti inſtrumenta exhibet procurator præſumatur remiſſiue. c. 6. num. 39.

Lite per procuratorem conteſtata, nec tacite, nec expreſſè aduerſario contradicente reuocare procuratorem licet ſecus ipſo volente & aduerſario non contradicente, quodque velit aduerſarius cenſetur eo ipſo, quod non cõtradicit. c. 6. nu. 40.

Subſtitutus litis dominus per principalis comparitionem minime reuocatur, niſi ſciente ſubſtituto principalis cõparitionem, & tacente, ſecus ſi ignoret, vel abſens ſit. c. 6. num. 40.

Procuratoris reuocatio poſt litem conteſtatam, cum cauſæ cognitione fieri debet. c. 6. nu. 40.

Legitima poſt litem conteſtatam procuratorem reuocandi cauſa dicitur, vbi cum parte aduerſa affinitatem procurator contraxiſſet, idem ſi domino inimicus procurator ſit effectus, etiam quod procurator ipſe contradicat, ſi aduerſarii hæreditas ad procuratorẽ, vt illius hæredem peruenerit, religionem ingreſſus ſit in longum peregrinari, vinculis eum, aut ægritudine detineri contingat, ſeu alia rationabilis cauſa ſubſit. c. 6. nu. 40.

Propter iuuentutem procuratorem reuocare domino licet, neque hoc ei quod talem ab initio conſtituerit, imputatur. c. 6. nu. 40.

Eo ipſo, quod operas in inuitum procurator ingerit ſuſpectus remanet, attamen quia de facili ſuſpicio hæc inſurgit, de facili remouetur. c. 6. num. 40.

Procurator ob propriam contumaciam ſuſpectus, ex iudicis officio remoueri poteſt, ſecus ſi ob aliam cauſam. c. 6. num. 40.

Pecunia, Perſona, &c.

Pecuniam mutuo acceptam colluſori mutuanti ſe reſtituturum colluſor promittens, vel vbi tanquam confeſſus de ſoluendo præceptum accepiſſet ad mutuum colluſori reſtituendum tenetur. c. 15. nu. 185.

Penſionis perceptio naturalem poſſeſſionis actum repræſentat. c. 15. nu. 182.

Peremptorium in Romana Curia, ex ſtylo non apponitur. c. 14. num. 102.

Vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum. capit. 9. num. 10.

Qui peritus non eſt per errorem coram iudice incompetenti litigaſſe præſumitur, & hanc communem eſſe ſcribentium opin. refertur. c. 14. nu. 9.

Omnia permiſſa cenſentur, niſi prohibita reperiantur. cap. 15. num. 152.

Perpetuo dictum remedium vigere, ac intentari perpetuo poſſe, ac poſt centum, immo poſt mille annos illud competere magis communis eſt pariter ſcribentium opinio. ca. 15. nu. 203.

Tertii factum, ſiue alienum factũ promittens ſi fecit quidquid potuit, nec ad principale factum, neque ad intereſſe tenetur, ac periurium, & pœnam ſub qua ſe obligauit euitat c. 15. nu. 204.

Perſona extrinſeca in contractibus non ſubauditur, ſecus in vltima voluntate, quo eiſ ſi ei, cuius intereſt, ex teſtamento agere licet ad eum, quamuis teſtamenti verba non dirigantur. c. 15. num. 159.

Perſonæ captura, non ſolutio eſt, ſed compulſio. c. 8. nu. 30.

Illa ardua cauſa cenſetur in qua de ſtatu perſonæ de ſtatu libertatis, ſeu ſubiectionis, vel de mag[illegible]ibus arbitrio iudicis ageretur, cauſa item quælibet quæ famoſa ſit inter arduas cauſas comprehenditur. capitulo 13. nume. 30.

Perſonarum in generali clauſula comprehenſarum expreſſionem in prima citatione facere iudex debet. capitulo 15. num. 173.

Neque executori huiuſmodi citationis decreta perſonarũ expreſſionem ſub præfata generali clauſula comprehenſarum facere licet. c. 15. num. 174.

De iuris perſonalis executione quoties agitur nullatenus contra tertium tale ius exerceri poſſe communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 160.

Illud peſtis, vel belli tempore factum dicitur, quod ante vel poſt immediate factum eſt. c. 13. nu 8.

In loco, vbi peſtis viget citatus à contumacia, ſi non comparuerit communi ſcribentium opinione attenta excuſatur. c. 13 nu. 7.

Licitum peſtis locum euitari aſſeritur. capit. decimotertio nume. 7.

Teſte in loco ſolutionis facienda exiſtente compelli ad alibi ſoluendum debitor poteſt, & nunquid tali caſu debitoris intereſſe, cuius in loco deſtinato ſoluere magis intereſt ratio habenda ſit declaratur. c. 13. nu. 36.

Ex petitione copiæ libelli, nec approbat quis iudicem, nec in eum conſentit. c. 14. nu. 9.

Petita ſolum licentia, etſi illam à ſuperiore non obtineat, regulam ad arctiorem tranſire religioſo conceditur. cap. 14. num. 23.

INDEX.

Sine petitorio actum ſit, ſiue poſſeſſorio tertius intereſſe in cauſa pretendens executionem impedit. capitulo 15. nume.145.

Piæ cauſæ fauore in dubio iudicandum eſſe communis ſcribentium opinio refertur.c.11.num.14.

Piæ cauſæ, magis quam filiis fauetur legitima de iure naturæ eis debita excepta in qua magis filio, fauetur. cap. 11.num.44.

Neque pignorum, aut fideiuſſorum datione ſententiæ executio retardatur, ſecundum communem ſcribentium opinionem.c.15.nu.152.

Plus, Plures, &c.

Plus eſt cauſam eſſe diffinitam, quam in ipſa concluſum eſſe.c.8.nu.32.

Plus factum in contractibus quam contemplatio attenditur.c.15.num.159.

Pluries ſeu toties, quoties prorogandi poteſtate arbitris cõceſſa bis tantum prorogationem facere licet.capit.ſeptimo num.119.

Vbi vero per verba pluries, & pluries de quatuor vicibus intelligitur, & vbi facultas de plurimis vicibus loqueretur de tribus prorogationibus intelligitur.cap.ſeptimo num.119.

Vel vbi in conſpectu rei, aut pluries continuata ſolutio fuiſſet.c.15.num.182.

Plures defectus iuramentum non ſupplere magis communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu.191.

Pluribus ſimul oppoſitis exceptionibus, quarum alia, quam recuſationis exceptio prima ſit valida eſt oppoſitio, ac recuſationis exceptio litera ſermonis ve ordine non aliter attento præpoſita intelligitur. capitulo 14. nume.4.

Pluribus datis iudicibus, procedentis dicto, de collegæ impedimento neutiquam creditur.c.1.nu 8.

Pluribus vnius loci condominis exiſtẽtibus, propter vnius ſuſpicionem, alterius iuriſdictioni non derogatur quando in omnibus pariter allegata ſuſpicio non militat, & quid in hoc caſu obſeruari oporteat.capit.4.num. 28. & 30. & 32.

Iudicis tamen literis, ſeu nuntio, ſe impeditum eſſe, dicentis, creditur.c.1.nu.8.

Pluribus dominis extantibus, vno ipſorum ſuſpecto exiſtẽte, alii condomini, vel officiales, omnibus à condominis conſtitutus cognoſcere poterit.c.4.nu.30.

Duobus officialibus eiuſdem iudicis in ſimul delinquentibus ad iudicẽ de hoc cognoſcere, coſque punire pertinet. c.4.nu.30.

Quod in Regno Neapolis ex rituum Magnæ Curiæ diſpoſitione non procedit, quibus attentis, ſola Magna Curia de delictis officialium cognoſcit, & hoc in Baronum etiam officialibus procedit. cap.4.nu 30.

Plures dominos non habere, ſubditorum intereſt. capit.4. num.30.

Supremo potius ſub domino, quam ſub paruo exiſtere, ſubditorum ſimiliter intereſt.c.4 num.30.

Portam confœderatus de nocte non aperiens aduerſus conuenta neutiquam venire cenſetur.c.13.nu.49.

Poteſtatis plenitudine vti Principem, non præſumitur, niſi quatenus expreſſe ac ex literarum tenore de hoc appareat.c.2.num.15.

Præiudicium, prælatus, &c.

Prælatus tutor, & alii huiuſmodi calumniæ iuramentum, ſine ſpeciali mandato præſtant ſecundum communem ſcribentium opinioaem.c.15.nu.56.

Ad illum de cuius præiudicio nõ principaliter agetur, ſed ſecundario, quod litis motæ qualiteicunque ſcientiam habuerit ab appellandi remedio excludendum ſufficit.c. 15.num.170.

Sine temporis præfinitione obligatus ſtatim, etiam ſine aliqua interpellatione obligatus cenſetur.c.15.nu.204.

Prælati aſſertioni rei eccleſiaſticæ alienationem ſolemnitatibus præcedentibus factam fuiſſe aſſereatis non ſtari communis ſcribentium opinio refertur.c.1.nu.7.

Quamuis prælati, qui inſufficientes ſunt communi opinione attenta, tali ex cauſa deponi debeant, hoc tamen in Papa locum non habet.ibid.

Prælati confeſſio adminiculis roborata, eccleſiæ nocet.cap. 14.nu.145.

Epiſcopum, ſeu alium prælatum in eccleſiæ ſuæ cauſa iudicem eſſe poſſe opiniones referuntur.c.5.nu.27.

Eo caſu, & iudicem, & arbitrum in eccleſiæ ſuæ cauſa prælato agere licere, quando vt ſuſpectus non recuſatur, magis communis eſt opinio. capitu quinto nume. 27. & nume.32.

Quod prælatis in eccleſiarum ſuarum cauſis teſtificari minime permittitur communis ſcribẽtium opinio refertur. c.5.nu.27.

Epiſcopum ac iudicem poſſe aliquem pro propria iniuria excommunicare, vel punire dummodo ſuſpectus non allegetur interpretatur.c.5.nu.32.

Appellare à futura cenſura licet, & excõmunicatio poſt legitimam appellationem ſeu recuſationem prolata, eſt ipſo iure nulla ibid.

Quod niſi iniuria, & factum eſſent notorii limitatur, quo caſu nec appellatio neque recuſatio ſuſpenderet. cap.5. nume.32.

Attamen quoties prælatum denunciaret, vel accuſaret, ſi ac aliqua illius licentia hoc ei permittitur, ſed monachus Abbatem conuenturus veniam ab ipſo quod petere debeat opinio refertur.c.5.num.18.

Idemque in vniuerſitate, cui quamuis ſine ſuperioris licentia minime ſecundum veriorem, & communem ſcribentium opinionem ſe congregare permittatur. capit.5. nume.18.

Nihilominus propter lites, inter Baronem, vel officialem, ipſamque vniuerſitatem exiſtentes ſe ei ſine ipſorum interuentu congregare permittitur.ibid.

Etiam de iure ciuili de partium conſeaſu iudex datus recuſari ſine iuſta cauſa minime poteſt.c.5.nu.19.

Quæ quod ſuperuenerit, oportet.ibid.

Vel vbi ab initio ad fuiſſet, quod minime parti, niſi ad præſens nota extiterit.c.5.nu.19.

Prælium inter Deum, & hominem peſtis cenſetur.capitu. 13.num.8.

A comparendo quem non excuſari, ius quoties tempore peſtis in loco redderetur communis eſt recepta ſcribentium opinio.ibid.

Prænotatas clauſulas nihil operari eſt potius tolerandum quam iuri tertii derogare, quod Princeps volberit præſumere.c.15.num.214.

Præſcriptio.

Præſcriptio etiom nulla proteſtatione facta peſtilentiæ impedimento exiſtente minime currit.c.13.nu.21.

Præſcriptio in actoribus redhibitoriis, & quanto minoris, abſque reſtitutionis ſpe contra minores currit, & communis eſt ſcribentium opinio.c.15.num.40.

Centenaria præſcriptio ſine titulo non prodeſt immemorabilis vero tituli vim habet, ac centenariam præſcriptionem vim tituli non habere communis ſcribentium opinio refertur.c.15 nu.76.

Aduerſus centenariam præſcriptionem, neq; ex iuſtæ ignorantiæ cauſa in integrum reſtitutionem admitti magis communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu 75.

Præſcriptioni in merum creditoris odium debitum petere negligentis inductæ minime renuntiare debitori licere

verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio, quod in præſcriptione ſtatutaria decurſura ſecus in iam decurſa procedere declaratur.c.8.nu.54.
Actionem ad annos quadraginta, quod iuramentum perpetuet communis ſcribentium opinio refertur. capit. 8 num.54.
Verba illa, & clauſula nulla præſcriptione obſtante immemoriale m non excludunt præſcriptionem. capit. 15. num.76.
Aduerſus quadragenariam præſcriptionem in integrum reſtitutionis remedium ex capite ignorantiæ non competere magis communis eſt, & verior ſcribentium opinio. c.15.nu.77.
Pleniſsima quadragenaria præſcriptio ſecuritatem parit, ac omnem prorſus excludit actionem. c.15.nu.77.
Tempore pupillaris ætatis durante incœpta dormit præſcriptio, & vbi incœpta illa non eſſet pupillari ætate durante incipere non poteſt.c.15.nu.77.
Vetuſtiſsimos inquietare poſſeſſores perniciosa res eſt.cap. 15.num.77.
Etiam cōtra eccleſiam ex lapſu quadraginta annorum efficacem induci præſcriptionem magis communis ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.77.
Præſcriptionis tempus triginta vel quadraginta annorum eſt ſimpliciter continuum illudque etiam aduerſus abſentes, & iuſte ignorantes currit.c.15.nu.81.num. 81.
Quadriennii vero tempus iuſte impeditis aduerſus tricennalem præſcriptionem a die ſcientiæ computatur. capit. 15.num 81.
Statim vero aduerſus quadragenariam præſcriptionē quadriennium iuſte impeditis conceſſum etiam ignoranti currere communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 15.num 81.
Ac pleniſsime in hoc caſu ignorantia eſt ab allegante probanda, nec iuramentum ſufficit.c.15.nu.81.
Quæſtio hæc vtrum aduerſus quadragenariam præſcriptionem in integrum reſtitutio competat grauis eſt, & difficilis circa quam ſcribentes omnes æquiuoce locutos, ac allucinatos eſſe aſſeritur.c.15.nu.82.
In caſibus in quibus trigiata annorum tempus ad preſcribendum requiritur quamuis longius poſtea tempus decurrat illud in conſideratione non eſt, non propterea tricennalis præſcriptionis conditio mutatur. capitulo 25. num. 83.
Immemorabilem præſcriptionem. & centenariam inter ſe differre communis ſcribentium opinio refertur, maioriſque virtutis immemorabilis eſt, & efficaciæ quam illa ſit centum annorum.c.15.nu.76.
Omnes termini, ac iudiciales preſcriptiones indiſtincte contra Eccleſiam contra minores mero iure & contra omnes currunt temporaque item appellationis fatalia. cap. 15.nu.12.
Quod vbi pretium venditor perdidiſſet procedere declaratur.c.5.num 184.
Secus ſi illud non perdidiſſet, quo caſu quamuis de euictione venditor non teneatur ad pretii tenetur reſtit. capit. 15 num.184.
In prætoriis ſtipulationibus valida eſt facti alieni promiſsio facturum ſe, & curaturum, vt aliquis faciat, promittens proprium non autem alienum factum promiſiſſe videtur, & communis eſt ſcribentium opinio.ca. 15.num.204.
Quamuis res de cuius poſſeſsione contenditur litigioſa non dicatur poſſeſsio tamen ipſa litigioſa efficitur. capit. 15. num. 141.
Quod in poſſeſſionis tranſlatione quę per ſe, & directo fieret locum habere, ſecus ſi per obliquum, ac in alienationis exceptionem a lege permiſſæ, quod quomodo procedat facili modo exponitur.c.15.nu.141.

Princeps.

Vbi Princeps in integrum reſtitutionem cum clauſula, prout de iure conceſsiſſet executio retardatur, donec an executio concedenda ſit cognoſcatur termino tamen pręfixo, nec de executionis cauſa docto executio conceditur.c.15.nu 49.
Princeps à priuato aliquid optans illud ſine iuſta mercede accipere nequit.c.10 num.2.
Quod vbi Princeps alterum cuſtodem, & ſocium, ſiue iudex deputaſſet, ſecus ſi ipſemet cuſtos concuſtodem appoſuiſſet procedere declaratur. c.15 nu.193.
Ab omnibus ille eſt honorandus, quem Princeps honorat. c.1.num 4.
Qui reuerentiam officialibus in ſalutando non exhibent, pœna plectuntur arbitrariæ c.1.nu.4.
Princeps dans aliquid, vel confirmans illud ſaluo iure tertii eſt ſemper intelligendum c.15 nu.213.
Secundam Principis iuſsionem eſſe expectandam, quo caſu conueniat deducitur.c.10 nu.4.
Principis reſcripta contra ius, ſeu contra publicam vtilitatem niſi ſecunda emanente iuſsione admittere iudex non tenetur.c.10 nu.4.
Aduerſus tres conformes integrum reſtitutionem petens, niſi de noua cauſa propter quam ipſum eſſe læſum veriſimiliter doceat non auditur. c.15.nu.44.

Aduerſus tres ſentẽtias conformes in integrum reſtitutionem poſtulans expenſas ante omnia reficere aduerſario debet, ſecus ſi aduerſus vnam tantum ſententiam in integrum reſtitutio peteretur.c.15.nu.44.

In integrum reſtitutionem, ſiue minorum, ſiue maiorum iure quis petierit non actionis iure, ſed per iudicis officium eſſe implorandum aſſeritur, nec in conſideratione illud eſt antequam imploretur. capitu. decimoquinto num.66.

Seraphin.in tract.de priuileg.iuram.maioribus actionis iure in integrum reſtitutionem competere aſſerens improbatur.c.15.nu.66.

Tria ad obtinendam in integrum reſtitutionem probare minor debet, ætatem, læſionem, ac aduerſarii dolum, vel ſui facilitatem.c.15.nu.21.

Ad in integrum reſtitutionem obtinẽdam impedimenta quibus quis detentus appellare nequiuit minime probare ſufficit, ſed aliqualiter de ſuo intereſſe, ac ſua de læſione probare pariter impeditus debet. capitu. decimoquinto nume.27.

Quoties de in integrum reſtitutione principaliter agitur præambulam etiam læſionem, ac ſummariam alicuius iuris probationem reſtitutionem petens præmittere debet.c.15.nu.44.

Minor ex ſimplici reſtitutione à iure ſibi conceſſa, & tanquam minor non reſtituitur neque ex præfata generaliter clauſula reſtitutio illi conceditur. capitulo 15. nume.14.

Reſtitutio quæ maiori ex generali prænotata clauſula conceditur, illa quæ minori læſo datur minus fauorabilis eſſe quod cenſeatur magis communis eſt ſcribẽtium opinio.c.15.nu.14.

In integrum reſtitutio ex dicta generali clauſula in caſibus in quibus de alio remedio etiam per actionem de dolo ſpecialiter eſt prouiſum nullatenus locum habet. ca. 15.num.14.

Reus.

Reus conuentus immobilia non poſsidens communi ſcribentium opinione attenta ac conſiderata ſatiſdare tenetur. c.14.nu.10.

Ad re ipotius in quo omnis calumniæ ſuſpicio ceſſat, quã actoris inſtantiam eſſe cauſam compromittendam communis

INDEX.

munis eſt ſcribentium opinio.ca.7.nu.20.& num.ſeq.in fine,vbi ampliatur.

Ex rei confeſſione in figura iudicii facta litis fieri conteſtationem communis eſt ſcribentium opinio.capit.14.num.41.

Et quando ex confeſſione ſiue negatione,aut aliter litis cõteſtatio inducatur remiſsiue.ibid.

Reo quoties dilationem iudex aſsignaſſet in actoris præiudicium dilationem renunciare non permittitur. cap.15.num.194.

Rei ſtante contumacia in litem conteſtando contra ipſum ad primum, & ſecundum decretum deuenitur; cap.14.num.46.

In reuiſionis cauſa nunquid ſententiæ iuſtitia, ſeu iniuſtitia eiſdem exactis reuideri debeat, vel terminus in reuiſionis cauſa probatorius,ſit petenti concedendus remiſsiue.c.7.num.91.

Rigor in maleficiis puniendis eſt ſeruandus. capitulo 11.num.21.

Ripa in c.decernimus,nu.57.de iud. de cauſa in tali recuſatione mentionem faciens,declaratur.c.4.nu.5.

Rite ac ſeruatis ſeruandis geſtum iudicium eſſe debet, vt litigioſi vitium contrahatur.c.15.nu.140.

Rite,& ſecundum leges executa,ex alio euentu reſuſcitari minime debent.c.14.nu.85.

Roma,Rota.

Quamuis Romæ bonum ſit regulariter ſtare Galli tamen, & alii vltramontani de menſe Auguſti, quo tempore Romæ aeris intemperies,ad ibi comparẽdum vocati,neque comparere, neque excuſationem mittere tenentur Franci Marci aliter ſentientis opinione exploſa.c.13.num.10.

Rota æquitati innititur c.15.nu.93.

Rotæ decis.2.& 6.de lit.conteſt.in nouis, ex rei reſponſione parte abſente facta litis conteſtationem induci explicantes qualiter procedant declaratur. capitulo 14.num.41.

Ex Rotæ Almæ vrbis obſeruantia, etiam quod verus quis contumax ſit infra decem dies a tempore probationis ſententiæ non autem ſcientiæ appellans auditur.cap.15.num.519.

Rotæ deciſio.18. de teſtibus in antiquit. per reſponſionem ad articulos concluſiuos factam litis fieri cõteſtationem continens qualiter procedat declaratur.c.11.nu.41.

Rupto ex poſthumi præteritione teſtamento ius dicendi teſtamentũ nullum alus filiis in eodem teſtamento inſtitutis competere, eiſque bonorum poſſeſſionem contra tabulas aperiri,ſiue velit ſiue nolit filius præteritus teſtamentum impugnare, ſiue expreſſe teſtamentum approbet communis eſt ſcribentium opinio. cap.15.nu.64.

S

Sacerdos,Saluiconductus,Satiſdatio,&c.

SEcularis ſacerdos priuatæ perſonæ procurator eſſe nequit,niſi in miſerabilium perſonarum cauſis negotiis propriis,& eccleſiæ.c.6.nu.19.

Sacerdoti credi fide digno licentiam confeſsionem reuelandi morientem ſibi dediſſe dicenti communis eſt pariter ſcribentium opinio.c.6.nu.46.

Illud quod in confeſsione ſacerdos ſciuit,quod minime, reuelare teneatur, communis ſcribentium opinio refertur, quod in quocunque crimine, etiam in crimine læſæ maieſtatis, habere locum ampliatur. capitulo ſexto num.46.

Vbi illud,quod in cõfeſsione ſciuit in iudicio ſacerdos propalaret,nulla ei fides adhibetur, neque a Papa ad reuelandum cogi tali caſu ſacerdos poteſt.c.6.nu.46.

Sacerdos,vbi de pœnitentia imponenda agitur, vt ſuſpectus à confitente recuſari nequit, idem eſt de inquiſitoribus, quando de pœnitentia agitur pro peccatis imponenda.c.2.nu.10.

Propter ſaluiconductus literas ab inimico oblatas inimico quis credere non tenetur.c.13.nu.4.

Quod quoties gentes quis inimicas populum,vel ſtatum, ſecus ſi iudicem tantum ob banni ſententiam contra ſe latam formidare,procedere declaratur. ibid.

Vbi iudex ſaluiconductus literas offerret, quis neutiquam excuſatur, dummodo à ſubditis in loco, necnon ab ipſo iudice ſaluiconductus literæ obſeruari ſoleant.capit.13.nume.4.

Eo caſu inferiori à Principe ſecuritatem bannito præſtare licet, quoties ab ipſomet iudice banuitus ille fuiſſet, ſeu ab ipſius iudicis prædeceſſore,ſecus ſi ab alio ſuperiore bannum ille paſſus fuiſſet.ibid.

Vel ab æquali iudice ſuperioris tamen adhibita licentia quod qualiter procedat declaratur ibid.

Saluuſconductus fragilis eſt cautio,neque fragilitati cautionis eſt vita committenda.c.13.nu.5.

Timoris cauſam ſaluumconductum non tollere communis eſt ſcribentium opinio. cap. 13.nu.5.

Quod etiam ſi fide publica ſaluuſconductus factus appareat procedere Hannibalis exemplo,à quo impunitas Romano Militi promiſſa minime ſeruata fuit, aliorumque exemplis demonſtratur.ibid.

Seculares clerici aliquam recipere tutelam non adſtringuntur, legitimam tamen tutelam recipere volentes poſſunt, necnon teſtamentariam ſecundum communem ſcribentium opinionem.c.6.nu.21.

Nemo alienæ litis eſt idoneus defenſor, ſine ſatiſdatione quod etiam vbi mandatum defenſor haberet, & vbi dominus immobilia non poſſidens in mandato procuratoris iniuncto clauſulam illam releuans illum ab omni onere ſatiſdandi appoſuiſſet,quam clauſulam nihil tali caſu operari communis eſt ſcribentium opinio. capit. 14.num.90.

Satiſdationes neceſſariæ,ſiue ſponte,ſiue de iudicis præcepto præſtitæ nullatenus iuriſdictionis prorogationem inducunt,ſecus ſi voluntariæ eſſent.c.14.nume.10.& nu.ſequenti.

Per ſatiſdationem ſequeſtrum tolli communis ſcribentium opinio refertur.c.14.nu.9.

Iniuriæ ſatisfaciendæ modus emendaque honorabilem faciendi refertur.c.11.nu.21.

Interdicto,contra aliquẽ donec ſatisfactio facta fuerit prolato adhuc ſatisfactione ſecuta relaxatio requiritur. ca.14.num.85.

In ſcriptura priuata, quod dies non requiratur, quoties de tertii præiudicio ageretur non procedit. capitulo 15.numero 180.

Si quis donec ſatisfecerit, vel ad tempus excommunicetur minime eum,niſi abſolutione obtenta liberari communem eſſe explicatur ſcribentium opinionem. capitu.14.nume.41.

Secure quis venire non dicitur,cui ſecure redire non conceditur.c.13.nu.15.

Si ſecuritas alicui in eundo detur eadem ipſe gaudere in redeundo debet.ibid.

Priuilegium euntibus ad nundinas, ne gabellas ſoluant conceſſum pro redeuntibus etiam conceſſum intelligitur c.13.num.15.

Senatum ſiue Concilium allegare ſuſpectum licere,cõmunis eſt opinio.c.13.nu.15.

Quod, quoties manifeſte de iuſta recuſationis cauſa conſtat, intelligitur præſumptione contra recuſantem, qui tot iudices per fraudem appellare ſuſpectos creditur,militante.c.3.nu.5.& num.ſeq.

Sententia.

Sententia ad intereſſe condemnans, executionis tempore liquidandum poſtquam in rem tranſiuerit iudicatam, tunc à ſententia per quam intereſſe liquidatio ſit appellare licet, vbi nouum per eam grauamen inſerretur, & vbi in appellatione in quo iudex liquidãdo exceſſerit declaretur, alias quod nihil in hoc caſu appellatio operetur.c.8.nu.45.

Vrſillus ad Afflictum in deciſ.35.num.2.declaratur.ca.8.nume.45.

Sententia in notoriis declaratoria, quod requiratur æquior eſt, & magis cõmunis ſcribentium opinio, quod qualiter procedat declaratur, neque aduocatũ de notorio crimine accuſato eſſe præſtandum, quomodo procedat explicatur, ex quo caſu ei defenſionis, & indiciorum nota denegari poſſit, ac in flagranti crimine reperto defenſiones denegari concluditur.c.11.nu.11.

Sententia in hac ciuitate ab arbitro prolata poſſe eam in alia ciuitate diuerſi territorii, cui condemnatus ſubeſt executioni, ex mero iudicis officio mandari, abſque aliqua arbitri, ſeu iudicis requiſitione exponitur. capitu.7. nume.47.

Exceptionem prima facie concludentem, & à iure approbatam, quoticſcumque iudex reiicit, exprimere in ſententia cauſam debet, ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.c.11.nu.10.

Vbi ſententia quod apertè iniqua ſit apparet, clauſula appellatione remota non obſtante, vtrunque effectum, appellationem operari ſuſpenſiuum ſcilicet, & deuolutiuum, eadem Rota iudicauit, & communis eſt opinio. Neq; clauſulam omni appellatione remota operari, quominus in caſibus à iure expreſſis appellari poſſit, explicatur clauſula in literis, quæ per contradictas expediuntur, appellationem excludens, quod nihil de conſuetudine operetur, ac in monitionem quandam potius ſonare, ac ſolum fruſtratoriæ, vt appellationi nõ deferatur, quã iuri quod communi in aliquo deroget, aſſeritur. capitulo 2.num.31.

Clauſula appellatione remota reſcripto inferioris à Papa, vel Imperatore, tam de iure ciuili, quam canonico, ab interlocutoria ſolum appellationem tollit, & in caſu quo eſſet friuola iuxta communem ſcribentium opinionem.c.2.nu.31.

Tunc ſententia contra debitorem lata contra tertium poſſeſſorem executioni demandatur, vbi lite pendente rem debitor alienaſſet, neq; alias rei habere, ipſeque tertius litem de illa re tractari ſciuiſſet. cap.15. nume.142. & nume.ſeq.

Sententia contra heredem contumacem lata, vel colludenter ipſo iure, ac citra aliquã appellationem legatariis nõ præiudicat, ac eis non obſtante rei iudicatæ exceptione aduerſus victorem agere permittitur.c.15.nu.66.

Sententia propter contumaciam prolata, nec in alia cauſa etiam inter eaſdem perſonas præiudicium parit, neque tertio præiudicat etiam in caſibus in quibus alias præiudicaret, ſecus ſi ob hæredis iniuriam, qui ad praue, & iniuſte pronunciandum iudicem prouocauerit ſententia lata appareat, quod qualiter procedat declaratur. capit. 15.nume.166.

Sententia contra hæredem ſcriptum lata legatariis ne agere contra victorem poſſint ſi à ſententia infra tempus legitimum à die ſcientia computandum non appellauerint nocet, ſecus ſi legitime appellauerint, & communis eſt opinio.c.15.num.166.

Tunc præfatis in caſibus ſententia cum legitimo contradictore lata aliis non citatis nocet, quoties agitari cauſam & tractari ipſi ſciuiſſent, & communis eſt pariter ſcribentium opinio.c.15.nu.166.& num.167.in fin.

Sententia contra hæredem lata eo caſu ſubſtituto fideicõmiſſariis, & legatariis nocet, vbi ſuper teſtamenti nullitate, ac illius reſciſſione hæres conueniretur, & hæc eſt magis communis ſcribentium opinio. capitulo 15. num.167.

Sententia, quæ à Principe profertur legis vim habet ſic & pariter laudum à Principe, vel ab eo, qui iura Principis, ac legis condendæ facultatem habet, prolatum. cap. 7.num.95.

Compromiſſo ſtante neceſſario, qui appellationis eſt iudex eſt reductionis.c.7.nu.96.

Quoties a Doctorum Collegio eſſet ſententia proferenda, & quis ipſorum aliquem ſuſpectum habet, recuſare illũ poterit.c.3.nu.22.

Quamuis alii proferre ſine illo ſententiã poſſint & quãdo plures de Collegio ſuſpecti eſſent, vtrum aliis iudicare liceat declaratur.c.3.num. 22.

Sententia cum electoribus lata electo ſcienti, & non contradicenti præiudicat.c.15.nu.137.

Sententia item contra emphyteutam prolata domino directo ſcienti, & tacenti præiudicat.c.ibid.

Quo caſu dominus directus ſententia executionem contra emphyteutam latæ impedire poſſit explicatur.capit.15. num.137.

Sententia in conuentionis cauſa lata, ſententiam ſuper reconuentione ob allegatam ſuſpicionem, & propoſitam recuſationem impedire nullatenus licet. capitulo 14. nume.51.

Sententia quoties quo ad alios ius facit ius æque principale habentibus non nocet.c.15.nu.167.

Sententia ad vnius fratris fauorem prolata, quod ſit ciuis alteri fratri prodeſt.c.15.nu.193.

Sententia pro vno correo debenti lata aliis prodeſt.cap.15. num.193.

Sententia inter alios lata quale quale tertio præiudicium affert, quoſque effectus dictum quale quale præiudicium pariat remiſſiue.c.15 nu.193.

Sententia contra iuris, vel facti notorium prolata ipſo iure nulla eſt ſecundum communem ſcribentium opinionem. c.11.num.13.

Iudicis aſſertioni non creditur, per quam ipſius ſententia iuſtificatur.c.1.nu.7.

Sententia plerunque ex propria vi, & natura nocet aliis, & prodeſt.c.15.nu.166.

Sententiæ ab alio latæ executionem, & cui executio tantũ eſt commiſſa de quæſtione illa quibus ſcilicet in rebus ſit executio facienda cognoſcere omnino poſſe communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu.157.

Sententiæ in actione perſonali latæ executionem fieri non poſſe, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſtea quandocunque ante ipſam executionem poſſidere condemnatus deſierit, ſiue dolo poſſidere deſierit ſiue non communis ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.136.& 143.

De nullitate ſententiæ per ſuperiorem latæ iudici, qui inferior ſit cognoſcere non licet, etſi vbi dubium eſſet, an ſententia per ſuperiorem latã, obſtet vel ne incidenter de hoc iudici inferiori cognoſcere permittatur.capit. 15. num.47.

Vbi ad alterius relationem ſententiam Princeps protuliſſet à Principis ſententia tali caſu appellare licet, & hoc qualiter procedat declaratur. capitu. decimoquinto nume.49.

Aduerſus ſententiam inferioris à Principe in integrum reſtitutione poſtulata ſententiæ executionem quamuis altiorem indaginem, & diſcuſſionem in integrum reſtitutio requirat retardari, & impediri magis recepta eſt ſcribentium opinio.c. 15.nu.49.

Secus ſi ſolum, ante vltimam ſententiam cauſæ notitiam habuiſſet, quia tunc ne grande ſibi præiudicium generetur appellare ei licet.c.15.nu.165.

Eo caſu

I N D E X.

Eo caſu ſententiam contra carceratum latam nullam eſſe explicatur, vbi notum carceris impedimentum iudici fuiſſet, alias ſecus. c. 14. nu. 121.

Quod vbi ante ſententiam latam agere tertius incœpiſſet procedere intelligitur, ſecus ſi poſt ſententiam, quo caſu prænotata cautione a victore præſtita executio non impeditur. c. 15. num. 133.

Iudex animi ſui votum ante ſententiam propalans recuſari poteſt. c. 11. num 18.

Sententiam, prout in cedula prolatam, vbi in actis cedula producta non eſſet non valere communis ſcribentium opinio refertur. c. 12 nu. 56.

Vbi poſt ſententiam prolatam tertius pro ſuo intereſſe ad executionem tardandam admiſſus ſuccubiſſet etiam cō tra tertium pro ſuo intereſſe admiſſum executioni ſententia mandatur. c. 15. nu. 137.

Sententiam contra hæredem lata contra ſubſtitutum, & fideicommiſſarium ſaltem per proclama citatum exequi licere communis aſſertur ſcribentium opinio. capit. 15. num. 137.

Sententiam tam breui tempore latam, quod ex temporis breuitate matura conſideratio adhiberi nequiuerit nullam reddi, ac in rem nunquam tranſire iudicatam, etiā quod ab illa non appelletur, magis communi, ſcribentium opinio refertur, c. 14. nu. 36.

Vbi contra ſententiam in rem iudicatam tranſitam, & in actis productam, ſententia decernetur ſententiam non valere communis eſt ſcribentium opinio. capitu. vndecimo num. 13.

Pro iudice, & ſententia in rem iudicatam tranſita præſumi communis eſt ſcribentium opinio. c. 11. num. 13.

Eo caſu ſententiam contra rem iudicatam latam valere exponitur, vbi prima ſententia corā ſecundis iudicibus producta tanquam nulla reprobaretur. capit. vndecimo nume. 13.

Notorius quamuis prodigus quis exiſtat ſententiam nihilo minus prodigalitatis declaratoriam requiri communis ſcribentium opinio recitatur. c. 11. nu. 13.

Quam primum ſanos mores prodigum recuperaſſe notorium eſt deſinere eum ſub cura eſſe communis ſcribentium opinio refertur. c. 11. nu. 14.

Secus vbi notorium hoc non eſſet, quo caſu declaratoriā requiri ſententiam communis pariter eſt ſcribentium opinio. c. 11. nu. 14.

Quam ſolum ad probationis onus euitandum requiri Ripa aſſeris, ſecus eſſe dicens, ſi aliter ſanitatis recuperatio probari poſſet, quo caſu geſta valere ait, quia ſanitate recuperata adminiſtratio remanet. c. 11. nu. 14.

Indiſtincte notorium eſt probandum, ſiue facti illud ſit trāſeuntis, ſiue permanentis, quoties extra iudicii locum illud ſucceſſit. c. 11. nu. 15.

Antequam contra aliquem tanquam contra notorie criminoſum procedatur parte prius citata, & iuris ordine ſeruato delictum eſſe notorium declarari debet. cap. 11. nume. 15.

Contra tertium poſſeſſorem, ſeu alium in ſententia non nominatum, nullatenus ſine citatione, & cauſa cognitione etiam quod litigioſi vitio rem tertius affectam poſſideat executio fieri permittitur, & communis eſt opinio. cap. 15. num. 144.

Tertio litigioſam rem poſſidenti à ſententia directè ipſi tertio quoad executionem præiudicante appellare licet, dummodo infra decem dies, & priuſquam ſententia aduerſus principalem condemnatum in rem tranſeat iudicatam appellationem interponat. c. 15. nu. 144.

A ſententia laudi confirmatoria appellare licere, verior eſt & magis cōis, necnon approbata à peritioribus opinio, quod quoad effectum ſuſpenſiuum, ſecus quoad deuolutiuum procedere ad quem finem appellare licere, magis communis pariter eſt ſcribentium opinio. capitu. 7. num. 97.

A ſententia contra vnum, ex hæredibus lata cohæres, qui in cauſa nō interuenit appellat, etſi quale quale, & quo ad ſuſpicionem tantum non autem verum, & certum præiudicium ſententia illa afferat. c. 15. num. 165.

Eo caſu in excommunicationis ſententia ferenda perſonalis citatio eſt neceſſaria, vbi perſonaliter quis reperiri poteſt, alias ſi perſonaliter reperiri nequit citationem domi factam, vel per edictum pro omnibus actibus iudiciariis ſufficere magis communis eſt ſcribentium opinio, & qualiter articulos, quod citatio ad citati notitiam deuenerit, licet perſonaliter apprehenſus non ſit formare cōueniat remiſſiue. c. 14. nu. 83.

Excommunicatio propter contumaciam tantum in non parendo, nō autem pro delicto, vel alio caſu proferri ab homine poteſt, & vbi mora, culpa, vel offenſa, præceſſit. c. 14. num 82.

Serpenti detractor æquiparatur, qui occulte mordet, & vulnerat. c. 11. nu 21.

Vbi aduerſus tres ſententias conformes in integrum reſtitutio poſtulatur pleniſſimam requiri cognitionem, & nunquid minor iuſta occaſione conqueratur ſeque iniuſte condemnatū conſtare poſſit communis ſimiliter ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu 44.

In ſequeſtratione tam rerum, quam perſonarum iuſdicentis partes neceſſariæ ſunt. c. 11. nu. 19.

Priuata detentio, & pignoratio magna ſub pœna prohibetur. c. 11. nu. 19.

Pro arreſto ſtatuti vel conſuetudinis aut ſpecialis priuilegii, iudex regulariter eſt adeundus. c. 11. nu. 19.

Seruorum culpam, vel quomodocunque ſubditorum nociuā dominis ſuis eſſe non debere communis eſt pariter ſcribentium opinio. c. 15. nu. 198.

Niſi limitatur homines notorie ſceleſtos domi dominus teneret quo caſu pro illorum delictis dominum teneri communi ſimiliter calculo ſcribentes aſſeuerant capitu. 15. num. 198.

Niſi iterum declaratur pro delicto à famulis ſuis commiſſo dominus moleſtatus famulorum bonam famam, ac eos vti tales fuiſſe habitos probaret. c. 15. nu. 198.

Quicquid famulus domini occaſione eoque ſciente faceret de ipſius voluntate feciſſe eum cenſeri communis eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 198.

De illis delictis, quæ domino in ſuo famulus facit, vel prohibere dominus non poteſt dominum non teneri communis ſcribentium opinio refertur. capitu. decimoquinto num. 198.

Officialis dum ſyndicatur in loco publico, & tuto, atque ad conueniendum habili ſtare debet, nec arma dum ſyndicatur deferre poteſt. c. 13 num. 48.

Quoties alicui hoſtii ſeruitus ad alterius domum, ſeu itineris per alterius veſtibulum, ſeu curtem deberetur, illius acceſſus de nocte, & hora ſuſpecta nullatenus niſi de hyeme, aut neceſſitate aliqua exiſtente eſt admittendus. c. 13. num. 49.

In habentibus Symbolum facilis eſt tranſitus. capitu. 14. num. 64.

A ſolitis, & ab eo quod fieri conſueuit validum eſt argumentum. c. 8. nu. 56.

Speciale mandatum ad pacem faciendam in procuratore requiritur. c. 15. nu. 114.

Speculatoris cautela in tit. de procurat. refertur, quod procurator à minore conſtitutus modo quo ibi ad cauendū adſtringatur. c. 15. num 89.

Stans, Status, Statutum.

Totam ciuitatem, totumque Collegium, ſiue omnes de Collegio, ſtāte iuxta cauſa quod recuſare liceat, explicatur. c. 3. num. 22.

I N D E X.

Stantibus melioramentis in re factis nunquid ad executionem impediendam retentio detur, vel ſaluo melioramẽtorum iure ipſius rei ſit facienda relaxatio, remiſſiue.c. 8 num.4.

Verba nunquam ſuperflua ſtare, ſed aliquid ſemper operari debere communiter ſcribentes aſſeuerant.capit. ſeptimo num.56.

Ad illum ſtatum interpoſitam appellationem rem reducere in quo primæ inſtantiæ tempore facta litis conteſtatione reperiebatur communis ſcribentium opinio refertur.c.7.nu.39.

Statutum aliquid de nouo certis cum modificationibus inducens, quicquid in ipſo exprimitur maximè qualitatitatibus conditionaliter appoſitis, vt quia ablatiuis abſolutis vtatur pro forma ſubſtantiali reputatur, idem, quando tales ablatiui per participium ponerentur.capit. 7.num.49.

Statutum venditorem puniendum eſſe diſponens emptorem etiam talem in vtroque ratione cõcurrente propter correlationem comprehendere quamuis nulla de emptore in ſtatuto mentio fieret cõmunis non abſimiliter ſcribentium opinio recitatur.c.15 nu.92.

Statutum puniens emptorem venditorem etiam punire censetur quamuis in eo de venditore verbum factum non fuiſſet, eadem ſcilicet in vtroque ratione concurrente.c.15.nu.92.

Statutum per aliud ſtatutum, declaratur. capit. ſeptimo nume.52.

Statutũ poſterius diſtingui ſecundum anterius, & interpretari debere communis eſt ſcribentium opinio capit. 7.num.52.

Statutum fœminas dotatas propter maſculos excludens ab hæreditate dotantis, non autem alterius tertii, qui dotẽ non præſtitit excludere cenſetur ſecundum communem ſcribentium opinionem.c.15.nu.210.

Statutum de iudicio mentionem faciens de iudicio à litis conteſtatione incipiente eſſe intelligendum communis eſt ſcribentium opinio.c.7.nu.49.

De cauſa mentionem ſtatutum faciens, tam ante, quam poſt litem conteſtatam eſſe intelligendum, magis communiter ſcribentes aſſeuerant.c.7.nu.57.

Statuto dictante, quod ſi alicuius aduocatus reipublicæ cauſa abſit procedi in cauſa donec redeat non poſſit, etiam quod ante litem conteſtatam aduocatus diſceſſerit in ipſius reditum eſt cauſa differenda. capit. ſeptimo nume. 57.

Statutum de cauſis inter coniunctos compromittendi fauorabile cenſeri magis communis ſcribentium opinio refertur, ac fœminas includere virum, & vxorem minorem, & pupillum actum ex ſtatuti neceſsitate geſtum ſtatuto de actum faciente ſimpliciter loquente nõ ſubiacere communis ſcribentium opinio refertur. capitu. 7. num 16.

Statutum Beneuentanum in titulo de contract. mulierum § cæteros autem lib. 2.decloratur.c.7.nu.16.

Validum præfatum ſtatutum dicitur, etſi à iure communi exorbitans ſit ac vt inter perſonas ſanguine coniunctas rigoroſus iudiciorum ſtrepitus euitetur, & ſtante quod faciliorem audientiam arbitri præſtant minoreſque coram ipſis expenſæ fiunt factum exiſtimatur. capitu. 7. nume.17.

Almæ vrbis ſtatutum lib.4.c. 12. declaratur. capitu. 3. num.22.

A iure communi ſtatuta interpretationem recipere, communis refertur ſcribentium opinio. capitulo tertio num.22.

Quod in ſtatutis etiam, & conſuetudine, contra diſpoſitionem procedere communi pariter voto ſcribentes ſentiũt cap.3.num.22.

Contra Baldum aliter ſentientem, communiter reprobatum.c.2.nu.22.

Quando aliquid de iure communi non punibile ſtatutum punit minor tali in caſu in generali ſtatuto non includitur.c.15 nu.3.

Statutum tollens ius vni, & alteri dans, non valet. cap. 15.nu.313.

Ciuis loci ſtatuti qui damnum paſſus extitit tãquam vnus de vniuerſitate ad contribuendum tenetur, & ſic illud minus conſequitur.c.15.nu 197.

Non ſemel tantum, ſed literato, ac pluries donec ſtatuti intentio impleatur, & donec valide per arbitros pronunciarum extiterit eſſe cauſam compromittẽdam communis ſcribentium eſt opinio.c.7.nu.18.

Ex ſtatuti diſpoſitione vnum pro alio, quod pena teneatur pecuniaria induci poſſe communis ſcribentium opinio refertur.c. 15.num.202.

Statuto etiam a ſententiis puta conſulum appellare prohibente appellare a tali interlocutoria licet. capitulo 14. num.39.

Ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, quoties de conſilio ſapientis ſententiam ferre iudex tenetur, non ſolum ad conſilium requirendum, ſed ad illud ſub nullitatis pœna ſequendum iudicem adſtringi communis ſcribentium opinio refertur, quod in contractibus etiam, ac hominis diſpoſitione locum habere declaratur. c.10.nu.5.

Statuto non obſtante appellationem, & recurſum prohibente, ac iuramentis non obſtantibus, ſiue homologationibus, ante ſcilicet laudi prolationem adhibitis, aliiſque quibuſcunque remediis quandocunque enormi ſtante, ſeu enormiſsima læſione recurſum ab arbitrorum ſententiis haberi poſſe magis communis ſcribẽtium eſt opinio.c.7.nu.76.

Statuta huiuſmodi reductionis prohibitiua tacitam hanc conditionem cõtinent, ſi dolus data culpa, ſeu enormis læſio, à laudo abſit c.7.nu.76.

Statuto quod aliquo tempore elapſo ſolutum debitum præſumatur diſponente, illud tanquam peccati nutritiuum non valere communis opinio refertur, & quid ſi illud Summus Pontifex confirmauerit remiſſiue.capit. octauo num.53.

Statuto expreſſe cum fide præſcriptionem permittente inualidum illud cenſeri communis eſt ſcribentium opinio. c.8.num.53.

Exiſtente ſtatuto de cauſis inter coniunctos compromittẽdis abſque ſolemnitatibus in rem minoris alienatione requiſitis ad compromittendum minorem teneri vera eſt in praxi recepta, ac magis cõmunis ſcribentium opinio, dummodo cum tutoris, ſeu curatoris authoritate, & cũ iudicis decreto minor compromittat.c.7.num. 3. & nu. 33. vbi de communi.

Statuto, quod in cauſis cum conſilio ſapientis procedatur diſponente etiam in executionis cauſa ſapientis peti cõſilium poteſt, vbi citatio, & diſcuſsio in illius expditione requiritur.c.8.nu.39.

In liquidationis cauſa ſapientis compromiſſum, quod fiat, opponi poteſt.c.8.nu.39.

Statuto dictante, vt de qualibet lite, & quæſtione compromiſſum partes facere teneantur, nunquid etiam in caſibus à iure prohibitis cõpromiſſum partes facere debeant remiſſiue.c.7.nu.44.

Statuto aliquibus emere prohibente ea quæ maiorum ſuorum fuerunt non comprehendit, nec emere prohibet.cap. 15.nume.19.

Vbi a ſtatuto beneficium hoc in integrum reſtitutionis expreſſe non tolleretur quamuis verba in eo quocunque priuilegio non obſtante legerentur in integrum reſtitutionis beneficium in corpore iuris clauſum ſublatum nõ cenſetur.c.15.nu.8.

Statuto

I N D E X.

Statuto pro filio teneri patrem diſponente, nullatenus iuramentum in litem contra patrem competit. capitu. 15. num. 201.

Statuto, quod ad arbitri ſententia nec appellare neque ſupplicare nec de nullitate dici neque excipere liceat diſponente tali etiam caſu in integrum reſtitutionis beneficium competit. c. 14. nu. 8.

Statuto diſponente ad damnum emendandum villam teneri, niſi malefactorem dederit in litem contra villam non iurari communis refertur ſcribentium opinio. capit. 15. nu. 197.

Statuto delictum puniente, quod foreuſes teneantur communis ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 101.

Sponte compromiſſum a coniunctis factum ſtante ſtatuto non voluntarie, ſed coacte, ex quo cogi coniuncti poterunt factum cenſetur. c. 7. nu. 25.

Statuta generaliter diſponentia etiam minores comprehendere communis ſcribentium opinio refertur, quod in ſtylo & conſuetudine procedere ampliatur. capitulo 55. nume. 3.

Ad compromiſſum ſtatutum cogens, quod minores comprehendat vera eſt atque communis ſcribentium opinio, ibidem.

Statutum inſtrumentis non regiſtratis robur adimens minores etiam comprehendit. ibid.

Statuta paſſiuam à iure communi recipiunt interpretationem. c. 14. nu. 18.

Tunc ex rei reſponſione in mente præfati ſtatuti, ſiue neget reus, ſiue affirmet litis conteſtatio inducitur, vbi reſponſio iſthæc animo litem conteſtandi ſubſequeretur. c. 14. num. 48.

Eo caſu ſuſpicionis cauſam ante cauſæ concluſionem ortam proponere poſtea licet, vbi ſuſpicionis cauſa adeo notoria eſt, quæ nullam requirat probationem, idem ſecundum communem ſcribentium opinionem, vbi ſuſpicionis cauſa ante cauſæ concluſionem orta noniter in recuſantis cognitionem perueniſſet. c. 14. nu. 49.

Statuta generaliter diſponentia etiam minores comprehendere communis ſcribentium opinio refertur, quod in ſtylo & conſuetudine procedere ampliatur. capitulo 15. nu. 2.

Ad compromiſſum ſtatutum cogens, quod minores comprehendat vera eſt atque communis ſcribentium opinio c. 55. nu. 2.

Statutum inſtrumentis non regiſtratis robur adimens minores etiam comprehendit. c. 15. nu. 9.

Quibus ſtatutis forenſes ligentur remiſſiue. capitulo 15. num. 101.

Ex ſtatuto, quoties forenſis enormiter læderetur, ac ſtatutum forenſis probabiliter ignoraſſet aduerſus damnum inde prouenie͂s ex generali clauſula maxime in aduerſa parte ſtatuti ſcientia concurrente eſſe eũ in integrum reſtituendum, ac à pœna forenſem excuſari cõmunis ſcribentium opinio refertur, quod qualiter procedat plene declaratur. c. 15. nu. 101.

Statuti ignorantia in foreuſe in dubio præſumitur, niſi declaratur magnam in loco ſtatuti moram forenſis contraxiſſet. c. 15. nu. 101.

Ciui nouello contra ſtatutum aliquid committenti ita illi ſicut forenſi parcitur. c. 15. nu. 101.

Subreptitium, Subſtitutus, Suffraganeus, Summaria.

Subreptitium eſſe reſcriptũ parte excipiente, vel ſi alias inter partes de iuriſdictione iudicis contenderetur iudex an ſua ſit iuriſdictio, etiam caſu quo per inquiſitionem procederet cognoſcere poterit. c. 14. nu. 23.

Subſtitui diſpoſitione coniunctos ad compromiſſum cogentis criminalis cauſa minime comprehenditur, vbi cauſa criminaliter, ſecus vbi ciuiliter moueretur, & vbi de pœna pecuniaria parti applicanda ageretur, quod qualiter intelligendum ſit declaratur. capitulo ſeptimo nume. 138.

Quamuis per ſucceſſoris aduentum reuocatus primus præſes cenſeatur, attamen quod per primam agitur nouationem ignoranter valet. c. 6. nu. 46.

Ad exceptionem ſubſtituti tantum, & in caſibus ſolum à iure expreſsis filii loco eccleſia habetur. capitulo 15. num. 113.

Suffraganei excommunicati iuriſdictio, ad Metropolitanum neutiquam deuoluitur. c. 4. nu. 10.

Vbi ſummaria eſſe cauſa nullatenus iuris tertii exceptionem quamuis ipſo iure ſit illud iuris age͂tis excluſiuum opponere permittitur, illamque ſolum tali caſu exceptionem opponere licet per quam nullum ius agenti competere concluditur. c. 15. nu. 161.

Suſpenſus, Suſpenſio, Suſpicio, Suſpectus.

Suſpenſum vero donec ſatiſfecerit, abſque abſolutione ſatiſfaciendo liberari communis ſimiliter ſcribe͂tium opinio refertur. c. 14. nu. 81.

Suſpenſionis pœnam à diuinis contra clericos ſolum, excommunicationis vero pœnam contra clericos, & laicos pariter proferre licet. c. 14 nu. 7.

Suſpenſionum genera, quot ſint, & de multiplici à diuinis ſuſpenſione remiſſiue. c. 15. nu. 78.

Coram epiſcopo Vicarii ſuſpicio, vel non delegati ab epiſcopo eſt proponenda, niſi eadem ſuſpicionis cauſa vtrumque concerneret. c. 4. nu. 76.

Quoties epiſcopi ſuos conſtituunt Vicarios, ea ſolum, quæ ad eos ordinariæ iurdictionis ratione ſpectant, non autem delegatæ, concedere, & tribuere ſoleus. capitu. 4. nume. 6.

Vicarii tantum perſonam, ipſius recuſatio concernit, eiuſque perſonæ cohæret, nec idem eum epiſcopo, quoad recuſationem ipſam. Tribunal facit. c. 4. nu. 6.

Suſpicionis cognitione pendente de principali cauſa collega non cognoſcit. c. 4. nu. 13.

De nouo ſuſpicionis cauſam ſuperueniſſe, item quod cauſa antiqua de nouo ad notitiam deuenerit, iuramento ſolo probatur. c. 10. nu. 12.

Suſpicionis cauſam poſt litem ſuperueniſſe conteſtatam recuſantis iuramento probatur. capitulo decimoquarto num. 17.

Suſpicionis exceptio iuriſdictionem ſubeſſe præſupponit. c. 14. num. 5.

Suſpicionis exceptionem etiam poſt concluſum in cauſa opponi poſſe quando poſt cauſæ concluſionem illa orta ſit verior eſt ſcribentium opinio. c. 14. nu. 20.

Sine vlla ſuſpicione procedere lites debent, ac duriſſimum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. c. 11 nu. 3.

In naturali cauſa fundatum potentius cenſetur. capitulo 11. nu. 3.

Regula ſemper eſt inhærendum. c. 11. nu. 3.

Suſpicionis, & recuſationis cognitio tanquam incidens, & quæ incidenter examinatur ſummaria cenſetur. capitu. 14. num. 50.

De ſuſpicionis diffinitione, ac de ſuſpicione in genere ſumpta quotuplex ſit, deque illius ſubdiſtinctionibus remiſſiue. c. 14. nu. 1.

Pluribus a Principe delegatis, cum clauſula quod ſi non omnes coram omnibus ſuſpicionis cauſa eſt proponenda, & coram coniudice non recuſato probanda. capit. 4. num. 13.

Si cum clauſula quod ſi ambo non poſſunt, ſeu quod ſi non omnes tu ne cum altero vel alia conſimili delegatio facta appareat, quid in hoc ſuſpicionis articulo, agere conueniat remiſſiue. c. 4. nu. 12.

Iudices omnes ſuſpicionis cauſa ſupremis exceptis Principibus,

I N D E X.

pibus, & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus regulariter recuſare licet. c. 11. nu. 22.

Quoties ad ſui officialis requiſitionem ab alterius loci officiali, vbi moram quis gerebat carceri traditus fuerit officiali ipſi capienti de carcerati cauſa quamuis hoc carceratus petat, ac ſibi ſuſpectum eſſe proprium iudicem opponat cognoſcere nullo modo licet. c. 11. num. 24.

Integritatem in iudice, & probitatem ſuſpicionem nentiquam tollere concluditur. c. 11. num. 22.

Arbitri de iure canonico de ſuſpicionis tantum cauſa cognoſcunt, ſecus de iure ciuili, quo attento articulo ſuſpicionis omiſſo ad principalis cauſæ cognitionem ſtatim eos procedere, ac in ſuſpecti iudicis locum ingredi communis ſcribentium eſt opinio. c. 5. nu. 35.

Neque poſt ſuſpicionis articulum terminatum arbitri iure canonico attento de principali cauſa cognoſcũt ſecus vero de iure ciuili. c. 5. nu. 36.

Epiſcopum ob allegatam contra ipſum ſuſpicionem non eſſe remouendum, ſed adiunctum ei præſtandum eſſe nonnullorum opiniones referuntur contra quos remoueri eũ in totum poſſe veriorem eſſe concluditur opinionem, niſi limitatur, rem ad eccleſiam ſpectare notorium eſſet, quo caſu recuſatione non obſtante excommunicare etiã notorium hunc ſacrilegum epiſcopo licet. capit. quinto nume. 28.

Nunquid ſuſpectus iudex, vel ne ſit de his ſunt, quæ in principalis animo reſident, quæ nullatenus ſine ſpeciali mãdato explicare procurator poteſt. c. 14. nu. 140.

Quantumcunque iudex notorie ſit ſuſpectus comparere quis coram eo, & ſuſpicionem proponere tenetur. capit. 13. num. 12.

Iudicem fore grauaturum non eſt præſumendum. capit. 13. nume. 12.

Filius in patris cauſa, quamuis notorie ſuſpectus iudex eſſe poteſt. c. 13. nu. 12.

Suſpectum ſolo iuramento nulla nec in genere, nec in ſpecie cauſa expreſſa actuarium, quod allegare liceat authoris eſt opinio, dummodo iuramentum à iudice tali caſu deferatur. c. 6 nu. 3.

Ad quod deferendum tunc deuenire iudici licet poſtquam rationabilem aliquam, de illo ſuſpicandi præſumptionẽ ſeu coniecturam extare cognouerit, de quibus certum ſe oretenus iudex, & ſine ſcriptis facere poteſt, coniectura non ſolum probationibus, ſed indiciis etiam ſunt leuiores teſteſque ad illas probandum, etiã ſine partis citatione recipi poſſunt, ſed in caſibus in quibus argumentis proceditur, & præſumptionibus teſtes ſine partis citatione, quod recipere non liceat refertur. capitulo ſexto nume. 3.

Iudex in cognoſcendo an ſua ſit iuriſdictio, ſuſpectus non eſt, & ratio affertur. c. 1. nu. 6.

In iudicis facultate non eſt ſuſpectum ſemetipſum aſſerere, ſeque ab onere iudicandi eximere, niſi aliunde de ſuſpicione conſtet, quod. capit. primo nume. 7. & num. 15. declaratur.

Iudicem illum habeat, qui ſuſpectus ſit grauis eſt præiudicii. ibid.

Minor coram ſuſpecto iudice litem agens grauiter læditur. c. 15. num. 4.

Minorem ad ſuſpicionem poſt concluſionem in cauſa probandam quæ ante concluſionem poſt orta fuit eſſe in integrum reſtituendum magis communis eſt ſcribentium opinio ibid.

De diuerſitate inter declinatoriam, & dilatoriam exceptionem remiſſiue. ibid.

Dilatoria appellatione declinatoriæ comprehendentur exceptiones. ibid.

Nil tam graue quam ſub iudice ſuſpecto litigare. capitu. 11. nume. 18.

Facili de cauſa ſuſpectus iudex recuſatur. capit. vndecimo nume. 18.

Quoties pœna pecuniaria ageretur ipſi iudici applicãda in propria cauſa recuſare iudicem licet. capit. vndecimo num. 18.

Etſi ex eo, quod pœnæ exactio ad dominum ratione officii pertineat, tanquam ſuſpectum recuſare dominum non licere, ſecus ſi ad aliquem pœnæ exactio, vt priuatũ pertineat aliqui ſentiant. ibid.

Tunc in facto proprio notorio iudicare quem poſſe, Decius declarat, quando ordinarius iudex eſſet, ſecus ſi delegatus. ibid.

De crimine quoties agitur manifeſto alicui in propria cauſa iudicare minime licet. ibid.

Suſpectorum, & confidatorum notam iudici dare non iure, ſed conſuetudine, vel ſtatuto diſponi aliqui opinãtur, ſed à iure iſtud proceſſiſſe concluditur. capitu. quarto nume. 3.

Aſſeſſor, Conſiliarius dicitur. c. 4. nu. 4.

Nec aſſeſſor eſſe poteſt, qui Conſiliarius eſſe nequit. capit. 4. num. 4.

Iudex alterius conſilium, niſi iuſtum illud ſit ſequi non tenetur. c. 4. num. 4.

Quod, niſi ſtatutum illud ſequi oportere iuberet, declaratur. ibid.

Aſſeſſor, dummodo recuſantis conſenſu electus non ſit, etiam de iure canonico ſolo partis iuramento recuſatur. c. 4. num. 5.

Archiepiſcopo ſuſpecto exiſtente, ipſius etiam ſuffraganeos ſuſpectos cenſeri communis ſcribentium opinio refertur, ipſorumque item ſuffraganeorum, officiales, & ſubditos. c. 4. nu. 8.

Suſpicionis cognitione pendente de principali cauſa collega non cognoſcit c. 4 nu. 13.

Suſpectorum, & confidatorum nota in conſultoris electione à partibus exhibita nullatenus conſultorem, niſi ex noua cauſa, vel veteri de nouo ad notitiã deducta recuſare licet, & cauſa tali caſu eſt coram arbitris probãda, maxime vbi modicus in loco extaret ſapientum numerus. c. 10. nu. 12.

Syndicatores omnes, officiali ſuſpecti cenſentur, ſucceſſore in officio, qui ipſorum eſt principalior, illi ſuſpecto exiſtente. c. 3. nu. 12.

T

Tabellio, Tacitus, &c.

TAbellionem in cauſa eligere ad iudicem pertinet, nec illum litigantibus concorditer eligere licet, etſi communibus vtriuſq; partis expenſis eligatur actuario impedito alium partibus, donec impedimentum durat ſubrogare licet iſtud dummodo de iudicis conſenſu, & voluntate fiat. c. 6. num. 6.

Tacita pronunciatio, ex iudicis proceſſu ad vlteriora procedentis reſultans, niſi ab ea infra debita tempora appelletur, in rem tranſit iudicatam & hoc qualiter procedat plene declaratur. c. 6. nu 16.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. c. 14. nu. 142.

Nec tacite, nec expreſſe iudicem, qui ſuſpectus ſit eligere procuratori licet. c. 14. nu. 142.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. capit. decimoquarto num. 142

Non ſic late taciti actus ſicut expreſſi interpretantur, ac tacito expreſſum potentius eſt. ibid.

Sine expreſſe domino præiudicare procurator nequit, ita & pariter nec tacitè, neque illius iuribus renunciare procuratori licet. ibid.

Actus taciti non ita late, ſicut expreſſi ſunt interpretandi. c. 6. nu. 16.

Tempus,

INDEX.

Tempus, Terminus, Terra.

Themiſtocles in prædii venditione bonum etiam habere vicinum proclamari iuſſit.c.15.nu.19.

Tempus ad retrahẽdum a lege minori datum omnino currit, ſtatuta ſimpliciter, & generaliter diſponentia etiam minores comprehendunt.c.15.nu.3.

Vſque ad tempus illud quod lis in executione iudicati conteſtata fuerit electio reo competit. capit. decimoquinto num.96.

Temporalia agendum perpetua ſunt ad excipiẽdum, quod qualiter procedat declaratur.c.15.nu.69.

Terminus ad redimendum, qui cum pupilli patre currere incœpit cum pupillo abſque in integrum reſtitutionis ſpe quod currat magis communis eſt ſcribentium opinio. c.15.nu.90.

Si quid in certo termino ſoluendũ venit terminus niſi poſt factam liquidationem non currit.c.8.nu.50.

Ex terræ cultura, ac ex eo quod terram quis arauit, & ſeminauit poſſeſſio probatur.c.15.nu.182.

In terris temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſubiectis canones nõ autem leges, vbi diſcordes eſſent, etiam inter laicos eſſe ſeruandos communis pariter eſt ſcribentium opinio.c.5.nu.36.

Sex caſus in quibus etiam in terris Imperii, & in vtroque foro, ſeruare canones oporteat, remiſſiue. capit. quinto num.36

Etiam in terris Imperii, vbi contrariæ adeſſent opiniones ius canonicum ſeruare, quod oporteat, communiter ſcribentes ſentiunt.ibid.

Committentis, & delegantis territorio limitata delegati iuriſdictio cenſetur.c.4.nu.12.

Nullatenus extra diœceſim etiam ſpecialis mandati vigore, quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis exercere epiſcopi Vicario licere, neque alteri, à quolibet ordinario, ſubſtituto, ſeu ſubdelegato, verior eſt, atque communis ſcribentium opinio. ibid.

Tertius.

Tertius pro ſuo intereſſe comparens, & ad cauſam veniẽs in illis tantum terminis in quibus cauſa reperitur audiendus venit.cap.11.nu.12. & nu.ſeq.in prin. vbi quomodo hoc procedat declaratur.

Tertius beneficium non poſſidens, ac ſe opponens ne ſub ſequeſtro beneficium ponatur non auditur. capitulo 15. num.130.

Tertium ad rei non vacantis ſed ab alio occupatæ miſſionem impediendam non audiri communis ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.130.

Tertio qui litem agi ignorauit pro ſuo intereſſe, ex perſona rei comparentis etiam poſt litem conteſtatam fori declinatoriam opponere licet.c.15.nu.130.

Tertius qui ad cauſam venit eſt auctor laudatus cum ad cauſam principaliter agatur, ſi talis ille eſt, cui in integrum reſtitutionis beneficium competit quamuis in cauſa concluſum ſit, & publicatum beneficium neque inter reum, & actorem cauſa expeditur non obſtante oblata cautione iuxta text.in l.it à quo ff.de rei vendic. c. 15.num.148.

Tertius pro ſuo intereſſe in iudicio comparens admittitur, ac omnes ipſius defenſiones audiuntur. capitulo 15. num.102.

Tertius, qui partibus ſuſpectus non ſit eligi debet, ac partibus ad notam ſuſpectorum dandam monitis. capitu. 7. num.105.

Tertius intereſſe pretendens, non ſolum ſi petitorio, ſed etiã ſi poſſeſſorio actum eſſet executionem impedit. cap. 15. num.175.

Tertio appellante ſententiæ executio differtur, ſiue appellationi index detulerit, ſiue non niſi limitatur ex calumnia, vt executio differatur tertium appellaſſe præſumi poſſit.c.15.nu.175.

Tertius ratione qualis qualis præiudicii appellare poteſt, ac ſuſpicio quæcunque ne aliquo tempore nocere ſententia poſſit ſufficit.c.15.nu.161.

Tertius non interficiens in eodem gradu cum interfectore ſuccedit, & fiſco præfertur.c.15.nu.153.

Vbi tertius comparens defenſor eſſet neceſſarius etiam fori priuilegium ei opponere permittitur.cap.decimoquinto num.148.

Tertius qui litis, vel ſententiæ ſcientiam habuit principalis ad inſtar ab appellando, quod excludatur communis ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.124.

Et vbi principalis appellaſſet, illud ſolum ſtante litis ſcientia in ſecunda inſtantia ipſi tertio agere licet quod principali permittitur, ac eiſdem terminis quibus principalis, qui appellauit tertius arctatur. capitulo 15. num.124.

Tertius alterius appellationi pro ſuo intereſſe adhærens nihil petere poteſt, ſed cauſam ſolum defendere. capit. 15. num.124.

Tertio in minori ætate conſtituto litis ſcientia non obſtante de ſuo intereſſe docere necnon à ſententia in integrum reſtitutionis remedio mediante appellare licet.ca. 15.nu.125.

Tertius quicunque ad ſua iura proponendum litis ſcientia non obſtante admittitur, quoties publica dictaret vtilitas, ac Reipublicæ intereſſet c.15.nu.125.

Etiam clauſula in reſcripto exiſtẽte, omneſq; alios intereſſe putantes tertius ad cauſam veniens, vbi cauſam agi ſciuit in eiſdem ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur admittitur.c.15.nu.126.

Quoties tertius commiſſionem, quod conſtito de intereſſe iudex ipſum admittat impetraſſet eiſdem cauſæ terminis non arctatur, ſed cum eo proceſſus renouatur. c. 15. num.126.

Quoties tertius non vocatus, neque ab alio nominatus, ſed voluntarie ad cauſam accedit antequam admittatur de ſuo intereſſe ante omnino docere debet. capitulo 15. num.126.

Tertius regulariter ad ſolam alterius litigantium vtilitatem in iudicio comparens non auditur. capitulo 15. num.127.

Tertius ad ſolam partium vtilitatem pupilli fauore auditur quantumuis de nullo partis intereſſe agatur, & magis communis eſt ſcribentium opinio. capitulo 15. nume.127.

Tertius de ſuo intereſſe probaturus, vt in cauſa admittatur ſatis eſt eum apparenter non autem exiſtenter de ſuo intereſſe docere per iuramentum, vel per teſtem ſeu per aliam aliquam ſemiplenam probationem ſecundum communem ſcribentium opinionem, & ideo ſatis eſt, quod electum ſe quis probet quamuis non doceat, quod canonice ſit electus, vel de vnione quod doceat etiam non docto quod canonice facta ſit.c.15.nu.128.

Vbi tertius non poſſideres debitorem ipſum dominũ præſumi, ac onus contrarium probandi tertio incumbit, ſecus vbi tertius poſſideret quo caſu debitorem dominum non præſumi, ac onus contrarium probandi ad executionem petentem pertinere communis pariter ſcribentium opinio refertur.c.15.nu.153.

Tertius poſſeſſor ſolo poſſeſſionis iure, etiam quod ſe dominium nõ alleget executionem, quod impediat communis eſt quoque ſcribentium opinio.c.15.num.152.

Tertius tam ratione dominii, quam poſſeſſioni, quod impedire executionem poſſit communis eſt ſcribentium opinio.c.15.nu.151.

Tertius quoties in bonis à ſe poſſeſſis executionem fieri ſuſpicaretur ne talibus in rebus ad executionẽ procedatur

noue

INDEX.

neve aliqua nouitas fiat, quod ſuæ res ſunt vel à ſe poſſeſſæ ei contra victorem proteſtari licet. capitulo 15. num. 151.

Tunc tertius de ſuo intereſſe docere in primis tenetur, vbi in poſſeſſione non reperiretur, alias ſecus. capitulo 15. num. 129.

Tertius qui in tertia inſtantia comparuit, ac in eodem ſtatu, & terminis in quibus caſu reperitur admiſſus a ſtatu cauſæ ſuis cum qualitatibus arctatur, & Felyni in hoc caſu repugnantia detegitur. c. 15. num. 165.

Tertius in iudicio comparens malitia, quoties ſeu calumniæ præſumptio concurrit, ideo ad cauſam eum veniſſe, vt reo ipſi conuento faueat, cauſam impediat, ac illius expeditionem differat non auditur. c. 15. nu. 145.

Tertius pro ſuo iure, & præiudicio non autem ad vtilitatem, & commodum conuenti principaliter accedere in iudicio poteſt. c. 15. nu. 145.

Tertius actionem habens, & agere recuſans ab eo cuius interest compelli ad agendum poteſt. c. 15. nu. 193.

Tertius excommunicatus, ex quo tanquam actor ad cauſam venit non admittitur, quod in quacunque alio inhabili, & in iudicio ſtādi incapace, ſeruo, religioſo, filioſa. & alio, cui ſine ſuperioris conſenſu in iudicio ſtare non conceditur procedit. c. 15. nu. 149.

Tertio, quandocunque ante ſententiam in iudicio comparere conceditur. c. 15. nu. 150.

Tertius poſſeſſor, vbi ſe dominum non allegat, neque condemnatum dominum eſſe negat, ſed rei ſolum ſe poſſeſſionem habere aſſerit ſummariam ſaltem probationem de debitoris condemnati dominio iudicio conuenientem executiuo eſſe neceſſariam communis non abſimiliter ſcribentium opinio refertur. c. 15. nu. 154.

Tertius non eſt alterius odio prægrauandus, & pœna ſuos authores tenere debet. c. 15. nu. 197.

Tertii ius de quo non eſt facta mentio, neque ſtante clauſula de plenitudine poteſtatis, neque clauſula motu proprio, neque alia ex certa ſcientia ſublatum cenſetur, qua nihil in tertii detrimentum operatur magis communi ſcribentium opinione attenta. c. 15. nu. 214.

Neque clauſula pro expreſſis habentes in tertii præiudicium operatur. ibid.

ertii, ſiue notarii pro abſente acceptatione ſecuta, etiam quod donator, & donatarius ad reuocandum conueniāt reuocare pactum ad tertii fauorem emiſſum non permitti communi pariter calculo ſcribentes ſentiunt. cap. 15. num. 195.

Tertii abſentis nomine quoties nemo pactum acceptaſſet re integra exiſtente pactum hoc in abſentis præiudiciū reuocare donatori licere verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio. c. 15. num. 195.

Secus vbi res non eſſet integra, quo caſu donatori, quod pactum ad tertii fauorem reuocare non concedatur, communis pariter eſt ſcribentium opinio. c. 15. num. 195.

De tertii iure opponere non licere cōmunis pariter eſt ſcribentium opinio. c. 15. nu. 161.

Tertii ius tunc tollitur, vbi clauſula tertii damno, & præiudicio non obſtante, Princeps vteretur, ac tertii ius tali caſu tolli, quamuis nominatim tertius non exprimatur magis communis eſt ſcribentium opinio. capitu. 15. num. 214.

Quod vbi de paruo, ſecus ſi de magno tertii præiudicio ageretur procedere declaratur, quo caſu clauſulam illam ſpecialem non obſtantibus ſufficere, ſed clauſulam requiri ſingularem magis communis eſt pariter ſcribentium opinio ibid.

Neque clauſula appellatione remota, neque alia recuſatione remota in tertii præiudicium ſuas vires extendunt ibidem.

Pro delegato, quo ad ſuæ iuriſdictionis fundamentum niſi mandato delegationis exhibito non præſumi communis eſt ſcribentium opinio. ibid.

Delegatum in dignitate poſitum nulla ſuæ delegationis fide facta in cauſa procedere poſſe maxime, vbi delegatus probatæ eſt vitæ magis communis ſcribentium opinio refertur. ibid.

Poteſtatis plenitudine vti principem velle, non præſumitur, niſi quatenus expreſſe ac ex literarum tenore de hoc appareat.

Tyranni potius poteſtatis plenitudo exiſtimatur, nullamque in Principe poteſtatis plenitudinem reperiri aſſeritur.

16 *Decii limitatio in conſ. 174. cauſam recuſatione remota, tunc Papam iudici ſuſpecto committere poſſe dicentis, quando ipſe Papa in eadem ſuſpicione non deprehenditur confutatur.*

17 *Cauſæ commiſſione, ei qui notorie ſuſpectus eſt, à Papa facta, ſeu Motu proprio, vel ex certa ſcientia, exceptio recuſationis excluſa nō cenſetur etiā quod delegati perſonā valde Papa commendaret recuſatione in genere remota, friuola tantum recuſatio remota intelligitur literæ, recuſationis exceptionem excludentes ob importunitatē, & contra Principiſ voluntatem emanare præſumuntur, & recuſationis cauſa, quæ remonetur ſpeciatim ad hoc vt opponi non poſſit, exprimi debet.*

18 *Cauſa appellatione remota à Papa commiſſa, recuſatione remota commiſſa non cenſetur ſecundum communé, & veriorē ſcribentiū opin. nec circa hoc inter ius canonicū & ciuile differētia reperitur, & nu. 23.*

19 *Clauſula omni exceptione remota in reſcripto exiſtente excluſæ rationabiles exceptiones non cenſentur niſi aliter de expreſſa Papæ voluntate conſtet.*

Clauſula omni & quacunque exceptione remota in reſcripto appoſita non obſtante ex capite inimicitiæ, recuſare iudicem licere, ac per verba quantumuis generalia recuſationis exceptionem ſublatam tali caſu non cenſeri deducitur.

Omne malum ſecundum communem ſcribentium opinionem de inimico lex præſumit, nec in generali ſermone inimicus comprehenditur.

Ex cauſa ſolum, & non aliter omnem recuſationem ac omnem ſuſpicionis ſpeciem excludere principi licet.

20 *Cardinales, in Romana Curia præſentes præfecto prætorio æquiparari, communiter ſcribentes ſentiunt, a Romana vero Curia abſentes, proconſulibus.*

Regibus item Cardinales adæquantur.

Et poſt Pontificatū ſuprema dignitas eſt Cardinalatus.

Sine Cardinalium conſilio, ardua exequi Papa non licere, eoſque in hac quaſi poſſeſſione reperiri, communis pariter ſcribentium eſt opinio, ſed iuris diſpoſitione attenta liberam abſque ſynodo poteſtatem, Summum Pontificem habere, communi & vnanimi ſimiliter voto ſcribentes aſſerunt.

Cardinalatum dignitatem non eſſe dicentium ſed ſimplex officium opinio refellitur.

Eandem Cardinales immo maiorem habent iuriſdictionem quam Patriarchæ habent, Archiepiſcopi, Epiſcopi & omnes in Prouincia ipſis commiſſa.

Sedis Apoſtolicæ legato obediendum & honor tanquā Papæ in prouincia ei commiſſa preſtandus, cunctaque, quæ legatus facit ab ipſo Papa facta cenſentur.

21 *Nec Cardinalis à latere legatus nec aliter qui Principe ſit inferior, appellatione ſeu recuſatione remota, committere cām poteſt, ſecundum communem ſcribentium opinionem niſi eis facultatē hanc in ſpecie princeps conceſſiſſet, nec Cardinales in hoc ab aliis Papæ delegatis, in aliquo differunt.*

Quicunque ſit Papę delegatus, quod ei ſubdelegare liceat communis eſt ſcribentium opinio.

22 *Caſus in quo appellatione remota, cauſam delegato cō mittere liceat, ſingularis refertur.*

27 *Cardinalis de latere legatus, nullam contra ius commiſſionem facere poteſt.*

Nec eum clauſula appellatione remota delegare.

Neque clauſula vti non obſtante.

Nec clauſula illa, ſtatum, & merita cauſæ pro expreſſis habentes.

Neque iuris ordine non ſeruato in cauſa quod procedatur, ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Quod niſi vrgens & neceſſaria cauſa, concurreret.

Nec non de ſtylo, quo attento, hoc Cardinali legato licere limitatur.

28 *Cardinalem etiam de latere legatum, quando cauſa ei ſpecialiter recuſatione Remota à Papa commiſſa nõ fuit, recuſare licet.*

Sed dicta clauſula ſtante non friuola ſolum, ſed alia quælibet ſuſpicio tali caſu, ſublata cenſetur.

Plus aliis regulariter, priuilegiati Cardinales cenſentur.

Quamuis clauſula appellatione remota, friuolam tantum, ac ab interlocutoria appellationem tollat, non autem à diffinitiua, attamen tali cum clauſula, Cardinali cauſa commiſſa nullatenus ab ipſius ſententia appellare licet.

Cauſa Cardinalibus ſemel commiſſa, inferioribus nunquam committuntur.

Cardinales ſibi inuicem non inhibent, ſed ſolum ob reuerentiam commiſſionem inſinuant.

Cauſa commiſsionem Cardinali factam, ampliſsimam cenſeri, ex communi ſcribentium voto concluditur.

Vbi ob manifeſtam inimicitiam ſuſpectus eſſet Cardinalis, præfatam clauſulam, omni recuſatione remota, non operari deducitur.

29 *Clauſula appellatione remota in tertii præiudicium, ſecundum communem ſcribentium opinionem, non operatur, neque quoad partes ipſas, quominus ex iuſta cauſa appellare ſemper poſsint, ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.*

Nec aliæ clauſulæ, reſcripta, ſeu Priuilegia etiam ex certa ſcientia, ac proprio Principis Motu conceſſa, tertio præiudicant.

Iuxta hoc in caſu appellandi, cauſa dicitur, vbi conſanguinitatis recuſationem admittere iudex nollet.

Idem ſi partes ad locum non tutum, iudex citet.

Item, vbi coram delegato, qui ſuſpectus ſit, partes ad litigandum cogeret dicta clauſula appellatione remota non obſtante, à ſententia contra alium lata, tertio pro ſuo intereſſe appellare licere cõmunis ſcribentium opinio refertur.

Clauſulæ quæcunque, cunctaque reſcripta, ſeu priuilegia etiam ex certa ſcientia, ac proprio Principis motu conceſſa, tertio non præiudicant.

30 *Clauſula appellatione remota, effectum appellationis ſuſpenſiuum tollit ita quod appellatione non obſtante, ſententia ſecundum communem executioni demandari poteſt, immo tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum appellationis effectum, omneſque alios effectus, ab appellatione proficiſcentes, appellationem ipſam excludere, Rotam decreuiſſe deducitur.*

31 *Vbi ſententia quod apertè iniqua ſit apparet, clauſula appellatione remota non obſtante, vtrumque effectum, appellationem operari ſuſpenſiuum ſcilicet, & deuolutiuum, eadem Rota iudicauit, & communis eſt opinio. Neque clauſulam omni appellatione remota operari, quominus in caſibus à iure expreſſis appellari poſsit, explicatur clauſula in litteris, quæ per contradictas expediuntur, appellationem excludens, quod nihil de conſuetudine operetur, ac in monitorio in quandam, potius ſonare, ac ſolum fruſtratoria, vt appellationi non deferatur, quam iuri quod communi in aliquo deroget, aſſeritur.*

32 *Clauſula appellatione remota reſcripto inferioris à Papa, uel Imperatore, tam de iure ciuili, quã canonico, ab interlocutoria ſolũ appellationem tollit, & in caſu quo eſſet friuola, iuxta communem ſcribentium opinionem.*

33 *Stante reſcripto ab actore obtento, quod appellatione remota, in cauſa procedatur, ſub eadem reſcripti forma, ſi actor reconuenıatur, conueniri debet, inanemque eſſe quæſtionem, vbi actor, recuſatione remota, literas impetraſſet, an ipſe actor recuſare iudicem valeat deducitur.*

Iudicem, quem ipſe actor impetrauit, recuſare minime valet, ac temeraria tali caſu recuſatio dicitur, quam licite contemnere iudex poteſt.

Ad imparia actor, & reus, iudicari neutiquam debent, & actori licere non debet, quod reo non permittitur.

Caput Secundum.

1 PApam, luce clarius, cum ſit, principatum inter mũdi principes, & Monarchiam in ſpiritualibus obtinere gloſa hoc dictante in capitulo ad apoſtolicæ, verſic. illi autem, de re iud. in 6. in conſilio 467. numero tertio, à Romano relata, ab eo vti omnium in mundo exiſtentium ſupremo, inſtitutum iter exordiendo nec recuſari Summum Pontificem. Papa enim Deus eſt in terris, & Chriſti Vicarius, vt per Bald. in lege finali. C. ſentent. reſcindi non poſ. & in capit. primo per Decium, ſupe gloſa, in verbo ab omnibus de conſtitut. Deique Legatum, Papam dici, ex textu conſtat in cap. ſicut. 7. quæſtio. prima, & in cap. accuſatio in fine. 2. quæſtio. ſeptima, verumque eum Petri exiſtere ſucceſſorem, in l. qui per ſucceſs. onem ff. de reg. iur. Idem Decius aſſeuerat,

2 Papam ſimiliter, & Papalem dignitatem, omnibus præferri hominibus, & dignitatibus maioremque eum, ac digniorem Imperatore cenſeri vltra paulo ante in capitulo præcedenti relata numero ſecundo, Gigas, qui multa recenſet in conſilio 76. numero 3. notat cum ſeqq. ſummumque ſacerdotem eundem, in c. accuſatio, tex. exclamat, & in capitulo de his diſtinctione quinta, omniumque Catholicorum patrem Papam exiſtere deciſio, vltima. Auenion. inquit, numero vndecimo, in princ. omniumque eum religionum caput, in deciſ. 266. Rota appellat nume. 1. prope finem, in deciſionibus. Diuerſorum nouiſſ. par. 2. illiuſque authoritatem maiorem ſanctorum authoritate cenſeri, omnemque eum detinere poteſtatem, quam omnes Patriarchæ habent,

Digitized by Google

poſt tex.in cap.1.& c.de libellis.20 diſtinct.latè Seraph.in tract.de priuil.iuramenti inquit, priuil.122.colum.1.& 2.in prin.Gallin.in tract. de verbor.ſign.lib.10.capi.33.Iodoc.in Enchir.d. parium,verbo,eccleſia,il primo plura,de Summi Ponti.poteſtate,eo loci cumulans, & enarrans,& Grammat. in conſ. ſecundo, poſt deciſ. per totum omnino videndus.

3 Papam item, præ omnibus poſt Deum, honorari debere, in eodem conſ.70.nume.92.Gigas aſſerit,& in conſil.97.numero 13.& 14. vbi totum mundum eſſe ait Papæ Parrochiã, vnum item,& idem cum Deo Conciſtorium, Papam facere,in capitulo quarto,de tranſlation. prælat. Innocent & Hoſtienſ. atteſtantur, cæteriſque eum poſt Deum Opt. Maxim. anteferendum eſſe in conſilio 51.nume.13.lib.1.Menoch. tenet, omniaque Papam eſſe, & ſuper omnia in deciſio 265.numero 14.Afflic.atteſtatur,ipſumque, in poteſtatis plenitudinem vocatum cenſeri,cæteros verò prælatos, in partem ſollicitudinis in cap.qui ſe ſcit,textum habemus,2, q.6.& in c.ad honorẽ, de authorit. & vſu pallij gloſ.in cap.dilecti il ſecundo verbo facto prouocare,verſicul.ſed non eſt ita in Archiepiſcopo,de appellat.& ſicut in ſuperiori, triumphãte eccleſia, vnus eſt Deus, ita in militanti eccleſia, vnum eſſe Dei Vicarium, Pontificem Maximũ iuxta glo.notab in Clement.ad noſtrum, verbo, eccleſiæ de hæret. in ſupracitat. verbo, eccleſia,poſt princ. Iodoch.atteſtatur.

4 Nec puri hominis eum, ſed Dei vicẽ in terris gerere, in cap. quanto, de translat prælat. tex.enarrat, cunctaque eum facere poſſe, quæ Deus poteſt, claue non errante, Abbas inquit poſt Hoſtienſem, ab ipſo relatum,in dicto capit propoſuit, de conceſſ præb.ac Epiſcoporum culmen Papam exiſtere, necnon cæterorum, quos, intellectus imaginari poteſt, in proœmio decretal.in princip. Bald.notat, clauiumque ei plenitudinem,datam ac ſummam, & liberam poteſtatem,ab omnibus vinculis, & ab omni arctatina regula,ſolutam in conſ 498, num 28 & 29.Decius, qui videatur, aſſeuerat,

5 Ac ordinario quocunque, iuſtitiam miniſtrare recuſante, recurrere ad Pont. Max. licere,in ca.ſit.nouit num.8. de iudic.idem Dec. tenet Felyn in c.cum veniſſent num.9. verſ.ſecundò limita,eod tit.& in c.cum non liceat numero 10 de præſcrip & Iaſ in l.cunctos populos.1.& 1.num.11.verbo domino C.de Summa Trinit addit.ad Abbat in c ſi duobus,nu.5 lit. b de appell et quam, notab limitantem videas affirmat, ſolumque Pontif Max in eccleſia Dei Cancellarij vices gerere, ſicut Moſes in Regno & ſinagoga Iudæorum, verus pro Deo Cancellarius fuerat nec Papæ nomen à nouo Teſtamento, ſed à Moſe, quem prædiximus incepiſſe iuxta text in c ſacroſancta 22.diſtinct. Frãc. Papaf plura de Summi Pont. authoritate, notab explicãs,in tract de Mõte Pietatis col.4. cũ ſeqq nouiſſimè tenet, & propterea Cardinalem Cancellariæ officio,præpoſitum, Vice Cãcellarium appellari, quia Cancellarij Dei, hoc eſt ipſius Summi Pontificis, vicem gerit, Granat. ad Veſtr in praxi.Rom Curiæ lib.1. cap.4. num 12.poſt prin notab enarrat,quibus attentis,tantaque Summi Pont excellentia, immenſaque ſtante celſitudine de ipſo ſuſpicari nullatenus poſſe,ex textu, & ibi gloſa in cap.1.in fine de conceſſ præb in 6. Hoſtienſe, & Ioanne Andr.in c.querelam de elect & alijs in c.poſtremo num.14 in fine de appell.Franch aſſerit cũctiſque, in hoc graui articulo, vt decet benepenſatis,qui de Papæ ſuſpicione cognoſcere poſſet, non extaret, immo impoſſibile eſſet, eum,qui omnium eſt iudex, ab alijs iudicari, quibus, & illud conueniet, quod licet prælati, qui in ſufficientes ſunt, iuxta gloſ. in c.1. verbo in ſufficientem,de renunciat. in 6 quam communiter approbatam ſcribentes dicunt, deponendi veniant,hoc tamen eadem gloſa,hoc dictante in Papa non procedere,ex Alciato conſtat in tract de præſumpt.regu.3. præſump.19. num. 5. in fine ex Boerio aliorum memore, in deciſ.153.num 21 & Vrſillo,ad Afflict deciſio 289.num.17.eandemque ex Gomez in c.1. nume.115.de conſtit in 6 in pract. crimin §. final. q.73.verſ antepe.fol. 90. communẽ Clarus nouiſſimè eſſe inquit ſcribentium opin prędictaque pariter ratio, vltra aliam,in dicta gloſa aſſignatam, quia non eſſet qui non ſufficientem, declarare Papã poſſet omnino militat:cui quidem rationi in c ſi Papa. 40 diſt text.innititur.

6 Ex eo item iſtud conſtat, quia ad Papam omnes,cum appellent, nemoque ab ipſo appellare poſſit.c cuncta per mundum 9. quæſt.3.& Grammat dicto conſ.2.poſt deciſ.impreſſo,numero 42. ita & appellationem etenim & recuſationem æquiparari regulariter ex textu in c. ſuper eo,il 2.de appellat clare probatur.

7 Quodque Papa recuſari tanquam ſuſpectus nequeat, in dicto c querelam, de elect num.7. hac ratione, quia velle ipſum contra iuſtitiam, procedere,non prȩſumi ut, Panorm.aſſeuerat, Ripa in c.1.de iudic.nu 10 circa medium ſequitur,ibidemque ex Ioanne And.in c. cum inſtãtia,de cenſibus & alijs,quos citat, priuilegium alicui, ne coram Papa reſpondere teneatur, conceſſum, non valere, concludens, idemque Panorm in c cum veniſſent nume. 6. de iudic. etiam ſi de Papæ cauſa patrimoniali,vel ciuili, perſonam eius tangente ageretur, iudicem eum de abſoluta poteſtate agere poſſe ait, ſicut ob ſuperioris defectum, Imperatori pariter,iuxta gloſam hoc licere inquit,in dicto cap. cum veniſſent,de iudic.tex.eſt,in 1 & hoc Tiberius ff de hæred.inſtit.ſcribentes ſequuntur, in c cæterum,eod tit. de iudic. vbi Dec num.12. etiam quod reus Imperator eſſet, hoc procede-

te, ſubnectens,& alij quorum in 3. cauſa fina.
reſponſo nu.21. Menoch ſiue maius Papienſe
collegiū memioit licet his addit.ad Panormir.
in dicto c.cum veniſſent, in ſupracit.num.6.lit.
a, indiſtincte contradicar, nec Papam, neque
Imperatotem, ius in cauſa propria dicere poſ-
ſe, illa pręcipue ratione dicens, quia in cauſa
propria, iudicare ſuſpicionem grauat, & quia
valde iniqua res eſt, ac recuſationis exceptio-
nem, de iure exiſtete naturali ex textu air in c.
quod ſuſpecti 3.q.5.& in ca. ſecundo requiris,
de appellat.

8 Quodque Papa, quæ iuris ſunt naturalis,
quocunque diſcrimine remoto nullatenus tol-
lere poſsit, clarus eſt tex. quo facile præfata opi
nio comprobatur in §.ſed naturalia, Inſtitu de
iur.natur.gent. & ciu. cum concord. per Vant.
in tract.de nullir.relatis, in tit.an qualibet ſen-
tentia lata &c.nu.13. idem in tract. de Cardin.
legat. in terminis. Barbar affirmar, quarta qō.
princ nu.11. circa fin.8.vol. tract.antiq quo lo-
ci, à iure poſitiuo, iuxta tex. in l. apertiſsimi. C.
de iudic recuſationis exceptionem, introductā
cenſeri, non obſtare, aſſerit, ac approbatiue ſo
lum, non autem diſpoſitiue, dictam l.procede-
re, faretur, ex textu item, in dicto c.ſecundo re-
quiris à iure naturæ exceprionem hanc, intro-
ductam fuiſſe, exponens, vel quoad modū, à iu-
re poſitiuo, & opponendi formam, ex quo in
præfata l. apertiſsimi, eam ante l tem conteſta
tam opponi debere, diſpooitur, eſſentialiter
tamen eam, & ſubſtantialiter, à iure naturali
præceſsiſſe explicās; ſed Ripa in c.1.de reſcript.
num 9 de appellarione agendo, quam ex textu
in dicto c.ſuper eo, il ſecundo de appellat. recu
ſationi pluries adæquauimus, de iure eam na-
turali ſecundario, in naturali ratione funda-
tam eſſe dicit, cui Papæ de rogare licere enar-
rat, & late in proprijs recuſationis terminis Fe
lyn.in c.cum inter nume 8.& 9.de excep.qua
propter ſupranotatis non obſtantibus, in pro-
pria cauſa, de poteſtatis plenitudine iudicare
Papam poſſe, quando poteſtate hac vti eum
velle conſtat, ambigendum non videtur, talem
etenim ſupremam, & abſolutam, poteſtatem;
nec retardati aliquo medio nec impediri poſſe,
clarum eſt, eamque ab omnibus vinculis, & ab
omni arctatiua regula, abſolutam iuxta text
cenſeri in dicta l & hoc Tiberius, & in l. proxi-
me ff.de his quæ in teſtam.de l.ſup. proxime no
tauimus, & tam Papā, quam alium Principem,
ſuperiorem non recognoſcentem, ius, in pro-
pria cauſa, ſiue patrimonii, ſiue delicti, dicere
poſſe receptiorem eſſe ſcribentium opin in re-
lect.c nouit, notab 3.num 46 in fine, & ſeq de
iudic.nouiſsime Nauar atteſtatur, nec per præ
fatam addit ad Abbatem, norata, quamuis no
rabilia, illa ſint præfatæ receptiori, ac Abba-
tis opinioni, in aliquo repugnant, ex Baldo
enim in procem.decretal in vltim. col. à Iaſ in
l.quoties num.13.in fine C.de rei vend. relato,
nihil Papæ, vel Principi, de poteſtatis plenitu-
dine, quid faciētibus, reſiſtere, aut obuiare aſ-
ſerit, ac ſupra ius, de poteſtatis plenitudine, Pa
pam diſpenſare. poſt tex. in cap. propoſuit, de
conceſſ præb in dicta l apertiſsimi, nume 19.
in fine, Iaſ inquit, neque Principi, cur ita facis
apponi in hoc caſu poſſe, in pręlud.feudorum,
verſ ſed pauca de Principe dicamus, Bald in-
quit, cuius in ſupra cit conſ.498 nu 27 Decius
meminit plene Gigas in conſil 147. poſt princ.
& per torum, deciſio Auenionen 133.num.18.
& 19 alios plures referens, & Decius, qui in
conſ 403 num 9 &10 videatur, necnon de Pa-
pæ, Imperatoris, alteriusve principis poteſta-
te, & auctoritate, & an dignus ille ſit, quem Pa-
pa, ſeu Imperator deputauit, ſiue illum an eli-
gere potuerit, diſputantem ſacrilegii quaſi cri-
mē recurrere poſſe tex in l 2 C de crim. ſacril.
Azonem ibi, & alios, in tract de ſortileg. in titu
lo de pœnis omniſar.coit.lib.3.cap.2.num. 15.
antefin. Paul.Grillād atteſtatur, & plene Vant.
& notab in ſupracit.de nullitat tract in rit an
quælibet ſententia nu ſeptimo, & ſeq quem in-
ſpectum omnino facias & Crauettam qualiter
hoc, intelligendum ſit, in conſ 241.num 20 in
princ declarantem, maxime quia ex eo exce-
ptionem hanc de iure non exiſtere naturali,
comprobatur, quia exceptioni, ſeu defenſioni,
quæ iuris ſit naturalis, neque tacite nec expreſ-
ſe, renunciari poſſe, aut illā, aliquo pacto tolli,
aut denegari, gloſ probat ſingularis in l pactū
inter hæredem, in verbo, cum liceat ff de pact.
Bat in l ſi quis in conſcribendo, nume. 2.& ibi.
Bal nume 4 C.eo tit idem Bar. in l cuſtodias.
num 5 in fi ff de public iudic Marſil. conſil.12.
nume. 25 Io Bapt Ferret conſ.300.nu.2.& alii
per Triuiſan in deciſ.1.num.7.& ſeq relati lib.
2.& hanc, Pœna ſuper director. Inquiſit.3.par.
cōment. 28. ver. ac defenſiones, cōem eſſe ait
ſcribentiū opinionē, quē, & Viuium plenius de
hoc in deciſ 68 diſcutientem num.16 lib 1.in-
ſpicere non prætereas, ſed præſatę exceptioni,
non expreſſe ſolum, vt infra cap 8 num 28 ſed
tacite etiam, vt in c.14.in prin.abundanter per
plures columnas, & clare, quod renuntiare
liceat, demonſtrauimus, huc tendentia notab.
diſcutientem inſpectum facias.

9 Regulatium ſimiliter ſuperiores ſicut ab eis
regulares per ipſos dum corrigūtur iuxta tex.
in c reprehēſibilis, vbi Frāc.nu.9 & in c de prio
re nu. 2.circa mediū, de appellarionibus appel
lare nō permittitur, ita & pariter, eis, nec recu
ſare ſuperiores licere poſt text. & eo loci In-
nocen.in c.cum ſpeciali §.porrò, in fine eo. tit.
de appellat Franch.exponit niſi declarans in
corrigendo, modum ſuperior excederet, textū
in dicto §.porrò, quando contra regulares, ſu-
perior ſecundum regulæ inſtituta, ſecus, ſi con-
tra ipſos iudicialiter procederet, locū habere,
ſubdens,

Digitized by Google

ſubdens, quo caſu & ſuperiorem eos, iuſta ex cauſa recuſare, necnō & appellare ſimiliter ab ipſo licere, eo loci concludit, ipſum tamen in præfato nu.4 textum, in dicto § porrò per belle poſt alios, quos citat explicantem inſpicere non prætereas, & in dicto c de priore num 2. verſ. fallit, vbi poſt tex. ibi ſubditos ait, quantumcunque religioſos, à ſuo prælato inique correctos, non ſolum appellare ab ipſo poſſe, ſed appellationi ipſi deferre etiam prælatum teneri, aliàs pœna in dicto textu contenta, & declarata eſſe, ſuperiorem puniendum, aſſeuerat, ſed, eo etiam caſu, quando ſecundum regulæ inſtituta ſuperior procederet, iudices eū nō ſuſpectos, de honeſtate dare debere, in cōſ. 94. num. 11. in fine, lib 1. concludere Menoch. videtur, quē inſpicias de hæreticæ prauitatis Inquiſitore qui cū grauiſsimus æquiſsimus probatiſſimus, & prudētiſsimus ſimul eligi præſumatur, quod recuſare eū non liceat, ex notatis per Archidiaconum colligi poſſe videtur in cap. quia plerique de off ordin lib. 6. tenet hoc Frāc Ripa infra iterum relatus, in tract. de peſte, par. 3. nu. 140 Menoch in ſupracit tractatu de arbitr. iud lib. 1. quæſt 37. nu 40. ac in ſpecie, & in proprijs terminis quod recuſari nequeat Inquiſitor Ioan. Roias in ſingularibus fidei affirmat, ſingu 100. incip. Inquiſitores non poſſunt, & in tract de hæret. par 2. in titu de priuileg. Inquiſit. nu 435 & verbo recuſatio. § 1. quo loci, Inquiſitoris recuſationem, raro, ac ferè vnquam contingere adnotauit. Cæterum Simanc. in tract de Catholic inſtit titu. 17 nume. 51. & ſeq. Bernardus Comēſis in loco præcitat locatus in opere iudiciali verbo recuſatio, Tabiēſ in ſumma, verbo Inquiſitio §. 4. num. 5. Eymeric. in Director. Inquiſitor, & alij, Inquiſitorem recuſari poſſe admittunt ac ſententiam hanc in eodem Directorio Inquiſitor Franciſc. Pegna, præſatorum memor. 3. par commētar. 30 verſ Demus ergo, & verſ. cæterum in fine, veriorem, ſummo iure, & tenendam eſſe, aſſeuerat etſi iudicum probitate attenta, pt oтem ſententiam eſſe dicat honeſtiorem, Ac eodem loci verſ. veruntamen, & ſeq non quamlibet cauſam, tali caſu eſſe dicat, ad Inquiſitorem recuſandum, ſufficiētem, ſed inimicitiam ſolum, in reos cōſpirationem, aut tale quid grauis veluti æmulatio, vnde facile inimicitia oritur, neque quālibet inimicitiam, tali caſu, ad Inquiſitorem repellendum, ſufficientem eſſe ſubijcit, ſed capitalem ſolum, aut grauem ſaltem, iuxta ſpeculatoris doctrinam, quam refert in tit. de iudice delegato § ſuper eſt verſic. item ſi eſt inimicus, & ibi Ioan And. in addit. & iuxta per Abbat. notata in c. accedens il 2 num. 3. & ibi Felyn. extra, vt lit non conteſt Attamen, quibus ex cauſis, capitalis oriatur inimicitia, eundem Pegnam, in eadem 3. par. quæſt 67 hoc latiſsimè explicantem, inſpectum facere non prætereas.

10 Sacerdotem, itidem, quem in confeſsionis actu, veri Dei, vices gerere text eſt, cum gloſ in c dilectus de exceſſ prælat c ſi ſacerdos, & ibi ſcribentes, de offic ord & notab Beroi in quæſtio famil. 12. num. 1. 2. & 3 quoties de pœnitentia agitur imponenda, recuſare eum, à confitente, tanquam ſuſpectum, ne vtiquam poſſe in ſupracit tract de peſte, par. 3 nu 145. hac adducta ratione Ripa inquit, qu a ſi maiorē, quā debeat, ſacerdos pœnitentiam imponat, animæ, peccatoris, ſi eam peragat vtile erit, ſi vero peragere nequit, illam, eum peragere ſatis eſſe ait, quam ferre poteſt & in c quia plerique de offi. ordin in 6. Geminianum refert neque Inquiſitores recuſare tanquam ſuſpectos, licere vbi de pœnitentia, ageretur, pro peccatis imponenda, eo loci poſt Archidiaconum, inferentem, ex textu: item iſtud probatur in c omnis vtriuſque ſexus, extra, de pœni & remiſſ illud diſponente, vt omnis ſemel ſaltem in anno ſolus proprio ſacerdoti ſua peccata confiteatur, & iniunctam ſibi pœnitentiā proprijs viribus, ſtudeat adimplere, ac ex gloſæ limitatione, ibi, eo tantum caſu de proprijs ſacerdotis licentia, alteri qui diſcretus ſit, ad textum in c placuit, de pœnit. diſtinct 6. confiteri quem poſſe declarante vbi proprius ſacerdos imperitus eſſet, ex quo, in alio quolibet caſu, ne proprio dimiſſo ſacerdote & parocho, alteri ſua peccata confiteri liceat, firmam regulam remanere conſtat, quod vtique, pro Parrochianis, friuolis ex cauſis, proprio Parrocho ſua peccata aliquoties confiteri velle recuſantibus, eſt notandum.

11 Reditumque ſupremos ad Principes faciēdo, de honeſtate eos, & æquitate, quā, præ oculis ius dicētes habere debere, vulgatus eſt tex. in l quod ſi ephesi, ff. de eo quod cert. loc Imperatorem, alioſque, ſuperiorem non recognoſcētes, quamuis neque iuſtis ex cauſis, neq; etiam quod propria cauſa ſit, eos, tanquam ſuſpectos recuſare licere dixerimus, iuſta tamen recuſationis cauſa exiſtēte, iudices eos, non ſuſpectos dare debere, in cap nullam gloſa cenſuit 2. q 4. quam in conſ. 521 nu. 7. & 8. Roman commendat, Papam, iuxta per præſatam gloſ. notata, ſuorum ſpecialium clericorum, cauſam, ne pro ipſis in eorum fauorem, vel odio contra ipſos, pronuntiando, ſuſpectus habeatur, committere debere dicens, Papam item, propriam cauſam, etſi ei iudicare ex textu liceat, in c nos ſi in competēter. 3. q. 7. in dicto, c. cū veniſſent de iudiciis & in l. ne quicquā, ff de off procōſ. & leg. & iuxta gloſam, in c cū dilecta, de confirmatio. vtil. vel inutil. alteri ne ſuſpectus habeatur, eodem loci committere debere ſubdens idē Gemin ſequitur, & Anchar. poſt glo. vlt in c à collatione de appell. in 6 & Aufret in tract. de recuſat. nu. 35. verſ. ſexageſimatertia cauſa, quos in dicto conſ. 94. nu. 12. lib. 1. in tract. retinendæ poſſeſs. remed. 3. quæſt. 49. nu. 436. & in tract.

de arbitr.

de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 5. nouiter impreſſa caſu. 58. num. 59. & 60. cit. t. Menoch. & ſequitur, vel in arbitros compromittere, aut, ſecundum Innocentium, in dicto cap. ex parte in Chriſto, de verb ſign. aliquibus ſe ſubmittere, à Balbo, in deci. 107. circa finem citarum, quẽ ita Federicum Imperatorem feciſſe, ac ſe in cauſa contra Longobardos arbitris ſuppoſuiſſe, vnde cõſtantię pax ſecuta fuit, explicantem videas, maioremque minori, vel æquali ſubmittere ſe poſſe in contentioſa iuriſdictione, non autem in voluntaria procedere; gloſ. eſt in l. eſt receptum, ff. de iuriſdic. omn. iud. quam in deciſ. 114. Idem Balbus, quem rationem afferẽtem videas, ſcribentes, ſequi cõmuniter, aſſeuerat, iſtaque in quibuſcunque, Papa excepto, locum habere intelligas, quem alicui neq; ſi velit, ſubmittere ſe de iure poſſe in cap. ſeq. num. 3. annotauimus.

12 Eoque caſu dominum ſuperiorem non recognoſcentem, propria in cauſa, iudicare poſſe quando cum ſubdito, ſecus ſi cum alio ſibi non ſubdito cauſam habeat declaratur, quo caſu iſtud ei non licere in conſ. 120. vol. 1. Socin. tenet à Maranta in iudiciorum praxi, relatus, verbo appellatio num. 34. ſcribentes in dicto c. nouit de iudic. hoc fatentur. Felyn. in c. cum veniſſent, col. pen. eodem titu. & iterum Socin. in conſ. 187. num. 29. lib. 2. quorum in ſupracit. 3. cauſæ Finat. reſponſo, Menoch. ſeu Papienſ. collegium meminit num. 22.

13 Nec quæ de Papa notata ſunt, ad Cardinalem ſimiliter extendere abſonum videtur, ex textu etenim in c. ſęlicis, de pœnis in 6. corporis Papę partem exiſtere Cardinalem, apertè, & clare conſtat, & late de hoc Roman. in conſil. 498. vbi de eximia ipſorum dignitate, & celſitudine, necnon in ſermone, quem omnino videas, ac ratione ſuſpicionis, Cardinalem nullatenus, quod recuſare liceat, ex textu in c. nouit, de appellat. in terminis in c. poſtremo eodem tit. num. 15. Franch. tenet, idque ex pluribus, & ſignanter, propter eorum approbatã fidem, & iuſtitiam, iuxta tex. in l. vnica, circa fin. ff. de off. præf. præt. procedere, ac ex notatis per Speculat. de off. deleg. §. ſupereſt, hoc comprobati inquit, eo caſu Cardinalem, quando in alterius Cardinalis cauſa, delegatus iudex extitiſſet, recuſare, licere aſſerentem ex quo argumẽto l. 1. ff. ad municip. in contrarium regulam eſſe, præſupponitur, ſed in præfato. c. nouit. Franch. nu. 4. poſt Abbatem, ibi illa ratione, contrarium potius dictum tex. probare ait, Papa enim in dicto tex. aſſerente, quod ſi ab ipſo delegatus, ſuſpectus fuiſſet, ab eo appellationis via, recedi non debuit, recuſationis via, recedere licuiſſe, concludere videtur: nec illud obſtat, quod ideo Cardinalem recuſari non potuiſſe, concludere dictus tex. videatur, quia de mãdato Papæ proceſſerat, vt in c. cum inter num. 9. de except. Felyn. notat. Nam contrarium, potius, præfatum tex. diſponere, Franch. vt diximus, enarrat vltra quod verba illa, in fine dicti tex. ad quod, non proprio motu, ſed noſtro potius præcepto proceſsit illum, qui proceſsit merũ potius executorem fuiſſe, denotare in eodem c. nouit, gl. fin. aſſeuerat, à quo ſicut appellare non permittitur, nec recuſare ipſum licere eadem gloſa fatetur, vltra quod regula quæ firma quidem eſt, tam Papæ quam alterius Principis, etiam proprio motu delegatum recuſari legitima ex cauſa poſſe, ſuffragatur, vt additio ad Abbatem in c. ſuper quæſtionum. §. quem vero, lit. c. verſ. tu adde de off. deleg. iſta ratione affirmat, quia cauſam in dubio perſonis committere ſuſpectis, principem velle non cenſetur, dicto. c. cum inter, de except. Franch. in præcitato. c. poſtremo num. 15. in fine, & Imola in ſupra relato. c. nouit, vltimo notab. in conſ. 91. col. 3. verſic. nec obſtat in fine, à Gigãte relatus, textum ad hoc citante in c. ad petitionem, de accuſat. in illis verbis, & Cardinalem ipſum iuſtis ex cauſis ſe aſſerens, habere ſuſpectum, quo quidem in textu, etſi de recuſando Cardinale agatur, illum tamen tutum vtcunque non exiſtere, illa, quæ ſubſequitur, ratione moueor.

14 Papam vtique factum, eo loci narrando, loqui apparet, ac ex facti narratione in iure poſita, nec ad iuris, neque ad cauſarum deciſionem arguere licere gloſa in l. vnica clare probat C. quando non petent. pat. & in c. auditis, in verbo ex poſt facto ad finem, de elect. Maxime vbi in verbis illis in facto narratis, minime legiſlatorem intentionem ſuam fundare apparet, vt poſt tex. in Clem. vnica, de probat. in l. qui Romæ. §. Callimacus, num. 6. ff. de verbor. obligat. Iaſ. aſſerit, immò nullatenus narratiua legiſlatoris verba, diſponere neque probare poſt Alexand. in conſ. 17. num. 5 lib. 2. Mandos. ad Roman. in conſ. 91. inquit, lit. c. verbo non inducit communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, quem quatuor modis notab. limitantem inſpectũ facias, ſed quia expreſsè Imolam in præfato tex. & Gigantem ſe fundare adnotauimus, ac ſtantibus ſupra relatis rationibus, alijſque in ſupracit. tract. de Cardin. à latere legat. per Barbat. adductis 3. q. num. 1. & num. 2. recuſari Cardinalem poſſe. etiam quod de latere legatus ſit, concludere conuenit, dum modo vt in proximè relato tract. per Barbat. ex Hoſtienſe in dicto cap. ad petitionẽ, & al js admonemur, in forma debita, honeſtiſque verbis, ac decenter ad Cardinalis recuſationem, deueniatur, eodemque loci Barbat. quæſt. 5. nume. 12. recuſare Cardinalem à latere legatum licere, indubitatum eſſe fatetur, & quæſt. 5. nu. 12. iterum hoc ab appellatione, argumẽto ſumpto iuxta tex. in ſupra relato. c. ſuper eo il 2. de appellat. appellationem & recuſationem, ęquiparante, ſicut ex Baldo, inquit in leg. 2. C. de appel-

appellat à legati de latere ſententia, appel are licet ita & pari er ecuſare · ardina l m le ga-tum tanquam ſuſpectum poſſe,gloſa reiecta in dicta l. ff.de off.præf præto.tanquam contra iura.cont arium ex preſſe diſponentia loquente indubitate concludit Pariſ aliis pluri s hoc ſentientes referens,in co. ſ. 21. ſequitur nu.97. l.b.1.Cardinalem etiam à latere legarum,in cõtentioſo iudicio recuſari poſſe aſſerens à Rol à Valle in conſ.19.relatus, nume. 7.lib.1. illaque ratione Cardinalem etiam legatum recuſare licere, quia non omnis Cardinalis eſt ſanctus ad textum in c.non nos Beatum. 40. diſt. cum cõcordant.in tr. ct.de offi.& poteſt. legati. lib. 8.nouiſsimè Gambar. tenet. capit.1.num. 24. cum ſeq. & quę ſit forma Cardinalem legarum recuſandi in d cta quæſt.1.in princ. Barbat.qui videatur explicat,& ideo à tot Clariſsimorum Iuriſconſultorum opinione, non eſſe cenſeo re cedendum, ſiue diſpoſitione indicto.e. nouit de appellat.ſiue factum,vt diximus narrando,Sũmus Pontifex loquatur doctorum enim deciſiones,etiam ſine lege loquentium, multum valere immo caſus legis,eas dici alijs,qui contradicant non exiſtentibus,ex plurium voto,quos refert in conſil.2 .in fine lib.1. Franciſc. Becc. qui videatur aſſeuerat, & hanc communem Triuiſan.deciſ. .num.6.lib.1. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

15 Et ſimiliter quæſtionis,nunquid Papæ, cum clauſula recuſatione remota, cõmittere cauſam, pm ttatur, ſicut ei cũ clauſula appellatione remota,licere iuxta tex.non ſit dubiũ in l.1.§. fin. ff.à quibus appell.non licet,& l.1.§. Interdum, vbi Bartolum cæteroſque omnes iuris interpretes,hoc tenere, eundemque. Bar.in l.ſi.col.1.C. de ſent.Speculatorem in tit.de appellat.§ in quibus,& Decium in c.paſtoralis num.10. eod. tit.de appellat.in deciſ. 9.lib.1.num.2. Nouiſſime Viuius affirmat, illaq; ratione Papæ ſtud non licere,quia de iure naturali, iudicis recuſatio,vt paulo notatum extitit,ac defenſio, ab eodem naturali iure procedens eſſe cenſetur,quã nullatenus excludere Principem poſſe,in c. ad hæc,de reſcript, poſt gloſ. ibi quam eſſe explicat ſingularem in dicto c.cum inter de except. Panormit.notat Gemin.in c.iudex ab Apoſtolica,de off.deleg.in 6.& Franch. in dicto.c. poſtremo,nu.3.de appellat. quem , inſpicias idq; per decem fundamen a, in loco ſupracit. quæſtio.4. Barbat.p.r totum affirmat.cauſam præfata cum lauſula, recuſatione remota,neque Cardinali à latere legato,per Papam, quamuis de poteſtatis plenitudine,hoc faceret, comm t ti poſſe concludens Rip. ſequitur in dicto c. 1.num.9.de reſcrip.vbi latè, & inel. in commentar.l.2.C.de reſcind. vendit. in prima par. rubr.cap.2.num.2 .verſic.ſic verius puto , ſed contra Abbatem & alios, Cardinali, & alteri perſonæ ſuſpectæ,cauſam præfata cum clauſula,r cuſatione remota, committere Papam poſſe,in dicto.c.cum inter,num.12.verſ. finaliter tamen.Decius tenet,& in conſ.74.nume. in fine, quo loci communem hanc eſſe firmat, ſcribentium opinionem neque ab ea eſſe in iudicando recedendum , in communium opin. tract. Gabr.lib.2.concl.vlt.num. .ſequitur, in tit.de iudic.Caball. Milleloq.863.num.1.Gail. in ſuis practic.obſeruat.obſeruat. 31.nu.4.5.& 6.quẽ, plene de hoc,loquentẽ,inſpectũ facias, lib.1.& in præfato.c.cũ inter. Fely. ſupra iterũ citatus, num. 9. quo loci de iure na urali nullatenus recuſationem cenſeri , ſed in naturali tantum ratione fundatam eam exiſtere multis comprobat rationibus.Felyni tamen d clarationi Baldi verba,in l.ſi non ſpeciali,num.8.in fine. C.de teſtam.contradicere videntur, & repugnare,dum etſi ſupremam Principis eo loci eſſe f. teatur authoritatem,naturalem tamẽ rationem , illius authoritate mutari neutiquã poſſe ex rex.aſſerit in l.2.ff.de vſufr.eorum ret, quæ vſu conſumuntur neque , aduerſus ea diſpẽſare Princpi licere quæ naturali in ratione fundata eſſe ,iſtint eodem ex Baldo in l.bonorũ num.85.C.de conſeſſ. & ex Iaſone, in l. reſcripta,num.11.C.de precib. Imper.offer. vulgatã hanc,& communiter receptam in deciſ.87.nu. c. Teſſaur, eſſe ait ſcribentium opin qua propter an præfata ratione per Felyn.adducta,tuta communis opinio remaneat , alij iudicent.

16 S mpliciter enim,& abſolute,& quod magis eſt ſine c uſa,recuſationem excludere Summo Pont.licere ineodem ca.cum inter nu. 13.Decius iterum affirmat illo caſu in num. præced. ante fin.quando,ſcilicet, ob manif ſtam inimicitiam,ſuſpectus iudex eſſet, Abbatis opinionem ſaluari,& procedere poſſe declarans,ac iu r bus circa ió,& rationibus relatis iudici,qui litigatoris ſit inimicus cauſam nullatenus recuſatione remo a,per Papam committi poſſe , & ibi,& in præfato conſ.174.nume.3. poſt princ. concludens.

17 Quibus attentis,nec Ioannem Bapt. Veillalab.in communium opinionum.tract lit.p.nume.21.neque alios ab Ancharano Regienſi in quæſt.famil.43.nu.12.par.1. relatos Papæ poteſtatem ad illum tantum caſum bene reſtrinxiſſe app ret,quando ſcilicet cauſam de poteſtatis plenitudine Summus Pont.comm tteret quo ſolum caſu recuſationis ex ceptionẽ ex cludere licere aſſeuerant, lias ſecus p æfatam commun communem opin. indiſtincte procedere vltra prænotata,in addit.ad Abbatem,in dicto c.ad hæc lit.e.in fine, Zaccar. poſt Decium aduertit ratioque in dicto c.cum inter, num. 12, ante fi .per Decium relata, ſiue poteſtatis plenitudine Summus Pont.vtatur,ſiue non vniformis vtique ſemper exiſtit, idque Põtifici Max. facere licere , quia etſi recuſationis exceptio , auferatur,non tamen abſolute, defenſionẽ excludi,

cludi, manifeſtà ratione comprobari exponit, ex textu enim rationem hanc, continente, in l.1.in fine,ff.apud eum à quo appellatur &c.ab iniqua illius iudicis ſententia, qui recuſari nequiuit appellationis ſupereſſe remedium demonſtratur, vtque in hac pariter ratione dictũ hoc fundantem in præfato.c.poſtremo,num 5. Franchum inuenies, illudque præfatis conuenit,quia etſi cuncta Summum Pontificem poſſe neminem lateat, hac tamen poteſtatis plenitudine vti eum velle nullatenus eſt credẽdum, ac in dubio nunquam hac poteſtatis plenitudine vti Principem velle,niſi quatenus expreſſe, ac ex literarum tenore de hoc appareat,ex Innocentio in c.innotuit de elect.& alijs pluribus in dicto tract.de nullit.præſato tit an quælibet ſententia num. 20.& ſeq. Vantius,qui videatur, aſſerit, ac tyrannidem potius hanc poteſtatis plenitudinem dic, nullamque abſolutam in Principe poteſtatem reperiri, in lib.3.variar.reſol.cap.6.num 8 Couar.enarrat,quod in deciſ. 91. nouiſsimè Teſſaur. ſequitur & in præfato cõment.l.2.C.de reſcind.vendit in prima parte rubr.cap.2. pleniſsime Pinell per totum, & ſignanter nu.24.& 25. quem circa priuatorum ius tollendum,de Principis poteſtate abundanter differentem, inſpectum omnino facias & in ſupracit.conſ.241.Crauettam,nu.20. poſt princip.& hoc quidem tempore vae fęlici ſanctiſſimum videmus, & clementiſsimum D. noſtrũ Clementem Papam Octauum, tali non vti poteſtate ſed iuxta tex.in c.quod ſ. ore in princ. de priuileg. rectiſſima ſemper ſententia quæ nulli contra iuſtitiam pateat ius ſuum, nulla perſonarum acceptione habita vnicuique tribuere. cuius feliciſsimos greſſus,ac ſoſpitem incolumenque vitam, Deus Opt. Max.pro Catholicæ Eccleſiæ, Chriſtianæque Reipublicæ regimine, diu feliciterque cuſtodiat.

18 Et quatenus, nec iudici ſuſpecto recuſatione remota cauſam committere Papam poſſe,quãdo in eadem ſuſpicione ipſe Papa deprehenditur in dicto conſ. 174.nu.3. ante finem Decius limitat ei aſſentiri nullatenus poſſim, hoc etenim colore, huiuſmodi ſuſpicionis, conſideratione habita, ſuſpectus certo modo ipſemet Papa allegaretur, quod nullo modo licere ſupra clare demonſtrauimus.

19 Illudque circa prędicta, eſt nihilominus omnino notandum, quod vbi ſimpliciter per Papam,ac ſine dicta clauſula, recuſatione remota etiam notorie ſuſpecto commiſsio fieret, recuſationem ipſam nullatenus excludi, in præſato c.ad hæc verbo,ſuſpectus, gloſa tenet, Franch. in d.c.poſtremo,num.4.de appellat. quem videas,& in rubr.eod.tit.num.27.in prin. & poſt tex.in c. accedens il primo vt lit. non conteſta. eodem loci Panormitanum iſtud itidem notãtem,quod etiam vbi Motu proprio, per Papã, vel ex certa ſcientia,commiſsio fieret, præfata procedere in c.cum olim, il 2.in fine de off. deleg.idem Panorm.concludit, & Felyn. in dicto c.cum inter,nu.8. ver. ſi tamen ſimpliciter, vbi etiam quod delegati perſonam valde Papa cõmendat,per gloſ.pen.hoc ampliat in ca.valde. 94.diſtinc. in genere item,recuſatione remota friuolam tantum remotam recuſationem intelligi in dicto c.poſtremo,num.5.Franch.ſimiliter affirmat,immo ob importunitatem, tales literas recuſationis exceptionem excludentes ac contra Principis voluntatem emanatas, pręſumi ex textu in l.1.C.de petit.bonor.ſublata, lib.10.& ex Iaſone,in conſ.84.lib.1.in Milleloq. 863.nu.2.Caball. ſupra proximè relatus, atteſtatur, ac in ſpecie ſuſpicionis cauſam,vbi ſuſpicio remouetur,vt illa opponi nequeat,exprimẽdam eſſe,in dicto ca.cum inter,numé.8.Felyn. quem eo loci per totum videas affirmat, & Franch.in dicto c.poſtremo,num.5.verſi. ſi tamen,de appellat.& in ſupracit.rubr.nume.27. eodem titu.

20 Cum clauſula item, appellatione remota, cauſa commiſſa, & ſi appellationem, & recuſationem,æquiparari ſæpe ſæpius diximus, nõ propterea recuſatione etiam remota commiſſam cauſam cenſeri, in dicto c.poſtremo, num. 2.cum ſeq.de appellat.Franch.aſſerit a Lancel. Corrado in tract.de off.prætor.§.2.in capit.de except.ſub nu 7.relatus, verſ.ſecundo amplia, Lancellot.in tract.de attẽtat.citat, & ſequitur. 2.par.cap.6.de atten. poſt recuſat.iudic.num. 32.in princ.& hanc in l.fina.ante nume.8.C.de ſentent.& interlocut.omn iudic.veriorem. Salic.eſſe ait,ſcribentium opin eandemque communem,in conſ.134. nume 9.lib 2.Gratus appellat,quos & alios ad primam Lapi allegationem in addit.verbo appellatio lit.b. Mandos. citat,& in dicto cap.6. Lancellot.nu. 33.vbi iuxta ſupra notata; ſi ſuſpicione remota cauſa commiſſa ſit, non vt paulo ante notauimus de omni ſuſpicione,ſed de friuola tantum intelligi d clarat.

21 Prædictaque etiam quod verbis omnem ſuſpicionẽ cõprehendentibus,omni puta,& quacũque recuſatione remota,Summus Pont. vteretur,ampliari poſſe videntur,ſicut per clauſulam à ſimili, omni exceptione remota, excluſæ rationabiles exceptiones non cenſentur ca. ex parte il 2.& ibi gloſa, in verbo,nullę, de off.deleg.quam niſi aliter de expreſſa Papæ voluntate conſtaret declarantem videas,ac ex inimicitia aliave ſimili cauſa ſuſpicione reſultante, recuſationis exceptionem tali caſu per verba quantumuis generalia, neutiquam ſublatam cenſeri,cum Papã,in generali ſermone,ne recuſari inimicus poſsit, de quo omne malum lex præſumit, comprehendere voluiſſe veriſimile non ſit,ex tex.in l.1.colligitur.§. præterea, vbi Doctores omnes,& præſertim Marſil.ff.de quæſtio.iuncta l.inimicitiæ, & l.ex parte, ff.de his,

quæ

quæ vt indign. noniſsime, ad id per Viuinm alıorum memorem in deciſ. 282. relatus, lib. 2. Venaſran. in conſ. 51. ſequitur, col. 3. verſ modo dominus, & Fabius Monteleon in arbitrali praxi par. 21. fol. 71. num. 16. ante fin. ac inimicos, & odioſos, in generali ſermone neutiquam comprehendi, in conſ. 11. nume. 37. cum ſeqq. lib. 2. Barbat. tenet, cuius in deciſ. 233. num. 3. lib. ſecundo idem Viuius recordatur hoc modo Regiam audientiam Apuliç, in anno. 1583. declaraſſe, charitans ac per eundē Barbat. notata conueniunt, in dicta 4. par. princ. num. 10, circa fin. & quamuis in dicto c. poſtremo, num. 5. & in rubric. eodem tit. de appellat. num. 27. diſſentire Franch. à præfatis videatur quamcunque recuſationis exceptionem, præfata clauſula attentas, ſublatam cenſeri, dicens, cuius iterum paulo ante mem inimus nume. 20. in fine, attamen ex inimicitiæ capite ſuſpicione reſultante à præfatis maxime quia in dicto c. ex parte, vbi modo quo ſupra gloſa diſtinguit ſic Franchus fundat, nullatenus eſſe exiſtimo recedendum, ex cauſa vero omnem recuſationem, omnemque ſuſpicionis ſpeciem excludere Principē poſſe, alias ſecus, cum Francho iſtud vbi ſupra aſſerente, indubitate ſentio.

22 Illudque circa prænotata eſt pariter aduertendum, quod licet in ſæpius citato c. ſuper eo, il 2. num. 10 in fine, de appellat. appellationis remotionem in reſcripto contentam, recuſationem pariter iuris ciuilis diſpoſitione attenta comprehendere Panormitanus exiſtimet, attamen Franch. ibidem num 18. quem Decius eo pariter loci num. 15. citat, & ſequitur contrariū per tex. tenendum eſſe ait in l. fin. C. de ſentent. vbi appellatione ante ſententiam prohibita, recuſationem denegari, ipſamque interponere licere, textus aſſerit, ac Baldo, & Angelo in eadem l. fi. hoc ſectantibus relatis, gloſam ibi cōtrarium aſſerentem non bene ſentire concludit, & in dicto c. poſtremo, num. 2. verſ. conclude ergo, idem Franch. per tex. hoc ſectatur in l. ſi domus ff. de ſeruit. Vrban. præd. ad vnius iuris remotionem neutiquam alterius iuris exclusionem, reſurgere notātem, ac ex eo opinionem hanc Panormitano contrariam ſequendā eſſe conſtat, nam inter ciuile ius, & canonicum non eſſe in dubio differentiam inducendam in c. 1. tex probat, extra de nou. oper. nunciat. in c. cum expediat, & ibi notata, de elect. in 6. & in l. 1. C. de inoffi. donat. pleno Blanc. in tracta. de compromiſsis, quæſt. 9. nu. 52. verſ. licet diſputatiue crederem fol. 629. in princ. Alexā. in l. ſi cum dotem, in prin. nu. 11. in fine ff. ſoluto matrimo. & in tract. de attentat. Lancellot. 2. par. cap. 19 de attent. reſtitut. in integrum pend. numero 5. fol. 377. qua propter tam de iure ciuili, quam canonico cauſa appellatione remota, commiſſa nullo modo eam recuſatione remota commiſſam cenſeri, veriſsimū eſſe cōcludo.

23 Et quamuis anthoritatis eximię Cardinales vt diximus cenſeri ignoret nemo, eoſque præfecto prætorio, vbi in Romana Curia præſentes exiſtunt ad æquari, ex gloſa conſtet, in l. vnica in verbo iudicaturus ff. de off. præf. prætor. quam communiter à ſcribentibus in ſupracit. de nullit. tract. in tit. an quælibet ſententia &c. num. 5 in princ. approbatum Vanr. teſtatur, eodem loci, ex textu, in cap. 2. de off. deleg. ex ibi notatis, Cardinales ipſos à Romana Curia abſentes proconſulibus æquiparans eoſque Regibus comparari in conſ. 124. vol. 4. Alex. aſſeuerat, & in tract. de pręſtāt. Cardin. late Barbatia eoſdemque Senatoribus æquari, in deciſio. 14. Capyc. aſſerit, cuius opinionem, & aliorum hoc tenentium, Grauat. ad Veſtr. lib. 1. cap. 1. num. 8. eſſe affirmat probabiliorem, & de ipſorum laudibus, & dignitate, quamplura in addit. ad tract. Mattheſ. de ſucceſſ. ab inteſtato tertio artic. princ. num. 48. Ludo. Bologn. tradit, ac ſupremam poſt Pontificatum Cardinalis eſſe dignitatem Hoſtienſ. Ioann. Andr. & alij, in c. dilectus, de præbend. clare ſentiunt. Neque ſine Cardinalium conſenſu ardua facere Papā poſſe eoſque iuxta gloſam in c. ad apoſtolicæ, de re iud. in 6. communiter approbatam in hac quaſi poſſeſsione, exiſtere & reperiri in deciſ. 289. num. 15. Afflict. quem inſpicias enarrat, quod de iure non procedere notandū eſt; iuris enim diſpoſitione attenta, liberam abſque ſynodo habere Papam poteſtatem communem itē eſſe ſcribentium opinionem, noua addit. ad Felyn. in c. fin. nu. 4. in verbo Cardinalium de off. deleg affirmat poſt eundem Felyn. iſtud ad partes in rubr. de conſtitu. diſputantem eandēque magis commun. gloſ. inquit pragmaticæ ſanct. in tit de authorit. general. Conci. c. frequens. §. quem terminum, verbo conſilio per totum fol. 39. Quæ vtique contra Cardinalatum, dignitatem non eſſe, ſed ſimplex officium aſſerentes ex Felyno in rubr. de offic. deleg. & alijs, Cardin. Alban. in Lucubrat. ad Bar. in l. 1. ff. quod quiſque iuris eſſe admonet notanda, ac proconſulum Cardinales à lat. Legatos munus, vt diximus gerere tantamque eos habere iuriſdictionem, quantā Patriarchæ habēt, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterique omnes in Prouincia eis cōmiſſa imò omnibus maiorē in loco proxime citato quæſt 5. nu. 18. in prin. Barbat. tenet, & plenè circa id Roman. in dicto conſ. 498. omnino videndus, & in ſermone cuius ſupra iterū meminimus, ſediſque apoſtolicæ legato in prouincia, vt dicitur eſt ſibi cōmiſſa, obediendū honoremque ei, tanquā Papæ præſtandū, & adhibendū eſſe notab. eſt tex. in c. ſi Abbatē, de elect. in 6. in c. fin text. conuenit. 93. diſtin. & in c. cū parati Franch. ſequitur, nu. 5. de appellat. imò cūcta, quæ legatus facit ab ipſo Papa facta cenſeri, poſt text. in cap. ſi qui §. primo de præbend. in 6. in conſil. 177. Crauett. inquit num. 5. poſt princ.

princ.& Deciſio Rotæ Auenion.120.nu. ſexto, vbi notab.

25 Non propterea Card nales, etiam de latere legatos cauſam cum clauſula appellatione ſeu recuſatione remota decidere ſeu alteri cõmittere decidendam poſſe ex textu liquet in l. nequicquam.§.ſi.& ibi Baldus ff. de off. proconſ. & leg.quod ex Barbatia eo caſu in dicta quæſt. 5.num.13. poſt princ. & ex Francho in dicto c. paſtoralis nu.16.de appellat. niſi talem eis ſummus Pont.facultatem in ſpecie cõceſsiſſet limitatur, ac ei indiſtincte, qui Principe ſit inferior nullatenus præfatis cum clauſulis, cauſam alteri decidendam committere licere communem Sigiſmund.Loffred.in conſ.20 num.11.eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, idem in titu.de legato Speculat.tenet.§. nunc oſtendendum verſ.14.gloſa magna in fine in c. quod tranſlationem de off.leg.in rubr.de appellat. Franch. num 23. Viuius in præfata deciſ.69. in princip. alios ſimiliter de communi teſtantes referens Anchar.Regiens.in dicta quæſt.40.num. 13. & 14.& Decius in dicto c. paſtoralis nume.2.quo loci quis clauſulam hãc apponere in reſcriptis, poſsit egregie declarat, quorum aliorũque in ſupracit de attentat.tract.2.par Lancellot. meminit,cap.12.de attentat.appellat.pend. limit. 8.num.17.& 18.fol.239.cauſaſque de latere legatos, appellatione ſeu recuſatione remota, ſubdelegare neutiquam poſſe, etiam quod eis cauſas, dictis cum clauſulis Summus Pontif. commiſiſſet, in loco ſupra proxime relato, idẽ Barbat.concludit, cæteriſque circa id hac cum clauſula, appellatione remota Papæ delegatis, Cardinales etiam de latere legatos æquiparari, nec in aliquo circa facultatem hãc ab illis eos differre ſcire conuenit, quicunque enim, ſit Papæ delegatus, etſi ei iuxta textum, in dicto.c.ſuper quæſtionum.de off.deleg.ſubdelegare liceat,& iuxta gloſ.in l.fi C.qui pro ſua iuriſdict.quam, Caſtrenſ ibi communiter eſſe inquit à ſcribentibus approbatam, à Vantio aliorum memore, in tract.de nullit.relatus, in tit. de nullit. & defect.iuriſd.deleg.num. 26.fol.130. hanc tamen facultatem in ſubdelegatum ei transferre, nullatenus licere, in eodem c.ſuper quæſtionum,§. ſi vero in 1.2.& 3.notab. Panorm. aſſeuerat, & poſt Franc.in dicto.c. paſtoralis num.10.cum ſeqq quem notab.declarantem videas, in conſ. 219.num.4.5 & 6. Ioannes Bapt. Ferretus quẽ inſpectum pariter facias plene diſcurrit,& not.

25 Textum item circa prædicta, nota ſingularem in c.paſtoralis,§.cum autem, & gloſam ibi in verbo, appellatione, eodem tit.de offic.delegar.in illius odium, qui iudicis abſentiã, vt negotij expeditio prorogaretur, procurauit, appellatione remota, delegato committere cauſam licere diſponentem, quem & gloſam prædictam notab.declarantem, ac eo loci ſcribentes inſpectos facere, non prætereas.

26 Nullamque commiſsionem, contra iura gato facere licere ſcribentes in dicto c.t.num. 16. circa fi.de reſcript. per Rip. relati generaliter cõcludunt, & Gem. in conſ.68 lib. neque ſecundum Alex. in conſ.107.lib.3. cum clauſula appellatione remota, delegare neque clauſula, vti, non obſtante, vt per Ruyn. in conſ.130.num. 11.lib.5. nec clauſulis illis ſtatum, & mentis cauſæ, pro expreſsis habentes vt in tract. Commiſſion. per Mand. commiſ.8. in fin. ſed nec ius iuris ordine non ſeruato, in cauſa quod procedatur iubere vt gloſ. eſt in c. fina. de ſententia in 6. Franc. ſequitur in ſupracit. c. poſtremo num. 5. de appellat. plene Guido Pap. in deciſ.198. & additiones ibi quas inſpicias,& in dicto tract. de nullit. Vantium, in præfato tit. an, quælibet ſententia num. poſt prima alias plures referentẽ, quem inſpectum ſimiliter facere nõ prætereas, & Gabrielem in tracta. communium concluſ. lib.6. in tit. de clauſulis, concluſ. de communi, in princ. teſtantem, quod niſi vrgẽs, & neceſſaria cauſa concurrerit, omittatur, quo caſu ordine iuris prætermiſſo, ei procedere licere, ac alteri pariter quod ſine iuris ſolemnitate procedat, delegare in ſupracit. tract. de Cardin. legat. à lat. quinta quæſt. prin num. ſed pone & num. in princ. Barbat. concludit prædicta nidoq. conſueto ſtylo procedere, eſt notandum de ſtylo enim. Cardinali de latere legato cauſas ſummarie decidendas committere, decernens ſummarie poteſt, vt per num.6 ff. de legat. 2. l. ſi inquit. & Bauar. in prin. Rom. curiæ ad Vpſilũ relatus, lib. cap. num. 10. & 16 quẽ, & Papazonum in addit. ad. Rotæ deciſion. de reſcript. in nouiſ. num. alios referentem inſpicere non omittas, ac pro pleniori iſtorum intelligentia in dicta l. nemo poteſt, à num. vſque ad numerum 18 ff. de legat. Ripam omnino diligenter inſpectum, & accuratè facias, & vbi ſupra Gabrielem plene differentem quem in 1. 2. & 3. concluſione dicti tituli, de clauſulis dictarum clauſularum cognitos effectus habeas inſpicere non deſinas.

27 Illudque ſimiliter eſt circa prædicta notandum quod quamuis Cardinalis etiam de latere legatus quando cauſa ei ſpecialiter recuſatione remota à Papa commiſſa non fuit recuſari poſsit, ſtante tamẽ dicta clauſula, nõ friuolã ſolũ, ſed aliam quamlibet ſuſpicionẽ vt aliquid vltra regulam dignitas perſonæ Cardinalis, & excellentia, cui tali modo cauſa committitur, operetur ſublatam cenſeri, rationabiliter dicere poſſumus, regulariter enim Cardinales plus alijs priuilegiatos cenſeri ex textu apparet in c.officijs, de off. leg. in 6. ac in generali locutione, niſi exprimantur, nullatenus Cardinales includi ex tex. conſtat in c.1. de Sciſmat. eo. lib.6. ibi etiã ſi foret Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis. quo loci hoc poſt numerum 3. Franch. notat plene Roman. in dicto conſ.458. in prin.

&ibi

&ibi Mandoſ.in addit.lit.c.verbo Cardinales,
& D.Vincenr.de Franch.deciſ.107. num.6.lib.
1.& ferè in terminis, quãuis ſæpius citata clau-
ſula appellatione remota ininſtam tantum, &
friuolam, ac ab interlocntoria appellationem
tollere non autem à diffinitiua; quæ iuſta ſem-
per dicitur poſt Vitalem, in tract. clauſularum
in clauſul.nil nouari, nume.21.in quæſt.famil.
52.nu 6 & ſeq Berous aſſerat, cauſa tamẽ Car-
dinali,cum dicta clauſula,appellatione remota
commiſſa ab eius ſententia appellari nullo mo-
do poſſe ex Baldo in l.1.ante fin. ff.de off. præf.
prætor.ex mile in repert.veibo appellari nõ po
teſt à ſententia lata per Cardinalem, Afflicto in
rubr.quæ ſint regalia nu. 44. Gomeſio in com-
pendio vtriuſque ſignaturæ nu.49.& alijs, Man
doſ.ad Roman;in conſ.211;in addit.lit.c.ſecta-
tur circa finem, tantamqne Cardinalis eſſe di-
gnitatem,vt cauſæ ſemel Cardinalibus cõmiſſę
inferioribus iudicibus nunquam committan-
tur in Deciſ.Rotæ 3.habetur de appellat.in no
uis,qnod in præfato Attentatorum tractãtu 2.
par.nouiſsime Lancellott.aſſerit cap.20.de at-
tentat. poſt inhibitionem in præfato num.59.
fol.398.vbi nume.51.cum ſequentibus,ſi cauſa
Cardinali, quæ coram alio Cardinale verteba-
tur committeretur, Cardinales ſibi inuicẽ non
inhibere, ſed ob reuerentiam inſinuare ſolum
commiſsionem aſſerit,commiſsionemque Car
dinali factam propter ſupremam illius præe-
minentiam,& dignitatem,quæ poſt Papatum,
quanis alia ve diximus eſt maior ampliſsimam
cenſeri in c.dilectus ibi. col.2. verſ. hoc tamen
hodie,de præbend Hoſtienſ.tenet,quem eo lo-
ci ſcribentes communiter ſequi, alirer Man-
doſ.aliorum memor in addit.ad Lapi allegatiõ
nem 60.lit. R. verbo aliam poteſtatem, quam
videas affirmat,etſi præfata regulariter nõ pro
cedere, ac recuſatione in reſcripto ſublata fri-
uolam tantum excluſam cenſeri ſuſpicionem,
panlo ante notatam fecimus, ſed vbi ob mani-
feſtam inimicitiam, aliamve ſimilem ob cau-
ſam ſuſpectus Cardinalis diceretur, clauſulam
hanc Abbatis opinione attenta, ſupra num.16.
& ſeq.in fine relata, neque quoad Cardinalem
ipſum operari eſſe exiſtimo veriſsimũ, & in di-
cto.c.cum inter num 8.verſic.tandem poſt plu-
rima, per Felyn. notata conueniunt, quem
inſpicias.

28 Prædictaque omnia perſonis tantum inſpe-
ctis,in reſcripto comprehenſis procedere notã
dum eſt, ſecus vero in tertij præiudicium,clau-
ſulam enim hanc,& verba recuſatione remota
nihil in aliorum præiudicium operari in tract.
de arbitrar.iudic.quæſt.9.num.11.cum ſeq.vſ-
que ad finem, Menoch.tenet,clauſulamq; huic
non abſimilem, appellatione ſcilicer remota,
etiã quoad partes ipſas, quominus ſemper ex
iuxta cauſa appellare poſsint nihil operari,ſed
tenere ſolum quoad iudicem,ne deferre appel
lationi teneatur, Cæpolla in caut. 80.col.fi.re-
lato,Francho in dicto,c.paſtoralis,col.2.de ap-
pell.Beroio,in c.1.col 1.de reſcript.& alijs ma-
gis communem Contard.in tract.de moment.
poſſeſſ.quæſt.16.nu.6.eſſe affirmar ſcribentium
opin.quod cum declarationibus ab eodem Be
roio,in ſupra relata quæſtio 52.num.6. & 7. de.
ſcriptis intelligendum venit,iuſtamque appel-
landi cauſam,ex textu in c.poſtremo,de appel-
lat.illam in hoc caſu dici,vbi conſanguinitatis
recuſationem admittete iudex nollet, idem ex
textu in c.ex parte eod.ritu. ſi partes ad locum
non tutum iudex citet,item vbi coram delega-
to,qui ſuſpectus ſit,partes ad litigandum coge
ret dicto c.ſuper quęſtionum, in fine de off.de-
leg.gloſa,in dicto c.paſtoralis, verbo expreſſe,
poſt principium, alias pariter explicans cauſas
quam uideas, aſſeuerat,prædictamque clauſu-
lam appellatione remota reſpectu ſolum in re-
ſcripto comprehenſorum,non autem rertij re-
ſpectu in reſcripto non comprehenſi ſuas vires
extendere ex Lapo, in alleg.122. & ibi Mandoſ.
in addit.lit.g.alios cumulante, & ex Peregrino
deciſ.3.lib.2.in pręfata deciſ.69.num.6.Viuius
aſſerit,& num.7.vbi ex Bartolo in dicta l.1.§.ſi.
num.4.ff.quibus appell.non licet pręfata clau-
ſula appellatione remota non obſtante à ſentẽ
tia contra alium lata, tertio pro ſuo intereſſe,
appellare licere, clare fatetur, idque ſcribentes
omnes,in cap.ſuper eo,de off.deleg.eoque loci
Decio præcipue,nume.27.tenere ſubdit, ean-
demque in practicarum quæſt.tractatu cap.15.
num.4.ver.quarto ſi adamuſsim, fol.231.com
munem Couarr. eſſe ſcribentium opinionem
atteſtatur,cuius aliorumque plurium, in dicto
tract.de attent.2. par.cap. 12. de attentat. ap-
pellat.pend.num.47.fol.261.Lancellot memi-
nit,ac contra tertium regulariter priuilegia,&
reſcripta quæcunque etiam ex certa ſcientia,
ac proprio Principis motu conceſſa nullatenus
operari,in præfata quęſt.9. Menoch.&in tract.
adipiſ.poſſ.remed.4.nu.845. cum ſeqq. quem
videas affirmat.

29 Clauſulamque hanc, ſuſpenſiuum appella-
tionis effectum,regulariter loquẽdo tollere,ac
appellatione non obſtante,executioni deman-
dare ſentẽtiam licere in c.bonæ de appellat. &
in dicta c.paſtoralis,§.præterea de off.delegat.
ſcribentes tradunt,& Franch. præſertim in di-
cto c.bonæ,num.36.tenet hoc Lancellot.in ſu-
prac t.attent.tractatu 2.par.c.12 de attent.ap-
pellat.pend dicta limit.8.nu. 1.in princ.& in di
cto c.paſtoralis, ſcribentes omnes hoc tenere,
in ſupradicta deciſ.69.num.3.& 4 aliorum me
mor,Viuius quem certo modo diſtinguentem
videas aſſeuerat, immo in dicto nu. 2.Lancel-
lot.ver.regula circa fin.quem inſpectum ſimi-
litet facias, tam ſuſpenſiuum, quam deuolnti-
uum appellationis effectum, omneſq; alios ef-
fectus de appellatione proficiſcentes, clauſulã
hanc

hanc excludere, & poſt Portium Imolenſ. in conſ. 59. num. 2. lib. 2. & in conſ. 126. nu. 2. lib. 4. eo loci ab ipſo relatum, ita in Sacro Rotæ auditorio in vna Romana de Matth. coram Robuſterio. 31. Iunij. 1567. deciſum fuiſſe concludit.

30 Quod ſententia apertè iniqua exiſtente nõ procedere in eadem limit. 8. num. 31. Lãcellott. limitat, immo quoad vtrumque effectum, tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum appellare tali caſu licere ex A. Auguſtino, in deciſio. 48. incip. Aquenſis, eandem Rotam in vna Regienſi, coram Aquenſi, tenuiſſe aſſerit, & ex Dec. in conſ. 43. num. 2. in fine, in dicta quæſt. 16. Contard. num. 7. cum ſeqq. ex Ruyno in conſil. 81. num. 1. lib. 5. & alijs aſtringi iudicem ad appellationi deferendum aſſeuerat, ac Boſſio in tit. de Principe num. 377. relato quoad vtrumque effectum appellationem ipſam tali caſu operari, & ex Felyno in c. ſignificauerũt, nu. 12. de except. etiam clauſula exiſtente omni appellatione remota, qũin caſibus à iure expreſsis appellare liceat neutiquam obeſſe inquit, idemque, in præſata quæſt. famil. 52. nu. 6. & ſeq. Betoius omnino videndus aſſerit, ac nihil dictam clauſulam, vbicunque notorie quis grauatur operari ex Decio in præfato conſ. 49. nu. 2. & ex Caputaquenſe in deciſ. 31. lib. 1. nec nullitatem ipſius virtute, neque appellationem remotam cẽſeri, notorie vbicunque, & euidenter nullã, vel iniuſtam eſſe ſententiam conſtaret, & ita cunctos iuris interpretes, & maxime Felynum in c. inter cæteras, de re iudic. concludere, in præfata deciſ. 69. nu. 9. Viuius exponit, quem & Contardum, in præfato trac. de moment. poſſeſ. nona, & decima limit. diſertè, & latiſsime pariter loquentem, inſpectos facere non omittas. ac in literis executorialibus nullatenus dictam clauſulam, niſi cum cauſæ cognitione apponi notatum facere velis, ipſaque in literis, quæ per contradictas expediuntur appoſita, & in alijs reſcriptis quæ ex certa ſcientia non conceduntur nihil de cõſuetudine operari, in deciſ. 328. lib. 2. Puteus, quem inſpicias enarrat, ac in monitionem quandam eam potius ſonare, ac fruſtratoriæ ſolum, vt appellationi neutiquam deferatur quam iuri, quod communi in aliquo deroget, in ſupracit. limit. 8. num. 38. & 39. fol. 261. Lancellot. quem videas affirmat, & Viuiũ, in prænotata deciſ. 69. numero quarto alios, citantem.

31 Dictaque clauſula in reſcripto inferioris à Papa vel Imperatore appoſita nullo modo tam de iure ciuili, quam canonico, niſi ab interlocutoria, & in caſu ſolum quo eſſet friuola appellationis remotionem operari in deciſ. 463. Balbus tenet, necnon in l. fin. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. ſcribentes omnes concorditer hoc ſequi in præſata deciſ. 69. num. 14. Viuius aſſerit, quem in tota dicta deciſ. inſpectum facias, Vant. in tract. de nullit. in titu. quis poſsit dicere de nullit. num. 15. cum ſeqq. & Lancell. in dicta limit. octaua, maxime circa finem, ac vt omnes præfatę clauſulæ appellatione remota cognitos effectus habeas, omneſq; item declarationes, Bredetodium cunctos fere caſus, explicantem, ac cæteris de hoc ſcribentibus relatis plene diſcutientem in ſuo de appellat. tracta. par. 2. tit. 18. per totum col. 374. inſpicias, vſque ad col. 393.

32 Illudque nõ abſimiliter eſt notãdum, quod vbi appellatione remota in cauſa quod procedatur actor obtinuiſſet, quamuis ex Frãcho in præfato c. paſtoralis num. 6. de appellat. ex ſcribentibus in l. Papinianus. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. ex Magon. in deciſ. Luc. 52. quã per totum, & ſignanter in nu. 14. cum ſeqq. inſpicias, & ex D. Vincentio de Franch. in deciſ. 136. num. 5. appellatione ſimiliter remota, ac ſub eadem reſcripti forma actorem ipſum, vbi à reo reconueniretur conueniri debere cõſtet; quoddam, vbi proprio Principis motu conceſſum reſcriptum fuiſſet locum habeat, ad notata in addit. ad Abbatem, in ca. cum olim, lit. d. de cenſibus te confectas, illo tamen caſu, quo recuſatione remota, reſcriptum actor impetraſſet, an ſibi locum hoc vendicet, ſuperuacuũ eſt querere, & fruſtratorium, ex textu enim in l. nõ diſtinguemus §. cum quidam ff. de arbit. & in c. inſinuante, & gloſa, ibi de off. deleg ſiue adſit in reſcripto dicta clauſula, ſiue non adſit, iudicem quem ipſe actor impetrauit, niſi ex noua cauſa, aut veteri, de recenti cognita, recuſare non licere, clare probatur, & infra cap. 5. num. 22. notata videas temerariamque recuſationẽ hanc cenſeri, ipſamque contemnere iudici licere, in l. quia poterat ff. ad Trebell. ſcribentes notant, & alij in deciſ. 216. à Balbo relati.

33 Sed quia ad imparia actorem, & reum iudicandos nõ eſſe, neque illud quod reo nõ permittitur eſſe actori concedendũ vulgatus probat textus, in l. fi. C. de frut. & lit. expenſ. & in l. non debet, vbi ſcribẽt. ff. de reg. iur. Vergin. de Boccat. in tract. de liter. remiſſor. c. 8. nu. 12. in prin. Lancell. in tract. de attent. 2. par. capit. 20. de attentat poſt inhibit. limit. 29. nu. 5. & 6. fol. 414. & D. Vincent. de Franch. qui in dicta deciſ. 136 ſimiliter hoc aduertit, ſicut ſtante dicta clauſula recuſatione remota, friuolas vt ſupra notatum fuit ſuſpicionis cauſas, & exceptiones reus opponere prohibetur, ita & pariter ne melioris actor dictis regulis circumſcriptis conditionis exiſtat, neve ipſius reſpectu, ſine uirtute aliquid operandi aduerſus ea quæ in c. ſi Papa, de priuil. in ſexto tex. diſponit dicta clauſula remaneat, tunc ad nouam ſuſpicionis cãm ſeu de nouo ad notitiã deuẽtã hoc in caſu eſſe actorẽ admittendũ cõcludere conuenit, vbi ſuperueniens, quæ opponitur ſuſpicio grauis in ſimul eſſet, ſeu notabilis, alias ſecus actori etenim

regula-

regulariter iudicem, quem impetrauit, ſiue adſit in reſcripto clauſula hæc recuſatione remota, ſiue non adſit, recuſare neutiquam licere ſupra notauimus.

SVMMARIVM.

1 *Papa eſt ſupra Concilium, & vniuerſale Concilium, ſeu alius quiſpiam, de Papa quantumuis crimmoſo iudicare minime poteſt, & num. 2.*

2 *Papa ſecundum magis communem ſcribentium opin. Concilio etiam volens ſe ſubmittere nequit, ad quẽ*
3 *autem generalis Concilii congregatio ſpectet, & quando illud à Papa diſſolui poſsit numero ſeq. remiſsiuè.*

Ac nulli Papam ſe iudicandum ſubdere poſſe Communis eſt opinio.

Gloſæ, Papam ſe laico iudicandum ſubiicere poſſe affirmantes communiter reprobantur.

5 *Concilium rite & recte congregatum, diuinam habet habet authoritatem.*

6 *Vniuerſale Concilium recuſari nequit, duplici cum limitatione.*

Primo quando ſine Papæ authoritate congregatũ Concilium fuiſſet.

Secundo vbi recuſationem Summus Pontifex admitteret.

7 *A Concilio, quoties illi Papa immediate præeſt, appelpellari nequit.*

A Papæ ſententia, quoties Papa ad alterius relationem ſententiam profert appellare, quod liceat, magis communis ſcribentium opinio refertur.

Idem in cauſis iuriſdictionalibus.

Ac etiam per viam querelæ, adire Concilium licet.

8 *Quando Concilium per Papæ legatos expeditur, ad Papam, qui de Concilii factis iudicare, illaque corrigere poteſt appellatur, & num. ſeq.*

10 *Prouinciale Concilium, communi attenta opinione recuſare licet.*

Qualiterque libellus ſit tali caſu producendus num. ſeq. vbi ſi Conciliarii ne recuſationis exceptio ipſis exhibeatur, Concilii portas clauſerint, quid agere ſit neceſſe declaratur.

11 *Concilii capite, & Senatus ſuſpecto exiſtente, Concilium totum communi attenta opinione recuſare licet.*

Sindicatores omnes, officiali ſuſpecti cenſentur, ſucceſſore in officio, qui ipſorum eſt principalior, illi ſuſpecto exiſtente.

13 *Si Concilii caput, vel Senatus, ſuſpectum non exiſteret, ſed alii omnes parti ſuſpecti eſſent, integrum Concilium totumque Senatum recuſare licet ſiue alii coniudices ſint.*

Siue aſſeſſores, magis communi ſcribentium opinione attenta quod num. ſeq. declaratur.

Idem ſi maior pars ſuſpecta eſſet, quo ſimiliter caſu integrum Tribunal ſuſpectum redditur, & numero 17.

15 *Senatum ſiue Cõcilium allegare ſuſpectum licere, communis eſt opinio.*

Quod, quoties manifeſte de iuxta recuſationis cauſa conſtat, intelligitur præſumptione contra recuſantem, qui tot iudices per fraudem appellare ſuſpectos creditur, militante, & num. ſeq.

Doctores omnes vnius ciuitatis ſuſpectos allegare licet, magis communi ſcribentium opinionione attenta, vt in eodem num. 15. in fine.

Quod num. ſequent. declaratur & num. 21. vbi de iuramento à parte per iudicem exigendo, quod Doctores omnes malitioſè non recuſat, & alia circa id notabilia deducuntur.

18 *Collegium totum quando caput, ſiue Collegii principaliores ſuſpecti exiſterent, recuſare licet, & num. 20. vbi declaratur.*

Et prouinciæ Gubernatore ſuſpecto exiſtente omnes ſimiliter ipſius auditores, etiã quod ſuperior eos creaſſet, cum ſemper Gubernatori ſint ſuppoſiti ſuſpecti cenſentur, & num. 19.

22 *Totam ciuitatem, totumque Collegium, ſiue omnes de Collegio, ſtante iuxta cauſa quod recuſare liceat, explicatur.*

Almæ vrbis ſtatutum lib. 4. c. 12. declaratur.

A iure communi ſtatuta interpretationem recipere, communis refertur ſcribentium opinio.

Quod in ſtatutis etiam, & conſuetudine, contra diſpoſitionem procedere communi pariter voto, ſcribentes ſentiunt.

Contra Baldum aliter ſentientem, communiter reprobatum.

Quoties à Doctorum Collegio eſſet ſententia proferenda, & quis ipſorum aliquem ſuſpectum habet, recuſare illum poterit.

Quamuis alii proferre ſine illo ſententiam poſsint.

Et quando plures de Collegio ſuſpecti eſſent, vtrũ aliis iudicare liceat declaratur.

Caput Tertium.

1 QVamuis vtrum Concilium vniuerſalem repreſentans Eccleſiam iuriſdictionem ſupra Papam habeat, valde controuerſum fuiſſe, in tract. de Concil Iacobat. libro 10. explicet artic. 7. & in tract. de poteſt. Concil. Franc. Vict. 3. quæſt. in fine, vbi contrarias has concluſiones, quod Papa ſit ſupra Concilium, & quod Concilium ſit ſupra Papam diuerſis à Doctoribus pro communibus teneri aſſerit, vtramque opinionibus probabilem eſſe dicẽs; Papam tamen vti omnium ſupremum, omnimodam poteſtatem, poteſtatiſque plenitudinem, tam ſuper homines, & Eccleſias, quam ſupra generale Concilium habere, textus eſt in capitulo cuncta per mundum, 9. queſtio. 3. cum concord. in quæſt. famil. 136. columna ſecunda numero ſecundo per Beroum relatis, vbi multis pariter hoc comprobat rationibus, idemq; poſt Abbatem in capitulo dilectus, numero 10. de præbendis, poſt Caſsiadorum deciſ. ſecunda numero quarto eodem titulo, & poſt Pariſienſium in conſil. 68. numero 46. lib. 4. in tractatu de priuileg. Iuriſconſ. parte ſecunda priuil. 32. numero ſexto fol. 47. remiſsiue Iacob. Benius affirmat, & in conſilio ſecundo Grammat. nume. 22. cum ſeqq poſt deciſ. omnino videndus, ſacræ item ſcripturæ authoritate iſtud probari in conſil. 109. latiſsime per totum libro 1. Burſat. atteſtatur hoc eodem loci num. 13. in fine

poſt Romanum in cõſ. 123. quem plene de hoc loquentem videas, abſolute extra tamen caſus hæreſis, & ſciſmatis procedere explicãs, cui vtique reſtrictioni neutiquam aſſentior, cum Papam Cõciliorum caput, & Principem indiſtincte, iuxta in c. præced. notata, & ex proxime ſequentibus non eſſe ab alijs iudicandum clariſſime pateat, ipſaque rerum natura, & ordo, vt ouis in paſtorem, inferiora membra caput ſuũ, iuriſdictionem habeant minime patiatur.

2 Neque vniuerſale Concilium nec iudicem quempiam, de Papa quantumuis crimino ſo, iudicare poſſe, Gelaſius in Epiſtola ad epiſcopos Dardaniæ & Bonifacius Chriſti martir illa ratione fatentur, quia Papa cunctos iudicaturus, à nemine eſt iudicandus cap. nemo 9 diſtinct. & Grammat. dicto conſil. ſecundo nu. 38. & in Concilio aduerſus Symmacum conuocato à ſe primę Sedis epiſcopum iudicari minime poſſe, ſed ipſius cauſam, Dei iudicio reſeruari præſules omnes pronuntiaſſe tex. eſt in c. concilia 17. diſtinct. cuius aliorumque iſtud idem annuentium in tract. de cathol. inſtitut. tit 12. nume. 11. 12. & 13. Symanc. meminit, quo loci aliquorum votis, ac rationibus relatis, Papam, qui hæreticus ſit manifeſtus, ab vniuerſali Concilio puniri poſſe, denotantibus à Viuio in communium opinionum tractatu ſimilitet enarratis opin. 212. par. 2. num. 14. ex pia & erudita Pighij, & Oſij ſenẽtia Papam nullum hæreticum fuiſſe, neque eſſe in futurum poſſe illa aſſerit ratione, quia Chriſtus Redemptor noſter oratione ſua, ne fides Petri vnquam deficeret impetrauit, c. maiores in princ. de Baptiſmo, cuius prærogatione Summos Pontifices, Petri ſucceſſores participes factos eſſe indubitate fatetur, cumq; in diuerſas ſcribentes circa id ſententias abeant, clarum omnes fere refrẽtem in pr act crimin. videas, §. fin. quæſt. 95 verſ. videndum igitur, & ſeq. cum quo periculoſam hanc fateor quæſtionem, eamque Sanctæ Matris Eccleſiæ, ac Sanctiſsimi Domini Noſtri Papę, iudicio eſſe vt facio, remittendam.

3 Ac Concilio maiorem Summum exiſtere Pontificem, ita quod neque ſi velit Concilio ſe ſubmittere valeat magis communem Cardin. Alb. in Lucubrat. ad Bartolum in l. eſt receptũ in princ ff. de iuriſd. omn. ind. eſſe inquit ſcribẽtium opin. nec in dicto conſ 23. per Roman. in princ. notata repugnant Concilio, ſe quandoq; Põtifices ſubieciſſe aſſerẽtem, cum de facto id, non autem iure ſucceſsiſſe, in ſingul. 43. idem Roman. fateatur, ac errare ſe dum contrarium conſulendo affirmauit, aſſerere non erubuiſſe in loco proxime relato, idem Cardin. Alban. aſſeuerat & in l. dotem num 7. ff. de verbor. obligat. honeſt ite quadã, & humilitate ductos, ac vitæ ſuæ rationem Dei exẽplo reddituros Pontifices Concilio ſe ſubmiſiſſe aſſerens, quem inſpicias, ac nulli iudicandum ſe ſubdere Papam poſſe, in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. ſcribentes communiter aſſerere in c. nouit, notab. . de iudic. num 74. & 75. Nauarr atteſtatur gloſam c in Synodo, verbo apoſtolicam 93. diſtin. & gloſam in c. nemo 9. q. 3. & in procem. ſexti verbo ſeruus, Romano Põtifici alicui laico iudicandum ſe ſubijcere licere aſſerentes, & Decio eodem loci, damnari communiter aſſerit, & reprobari, attamẽ pro pleniori prędictorum cognitione Clarum in dicto §. fin. dicta quęſt. 35. in princ. plenè per quatuor columnas diſcutientem inſpectum omnino facias.

4 Neve in tactum penitus hoc tranſeat ad quẽ generalis Concilij congregatio ſpectat, ac quibus in caſibus à ſolis Cardinalibus illud conuocari liceat, & an generale Concilium congregatum, & quando diſſolui per Papã valeat aliaque multa hoc reſpicentia in cap. ſignificaſti de elect. Panorm. enarrat, vbi plena, & ad ſummũ erudita additio ſub lit. f. & g. quam omnes fere caſus explicantem videas, & in dicta quæſt. 136. Beroum per totum, & gloſam pragmat. Sanct. in tit. de author. gener. Cõcil. per totum, quam notab cuncta fere explicantem, inſpectam omnino facias, vnde Papæ maioritate ſtante de Concilijs, poſt ipſum loquendo rectum ordinem, ſequuti ſumus.

5 Et primo de vniuerſali Concilio loquendo, ex quo ex omnibus Prouincijs Orthodoxis epiſcopis conuocatis, totius eccleſiæ negotium tractatur diuinum illud rite, & rectè congregatũ, authoritatem habere, eiuſque decreta in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, pro veris Eccleſiæ definitionibus tenenda eſſe ambigere neminem immo illis ſcienter contradicentem, hęreticum indubitate cenſeri, in dicto c. 12. nu 3. cum ſeq idem Symanc paulo ante relatus latè probat, & concludit.

6 Et quatenus ad rem noſtram attinet, illa ratione vniuerſale Concilium recuſare non licere, quia eccleſia tota errare non poteſt, text. eſt iuncta gloſ 24 quæſtio. 1. capitulo primo, & c. à recta, quorum in capitulo poſtremo nume. 16. de appellat Franch meminit, nullamque cauſam ex illis quæ errare iudices faciunt. vniuerſali in Concilio concurrere, ac in his, quæ de fide aguntur, quæque de moribus ſunt erra e Concilium nullo modo poſſe in centur. nuper tractatui de arbitrar. iudic. addita, caſu 458. numero 27. ſeq Menoch affirmat, & numero 36. vbi nec ab vniuerſali Concilio appellare licere aſſeuerat, & deinde in numero 38. illud, quod errare Concilium poſsit, & in aliquibus ibi relatis, aliquando erraſſe, & ſignanter Aquiſgranenſe, aliaque Concilia nullatenus obſtare ait, illa inter cæteras adducta reſponſione concilia ibi relata concilia non fuiſſe, tanquam non legitime, & ſine Principis authoritate congregata, neq. in cauſarũ temporaliũ diffinitione vniuerſale Conciliũ recuſari poſſe, & ſi errare illud

in his

in his temporalibus poſsit eodem loci numero 56. plures per authoritates & rationes, illaque præcipue concludens, quod illud non ſemper ſequitur, neque procedit errare Concilium. poteſt ergo & in conſequētiā recuſari; & ideo ſicut non licet, immo à generali Concilio appellare expreſſe prohibetur, ita & pariter recuſare ipſum non licere eſt apud omnes indubitatum, & hanc in c. 1. num. 15 de iudic. communem Abbas eſſe aſſerit ſcribentium opin. eodem loci Decius in prima lectura num. 16. in fine Rip. num. 45. Berous nu. 131. & alij quorum in ſupracit. loco, num. 26. Menoch. meminit duplici, ibidem per ipſum in nu. 61. & 62. aſsignata limitatione. Primo quando ſine Papę authoritate congregatum Concilium fuiſſet, quo caſu ex Turrecrem. in ſumma, de eccleſia, lib. 3. capit. 49. & ex Iacobatio, in ſupracit. tract. de concil. lib. 5. artic. 10. col. 3. verſ. ex his, cum Concilium verè dici nequeat, cumque errare in temporalibus poſsit, ſicuti ab huius Concilij ſentētia appellare, ita & ipſum recuſare pariter licere aſſerit. Secundo tunc recuſari Concilium, ac appellari pariter ab ipſo poſſe concludit, vbi recuſationem ipſam, vel appellationem, Summus Pontifex admitteret.

7 Eoque caſu appellare à Concilio non licere, quando Papa apud quem totalis iuriſdictio reſidere dicitur, quique omnimodam poteſtatis plenitudinem habet immediatè Concilio præeſſet, ex textu in c. propoſuit de conceſſ. pręb. c. quanto, & ibi Gloſa de trāſlat. prælat. & ex gloſa in c. ſunt quidam 25. q. 1. in dicto c. poſtremo numero 16. de appell. Franch. exponit, talique caſu nec epiſcopos, neque alios pręlatos iuriſdictionem aliquam habere, ſed conſultorum loco intereſſe in dicto c. 1. de iudic. nu. 5. Berous enarrat, ad alicuius item relationem ſententiā Papa proferente illa ratione appellare ad Concilium licere in dicto conſ. 521. Roman. tenet, & alij quorum infra cap. 15. meminimus num. 49. vbi de hoc plenius; quia non ipſe princeps, ſed conſulens tali caſu iuxta gloſ. in c. iudicet 3. q. 7. & iuxta tex. in l. qualem, & in l. itē ſi vnus §. idem Pomponius ff. de arbitr. ſententiam ferre cenſetur, notat hoc Pariſ. in conſ. 118. vol. 1. & Phanuc. in tract. de in litem iur. par. 3. cap. ſucceſsiue quæritur num. 8. verſ. & propterea fol. 12. à tergo in fine, quodque à mala principis informatione appellare liceat; poſt textum in l. 1. §. quęſitum ff. de appellat. & in l. 1. in princip. ff quando appelland. ſit, in conſ. 195. lib. 2. Socin. tenet, Grammat. alios citans in deciſ. 15. num. 7. & alij, quorum Rota in deciſ. 60. meminit par. 2. in deciſ. Diuerſorum nouiſſ. nu. 10. ac à Principis ſententia ad alterius relationem pronunciante quod appellare liceat, magis cōmunem eſſe ſcribentium opin. in lib. 2. communium concluſ. tit. de appellat. concluſ. 1. num. 3. in fi. fol. 296. Gabriel atteſtatur: in cauſis itidē iuriſdictionalibus, à Papa ad Concilium appellari, ac per querelæ viam ſimiliter adire Concilium licere in dicto cap. 1. Berous quem inſpectum facias enarrat.

8 Et quatenus Summo Pontifice abſente, legatis mediantibus ad id per ipſum cōſtitutis Cōcilium expediretur, ordinariam tali caſu iuriſdictionem pœnes legatos, & Concilium exiſtere eodem loci iuxta tex. in l. à iudice C. de iudic. & in cap. ſanè de off. deleg. idem Berous omnino inſpiciendus, atteſtatur.

9 Ac à Concilio tali caſu, & legatis ad Papam tanquam ad delegantem, qui de Concilij factis iudicare, ac Concilium ipſum, & Concilij ſtatuta corrigere indubitate poteſt appellari ex textu in dicto c. ſuper quęſtionū §. porro de off. de leg. & in l. 1, ff. quis, & à quo appellet tam in dicta quæſt. 136. num. 14. quam in dicto c. 1. num. 6. Berous affirmat, & in dicto conſil. 2. Grammat. poſt deciſiones nu. 44. ſecus vero vbi Concilio Papa præeſſet, quo caſu à Concilij ſententijs, & factis iuxta gloſam in c. 2. de conſuet. in 6. à ſe ipſo ad ſe ipſum, cum appellatio non detur, neutiquam appellari, eodem loci Berous aſſeuerat.

10 Quatenus vero, ad Prouinciale, & ſynodale concilium attinet errare ipſa cum poſsint, recuſari ea ſimiliter licere argumento textus probatur, in cap. licet ex ſuſcepto, de foro compet. quamcunque vniuerſitatem, & quodlibet Collegium, iuſta ſuſpicionis cauſa concurrente, recuſari poſſe diſponentis idem per gloſa in capitulo in ſingulis de ſtatu Monach. & ita per ſcribentes notata in capit. primo de iudic. contra gloſam ibi contrarium ſentientem in dicto capitulo poſtremo num. 16. in fine, & nume. 17. Franch. exponit, Felyn. in eodem capitu. primo num. 6. Dec ibidem in prima lect. numero 16. & in ſecunda numero 15. eodem loci. Ripa numero 40. Boer deciſ. 269. & Menoch. in conſil. 49. numero 6 lib. primo quem alios citantem, & notab. loquentem, ac Ioannis Chryſoſtomi exemplum, & hiſtoriam, qui Concilium cōtra ipſum principaliter congregatum ingredi recuſauit, à textu ſimiliter, in c. quod ſuſpecti 3. quæſt. quinta relatam recitantem videas, quo vtique textu, ex cauſa inimicitiæ recuſare totum Cōcilium quod liceat, bene probari enarrat, & in loco ſupracitato hoc per textum probari Ripa inquit in capitulo ſtatutum §. cum vero de reſcript. in ſexto, & in Clement. paſtoralis §. Piſana, de re iud. etſi non aptè iſtud præfatis in locis probari in ſupracitata centur. 5. caſu 458. columna prima Menoch. atteſtetur, traditionem hanc eodem loci nume. octauo in fine illo tantum textu in dicto capitulo quod ſuſpecti 3. quæſt. 5. firmari ſubdens, & nu. 9. gloſæ opinionem, in dicto cap primo de iud. Beroi ibidem, & Barbatiæ nullam in Prouinciali Concilio ſuſpicionis cauſam conſiderari

poſſe aſſerentium ex eodem c quod ſuſpecti, à veritate eſſe inquit alienam, eodemque loci numero 3 recuſare Prouinciale Concilium licete communem pariter Abbate relato, in dicto c. licet ex ſuſcepto, in 5. notab de foro compet. in conſ. 19 lib 3. num 11. Rolan. à valle fatetur totam etiam ciuitatem, ac quamlibet vniuerſitatem, ex textu, in dicto §. Piſana, & in dicto c. licet ex ſuſcepto, recuſari poſſe, clare aſſerens.

11 Ac ad recuſationis iudicium, apte hoc in caſu, conſtruendum concilio recuſationis libellum, & Concilij perſonis, conciliariter congregatis eſſe porrigendum, alias aliquibus, vel etiã omnibus extra Concilij locum, libello porrecto recuſationem non procedere, libelloque in loco debito, aliquibus tantum porrecto, illis ſolum non autem concilio ſeu perſonis omnibus de Concilio, manus ligari, ipſaque ſuſpicione, contra aliquos allegata non obſtante, legitime tali caſu ſuſpectis remotis cõſilium procedere in conſ. 16 num 6 in fine, & numero 7. lib. 3. argum c. cũ ſuper, de off. deleg. Berous exponit, & quatenus loci Concilij cõciliarij poſtes clauderent, ne recuſare Concilium intẽdens, ingredi valeat, vel minime tutus ad Concilium acceſſus pateat, vltra infra c. 14. per totum enarrata per Iaſonem in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prętori nu. 2. verſ nota dum dicit, ff. de nou. oper. nuntiat notata pariter videas illud eo loci explicantem, quod ad Papam appellantes, cũ nemini hoſtiarijs inuitis Papæ auditorium ingredi permittatur, hoſtium pro cauſa in Conciſtorio introducenda pulſare de conſuetudine appellantes aſſueniſſe, Iaſ. inquit, quibus ingreſſũ hoſtiarijs recuſantibus notarium eos in teſtiũ præſentia de hoc rogare, quod corã illis per ſe non ſtar, ſed per hoſtiarios ingreſſum eis denegantes proteſtationem facere, a ſimili igitur, cũ ex textu in c. ſuper eo il 2. de appell. appellationem, & recuſationem adæquari, pluries retulerimus, Cõcilij fores pro recuſationis exceptione, conciliariter in loco congregatis exhibenda, eſſe tali caſu pulſandas rite, ac oportunum vtique factum exiſtimo, quas hoſtiarijs ipſis, aut Conciliarijs aperire denegãtibus, aut pulſationi nihil reſpondentibus, coram Notario, & teſtibus, vt paulo ante notatum extitit proteſtationẽ explicare, quo acto recuſationis formulam in Concilii foribus affigere notario, & teſtibus, afflixionis ſecutæ ſimiliter rogatis iuxta in nõ diſſimili caſu per Grauat. ad Veſtriũ in praxi Romanæ Curiæ notata lib. 4. capitulo tertio numero ſecundo eſſe cenſeo ſufficiẽs, vel extra Concilii locum ſingulis de Concilio recuſationis exceptionem exhibere, quo acto, cum debito modo recuſationem complere per partem minime ſteterit, quicquid geſtum inde extiterit nullum, & inualidam remanere, ac ſi omnibus ſeruatis de iure ſeruandis facta recuſatio fuiſſet ad tex. & ibi per Decium, & alios notata in l. in iure ciuili ff. de reg. iur. ſuſtentabilem rem eſſe arbitror, & admittendum.

12 Prædictaque eo etiam caſu quo Prouincialis Concilij caput ſuſpectum exiſteret procedere notandum eſt, capite enim Concilij ſuſpecto exiſtente ſuſpecto totum Concilium cenſeri, communem Ripa in dicto capitulo primo de iudic. numero 41. & ibi Beroius nume. 123. eſſe firmant ſcribentium opinionem idem in tract. de ſyndic. verbo ſuſpicio capit primo numero 9. & 10. Pariſ. ſectatur ſyndicatores omnes officiali eſſe aſſerens ſuſpectos officiali ſucceſſore, qui principalior eſt, ipſi ſuſpecto exiſtente. Alexand. in conſilio 40. num. ſecundo lib. 2. Dec. in conſ. 151. num. 9. & Purt. in conſ. 91. num. ſimiliter 19. lib. primo quorum aliorumque in dicto conſil. 94, num. 11. Menoch. illa ratione hoc pariter aſſerens meminit, quia caput membra ab ipſo capite prouenientia vterentur, neque minimum quid quod illius voluntati aduerſetur, facere audent, idemque de eis, quod de capite iudicati ex Baldo in l. prima colum. 1. C. ſi rector prouinc. Iaſone conſ. 16. col. 3. in fine lib. 3. & alijs in tract de antiq. temp. par. 1. limit. 4. nu. 80. fol mihi 96. Crauet. enarrat, & in dicto conſil. 94 idem Menoch num. 12. in fine in regularium etiam congregatione illius præſide ſuſpecto exiſtente hoc ſibi locum vendicare, cæteroſque Abbates tali caſu ſuſpectos ſimiliter cẽſeri ſubdens, ac communi opinioni ſupra relatæ illa ratione, & argumento in loco proximè citato Ripa, qui communem ipſam ſectatur cõtradicit, quamuis inquit Archiepiſcopus, qui Prouincialis Concilij eſt caput, & qui in principali cauſa iudicauit ſuſpectus iuxta tex dicatur in l. eos in princ. C. de appellat. cum ſimil eundem per Ripã allegatis, ab ipſo tamen ad Prouinciale Conciliũ cuius ipſe caput eſt, ex textu appellari inquit in c. multis, & glo. ibi 17 diſtin. & in cõmiſ. 2. q 6. cũ concordant. in dicto conſ. 521. nu. 3. per Roman relatis, quod nullatenus, inquit ſi totũ Conciliũ propter caput recuſare liceret præfata iura diſpoſuiſſent, cui quidẽ argumento in dicto caſu 458. nu. 17. in fin. cũ ſeq. Menoch notab. reſpondet, dicti argumenti ſolutionẽ ex gloſæ declaratione in c. à collatione de appellat. in 6 deduci dicens, quę ſupracitatũ c. multis explanãdo Cõciliũ appellari poſſe aſſerit, ſed ob capitis, vt dictũ eſt, ſuſpicionẽ alteri iudici Conciliũ ipſum delegare cãm debere Geminianũ ibi, interpretationẽ hanc, & Aucaranũ probare aſſerens ſcribentes in c. irrefragabili de off. ordi & in tract de recuſat. Aufreriũ, nu. 3. ver. 63 cauſa illa rõne interpretationẽ hãc probare dicẽs, quia in iudicãdo ſuſpectus neutiquã in delegãdo ſuſpectus eſt c. ſi quis contra clericũ de foro cõpet. & Dec. in l qui iuriſdictioni nu. 6. ff. de iuriſd. omn. iud. eodẽque Ripa in dicto c 1. nu 41. in fin. relato hoc mõ diſtinguit, qđ ſi ex capitis amotione totũ Conciliũ amo-

uendum

uendum veniret Concilium totum tali caſu ſuſpectum remanent neque dari Concilium, nec in conſideratione eſſe, capite non exiſtente, ſeu ſublato, ſecus ſi Concilio durante amoueri caput poſſet, quia ex capitis ſuſpicione tali caſu nullatenus totum Concilium reddi ſuſpectum inquit, caput tali caſu amoueri poſſe dicens, & aliud in illius locum ſubrogari eodem loci numero 21. ſubdens, quod Senatus præſide ſuſpecto exiſtente ſuſpectus Senatus neutiquam reddatur, cum præſide amoto, illius perſonam vices gerens ſuſtineat, quod vtique placere nullo modo poteſt, dum Senatum totum propter præſidis ſuſpicionem ſuſpectum remanere, ex eodem Ripa in dicto capit. primo nu. 42. communem indiſtincte eſſe retulimus ſcribentium opinionem, & vere Senatores cęteros abſtinere tali caſu à iudicando debere conuenit, cum cauſa etiam iuſte per eos, & decenter deciſa quod capiti Senatus vel Concilij morem gerere voluerint, ſemper ſuſpicandi occaſio remaneret, iuxta per gloſ. notata in c. nullam 2. q. 4. in conſil. 52. num. ſeptimo à Romano relatam, quod multo magis, vbi pars quæ caput recuſauit, neque aliorum ſe Senatorum iudicio confidere allegaret, admittendum venit.

13 Prędictaque in eodem capitulo primo num. 42. Ripa procedere ampliat, vbi etſi Concilij caput ſuſpectum non eſſet, omnes tamen alij parti ſuſpecti exiſterent, quo caſu à textu in capit. fina. extra de procurat. argumento ſumpto, totum Concilium recuſari poſſe enarrat, ſed quatenus præfata vbi alij coniudices eſſent locum ſibi vendicare, ſecus ſi tanquam aſſeſſores interuenirent, quo caſu an quoad omnes ſit admittenda recuſatio, idem Ripa eſſe arbitrarium aſſeuerat ipſi in loco ſupracit. numero 21. in fine neutiquam Menoch. aſſentitur, hoc etiam caſu Concilium totum ſuſpectum reddi dicens, magis communi in dicto capitulo primo de iudic. ſcribentium opinione attenta, aſſeſſore qui ſuſpectus ſit, non amoto, ipſum pariter iudicem ſuſpectum reddi dictante, quapropter Menochij opinionem contra Ripam tenendam eſſe & amplectendam eſſe concludo indubitatum.

14 Eodemque numero 42. in fine Ripa iterum declarat, quod ſi ſuſpectis ſemotis, perfecto in numero, ſecundum cauſæ qualitatem requiſito, Concilium non remaneat, totum integrũque Concilium ſuſpectum cenſeatur, alias ſuſpectos ſolum, vt eodem loci per Abbatẽ quem alij non impugnant, per text. iuncta gloſa, in capitulo gratum de poſtulat prælat. & c. quod ſicut de elect. excludere quod ſuficiat.

15 Senatum item Concilij ad inſtar, cui æquiparatur, recuſare tanquam ſuſpectum licere in præfata centur 2. 5. caſu 458. numero decimo, & in dicto conſil. 94. num. octauo ex Boerio in dicta deciſ. 269. & alijs Menoch. concludit, eademque facta æquiparatione hanc, poſt plura circa id relata communem Rolan. à Valle, in dicto conſil. 6. numero 11. lib. 1. eſſe aſſerit ſcribentium opinionem, & in ſuis practic. obſeruat. Gail. obſeruat. 33. num. ſecundo lib. primo, & num. 3. etſi in contrarium, ac recuſare Senatum non licere de communi pariter in receptarum ſententiarum Theſauro, lit. S. numero 237. cum ſequen. & Viuio Emanuel Suarez teſtetur opin. 332. lib. primo vere eo loci iſta ratione de communi aſſerente; quod ſicut ſuſpectos omnes vnius ciuitatis Doctores recuſare minime licet Baldo teſte, & alijs in l. hoc modo, ff. de condit. & demoſtr. hanc magis communem eſſe ſcribentium opinionem, adnotantibus in dicto cap. 1. nu. 121. de iudic. à Beroio relatam, & à Caball. in Milleloq. 868. ita & pariter neque Senatum quod recuſare liceat.

16 Attamen quia Suarez, & Viuius, quos proximè retulimus, in pręfata Boerij deciſ. 269. ſe fundant, ipſis aſſentiri minime poſſum, ex quo contrarium ibi vltimo loco Boer. tenet ac dum Senatum totum, neutiquam recuſare licere aſſerit, in dicta gloſa ſe fundat c. 1. verbo interrogatus de iudic. quam quatenus prouincialem ſynodum neutiquam recitari poſſe concludit, paulo ante damnari cõmuniter à ſcribentibus adnotauimus, & ideo ad præfatas ſcribentium opiniones conciliandas diſtinctionem in dicto caſu 458. num. 12. à Menochio relatam adhibẽdam eſſe cenſeo, vt eo caſu illorum opinio Senatum recuſare licere dicentiũ procedat, quando de iuſta recuſationis cauſa manifeſte conſtaret, alias quod contra recuſantem, qui per fraudem ſuſpectos tot iudices recuſare creditur, ſit præſumendum, Baldo in hoc per ipſum relato in præfata l. hoc modo Ripa in dicto ca. 1. nu. 40. verſic. intellige iſtam concluſionem, & egregie Capyceo, quãuis non ſatis clarè in deciſ. 138. nu. 6. & 7. circa id ſcribente, Menochiũ tamen in loco præcitato nu. 13. iuſtã in hoc cauſam exemplum eo loci aſsignantem, inſpicere non prætereas. & cum hac pariter diſtinctione eſt intelligẽdus Gail. in dicta obſeruat. 33. qui in fine præfati nu. 2. communi per ipſum relatæ contradicere videtur, & ab ea recedere.

17 Idemque, vbi maior officialiũ pars ſuſpecta eſſet procedere ſciendum eſt, maioris etenim partis ſuſpicionem ſuſpectum totum Tribunal reddere, in dicto cap. 1. Bal. aſſerit à Carau. ſuper ritu Magnæ Curiæ 265. relatus nu. 27. in fine, quo etiam loci ſuſpecto allegato capite, puta in Concilio, præſide, in Regia Camera Locumteſẽre & in prouinciarum Audientijs iuſtitiario, nec allegari in eodem met Tribunali, cum totum integrumque Tribunal ſuſpectum ſit, neque probari ſuſpicionẽ aſſerit, ſed ex Caroli Quinti Imperaroris pragmatica ſanctione inc. p. ſtatuimus, cuius infra, iterum capit.

5.num.15.meminimus circa finem, coram ſuperiori Tribunali fieri, quod ibidem alias agendum eſſet aſſeuerat.

18 Torumq; Collegium pariter, quando caput ſiue Collegij principaliores ſuſpecti exiſterent recuſari tanquam ſuſpectum poſſe ex Felyno in cap. cauſamque in princ. & ca. inſinuante de off. delegat. & ex Roland. in dicto conſilio 19. nume. 12. lib. tertio in deciſ. Peruſ. 108. nume. 5. Ioſeph Ludou. nouiſsime, qui videatur, aſſerit, ac eodem loci num. 2. Prouinciæ Gubernatore ſuſpecto allegato, omnes etiam Auditores, quamuis à ſuperiore, & non ab ipſo Gubernatore ſint creati, ex quo ſuppoſiti ſemper Gubernatori exiſtunt, ſuſpectos cenſeri, similiter atreſtatur.

19 Nec ſolum ipſius, vt dictum eſt, Auditores, Gubernatore ſuſpecto allegato, ſed totam paritier integramque eius familiam ſuſpectam remanere in præfato conſil. 19. num. 13. Rol. à Vall ſentit, idque ex notatis per Portium Imolens. in conſil. 91. num. 14. & per totum libro 2. cõprobatur, vbi ſuſpecto capite allegato, prout erat in caſu ſuo, Dux Albę, Prorex in Regno Neapolitano, omnes ſimiliter Neapolitani Regni ciuitates ſub ipſo exiſtentes cenſeri tanquam ſuſpectas allegatas, illarumque Magiſtratus à iudicando abſtinere debuiſſe, tuetur à Lancelloto in tract. de attentat. relatum in 2. par. cap. 6. de attentat. poſt recuſationem iud. num. 37. & 38. ex Bruno in conſ. 31. numero 9. quoties ſuperior eſt ſuſpectus, omnes eius officiales ſuſpectos pariter exiſtere ſubdens, cuius in ſecundo cauſæ Finarienſ. reſponſo Menochius meminit, ipſumque declarat numero 90. & 91.

20 Attamen, eo caſu totum Collegium propter Collegij caput recuſari tanquam ſuſpectum poſſe eſt aduertendum, quando vere propter ſuæ perſonæ præeminẽtiam caput exiſterer, vt quia epiſcopus eſſet in Capitulo, ſeu alterius Collegij prælatus, ſine quo tanquam ſine capite argum. c. nouit, de his quæ fiunt, à prælat. Collegium non eſſet, & ſic de ſingulis, ſecus vero ſi talis, qui alios ad ſibi moremgerendum inducere poſſet, non extaret, vt in conſil. 16. per Beroium numero 22 lib. 3. notab. declarantem, & in dicto capit. 1. nume. 123. de iudic. vbi Ripa num 41. Ctauett. de antiq. tempo. ſect Quarto limitatur, num. 80. & Menoch. cõſil. 94. num. 11. alios referens, & rationem aſsignans libro 1. quoties concilium, ita a capite, pendet, vt eius voto omnia fiant, hoc procedere, vt dictum eſt, aſſerentes, alias ſecus.

21 Illudque non abſimiliter ſcire cõuenit, quod quamuis Doctores omnes de ciuitate ſuſpectos allegans in fraudem, ſecundum Baldum in dicta l. hoc modo, per illum text. hoc facere præſumatur, iuſta tamen recuſationis cauſa concurrente præſumptionem hanc excludi, ſuſpicionemque ſic propoſitam militare, in dicto capit. primo num. 40. in fine Ripa concludit, nec in præfata deciſ. 138. nume. 6. Capyc. hoc negat, Alberico in ſecunda ſtatutorum parte relato, in quæſt. 100. omnes vnius ciuitatis ſapientes recuſare tanquam ſuſpectos licere in practica ſeruari vidiſſe dicente, quem in l. apertiſsimi Iaſ. ſimiliter refert, & ſequitur C. de iudic. Boer. dicta deciſ. 269 numero quarto Grat. conſil. 134. num. 1. & num. 4 lib. ſecundo, & in dicto conſil. 91. Porcius nume. 20. libro 1. quẽ alios referentem Menoch. aliorum itidem memor in ſuprarelato conſ. 94. citat nume. 10. quamcunque irẽ vniuerſitatẽ, omneque Collegium, Collegiorumque rectores, & conſules ex iuſta ſuſpicionis cauſa recuſari poſſe per tex. in dicto c. licet ex ſuſpecto de foro comp. in dicto c. poſtremo nu. 7 de appell. Franch. affirmat, & in ſuis ſingular. Armon. ſingul. 18. ipſum tamẽ iudicem à parte ſuſpicionem hanc allegante malitiæ iuramentum, quod per malitiam hoc non facit exigere debere, in tit. de requiſit. conſil. in prin. verſ. quod ſi forte Speculat. monet, ſic ſeeo loci argum. c. cum dilecti de in integ. reſtitut. l. de pupillo §. qui opus ff. de nou. oper. nuntiat. l. Theſaurus ff. ad exhibendum, & c. literas de reſtitut. ſpoliat. in Lombardiæ partib. feciſſe dicens, recuſationem hanc paſsim iudicẽ & ſine cauſa admittere non debere, ſubdens ex cauſa vero quod poſsit, & teneatur, puta ſi mere canonica cauſa ſit vel ſpiritualis, quo caſu iuxta text in c 1. de conſangu. & affinit. cum Concord. ibi relatis, legiſtas omnes recuſaret licere fatetur, & Ioann. Anton. de Nigr. qui Speculatore vbi ſuprarelato, in cap. Regni prolixitatem, num. 7. cum ſeqq. iudicem multitudinẽ hanc negotij, & perſonarũ, qualitate inſpecta, ſuſpectorum notam vſque ad decem, vel quindecim ſibi exhiberi videndo, reſtringere poſſe aſſerit, peritorum copia maxime in loco cõcurrente, textu per ipſum in argum. relato in c. ſedes, de reſcript. & c. cum in multis de teſtib. notata per Bart. in l. quoties C. de naufrag. lib. 11. poſt prin. & in loco ſupracit. Speculatorẽ, verſ. nos tamen, illud ibidem aſſerens, quod ad partes ipſas concordandũ in perſonarũ electione, vtrique parti ad decẽ, pluresvę bonos, ſeu legales expertos, literatos viros, in tali loco habitãtes, vnus ex quib. eligi poſſet in ſcriptis ad nominandũ præcipiebat, ſecretè ſcriptura ipſa in actis poſita, cũque raro tot qui tales eſſent inuenirẽtur, partes ſæpe in nominãdo cõcordes fuiſſe aſſerit, quod ex Hoſtienſe de off. deleg. §. quę delegari verſ. vnde primo, vide & alijs in locis prouidũ, vbi ſupra Niger, de partium cõſenſu, committere & delegare conſilium eſſe enarrat, cum partibus ſit electos recuſare poſtea minime liceat, ex ſpeculatore itidem in eodem titu. de requiſit. conſil. §. ſcias igitur ſuſpectorum nomina, ne iudex ex illis aliquẽ forte eligens,

Digitized by Google

gens, quos ſuſpectos dedit, malignari valeat in ſcriptis illorum nomina redigere, quod faciat, aduertẽs, ſed eo loci additio, in verbo indignari iudicis, potius hoc, quam partis, vt contra partem, quæ quem ſuſpectum dederat iudicẽ elegiſſe forſan aſſereret, tutus remaneat, conſilium eſſe inquit, quodque iudic in ſcriptis ſuſpecti dentur, neque in actis illorum nomina ſcribantur, ex quo illorum, quos recuſant, indignationem partes incurrere nolunt, ſeruari communiter aſſerit, ſed quatenus illorum nomina eſſe in actis deſcribenda, pars poſtularet, morem ei gerendum eſſe inquit, quod eſt vtique notandum.

2 Totam item integramque ciuitatem recuſare licere, in c. cum ſpeciali nu. 1. de appellat. per tex. Franch tenet in dicto c. licet ex ſuſcepto de foro compet. in præfata deciſ. 138. nu. 6. in fine à Capicio aliorum memore relatus, qui quamuis eodem in loco nume. 7. eorum vnius ciuitatis Collegium in genere, vt ſuſpectum recuſare non licere, ſed illorum nomina, quos ſuſpectos quis habet, ſpecificare oportere dicat, iuſta tamen cauſa concurrente, totum Collegium prænotatis attentis recuſare quod liceat eſſe exiſtimo veriſsimum, & hoc vrbis ſtatutũ lib quarto capit. 12. quo ſuſpectorum in genere recuſationem non eſſe admittendam, diſponitur, omnium puta Auditorum, omnium Canonicorum, omnium Romanorum, & ſimilium, cuius in praxi Capitolini fori capit. 9. nume. 6. Lucas Pætus meminit, vt iuſta cauſa concurrente præfatos omnes in genere recuſare liceat, interpretationem pati, eſſe fateor indubitatum, ſtatuta enim à iure, iuriſque communibus regulis, paſsiuam pati interpretationem, ſecundum illas regulari, & ad caſus in iure communi expreſſos reſtringi, ex tex. conſtat, quem ignorare neminem credo in l. ſecunda, C de noual. & in capitu. cum dilectus vbi Abb. de conſuet. Bart. notat Bald & Salycet. Caſtrenſ. & alij in leg. fina. §. in computatione C. de iure deliberand. & Iaſ. in l. certa §. ſed ſi quis ff. de leg. primo, & in leg. 1. §. bonorum ff. ad Trebell. Caball. ... illeloq. 57. in fine. Blanch. in tract. de compromiſſ. quæſt. ... verſic. in contrarium fol. 16. ac ex Decio in conſilio 44 num. 4. & alijs communem hanc Burſar. in conſil. 84. lib. ſecundo nume ... eſſe firmat ſcribentium opinionem, quod in ſtatutis etiam. & conſuetudine, contra iuris diſpoſitionem procedit in l. fina. §. in computatione C. de iure deliberand poſt Caſtrenſem, & Alexand. in ... colum. Iaſ. probat, & Cur. iun. communem hanc eſſe aſſerens ſcribẽtium opinionem ... & aliorum, in conſil. 96 numero ... Beccius meminit lib. 1. contra Baldum in l. ... numero 5. verſ. in contrarium C. de ... præterit ſtatutum, quod ad iuris communis derogationem venit à iure cõmuni interpretationem non recipere ſentientem, cuius deciſionem tanquam falſam, ex Cur. iun. in conſilio 7. num. 8. & alijs communiter improbari, in conſ. 12. num. 52. eodem lib. ... idem Beccius atteſtatur, & tam ſtatutum, quam conſuetudinem paſsiuam à iure communi interpretationem recipere, in conſ. ... col. 5 verſ. pro quo adducunt regulam, Venafr. aſſeuerat, ac ſingularis perſonæ ad inſtar Collegium, cui cauſa delegatur, recuſare totum licere, in tracta. de ſindic. in ſupracit. verbo ſuſpicio capitu. 1. nu. 0. poſt principium Paris. enarrat, ac Baldo in dicto cap. ... de iudic. relato, & Felyno in dicto cap. cauſamque de off. deleg. in præfata opin. 32. in fine Viuius pariter hoc ſequitur, ſed quatenus quis Collegium totum ſuſpectum non haberet, ſed illorum de Collegio aliquem tantum, illum ſolum, non autem Collegium totum recuſare tali caſu licere, ac recuſationem hanc quamuis alij proferre ſine illo ſententiam poſsint admitti in dicto c. cum ſpeciali num. 9. de appellat. Franch. tenet poſt Panormit. in dicto c. cauſamquæ in princ necnon per Carauit. in ſupracit. ritu Magnæ Cur. 265. nu. 1. & nu. 14. notata videas, Abbatẽ, & Felynũ, in dicto c. cauſam quæ, & in dicto nu. 19. Franchũ clare, ſi aliqui de Collegio ſuſpecti eſſent, ipſos tantum, non autem totam vniuerſitatem, vel Collegium, recuſari poſſe aſſerentes, quod in dicto c. 1. de iudic. nu. 42. ante finem, niſi Collegium in perfecto numero requiſito ſuſpectis remotis minimẽ remaneret, ... ipſa declarat, veluti ſi cauſa grauis eſſet, & ardua, certum ad ipſius expeditionem perſonarum numerum requirens, vt in dicto c. 1. num. 122. in fi. Beroius exemplificat, quo loci vniuerſitatis ius, in vno, duobus, vel tribus nentiquam ad talem actum reſidere inquit, alias quod ſuſpecti ſolum remouendi eſſent quem inſpicias, ſed pluribus datis iudicibus, quorum vnus ſuſpectus ſolus ſit, omnes quod recuſare liceat, in dicto c. cauſã quæ col. ... per totũ Felyn. notat, & ... notata videas nu. 9. & ... poſt ... igitur, & collegia, quæ pluribus perſonis conſtant de his iudicibus qui non ſoli, ſed cum Aſſeſſore, vel Collegis, iudicant, & qui propter coniudices, ſuſpecti exiſtere poſſunt loqui conuenit.

S V M M A R I V M.

1 *Propter aſſeſſoris ſuſpicionem, ſiue literatum ignarus, ſiue peritus iudex ſit, recuſare iudicem licere magis communis ſcribentium eſt opinio.*

Cauſa quælibet, eſt ad recuſandum iudicem ſufficiens.

2 *Quantumuis ſuſpectus iudex non ſit recuſare ſuſpectũ aſſeſſorem permittitur.*

In aſſeſſoris electione partes ad notam ſuſpectorum dandam ſunt monendæ, ad notam tamen Confidatorum dandam partes non tenentur.

Nota vero ſuſpectorum, & Confidatorum, per partes data, ſatis eſt non ſuſpectos iudicem eligere.

3 *Suſpectorum. & confidatorum notam, iudici dare non iure, ſed cōſuetudine, vel ſtatuto diſponi aliqui opinantur, ſed à iure iſtud proceſſiſſe concluditur.*

4 *Aſſeſſor, Conſiliarius dicitur.*

Nec aſſeſſor eſſe poteſt, qui Conſiliarius eſſe nequit.

Iudex alterius conſilium, niſi iuſtum illud ſit ſequi non tenetur.

Quod, niſi ſtatutum illud ſequi oportere iuberet, declaratur.

5 *Aſſeſſor, dummodo de recuſantis conſenſu electus non ſit, etiam de iure canonico ſolo partis iuramento recuſatur.*

Ripa in c. decernimus, nu. 57. de iudic. de cauſa in tali recuſatione mentionem faciens, declaratur.

6 *Propter Vicarij ſuſpicionem Epiſcopum recuſare minime licet.*

Coram epiſcopo Vicarii ſuſpicio, necnon delegati ab epiſcopo eſt proponenda, niſi eadem ſuſpicionis cauſa vtrumque concerneret.

Quoties epiſcopi ſuos conſtituunt Vicarios, ea ſolum, quę ad eos ordinariæ iuriſdictionis ratione ſpectant non autem delegatæ, concedere, & tribuere ſolent.

Vicarii tantum perſonam, ipſius recuſatio concernit, eiuſq; perſonæ cohæret, nec idem cum epiſcopo, quoad recuſationem ipſam, Tribunal facit.

7 *Recuſare propter epiſcopi ſuſpicionem Vicarium, licere, magis communis eſt, & verior opinio.*

Ad libitum epiſcopo reuocare Vicarium permittitur etiã quod cum pœnæ adiectione, atque cum iuramẽto, illum non reuocare epiſcopus promiſiſſet.

Ac in totum, & ſine cauſa, Vicarium reuocare epiſcopo licet.

Nec expreſſe ſolum, ſed tacite, per alterius ſcilicet Vicarii electionem, & creationẽ, & quamuis primus non acceptauerit, vt aliqui opinantur, ſed primum per alterius Vicarii conſtitutionem reuocatum non cenſeri verior, & magis communis ſcribentium opinio refertur.

Vicarium ſine Capituli cõſenſu reuocare epiſcopo licet.

Cauſam coram Vicario vertentem, in qualibet iudicii parte, ad ſe auocare epiſcopo permittitur.

Diuerſa ſuperior, & Vicarius iure ciuili attento conſtituunt Tribunal, ſecus vt iure canonico, ex cuius diſpoſitione, vnum & idem, Vicarius & Epiſcopus Tribunal faciunt, & num. 12.

8 *Archiepiſcopo ſuſpecto exiſtente, ipſius etiam ſuffraganeos ſuſpectos cenſeri communis ſcribentium opinio refertur, ipſorumque item ſuffraganeorum, officiales, & ſubditos.*

9 *Vbi Papa epiſcopi Vicarium cõfirmaſſet, adhuc ipſum propter epiſcopi ſuſpicionem recuſare licere, contra Ripam concluditur aliter ſentientem.*

Qui confirmat dare non dicitur.

Natura confirmationis eſt, robur ſolum cõfirmato addere, non autem ad ea quæ in confirmato non includebantur, illud extendere.

Ab epiſcopo excommunicatione prolata, & per Papam confirmata ſoli epiſcopo, excommunicatum abſoluere permittitur.

Iuſta ſemper ſuſpicionis cauſa dicitur, ne in ſui ordinarii voluntatem Vicarius trahatur.

10 *Quoties ob epiſcopi excommunicationem, vel ſuſpenſionem cõſtitutus à Sede Apoſtolica Vicarius fuiſſet, nullo modo propter Epiſcopi excommunicationem, vel ſuſpenſionem, ſuſpectus tali caſu Vicarius cenſetur.*

Epiſcopo excommunicato ſeu ſuſpenſo ipſius Vicarii iuriſdictio ſimiliter ſuſpenditur.

Suffraganei excommunicati iuriſdictio, ad Metropolitanum neutiquam deuoluitur.

Quando in epiſcopatu Vicarium Papa conſtituit epiſcopo, ne illum remoueat, neve alium deputet, prohibuiſſe cenſetur.

11 *Etiam quod tamquam à Sede Apoſtolica delegatus, epiſcopi Vicarius de cauſa cognoſceret, ſuſpecto epiſcopo exiſtente, ſuſpectus Vicarius cenſetur.*

Eadem vbi eſt ratio, eadem eſſe debet iuris diſpoſitio.

Idem Tribunal cum epiſcopo quoties ei tanquam delegato cauſam epiſcopus commiſiſſet, Vicarius non facit.

Vbi epiſcopo ſimul & Vicario, delegata per ſedẽ Apoſtolicam cauſa fuiſſet, hoc etiam caſu ob epiſcopi ſuſpicionem recuſare Vicarium licet.

Suſpecto epiſcopo exiſtente, ipſius Vicarius etiam ſeorſum ab epiſcopo habitans, ſuſpectus cenſetur Felyni contrarium ſentientis opinione exploſa.

Qualibet ſuſpicio minima, & exigua eſt ad recuſandum iudicem ſufficiens.

12 *Ab officiali epiſcopi regulariter ad epiſcopum, cum vnum, & idem faciant Conciſtorium, non appellatur. de nullitate vero dici poteſt, vt hoc eodem nume. in fine.*

Quod in Patriarcha pariter, & Archiepiſcopo procedit.

Secus in Papæ Auditoribus, & Legatorum nullatenus cum Papa, & Legato idem Tribunal facientib.

Inualida eſt conſuetudo, quod appellare ad epiſcopum à Vicario liceat, quod in Vicariatus officium concernentibus procedit.

Secus in aliis, in generali Vicariatus commiſſione non comprehenſis, in quibus delegatus Vicarius cum dicatur ab eo ad epiſcopum delegantem, proclamatur.

Et quando in diffinitiua ſumus, ſecus in interlocutoria.

In integrum reſtitutionem aduerſus ſui Vicarii ſententiam, epiſcopo concedere permittitur ſecũdum communem ſcribentium opinionem.

Notarius omnes epiſcopi ſententias, ex priuilegio ſcribendi facultatem habens Vicarii etiam ſententias ſcribere poterit.

Siue tanquam Vicarius, pronunciet.

Siue tanquam ab epiſcopo delegatus.

Loco ſui epiſcopi, Vicarius in epiſcopum electus Vicariatus ſtatim expirat.

Etiam extra Territorium, quæ voluntaria ſunt iuriſdictionis, ordinario exercere licet.

Committentis, & delegantis, Territorio, limitata delegati iuriſdictio, cenſetur.

Nullatenus extra Diœceſim etiam ſpecialis mandati vigore, quæ voluntaria ſunt iuriſdictionis exercere epiſcopi Vicario licere, neque alteri, à quolibet ordinario, ſubſtituto, ſeu ſubdelegato, verior eſt, atque communis ſcribentium opinio.

13 *Pluribus à Principe delegatis, cum clauſula quod ſi non omnes corã omnibus ſuſpicionis cauſa eſt proponenda, & coram coniudice non recuſato probanda.*

Suſpicionis cognitione pendente de principali cauſa collega non cognoſcit.

De coniudicis impotentia antequam procedere alter poſſit conſtare debet & qualiter de hac impotentia conſtare dicatur remiſſiue.

Si cum clauſula quod ſi ambo non poſſunt ſeu quod ſi non omnes tu cum altero vel alia conſimili delegatio facta appareat, quid in hoc ſuſpicionis articulo, agere conueniat remiſſiue.

Collega qui neceſſe nequit alteri vices ſuas committere nunquid poſſit, remiſſiue.

14 *Quoties duos ordinarios ſeu Vicarios, eodem in loco*

epiſcopus

epiſcopus conſtituiſſet ipſorum vno ſuſpecto exiſtente, non coram altero, ſed coram epiſcopo probanda eſt ſuſpicio, & proponenda.

Et ipſorum cuilibet procedere ſeparatim licere, verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio.

Coram vno ex duobus Vicarus litem cęptam coram altero niſi longo alter eſſet detentus impedimento neutiquam finire licet.

Quoties epiſcopus in remotis eſſet vni ex officialibus in ſolidum conſtitutis de alterius ſuſpicione cognoſcere, licet.

Multa Vicario, & locum tenenti ob ſui domini abſentiam permittuntur, quæ alias nō permitterentur & nume. 23. & de pluribus longa abſentia effectibus remiſsiuè.

Stante Abbatis abſentia Monachum coram epiſcopo cōuenire licet, & de pluribus caſib. in quibus, ordinaris in regulares iuriſdictionē habēt remiſsiuè.

Quoties plures in aliqua Diocæſis parte officiales, epiſcopus conſtituiſſet illos ordinarios, non cenſeri.

Sed rurales, ac foraneos Vicarios.

Ac ad cauſarum tantam vniuerſitatem delegatos, eoſque delegatam ſolum habere iuriſdictionem magis communis ſcribentium eſt opinio.

Nec in ſolidum eis iuriſdictio cōpetit, qualem ad vniuerſitatem cauſarum delegati habere dicuntur.

Nec ad ipſorum alterum, ſed ad epiſcopum de alterius ſuſpicione cognoſcere pertinet, ſeu ad ipſius generalem Vicarium, ad quem ab eis, ſiue abſens, ſiue præſens ſit epiſcopus appellari, veriorem eſſe opinionem aſſeritur.

15 Vno ex Vicariis ſuſpecto pronuntiato, alteri de principali cauſa cognoſcere licet, niſi epiſcopus hoc caſu, cauſam de recuſatoris conſenſu, alteri non ſuſpecto delegaſſet.

Quod niſi Vicarius recuſatus alteri ab initio cauſam delegaſſet, procedere declaratur.

Quo caſu à Vicario delegatus præferendus veniret.

Niſi alter Vicarius præueniſſet, & num. 37. & 38.

16 In delegatione, quam hoc in caſu iudex facit, non eſt alterius partis conſenſus neceſſarius.

Etſi conſultius iudex faciat, vtriuſque partis conſenſum, vt vlterius recuſandi facultatem excludat, quando delegat requirere.

Duobus epiſcopi Vicariis contrarias proferentibus ſententias cui ſntæ adhærere velis, in epī eſt facultate.

17 Quoties Vicarius, eſt ſuſpectus, ſeu ab epiſcopo delegatus, & epiſcopus intra Diœceſim abſens ſit, ſeu alio in vicino loco corā ipſis, ſuſpicionis cauſa propoſita donec per recuſantem epiſcopus adeatur, ſuperſedere debent.

Alias appellare quod recuſanti liceat.

Secus ſi multum, epiſcopus diſtaret, vt in num. ſeq. vbi declaratur.

Etiam inferioribus clericis, quæ iuriſdictionis ſunt, vt iudicare, excommunicare, & ſimilia committere epiſcopus poteſt.

Nihil quantumuis meri Imperii, quod delegabile non ſit epiſcopus habet.

Ea quæ ordinis ſunt, vt clericorum ordinatio, virginū, & eccleſiarum conſecratio, & his ſimilia ei qui Epiſcopus non ſit, committere epiſcopo minimè licet.

18 Totius Diœceſis ordinarius ſecūdum communem ſcribentium opinionem, epiſcopus dicitur.

Ac ad ipſum omnis iuriſdictio tam in Monaſteriis, quam in aliis, niſi exempta ſint, pertinet.

Canonum pater, & cuſtos appellatur.

Ac Chriſti Vicarius, in ſua Diœceſi, epiſcopus dicitur.

Et quamuis ad Metropolitanum, ab epiſcopo appelletur, attamen quando recuſatur, Metropolitanus non adiatur, ſed arbitri, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, eliguntur.

Et contra ipſum ſuſpicione probata cauſam ad ſuperiorem remittere, vel alteri de recuſatoris conſenſu delegare poteſt.

19 Vicario aliam conſtituere Vicarium non licere communis eſt ſcribentium opinio & qualiter hoc procedat, declaratur.

Vicario, aliam generalem Vicarium conſtituere licet quoties ei in mandato expreſſe poteſtatem hanc epiſcopus præſtitiſſet, ac ea Vicarium poſſe, quæ epiſcopus poteſt, communis eſt ſcribentium opinio.

A delegato principis ſubdelegatus, alteri iterum non ſubdelegat.

Ordinarium delegato ſuo, vt cauſam alias delegabilē, alteri ſubdeleget, facultatem præſtare poſſe, & in hoc Principis delegatum, inferioris eſſe conditionis, quam ordinarius, communis eſt ſcribentium opinio.

Subdelegato etiam quod lis ſub eo conteſtata fuerit, ſubdelegare non licere communis ſcribentium opinio refertur.

Vicarius ordinarius iudex eſt.

Et quando recuſatur, cauſam ſimiliter ad ſuperiorem remittere, vel alteri de recuſatoris aſſenſu, delegare poteſt,

Eandem iuriſdictionem, quam epiſcopus habet, habere Vicarius dicitur, quamuis epiſcopi maius ſit Imperium.

Tam epiſcopus quam eius Vicarius, communes officiales cenſentur.

Animarum curam habere epiſcopi Vicarius dicitur.

Tunc cauſam ad ſuperiorem, Vicarius remittere, ſeu alteri delegare poteſt, quando in remittendo epiſcopus, vel in delegando non præuenit.

20 Archiepiſcopus omnium epiſcopòrum ſuæ Prouinciæ, ordinarius eſt iudex & de ciuili cauſa ſiue actione perſonali, ſiue reali, ob rē in eius Diœceſi, vel Prouincia ſitam, ſuffraganeus epiſcopus, conueniatur, cognoſcere poteſt.

Necnon de crimine quando ciuiliter ageretur.

Criminales vero cauſæ, quæ grauiores ſunt, ex Sacri Cōcilii Tridentini diſpoſitione, à ſolo Sūmo Pontifice aliæ vero minores in Prouinciali Concilio cognoſcūtur, & terminantur.

Prouincialis Concilii ſumma de iure eſt poteſtas, illudque, epiſcopum ob patratum crimen deponendum eſſe pronuntiare, ſolum poſſe.

Higinumque primum, hoc inſtituiſſe ex Platina deducitur epiſcopum communi attenta opinione, ſolus Papa deponere poteſt, talemque poteſtatem etiam legato a latere interdictam eſſe exponitur.

Non licere Prouinciali Concilio epiſcopum abſoluere communis pariter eſt ſcribentium opinio.

21 Archiepiſcopus iudex eſt ordinarius officialium principalium, & Vicariorum generalium ſuffraganeorum.

Quando in eorum officio, officiales, & Vicarii delinquerent.

Vel extra officium, ubi notorium delictum eſſet.

Et qualiter in eius officio, delinquere officialis dicatur remiſsiue.

22 Archiepiſcopi Vicarius, quam & quando in epiſcopos ſuffraganeos iuriſdictionem habeat explicatur.

Eumque de appellationibus, ad Archiepiſcopum interpoſitis, cognoſcere aſſeritur.

23 Laicus, communi attenta opinione epiſcopi Vicarius eſſe nequit.

Etſi

Etſi laico vnam, vel plures cauſas, delegare particulariter epiſcopum poſſe communis pariter eſt opinio in Vicario laico hoc limitatur, per Papam in forma ſolemni confirmato.

Nec epiſcopi Locumtenentem in ipſius abſentia creari laicum poſſe communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Neque clericum qui coniugatus ſit ſibi Vicarium conſtituere epiſcopo licere, communis ſcribentium opinio refertur.

Idque etiam quod clericus coniugatus Bigamus non ſit procedit.

24 Eccleſiaſticas & ſpirituales cauſas laicis committere Papam poſſe, ac excommunicandi, decimandi, decimaſque poſsidendi, ius, & poteſtatem, eaque omnia, iuriſdictionis ſunt, non autem ea, quæ ſunt ordinis, communis eſt opinio.

Laicis ſimul cum clericis ſpirituales cauſas neutiquam delegare epiſcopo licere, ſicut nec criminales, communis pariter eſt opioio neque clericum, qui coniugatus ſit, epiſcopi delegatum in criminali cauſa contra clericum agere poſſe communis etiam eſt opinio, quod quantumuis clerici ipſi conſentirent procedere, deducitur.

Et clericus coniugatus duobus exceptis caſibus, purus laicus reputatur.

Clericum coniugatum, ſimplex beneficium ex epiſcopi diſpenſatione obtinere poſſe, communis ſcribentium opinio refertur.

Papam principibus laicis neutiquam in clericos iuriſdictionem ordinariã vt habeant, conferre poſſe, communis eſt opinio.

Inualidam eſſe conſuetudinem, quod clerici in criminalibus cauſis coram ſeculari iudice conueniantur, cõmunis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Quod niſi particularis eſſet conſuetudo, declaratur.

25 Ad Vicarium tenendum cogi epiſcopum poſſe, aliquorũ eſt opinio, quibus ex Felyno & aliis Puteus contradicit, cum quo cõmunem eſſe ſcribentium opinionem aſſeritur.

Epiſcopum ſucceſſorem epiſcopi prædeceſſoris Vicario, ad ſalarium non conuentum ſoluendum, quaſi debitum illud voluntarium ſit non teneri deducitur.

In ſupremis Regni Franciæ Curiis, aliquem ex conſiliariis Vicarium conſtituere epiſcopi cogũtur.

De Vicarii imperitia, epiſcopus non tenetur.

Neque litem ſuam iudex facit, arbitris quos elegit male pronuntiantibus.

De ſui delegati imperitia, ordinarius non tenetur.

26 Feudi dominus, aliquem ad iuſdicendum deputare non tenetur.

Regni Barones, officiales dicuntur.

Et ſi hodie Regni Neapolis Baronibus per ſe iuriſdictionem exercere, ne ſubditi terreantur, prohibeantur, neque eis propterea cauſas à ſuis officialibus auocare liceat.

27 Vicarius in particulari Diœceſis loco deputatus, ſicut ab eo ad epiſcopum, ſeu ad generalem Vicarium appellatur ita & pariter illius ſuſpicio coram epiſcopo, ſeu generali Vicario proponenda & probanda venit dummodo epiſcopum ſimiliter ſuſpicio non concernat.

28 Pluribus vnius loci condominis exiſtentibus, propter vnius ſuſpicionem, alterius iuriſdictioni non derogatur quando in omnibus pariter, allegata ſuſpicio non militat, & quid in hoc caſu obſeruari oporteat numero 30. & 32.

Vbi de pluribus iuriſdictionem habentibus, ſiue ordinariis, ſiue ſimpliciter delegatis ſiue cum clauſula vos vel duo, aut vnus veſtrum ſeu aliis ſimilibus, remiſsiuè.

29 Par in parem Imperium non habet, ac duobus dominis eodem in Caſtro inſolidum exiſtentibus, vnus alterum delinquentem non vt parem, ſed tanquam priuatum communi attenta opinione ex quo criminis reatus omnem honorem excludit, punire poteſt niſi diuiſa inter ipſos iuriſdictionis adminiſtratio extaret, ſecundum communem pariter ſcribentium opinionem.

Et niſi alterum ex legitima cauſa delinquens recuſauerit.

30 Pluribus dominis extantibus, vno ipſorum ſuſpecto exiſtente, alii condomini, vel officiales, omnibus à condominis conſtitutus cognoſcere poterit.

Duobus officialibus eiuſdem iudicis inſimul delinquentibus ad iudicem de hoc cognoſcere, eoſque punire pertinet.

Quod in Regno Neapolis ex rituum Magnæ Curiæ diſpoſitione non procedit, quibus attentis, ſola magna Curia de delictis officialium, cognoſcit & hoc in Baronum etiam officialibus procedit.

Plures dominos non habere, ſubditorum intereſt.

Supremo potius ſub domino, quam ſub paruo exiſtere, ſubditorum ſimiliter intereſt.

31 Principis delegatus, qui quocunque ordinario maior eſt, communi ſcribentium opinione attenta quoties mandati formam minime ſeruat, aut aliter, nulliter procedit, ordinarium de tali actu ſe impedire poſſe, communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Delegatus in cauſa ſibi commiſſa delinquens, coram loci ordinario, vbi deliquit, conueniri poteſt.

Delegato iudicialiter procedenti, quoties iniuſte exequi vellet, ac de facto aggrederetur irreparabiliter reſiſtere, quod [illegible] liceat, communis eſt ſcribentium opinio.

Ne pendente [illegible] appellare opus eſt, vt deinde recuſari poſſit, communiter loquendo ſimiliter ſcribentes ſentiunt.

32 Archiepiſcopus in ſui ſuffraganei Diœceſi delinquens, ab ipſius ſuffraganei puniri nequaquam poterit, communi Canoniſtarum opinione attenta.

Secus ſi ſuffraganeus non eſſet quo caſu punire illum epiſcopo licere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Epiſcopo ſtatuente quod quicunque ad azardi ludum luſerit, puniatur, Archiepiſcopum in epiſcopi Diœceſi ludentem comprehendi, communis eſt ſcribentium opinio, ac epiſcopus in inferioris Prælati Territorio delinquens ab eo punitur.

33 Pluribus cum clauſula, & eorum cuilibet cauſa delegata, de alterius ſuſpicione illi non cognoſcunt, ſed ad arbitrorum electionem deueniunt.

Sicut quando omnes delegati ſiue ſimpliciter ſiue aliter conſtituti, ſuſpecti extarent, arbitri veniunt eligendi, & num. 36. vbi iſtud declaratur, & num. 37. 38 39. & 40.

Alter inhibere poteſt, qui in cognitione cauſæ peruenit.

34 Pluribus ſimpliciter iudicibus delegatis, quia omnes iudicare iuſſi ſunt, & vnius loco habentur, ſicut vno ipſorum mortuo alterius iuriſdictio expirat idem eſt, ſi ipſorum vnus tanquam ſuſpectus remoueatur.

Quod, niſi alteri Vices ſuas committeret, declaratur.

Et pro remedio hoc datur, vt vnus ex delegatis alteri non ſuſpecto cauſam deleget, ne iudicium impediatur.

35 Clauſula in reſcripto exiſtente, quod ſi non omnes vel

quod

quod ſi ambo quamui alijs procedere ſine recuſato poſsint attamen ſi non recuſati vna cum iudice recuſato in cauſa procederent, inualidus totus proceſſus redderetur.

36 *Caſus à Speculat. deſcriptus in tit. de recuſat. § fin nu. 36. in fine declaratur, clauſulam illam continens, ſi non omnes tu frater epiſcope.*

37 *Recuſationis cauſa contra omnes delegatos, cum clauſula, quod ſi non omnes propoſita, arbitris ſuſpectos omnes præter vnum declarantibus, an de cauſa cognoſcere non ſuſpectus poſsit, ſcribentium diuerſæ referuntur opiniones, & num. ſeq. diſtinguitur.*

38 *Aliquo, cui ſub nomine dignitatis cauſa commiſſa fuit recuſato, & qui ſtatim poſt recuſationem mortuus eſt, an qui in dignitate ſuccedit, recuſatione coram prædeceſſore allegata, non obſtante, cognoſcere de cauſa poſsit.*

39 *Iuriſdictionem epiſcopi Vicario delegatam, per eius obitum, vel remotionem ab officio, expirare communis ſcribentium opinio refertur, Almæ vrbis auditorium rigore omiſſo, æquitatem ſemper ſequitur illis exceptis caſibus in quibus rigorem ſeruare oportet in iudice remiſſoriæ perſonæ induſtria electa eſſe cenſetur, & proxime relatam communem opinionem ex communi obſeruantia non procedere, limitatur.*

40 *Quando à delegato Principis ſubdelegatus recuſatur, non coram ipſo, ſed coram delegato, ſi præſens eſt, recuſationis exceptio proponitur, & qualiter hoc procedat, declaratur.*

Delegato vero abſente, quid facere recuſans debeat plura deducuntur, & Speculat. in tit. de recuſat §. qualiter, nu. 9. declaratur.

Caput Quartum.

1 QVia nō propter ſe ſolum, ſed alterius etiam contemplatione, ſuſpectus iudex eſſe poteſt, propterea ſecundum Ripam in cap. 1. nume. 43. de iudic. ex ſola aſſeſſoris ſuſpicione recuſare iudicem tāquam ſuſpectum licere, ſcire conuenit, ac illa ratione iudicē, qui ſuſpectum aſſeſſorem non remouet, ſuſpectum ſemetipſum reddere, eodē loci Ripa enarrat, quia cauſa quælibet iuxta gloſam in c. cum R. Canonicus de off. deleg. eſt ad recuſandum iudicem ſufficiens, quod Rota in deciſ. 2. pariter ſequitur num. 13. in deciſ. diuerſorum Nouiſſ. par. 2. & quamuis in iudice literarum ignaro Ripa proxime relatus locum hoc habere certo modo ſentiat, ſecus ſi in iure peritus iudex ſit, hac, quia ſapiens falli nequit, aſsignata ratione attamen ſi iudex aſſeſſorem, qui ſuſpectus ſit, non remouet, eadem ratione quamuis peritus iudex ſit, quod ipſum recuſare liceat, concludit, & hanc in tract. de arbitr. iudic. centur. vlt. caſu 4 8. num. 24. cuius ſupra capit. proximo num. 13. meminimus, magis communem Menoch. eſſe reſtatut ſcribentium opinionem.

2 Aſſeſſorem item, ſuſpectus quamuis iudex ipſe nō exiſteret, quod recuſare liceat, ex textu conſtat in ca. ſtatutū §. Aſſeſſorem de reſcript. lib. 6. & in capitu. cum ſpeciali Franch. ſequitur num. 37. & 38. de appellat. partes in Aſſeſſoris electione ad notam ſuſpectorum dandam, etſi ad confidatorum nominationem non teneantur, iuxta tex. monendas eſſe dicens in §. quod ſæpe, in authen. de triente, & ſemiſſe, & quatenus ſuſpectos, & confidentes ſimul partes denominarent, neutiquam ad confidatos eligendum, ſed ad eos tantum, quos partes ſuſpectos habent euitandum teneri iudicem enarrat, idē in tract de epiſcop. par. 4. nu. 28. circa medium verſic. idem dic Bertach. ſentit, & in deciſ. 138. Gapyc. in fine.

3 Nec illud circa id omittendum eſt, quod etſi illorum, quibus confidimus, & eorum, quos ſuſpectos habemus nominationē fieri iure nō caueri, ſed ſtatuto, vel conſuetudine diſponi in l. conſilij, num 14 & nu. 19. ff. de reg. iur. ex Caſtrenſe in l obſeruandum ff. de iudic. & alijs ibi relatis, Cagnol. aſſerat, ex Baldo tamen in l. 1. C. de relat. & in conſ. 170. lib. 1. ab eodem Cagnolo in dicto num 4 relato quod ſuſpecti ex iuris diſpoſitione & cōfidētes dari debeant, & ſoleant, per tex. in dicto §. quod ſæpe Ioann. Baptiſt. Aſin. in praxi iudic. explicat, §. 25. cap. 15. nume. 3. in fine, vbi de iure communi hoc non eſſe neutiquam Caſtrenſem in dicta l obſeruādum affirmare aliquo pacto enarrat, ſed bene eum illud aſſerere de more iſtud, vt ſuſpecti, & confidentes dentur obſeruari, quodque dum paſsim, & vbique hoc omnes obſeruant, non temere vſum, & conſuetudinem proceſsiſſe, ſed à iure omnino hoc emanaſſe concludit.

4 Nec non aſſeſſorem Conſiliarium dici, text. eſt in l. Conſiliarios ff. de off aſſeſſ. & l. Conſiliarios, C eodem, ex Baldo hoc pariter conſtat, in l. nemini, in princ. C de aduoc. diuerſ. iudic. aſſeſſorem nullatenus agere poſſe eum, qui conſiliarius eſſe nequit, aſſerēre, cuius in rub. ff. de off aſſeſſor num. 3. in princ Dec. meminit, hinc aſſeſſorem conſulere non autem iudicare decere, in l. 1. in fine, eod. tit. Bar gloſ. ibi & Alex. atteſtantur, etſi aſſeſſoris conſilium niſi iuſtum illud ſit, & iuridicum, ſequi iudicem non teneri, ex Speculatore, & ibi Ioanne Andrea in tit de requiſit. conſ. §. quod ſi Iudex, & alijs, in deciſ. 295 num. 2. & 3. par. 2. Franc Marc aſſeueret, Quod, niſi ſapientis conſilium ſequi iudicem debere municipalis lex iuberet, declaratur quo caſu iudicem ad conſilium omnino ſequendū, obligari in tract. de conſil. ſapient. lib. 3. Paceſcala inquit, cap. 25. ante fin & infra de hoc ca. 10. notata videas nu. 5.

5 Qua propter Aſſeſſorem, iure etiam canoni co attento, dummodo de recuſantis conſenſu electus non ſit, ſolo partis iuramento, quod recuſare liceat ex notatis per Alex. conſtat, in cōſil. 104 lib. 5. in iſtis leuibus, & in quib. de facili alter ſubrogari poteſt, voluntatem iuxta tex. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. loco rationis eſſe

ac

ac ſufficere decentem,& quamuis in c.decernimus nume.57.de iudic. contradicere Ripa videatur, laico iudicis eccleſiaſtici,niſi ſuſpectus allegetur,agere aſſeſſorem licere,& hanc,quod laicus ſit, ſufficientem eſſe dicens recuſationis cauſam,ac de cauſa mentionem dum facit,niſi cauſa concurrente, recuſare Aſſeſſorem non licere, cauſamque in illius recuſatione exprimendam eſſe concludere quodammodo cenſetur, hoc tamen non obſtante,cum adæquarē aſſeſſorem,& conſultorem,ac vnum eos idemque, in effectu,ſoloque iutamento, ſuſpectum conſultorem allegari poſſe dixerimus, Cumq; nulla inter ipſos diuerſiratis militet ratio,idē, quod in conſultore,in aſſeſſore omnino obſeruari, quod oporteat, clariſsimum videtur, ac verborum per Ripam relatorum proprietate attenta,cauſam cuius ipſe mentionem facit de illis, quæ ex aliquo animi affectu reſultet, non exiſtere conſtat,recuſationis etenim cauſa, aut immediate ex iudicis perſona cōſideratur qualis illa eſt, à iuris vel facti ignorantia originem ducens,aut ex aliorum perſona mediate, ſicut quando amore,odio, vel timore eorum, inter quos ferenda ſententia venit, eſt iudicandum, vt in tract.de arbitrar.iud. per Menoch. lib.2. tenetur. nouiter impreſſa, caſu 456. nume 20. hoc per belle referentem,ſed laicum, qui iudicis eccleſiaſtici ſit aſſeſſor recuſare quod liceat, Ripa ſolum inquit, quam quidem qualitatem notam eſſe ſemper, & patentem,ac ex habitu, & denominatione talem,quem eſſe facile dignoſci,ac ſtatim quod in genere,vel oretenus, vel in ſcriptis,laicum eccleſiaſtici iudicis aſſeſſorem ſuſpectum quis allegat, quicunque ſit aſſeſſor etiam quod nulla in eo ſuſpicionis cauſa,nec vere,nec veriſimiliter cadat,immo nulla in aſſeſſorē ſuſpicione allegata, hoc ſolū, quod laicus ille ſit propoſito, procedere ſuſpicionē, ac iſtud vbi ſupra Ripā ſentire, mature per eū deductis,vt decet,cōſideratis,res eſt vtique clariſsima ac proxime relata ratione attēta,quod in iſtis leuibus,in quib. alter alterius loco ſubrogari facile poteſt, voluntas rationis loco, vt diximus ſuccedit,tam de iure ciuili,quam Canonico, ſolo partis iuramento recuſare, quod aſſeſſorem liceat, nullatenus eſt ambigendum cætera vero inſra cap. 10. norata inuenies, vbi de Conſultore plenius.

6 Cumque illud pariter an propter ſui Vicarij ſuſpicionem epiſcopum recuſare liceat, & ſic è contra quæſtionis eſſe ſoleat quoad primū ob Vicarij ſuſpicionem epiſcopum recuſare quod cōueniat,illa ſuadere ratio videtur, quia vnū & idem epiſcopus, & Vicarius conſtituunt Tribunal c.2.de conſuetud.in 6.& c. Romana, de appellat. ſimiliter in 6. in pract. benef. Rebuff.hoc ſectatur in titu.de Vicar.Archiep.nu. 216.& Cuce.inſtitut.iur.canon eod.titu. iſtud expreſſe eo loci aſſerens num.152. idem in l.1. Salyc.tenet,qu. de ordinarij Vicario loquitur, C.ſi quæ.præd.poteſt.Dec.in c.1.num.17.extra de iudic.& ipſorum memor Iacob.Sbrozz. nouiſsime,in tract.de Vicar.epiſcopi,lib.3.quæſt, 15.nu.1.& 2.fol.145.vbi ideo Vicario epiſcopi recuſato epiſcopum ipſum recuſari poſſe aſſerit,quia non abſimili ratione ſuſpecto aſſeſſore exiſtente iudicē pariter recuſare, quod paulo ante notauimus licere ex Panormitano inquit,in dicto c.1.num.14.& ibi Decio num.17. de iudic. illudque notatum facere non prætereas,quod quoties epiſcopi ſuos conſtituūt Vicarios,ea ſolum, quæ ad eos ordinariæ ratione iuriſdictionis ſpectant, non autē delegatæ concedere,& tribuere cenſentur, vt ex Decio in c. quoniam Abbàs,num.15.de off.deleg. Federico de Senis in cōſ.130.in fi. Ruyno in cōſ.138. lib.3.& Rolan.à Vall.in conſ.39.num.17.lib.1. Menoch.in conſ.17.num.14 inquit lib.1.Attamen in contrariū, ac epiſcopū hoc caſu ſuſpectum nullatenus cenſeri, poſt tex.in c.ſi contra vnū in fin de offic.deleg.in 6. coram epiſcopo, tam Vicarii,quam delegati ab epiſcopo,ſuſpicionem,& recuſationis cauſam, niſi eadē vtrūque ſuſpicionis cauſa concerneret eſſe proponendam clariſs me diſponentem, iſtud eo loci in 4.& 5. notab. Anchar. ſentit, & eodem loci Gemin.& in c.iudex,de off.delegar.ſimiliter in 6.cuius in c dilecti il 3.nu.54 ante fin.extra de appellat.Franch.meminit Bald. in dicta l.1. in fi.C ſi quacūque pręd.por. Abb.in c. ſi quis cōtra clericum nū.35.de for.compet.Redoan. in tract.de reb.eccleſ.non alien quæſt. 22.cap.2. num.27.& num.:0. Beroius in dicto c.1. num. 228.extra de iudic.& alii in dicto lib. 3. quæſt. 16.ab eodem Sbrozzio,num.1.fol.149.à tergo citati,hac per ipſum eo loci adducta ratione, quia Vicarii tantum perſonam illius recuſatio concernit,eiuſque perſonæ cohæret, nec idem cum epiſcopo quoad recuſationem ipſam Tribunal facit,quod ante ipſum in dicto c.dilecti, il 3.nu.53.ex textu in dicto ca.ſi contra vnū in fine,Philipp.Franch.adnotauit,ac Vicarii ſuſpicionem ſuſpectum epiſcopū nullatenus conſtituere,ex Iaſone,in dicta l.aperriſsimi nu.9.in fine.C.de iudic.Bertacchio,in dicto tract.de epiſcop.pat.6.lib.4. tit. de Vicario epiſcopi num. 12.Beroio in dicto c.1.num 128. extra de iud. & alijs,idem Sbrozz.in præfara quæſt.15.num. plenius explanat,quem per totam dictam quæſtio.prænotata declarantem, ac prædictis in contrarium enarratis reſpondentem inſpicere non prætereas.

7 Quo vero ad aliud, vtrū propter epiſcopi ſuſpicionem, Vicarium recuſare permittatur, in dicta l.1. Bal. C.ſi quac. præd poteſt.nu.6. ante fin.negarinam ſimiliter,nec recuſare tali caſu Vicarium licere, ſectatur opin. quem Pariſ. in tract.de ſind.verbo.ſuſpicio c.1.num 2.verſ. & adde prædictis ſequi ſimiliter videtur Iaſ.in

dicta

dicta l.apertiſsimi,nume. 7. verſic. aduerte tamen.C.de iudic. Decius in dicto ca.1.num.17. poſt principium extra eo tit. Redoan. in dicto tract.de reb.eccleſ.non alien.cap.3.nu. 29.cum ſequen.& in dicto tract.de Vicario epiſc. idem Sbtozz.lib.3.quęſt. 4.num.2.& 3.fol. 44.attamen in contrarium, ac affirmatiuam opin. veriorem eſſe,& communem ex Salyceto in dicta l.1.& ibi Socino,ex Abbate,Imola,& Felyno in c.inſinuante per illum tex de off.deleg.in conſ. 6 num 13.poſt princ. Crauett. affirmat Rolan, à Valle,in conſ.16.num.8.lib.2. Caball. Milleloq.866.par.2.& Ripa ante ipſos in dicto ca.1. num.44.de iudic. manifeſtam huius opinionis eſſe dicens rationem,quia prohibito Vicarium reuocare epiſcopo permittitur, quod etiam ſi cum pœnę adiectione & cum iuramento,quod magis eſt illum non reuocare epiſcopus promiſiſſet procedere inquit,ac in totum etiam ſine cauſa Vicarium reuocare epiſcopo licere in Clement. etſi principalis de reſcript. gloſa notat,& Abbas,in dicto c.ſi quis contra clericum nu.25.verſ.ad idem facit de foro compet. & in illius repet.num.30.ſimiliter in ver.ad idem facit nec expreſsè ſolum,ſed tacitè etiam epiſcopo hoc permitti per alterius ſcilicet Vicarij cõſtitutionem,& creationem quo caſu primum, quamuis ſecundus non acceptauerit, reuocatũ cẽſeri,in deciſ. 47.col.1. & 2.Boer. alios idem ſentientes referens affirmat,etſi poſtea num.7. reuocatum per alterius Vicarij cõſtitutionem, primum Vicarium nõ cenſeri veriorem,ac magis communem pariter eſſe dicat ſcribentium opinionem,quę,& in dicto tract.de off. Vicar. quæſt. 32.Sbrozzium latiſsimè diſcutientem inſpicere non prætereas, iſtudque ſine Capituli conſenſu epiſcopo licere in cap.1. poſt principium de off. Vicar.in 6.Franchus enarrat. Textuſque in ca. viſiſ.16.q.2.in illis verbis, aptiſsimè prænotatis conuenir humani moris eſt eũ vereri qui modo erigitur,modo deprimitur in dicto c.inſinuante num.1.ante fin.à Felyno relatus,idem in deciſ.137.nu.9.Capyc. ſequitur, illudque præfatis ſuffragatur, quod cauſam coram Vicario vertentem,ad ſe in qualibet iudicij parte auocare iuxta tex.epiſcopo permittitur,in cap.vt noſtrum,vbi Franch.& alij de appellat.Scaccia,in tract.de iudic.cap 66.nu. 20. circa fin.lib.1.& plene Didac.Couar.in practictar.quæſt.tract.cap.9.qua propter,cum in epiſcopi ſententiam trahi Vicarius, ne remoueatur,vel ne cauſa ab ipſo auocetur, veriſimile fiat ipſum tanquam ſuſpectum recuſare, vt ſupra dictum eſt licere,euidens omnino eſt, & indubitatum idem in dicto tract.de epiſcop. lib. 4 par.5.num.69.& par.6.tit.de Vicario epiſcopi num.12. Bertacch. tenet, Redoan. in dicto tract.de reb.eccleſ.non alien. eod.c.3.num.25. Bertrand.in conſ.184. lib.3. Anton. Burgos in repetit.c.cæterum, num.128.de reſcript. tom. 2.& alii plures quorum in præfata quæſtio. 14. num.4.& 5.cum ſeqq.Sbrozz. meminit, quem rationes afferentem, plene declarantem,ac in contrarium adductis reſpondentem inſpectũ omnino facias, & hanc præfatas per rationes, quia vnum Vicarius, & epiſcopus Conciſtoriũ, conſtituunt,immo à Vicario geſta ab epiſcopo quod facta cenſeantur in ca 1. gloſa inquit de Cappell.Monach.in 6.cuius,in dicto c. ſi cõtra vnum nu 3.verſ & illud de off.deleg in 6 Franchus meminit, necnon quia præcipere Vicario epiſcopus poteſt veriorem, & receptiorem eſſe ſcribentium opin.Rota in deciſionib Diuerſorum nouiſſ.deciſ.2.teſtatur num. 21.& 22.par. 2.quo loci poſt tex.in dicto c.2. de conſuet in 6 & in dicto c.viſis.16.quæſt.2. Abbate in c.inſinuatum num.2.Imola ibidem nu.10. Felyno nu.1.per illum tex.de off.deleg.Francho in dicto c.dilecti.il 2.quęſt.14.num.54.de appellat. & in c.poſtremò,nu 20.in 12.cauſa, & ibi Præpoſito num.11.in 71 cauſa eod.tit.Maranta in praxi iud par.6.tit de appellat.nu.28. Capyc. in dicta deciſ.137. nu.2. Rebuffo ad conſtitut. Reg.Gall.tomo 3.in tract.de recuſat.num. 38. cauſa 71. hec ſectantibus relatis, Baldi ſententiam in contrarium ſupra relatam non obſtare in num.23 clare notat,eamque vel iuxta tex.in l.à proconſulibus, C. de appellat. de iure ciuili intelligendam eſſe, quo attento diuerſa ſuperiorem,& Vicarium conſtituere tribunalia, ſecus de iure canonico quo inſpecto vnum & idẽ Vicarium,& epiſcopũ habere Tribunal, quod & nos paulo ante adnotauimus affirmat,aut in Vicario,at alio,quam ab ordinario deputato, ſeu ſeorſum ab ordinario habitante iuxta in dicto c.dilecti,per Franc.notata, nu.54. & per Felynum in dicto cap inſinuante num.1. eo loci relatos ibi,& paulo infra, quæ de iſtorum veritate adnotauimus inſpicias.

8 Sicut non abſimiliter, vbi ſuſpectus Archiepiſcopus exiſteret, ipſius pariter ſuffraganeos, ſuſpectos cenſeri textus eſt in hoc clarus. in ca. accedens,il primo vt lite non conteſt.& gloſa in c.in iuuentute,verſ.tunc purgatenr, de purgat.canon vbi de ratione, & communem hanc eſſe ſcribentium opin.in tract. communium opin.lib.1.cap.331. in fine Viuius aliorum memor aſſeuerat,omneſque conſequenter ſuffraganeorũ officiales,tali caſu,& ſubditos in quos iuriſdictionem certo modo iuxta tex. in c. paſtoralis in prin.& ibi glo.in verbo inuitũ de of. ordin.& in c.pen extra de pœnit. & remiſſ. habere Metropolitanus dicitur ſuſpectos remanere ex prænotatis non eſt vtique ambigendũ.

9 Et quamuis Ripa in dicto c. 1.nu.44. de iud. ſupra proxime citatus poſt Felyn.in dicto c.inſinuante,num 1.in fi. de off.deleg.poſt Barbat. in tract.de Cardin.legat.à lat.quęſt.3.num.12. & poſt alios,quos in dicta quæſt.14 nu.11. citat Sbrozz.& ſequitur Vicariũ à Papa confirmatũ

illa

illa ratione, quia illum remonere epiſcopo non permittitur recuſari non poſſe ex Francho in ferat, in dicto c. dilecti, il 3. quæſt. 14. nu. 53. Baldi & Decij ſupracitatam opinionem, neutiquā Vicarium propter epiſcopi ſuſpicionem recuſare licere, aſſerentem, his in terminis ſaluari poſſe dicens, dummodo ex Frāncho eodem loci declarans, eadem, quæ in epiſcopo, in Vicario ſuſpicionis cauſa non concurrat, his tamen libenter non aſſentior, nec mihi ratio per Ripā allegata ſatisfacit, epiſcopo enim ſuſpecto vt diximus exiſtente, Vicarium etiam, quod Papa ipſum confirmauerit, ſuſpectum iudicari, argumen. tex. notab. quem videas demoſtratur in c. pet tuas de maiorit. & obed. illaque ratione attenta, quia minime, qui confirmat dare dicitur: illa etenim confirmationis eſt natura robur ſolum confirmato, addere, non autē ad ea, quæ in confirmato nō includebantur iuxta in l. more num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. per Decium notata illud extendere, per Beroum in conſil. 7. num. 37 lib. 3. & in cōſ. 75. per Menoch. nn. 32. à Hieronymo Magonio, in deciſ. Lucen. 14. relatos num. 22. & ſicut ab epiſcopo excommunicatione prolata, & per Papam confirmata ſoli epiſcopo adhuc, ſecundum Iaſ. in dicta l. more, num. 26. & 27. excommunicatum abſoluere permittitur, ita & ſimiliter quamuis Papa Vicarium ab epiſcopo conſtitutum confirmaſſet ipſum ſoli epiſcopo, inconſulto Papa, quod reuocare permittatur, abſonum quidem nō cenſetur eadem in hoc caſu quam prædiximus ratione militante, ideò ſuſpectum Vicarium cenſeri cum in epiſcopi cura ne remoueatur ſententiam trahi veriſimile ſit, quæque ſupr. cap. præcedenti num. 18. de Prouinciæ Gubernatore adnotauimus, ſuffragantur omnes ſcilicet Gubernatoris auditores ipſo ſuſpecto exiſtere, quāuis à ſuperiore, & non ab ipſo Gubernatore ſint Auditores conſtituti ſuſpectos iudicari illa ratione, etiam hoc in caſu concurrente etſi aliæ quas prænotauimus ceſſatēt, quia epiſcopo Vicarius, ſicut Gubernatori Auditores, ſemper ſubeſt, iuxta per Ioſeph Ludou. eo loci citatum relata in deciſ. Peruſ. 108. num. 2. & iuxta ea quæ in ca. 1. de off. Vicar. in 6. Gemin. enarrat, vbi iuſtam ſemper ne in ſui ordinarij voluntatem Vicarius trahatur eſſe aſſerit, ſuſpitionis cauſam, quem in dicto c. dilecti Franc. ſequitur num. 54. in fine.

10 Illo tamen caſu ſuſpecto epiſcopo exiſtente, ſuſpectum Vicarium non cenſeri eſſe exiſtimo indubitatum, quando propter epiſcopi ſuſpenſionem, vel excōicationem Vicarium in epiſcopatu Summus Pōtifex cōſtituiſſet, quo caſu, cū Vicarij etiā ab epiſcopo conſtituti, iuriſdictio ſuſpendatur, Summuſque Pont. in epiſcopatu de Vicario prouideat, neque ad Metropolitanū ſuffraganei excommunicati iuriſdictio, vt tex. eſt, deuoluatur, in c. 1. de ſuppl. neglig. prælat. in 6. & in c. 1. & glo ibi in verbo ipſius in fine de off. Vicar. eod. lib tenet hoc Ioann Ferrett. in conſ. 3·6. nu. 3. alijque plures in præfato tracta. de off. Vicar. lib. 3. quæſt. 17. num. 1. fol. 146. per Sbrozz. relati, & per gloſ. pragmat. ſanct. verbo illos in tit. de concubin §. quod ſibi, quam plura notab. explicātem inſpectam omnino facies in tali Apoſtolico Vicario ſuſpicionem aliquā earum, quæ in epiſcopo eiuſque Vicario iam te motis militabant nullatenus concurrere poſſe eſt omnino præſumendum, maximè quia iuxta per Butrium notata in c. nouit de indic. à Caball. in Milleloq. 739. in fine relatum, quoties Vicarium in epiſcopatu Summus Pont. conſtituit epiſcopo ne illum remoneat, neve alium deputet prohibuiſſe cenſetur.

11 Ex quibus, & alijs ſupra proxime notatis, ea etiam dubitationem continere apparet, quæ in ſupracit. c. inſinuante, num. 1 in fine Felyn. aſſerit inſpectum eo loci ob epiſcopi ſuſpicionem non exiſtere Vicarium, aſſerēs quoties tanquā delegatus in cauſa Vicarius procederet, quam quidem dubietatem ad ea quæ paulo ante notauimus ſiue ab epiſcopo Vicarius ſiue ſit à Sūmo Pont. delegatus, indiſtincte procedere ambigendum nō videtur, parum etenim refert Vicarium vna in cauſa Sedis Apoſtolicæ exiſtere delegatum, dum epiſcopo quo inferior eſt, cuiuſque vicesgerit, in cæteris eſt ſuppoſitus, illāque quam prędiximus rationem, quia veriſimile eſt in epiſcopi ſentētiam ne à Vicariatus officio remoueatur Vicarium trahi hoc etiam caſu, ac perpetuo militare clariſsimum eſt, vbicūque enim eadem militat ratio eadem debet eſſe iuris diſpoſitio l. illud ff. ad l. Aquil. & l. à Titio ff. de verb. oblig. cum ſimil luculenter in locis legalib. per Nicol. Eucrald. explicitis in loco à ſimili in princ. & per totum, & quamuis idem Tribunal cū epiſcopo quoties ei tanquam delegato cauſam epiſcopus commiſiſſet, Vicarius nō faciat ex quo ad epiſcopum à Vicario iuxta in Clement. 2. per Cardin. notata quęſt. 8. de reſcript. appellari tali caſu licet, & infra latius, nume. ſeq. per Felyn. in dicto c. inſinuāte, nn. 1. ita Cardinalem cōſuluiſſe referentem, & per alios in præfata quæſt. 14. nu. 8. & ſeq. per Sbrozz. relatos. Quia tamen non in hoc quod ad epiſcopum à Vicario ipſius delegato appellare oporteat ſuſpicionis cauſa ceſſante, ceſſare penitus ſuſpicionem, eodem loci nu. 13. Sbrozz. notat. vbi hac appellationis ratione circumſcripta illo caſu per ipſum relato, quando ſcilicet Vicarius Summi ageret Pontificis delegatum, etſi ad epiſcopum tali caſu à Vicario non appelletur prænotata tamē ratione, quia Vicarius epiſcopo eſt in cæteris ſuppoſitus, ipſumque in ſuā trahere ſententiam epiſcopus poſſet, ex Ripa in dicto c. 1. nu. 44 de ind. ſuſpectū, ob epiſcopi ſuſpicionem, exiſtere Vicarium enarrat, cum quo tem hāc clariſsimam, ac indubitatam eſſe

Digitized by Google

cenſeo neque apte inter hos caſus fuiſſe differentiam à ſcribẽtibus conſtitutam præfata ratione cunctis præcipua conſtat, quia epiſcopo inferior eſt Vicarius, eique pariter ſuppoſitus, necnon ſemper vt diximus militãte, & ideo vbi epiſcopo ſimul & Vicario delegata per Sedem Apoſtolicam cauſa fuiſſet, hoc etiam caſu Vicarium ob epiſtopi ſuſpicionẽ recuſare licere in dicto capit. inſinuante tex probat de off. deleg. quod inpræfata quæſt. 14. nume 7. in princ. dicto textu non aliter citato, ac perfunctorie de hoc loquendo Sbroaz. concedit, eandemque in Vicario ſeorſum ab ordinario habitãte necnõ in Vicario ab alio quam ab ordinario conſtituto militare ſuſpicionẽ, quia licet epiſcopo minime hoc vltimo in caſu ſit Vicarius ſuppoſitus, ei tamen tanquam inferior Vicarius morem ſemper propterea, quod gerere velit eſt omnino præſumendum, etſi aliter his in caſibus, vbi ſupra Felynus ſentiat, & Franch. in dicto c. dilecti il 3. num. 54. verſ. ſecundo modo poſſet, & poſt ipſos Rota in ſupracit. deciſ. 2. in fine in deciſionib. Diuerſorum nouiſſ par. 2. prętatam etenim rationem, quod epiſcopo ſuppoſitus ſit Vicarius, ipſoque inferior omnibus præfatis in caſibus à ſupradictis ſcribẽtibus explicatis militare nullatenus eſt in dubium reuocandũ, ipſorumque opinionem non eſſe in hoc amplectẽdam, ſed omnino in proxime relatis caſibus recuſare Vicarium licere indubitate ſentio iudicia vtique ad tex. in ſupracit. l. apertiſsimi, cũ ſimil. C. de iudic. ſine qualibet ſuſpicione procedere debere, ſæpe ſæpius adnotauimus, imò ex qualibet ſuſpicione minima, quamuis & exigua iuſtã iudicem recuſandi reſurgere cauſam in deciſ. 3. Balb. tenet, & paſsim mille in locis, hoc ſcribentes atteſtantur.

12 Ex his enim differentiam inter recuſationẽ, candide lector, & appellationem in notabis, cũ etſi ad epiſcopum ab ipſius officiali neutiquã appelletur, ex quo vnum, vt ſupra notatum extitit iuxta tex. in c. 2. in fine, & ibi gloſ. fin. de conſuet. in 6. & idẽ auditoriũ conſtituunt, quod in conſ. 52. nu. 166. lib. 1. Menoch. ſequitur, quẽ notab. declarantem inſpectũ facias, & Iodoch. in Enchirid. parium verbo iudicium vbi late, quod in Patriarcha etiam & Archiepiſcopo, idem cum eorum Vicarijs, auditorium conſtituentibus ſibi locum vendicare in conſ. 155. numero 2. & 3. Ioann Bapt. Ferrett. atteſtatur, ſecus ibidem in Papæ Auditoribus eſſe dicens, & legatorum idem cum Papa, & Legato. auditorium non facientibus, & propterea ad Papam, ab eis, & ad Legatum in dicto numero tertio, cum ſeq. poſt Abbatem in dicto c. ſi quis contra clericum num. 25. verſ. nec obſtat capitulo ſtuduiſti, de foro compet. appellari poſſe ſubdens. Attamen in recuſatione, ex textu in dicto cap. ſi contra vnum, de off. deleg. in 6. ſupra num. 6. ſecus eſſe demonſtrauimus, & maxime in fine, vbi idem cum epiſcopo quoad recuſationem Tribunal Vicarium minime facere notatum fecimus, neque ad epiſcopum à Vicario, quod appellare liceat, cõſuetudinem valere in ſupracitato cap. ſecundo de conſuet. in 6. text. dictat, quod in Vicariatus officium concernentibus ac ex iuris diſpoſitione ad Vicarium ſpectãtibus in quibus ordinarius dicitur intelligendum venit, ſecus vero in his quæ in generali Vicariatus commiſsione niſi ſpecialiter cõmittuntur minime veniunt, vt cauſæ ſunt criminales, beneficia conferre, & ſimilia in quibus delegatus Vicarius cum dicatur ab eo ad epiſcopum delegantem eſſe proclamãdum in c. licet colum. 1. de offic. ordin. & in rubr. de off. de leg. col fin. Felyn. notat per Marant. in praxi iudic. relatus, verſ. & quandoque appellatur, nu. 383. in magnis, & poſt tex. in c. fin. de off. Vicar. in 6. Gigas in conſil. 82. num. 5. alios referens, hoc ſequitur itẽ vbi in diffinitiua ſumus, ſecus ſi in interlocutoria, quo caſu appellare à Vicario ad epiſcopum licere Papa 3. in addit. ad deciſ Rotæ. 3. tenet de offic. Vicar. in nouis, hanc, quia ipſemet Vicarius reuocare ſententiam poſſet, eſſe aſſerens rationem ſicut non abſimiliter aduerſus ſui Vicarij ſententiam in integrum reſtitutionem concedere epiſcopo permitti Ioan. And. in c. Romana de appell. & Panormit. & alij in c. ex literis de in integr. reſtit. teſtantur, & communem hãc in Milleloq. 747. in fin. Caball. eſſe ait ſcribentium opin. eodem loci in fine, verba iſthæc in eorum ſententijs, ſalua domini voluntate Vicarios notare ſolere ſubdens, quod vt Clarius, & plenius intelligas, per Abbatem in dicto c. ex literis num. 11. per totum in fine maxime notata videas per Franchum in dicto c. dilecti il 3. nu. 45. cum ſeq. vſq; ad num. 50. de appellat. & Sbroazium nouiſsimè in dicto tract. de Vicario epiſcopi in quęſt. 13. late iſtud explicantem, alioſque referẽtem, adeoque epiſcopum, & Vicarium vnum, & idẽ facere Conciſtorium eſt perpetuum, quod notario omnes epiſcopi ſententias ſcribendi ex priuilegio facultatem habente, etiam Vicarij ſententias ſiue vt Vicarius ſiue tanquã ab epiſcopo delegatus illas proferat, ei quod ſcribere permittatur priuilegium comprehẽdere in deciſ. 258. num. 2. Boer. qui videatur enarrat, Vicario itidem in ſui epiſcopi locum in epiſcopum electo, ipſum vt Vicarium, tanquam Vicariatu ſtatim expirato actitare aliquid de cætero nullatenus poſſe in ſupracit, l. iudicium ſoluitur numero 3. in fine notab. Bald. inquit ff. de iud. illud nihilominus circa prædicta diſcrete lector ad notabis, quæ quamuis ea quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis, etiam extra Territorium iuxta tex. in c. nouit, & ibi notata de off. legati, & in l. 2. ff. de off. proconſ. & leg. exercere ordinario liceat, attamen epiſcopi Vicarium, etſi vnum, & idem cũ epiſcopo Tribunal eum

conſtituere

conſtituete ex tex. dictum ſit in c.2.de cõſuet. in 6.i'la tamen ratione, quia delegati iuriſdictio committentis, & delegantis Territorio limitata cenſetur, nullatenus extra Diœceſim ẽt ſpecialis mandati vigore, quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis, quod exercere Epiſcopi Vicario liceat neque alteri hoc licere à quolibet ordinario ſubſtituto ſeu delegato in cõſ.24. notab. Ioann.Bapt.Ferrett.inquit, & in conſ. præced. num.1.vbi pluribus relatis hanc circa finem veriorem eſſe inquit, & communẽ ſcribentium opinionem, item quamuis ab epiſcopi Vicario appellare ad eundem epiſcopum, vt diximus, non liceat, de nullitate tamen dici poſſe ex Frãcho in dicto cap.2.de conſuet.in 6 prope fin.in tract.de nullit.in tit.coram quo num.20.in fin. Vant.enarrat.

13 Sic de vno ex delegatis cum clauſula, quod ſi non omnes à Principe datis recuſato recuſationis cauſam tali caſu eſſe coram omnib.proponendam, coram coniudice vero, non recuſato, probandam, in eodem c. ſi contra vnum de off.delegat.in 6.tex.diſponit, quo loci gloſa in verbo probati tempore pendente quo de ſuſpicione collega cognoſcit, eundem de principali cauſa cognoſcere nullatenus poſſe, ſed illa adducta ratione finẽ cauſę ſuſpicionis eſſe inquit expectandum, quia iuxta textum in c.prudentiam eodem titulo extra de off.deleg.de coniudicis impotentia, vt procedere ſolus poſſit cõſtare debet, & qualiter conſtare tali caſu de impotentia dicatur in eodem capitulo ſi contra vnum num.4.& in cap.cum plures nume.3.eodem tit. de off deleg. in 6. Franchus declarat, poſt ipſum Caball. alios referens, in Milleloq. 856.num.2.& Felyn.in cap.ſciſcitatus num.12. cum ſequent.de reſcr.& ſignanter num.16. vbi notab.quem plenè declarantem inſpectum facere nõ peniteat, clauſula vero in reſcripto exiſtente, quod ſi ambo non poſſunt ſeu quod ſi non omnes tu cũ altero vel alia conſimili, quid in hoc ſuſpicionis articulo ſit agendum vltra præfatam gloſam in verbo probari poſt tex. in c.coram, gloſam ibi, & ſcribentes de off. deleg. in eodem c.ſi contra vnum nume.5.Franch.videatur, & nunquid ille ex pluribus delegatis, qui intereſſe nequit committere vices ſuas alteri poſſit in dicto cap. coram verbo, quod non intelligatur gloſam amplam notab.diſtinguentem, & declarantem videas, & infra hoc eodem c.notata num.40

14 In duobus vero ordinarijs quales epiſcoporum Vicarios exiſtere poſt te tum in cap.2.de off.Vicar.in 6. in rubr. Iaſ. notat, ff. de off.eius cui mand.eſt iuriſd.num.12. & Abb.in c. quoniam il primo num.3.cum ſeqq.extra ne præl. vices ſuas à Gigante aliorum memore in conſ. 82.nu. .relatos, ac in illo præſertim caſu quo duos eodem in loco ipſorum officijs, non aliter diſtinctis Vicarios ſibi epiſcopus conſtituiſſet in ipſorum alterum ſuſpicione imminente, coram ipſorum altero allegari ſuſpicionẽ, & probari debere eſſe cenſeo indubitatum, ita textu in præfato c.ſi contra vnum diſponẽte, & quia ex præfatis Vicarijs, cuilibet procedere ſeparatim licere magis communem in dicto c.prudẽtiam nu.10.in fine Panorm.t. eſſe enarrat ſcribentium opin.non tamen illam prætercream declarationem litẽ ſcilicet coram vno ex duobus Vicarijs cœptam, finire coram ipſorum altero nullatenus licere, niſi alter coram quo cœpta lis extitit, longo eſſet detentus impedimento, vt in eodem num.10.& ſeq.Panorm.aſſerit ibique Deci.nu.9.verſ.ex quo Bart. infert, & verſ. niſi dato impedimento quorum, aliorumque Marcell.Cala in tract.de modo articulandi.§.1. meminit gloſ.1.à num.31.vſque ad nu.40.quẽ, poſt Gabriel.in communium concluſ.tracta.in tit.de iudic.concluſ.1.num.13.& ſeqq.vſque in fin.& poſt Afflictum, in deciſ.324.& ibi Vrſill. in addit.num.2.notab.declarantem inſpicere, ne tædeat, quod niſi moram in remotis epiſcopus gereret declaratur, quo quidem caſu Franchus in eodem c.ſi contra vnum num.3.parum ante finẽ. Ioanne And.& Lapo relatis officialibus modo quo adnotauimus conſtitutis de ſuſpicione alterius cognoſcere licere concludit, tenet hoc Bertach in dicto tract. de epiſc. par. 6.lib.4.tit de Vicario epiſcopi num.17.Proſper Faſet.conſ.43.nu.9.quos, & alios in dicto tract. de Vicario epiſcopi, quæſt.16.numero 5.ante finem Sbrozz.refert, qui videatur.Iaſ. in l. cum filiusfam.col.2.ff.ſi cert.pet.quem ad multa ex dicto textu, quæ Vicario, & Locumtenenti ob ſuorum dominorum abſentiam permittuntur, quæ alias non permitterentur, & in l.in prouinciali §. ſi ego ſuperficiarius nume.6.ff. de oper. noui nuntiat. inferentem videas, Iodochum in Enchirid pariũ. verbo abſentia lõga, plures lõgæ abſentiæ effectus, alios tamen notabileſque caſus reſpiciẽtes cumulãte Ioann.Bapt.Ferrettũ in conſ.316.per totum notab. loquentem, & Clementinũ in tract.de patria poteſta. effectu. 4.à num.22.verſic.ſexto limita, vſque ad num. 28.fol.85.iſtud latius explicantem, ac ſtante Abbatis abſentia, coram epiſcopo, quod Monachum conuenire liceat Abb.inquit notab. in c. cum contingat, num.14.verſ.probatur etiam, vſque ad fin.quem inſpectum omnino facias, extra de foro compet.plures tamen, vt caſus cognitos habeas in quibus ordinarij in regulares tam ex iuris communis quam ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione iuriſdictionem habent Triuiſanum illos recenſentem videas in deciſ.36.per totum lib.primo, ſed duobus pluribusve officialibus in aliqua Diœceſis parte ab epiſcopo conſtitutis, prænotata non procedere ipſoſque ordinarios nõ cẽſeri, ſed rurales Vicarios, ac foraneos nuncupari, ac ad cauſarũ tantum vniuerſitatem delegatos in Clemen.2. de reſcript.

de reſcript gloſa notat eoſque delegatam ſolũ habere iuriſdictionem poſt plures relatos in practicarum quæſt. tract. Couar. cap. 4. nume. 7. verſ. eſt ad idem fol. 60. magis communem eſſe inquit ſcrib ntium opinionem, imò inſolidum iuriſdictionẽ aliquã qualẽ ad vniuerſitatẽ cauſarum deleg atos habere in l. 1. text. inquit ff. de off. proconſ. ipſis neutiquam competere neque vnum abſque alio, ſed eis coniunctim tantum, procedere licere in c. cum cauſam nume 23. de appellar. Franch. qui videatur notab. declarat, nulloq; modo ad ipſorum alterum, ſed ad epiſcopum de alterius ſuſpicione cognoſcere pertinere, vel ad ipſius generalem Vicarium, ad quem à talibus delegatis ſiue abſit ſiue pręſens epiſcopus ſit appellari in praxi iudicior. in pręfato verbo appellatio num. 381. & 385. Maranta affirmat veriorem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, quam etſi contrarium in rub. de off. deleg. col. fin. ver. vtrum à delegato Felynus alios refetẽs ſuſtineat, & Gigas in ſupracit. conſ. 82. num. 4. alios non abſimiliter recenſens veriorem magiſque rationabilem eſſe exiſtimo illudque ſæpe ſæpius relatum ſimiliter ſuffragatur appellationem ſcilicet iuxta text. in pluries citato c. ſuper eo il 2. de appellat. & recuſationem ipſam adæquari, & inf a hoc eod. cap. nu. 38. vbi videas notata conueniunt, ac ex ibi deductis prædicta declarabis.

15 Suſpicionis cauſa nihilominus coram epiſcopo probata, ac altero ex Vicarijs ſuſpecto pronunciato, Vicarium non ſuſpectum de cauſa ſe impedire eique de cauſa ipſa cognoſcere licere, argumento textus in præfato c. cum plures de off. deleg. in 6. & iuxta ibi in num. 2. per Franch. vidẽtem notata, per Abbatem in ſupracit. cap. prudentiam num. 11. in fine, & per ea quæ hoc eodem cap. inferius num. 37. adnotauimus indubitatum eſſe cenſeo, vel iuxta plene in repetit dicti c. ſi quis contra clericum nu. 13. & 14. & in prima proximè præced. lectura num. 12. & 23. eundem per Abbatem plenè notata alteri non ſuſpecto cauſam delegare epiſcopo quod liceat, idque ſecundum gloſam in dicto c. cum plures in verbo recuſaret, niſi Vicarius recuſatus cauſam alteri ſic iuribus diſponentibus ab initio delegaſſet intelligendum venit, immo niſi alter Vicarius præueniſſet delegatum hunc eiſe illi præferendum, ex infra nu. 37. & 38. notaris demonſtratur.

16 Neque in hac epiſcopi delegatione alterius partis conſenſum de neceſsitate requiri in c. cũ ſpeciali num. 16. de appellat. Franch. aduertit conſultius nihilominus iudicem facere adulterius recuſandi facultatem excludẽdam vtriuſque partis conſenſum in commiſsione ipſa requirere in deciſ. 137. nu. 10. ante fin. Capye. notat, illudque circa ea, quæ de duobus epiſcopi Vicarijs retulimus notãdũ pariter venit, quod ipſis ſuper eadẽ cã contrarias ſñias proferentibus, quam ex ipſis validare, necnon cui adhęrere velit eſſe in epiſcopi facultate in ſupracit. ca, dilecti il 3. de appellat. col fin. per tex. Bald. hoc affirmat in l. duo iudices ff. de re iud. quod Frãchus quem inſpicias pro limitatione, & declaratione c. ſi. extra de re iud. in eodem cap. dilecti num. 53. eſſe admonet notandum.

17 Quando verò vt euenire frequentius videmus vnum ſibi epiſcopus Vicatium conſtituiſſet, ſi epiſcopo intra Diœceſim abſente, aut alio in vicino loco ſuſpectus ab epiſcopo delegatus, vel ipſius Vicarius diceretur epiſcopum eſſe pariter adeundum, quem hoc in caſu pro præſente haberi in dicto c. ſi quis contra clericum nu. 25 in fine Panormit. inquit, ac ſuſpicione prius coram Vicario, vel delegato, qui ſuſpectus aſſeritur, propoſita adire ſe epm velle iſtoque medio tempore in cauſa, quod ſuperſedeatur petere recuſantem poſſe, alias ei tanquam grauato, quod appellare liceat Ioann. Andr relato in d. c. ſi contrariũ nu. 3. Franch. qui videatur aſſeuerat, iſtaq; plenius, vt intelligas in d. ca. ſi quis contra clericum nu. 25. in fi. & nu. 26. & in eiuſdem c. repetit. nu. 25. ſimiliter in fine inſpectũ omnino Panormitanum facias, nec te illud circa prædicta aduertere redeat clericis & inferioribus, quę iuriſdictionis ſunt iudicare puta excõicare, & ſimilia poſſe epiſcopum delegare, vt gloſa inquit menti tenẽda in c. peruenit 95. diſtinct. nihil epm quantũuis meri Imperij, quod delegabile illud non ſit, habere concludẽs tex. cõcordat in c. aqua de cõſectat. Eccleſiæ vel altar. vbi idem Panormit. nu. 2. bonam in hoc delegationis articulo eſſe regulam enarrat, illa tãtum, quæ ordinis ſunt ei, qui epiſcopus non ſit, cõmittere epo non licere, qualia ſunt clericorũ ordinatio, Virginum, & Eccleſiarum conſecratio cæteraque ſimilia, quæ niſi per epiſcopum tanquam epiſcopali ab ordine d pendentia ex tex. in c. quamuis 68. diſt. eo loci relato fieri nullo modo poſſe enarrat.

18 Et quatenus ſatis vltra Diœceſim epiſcopus moraretur, reum poſt epiſcopi Vicarium, vel delegatum ab ipſo recuſatum ad epiſcopum, longinquis in partibus perquirendum, ac adeundum adſtringendum eſſe, iniquum vtique cenſetur, & quatenus ipſi reo recuſanti iſtud placeret actorem tamdiu in ſui iuris proſeq utione impediri abſurdum ſimiliter eſſe cõſtat, qua propter ex eodem Ioanne Andr. arbitros, de Vicarij recuſatione de recuſatione verò delegati ab epiſcopo generalẽ Vicariũ cognoſcere in eod. c. ſi contra vnum nu. 3. iure hoc, & ratione comprobans Franchus exponit, & in ſupracitato capitulo 16. Sbrozz. ſequitur numero 5. quod, vt eodẽ loci per Frãch. nu. 6. & iterũ ſupra notatũ extitit, niſi eadẽ quę epm, Vicariũ, vt quia de terra aduerſarij ſit ſicut eps oriũdus, vel abſente epiſcopo tam ab ipſo delegatum, quam generalem Vicarium, eadem vt dictũ eſt

ſuſpicionis cauſa ſimili tet cõcernat limitatur, quibus in caſibus omnino coram arbitris ſuſpicionis cauſam eſſe arbitror diſcutiendam.

19 Sed quamuis ex eodem Abbate in d.c.ſi quis contra clericum nu.41. de foro foro cõpet.ordinariam iuriſdictionem epiſcopum obtinere clare pateat, totiuſque Diœceſis epiſcopum ordinarium exiſtere, ex textu in c.1. de off. ordin.& in c.cum epiſcopus eod. titu.lib.6.communem eſſe ſcribentium opinionem in ca.cum contingat, num.29.eod.tit.de foro comper.idē Panormit.atteſtetur omnemque iuriſdictionē tam in Monaſterijs, quàm in alijs iuxta text.in c. nulla 97.diſt.n.in c.Abbates 18.q.2.& in d.c.irrefragabili de off.ordin.niſi exēpta illa ſint, ad epm pertinere nemo ambigat, eoſdemq; canonum patres,& cuſtodes nuncupari, ex textu cõſtet in c.eum quibus 24.q.3.quod in conſ.332. Romanus ſequitur num.1.& Viuius in deciſ.314.nu.1.par. 2.necnon Chriſti Vicarium epiſcopum in ſua Diœceſi cenſeri, ex textu in c.mulier 33.q.5. & Abbate in c.1.col.3. de iureiur. in deciſ. 370.num.31.in eadem par.2.idem Viuius enarret; iuris ramen canonici diſpoſitione attenta, epiſcopum, quod recuſare liceat claram rem eſſe diximus,& quamuis ab epiſcopo ad Metropolitanum appellari ex textu clare conſtet in c. paſtoralis de off. ordin. & in c. Romana de foro compet.in 6 epiſcopo tamen recuſato non eſſe ad Metropolitanum tali caſu recurrendum, neque appellationem, & recuſationem hoc in caſu æquiparari, ſed arbitros, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant eſſe eligēdos poſt text.in d.c. cum ſpeciali de appell. gloſa explicat notab. in dicto c.ſi contra vnum, verbo ſi autem: quam rationem aſſerērem & gloſam primam in fine in c.ſi clericus 10.q.1.inſpectas facere non prætereas, ex quibus aliam inter appellationem,& recuſationem differentiam notabis ipſa verò ſuſpicione prolata, aut ad ſuperiorem cauſam remittere, vel de recuſantis aſſenſu, alteri epiſcopum delegare cauſam poſſe in dicto c. ſi iudex de off.deleg.in 6.tex.probat,& Franch.in dicto c.cum ſpeciali num.4.in fin.& num.5.

20 Item etſi epiſcopo inferiorem eſſe Vicarium dixerimus, ac maius epiſcopi eſſe Imperium, quam Vicarij, ex Baldo conſtet in ſupracit. l.iudicium ſoluitur ff.de iudic. ex Innocentio in c. G.perpetuus extra de fide inſtrum. neq; alium creare Vicariū Vicario licere, poſt Hoſtienſ. in c clericos de off. Vicar.in conſ.42.nu.60. & 61. Gigas aliorū memor aſſeuerat,& Vant.in trac. de nullit. in tit.de nullit ex defect iuriſd.deleg. num.25.& hanc in reſponſo 214.in prin. cõem Ripa eſſe teſtatur ſcribentium opin.quē eo loci vſque ad nu.4.per totum notab. declarantē, & Triuiſanum in deciſ.19.lib. 1.in Vicarijs eccleſiarū præfatā regulā locū ſibi vendicare explicantē, nõ aũt in Vicarijs epalibus in tēporalibus,& in his quæ iuriſdictionē concernunt, nec non notab. Rotæ deciſ.4 de off. Vicar.in nouis, ac Puteũ in deciſ.224.lib 2. in tota d. deciſ. inſpiciendũ & præſertim nu.8 & 9.iſta plenius explicantē, ac ex Baldo in l aliqñ ff.de off procõſ. & leg.& alijs ibi relatis nõ licere Vicario altero Vicario deputato in totũ à ſe iuriſdictionē abdicare, illũq; ordinariũ facere declarãtē, etſi ex Ioanne de Lignano, pp infirmitatē, aut alia neceſſaria cauſa, exiſtente, vel quia de epi licentia modico tēpore eſt abfuturus, alterũ ei ad modicũ tēpus cõſtituere Vicariũ licere in deciſ. 374. nu.6.Guido Pap.atteſtetur, quē & Aufreriũ in addit.ad deciſ.36.Capellæ Tholoſ. inſpectos facere velis, Vicario eo caſu aliũ generalē Vicariũ conſtituere licere, vbi in mandatis iſtud Vicarius cõſtituens haberet, aſſerentē & Rota in deciſ.122.in prin.in deciſionib.diuerſ.nouiſſ.par. 3.fol.86.a tergo quod ex eo fulcitur, quia etſi à delegato Principis ſubdelegatus alteri, ne in infinitum res procedat, ſecundum gloſam magnā in prin in c.ſuper queſtionũ §.porro de off. deleg ſubdelegare neutiquā liceat, hoc tñ ordinario permitti, eiq; delegato ſuo, vt cãm alias delegabilē alteri ſubdeleget, prātem dare licere,& in hoc principis delegatum inferioris eſſe conditionis, quā ordinarius ſit, in c. is cui gloſ. fi.probat, de off. deleg in 6.quam in l. more maiorum ff.de iuriſd omn.iud.cõiter ſcribētes ſequi,& ita intrepide tenendum eſſe Fulgoſ. atteſtatur, Imola in Clemene.1.de off.deleg. & Alexand in rubr.ff.de off.eius cui mand: eſt iuriſd. à Vantio, quem inſpicias in tract de nullit. relati, dicto tit de nullit.ex defect.iuriſd. deleg. nu. 27 fol.150.imò etiam quod corā ſubdelegato, lis fuerit conteſtata, alteri ei cauſam neutiquā delegare licere vbi ſupra Vant. in nu. 28 cõem pariter eſſe affirmat ſcribentium opinionē, attamen quia ordinarium iudicē cenſeri Vicariũ ad text in c.2.vbi gloſ.& Doctor de conſuet in 6.in c.2 de off.Vicar. ſimiliter in 6,& in d. Clement.2.de reſcript. ostendimus, ac eandē quā epiſcopus habet, habere Vicariũ iuriſdictionē, ex Baldo conſtat in dicta l. iudicium ſoluitur, ff.de iud.eaque Vicarium poſſe, quæ epiſcopus poteſt Rota inquit in deciſ.vlt.in tit de off.Vicar.in nouis, Capella Tholoſ.& ibi Aufret. in deciſ.148.& hanc cõem in c.2.de off. Vicarij eſſe ſcribentiũ opin. in ſupracit. conſ.17 nu 4. lib. 1.Menoch. affirmat & tam epm quā eius Vicariũ cões officiales cenſeri in conſ.345.Anchara no relato in conſ.40 nume.1.ante fin. Philipp. Decius teſtatur imò animarum eum curam habere in c.ſuper eo, de præb.in 6.ſcribentes aſſeuerant, cauſam ei quando recuſatur aut ad ſuperiorem remittere, vel alteri de recuſatoris aſſenſu, quod delegare liceat, ex prænotatis clare patet, quod dummodo epiſcopus corā quo, vt dictum eſt Vicarij ſuſpicio proponitur in delegando, vel remittendo non prēueniſſet, aut aliter de ſuſpicionis cauſa cognoſcere non

incœpiſ-

incœpiſſet,eſt omnino intelligēdum;ab epiſco-
po etenim,qui ſuperior eſt, manu appoſita, ad
quem de Vicarij ſuſpicione cognoſcere ipſaq;
probata,& causā alteri delegare, eamque ad ſu
periorē remittere pertinere diximus, amplius
Vicario ſe intromittere non licere,tex. in dicto
c.vt noſtrum clarè probat, & ibi per ſcribentes
notata de appell.& in c. ſi à ſede circa finem de
præben.in 6.& Ioann.Bapt.Ferrett.in conſ.24.
num.3.in fine.

21 Nec ſuperuacuæ illud in hoc articulo eſſe cre
das cognitionis,nūquid aliquam Archiepiſco-
pi Vicarijs in Archiepiſcopi ſuffraganeos iuriſ-
dictionem ſibi vendicet,ipſum etenim Archie-
piſcopum omnium ſuæ Prouinciæ epiſcoporū
ordinarium cēſeri iudicem in c.paſtoralis text.
monet.& Panormit.ibi num.2.de off.ordin.gl.
ſequitur in c.Metropolitanum 2.q.7. Bertach.
in tract de epiſcop.in prælud.num.13. Roman.
in conſ 521.num.3.& Felyn.in c.cum inferior,
de maior.& obed. ac ciuili de cauſa nō ſolum
ſi actione perſonali, ſed etiam ſi reali,rei ratio-
ne in eius Diœceſi, vel Prouinciæ ſitæ ſuffraga-
neus conueniatur indifferenter cognoſcere
Archiepiſcopo licere in c.ſanè nu.5.de ſoro cō-
pet.Abbas affirmat. de crimine item, quando
contra ſuffraganeum ciuiliter ageretur cogno-
ſcere Metropolitanum poſſe in c.nō poteſt,nu.
8 de re iud.Abbas idem atteſtatur de crimina-
libus vero vltra per eundem Abbat. notata in
dicto c. paſtoralis in princ. alioſque ſcribentes
ibidem cunctis omiſsis,ex Sacri Concilij Tridē
tini diſpoſitione ſeſſ.24.cap.5.de reformat.cri-
minales cauſas grauiores à Summo Romano
Pont.cognoſci,ac terminari ſcire ſufficiat,alias
verò minores in Prouinciali tantum Concilio,
vel à deputandis,per ipſum cognoſcēdas eſſe,&
terminandas;iuris vero diſpoſitione attenta
prouinciali Concilio cuius ſumma poteſtas eſt,
epiſcopum ob patratum crimen deponendum
eſſe pronunciare licere in ca. biduum gloſa in-
quit 2.q.6 & in cōſ.94.Menoch.alios recenſens
nu.5.lib.1.Nigenumque primum inſtituiſſe,ne
Metropolitanus Prouinciæ ſuæ epiſcopum ali-
cuius criminis reum faceret,neve damnaret, ni
ſi cauſa à Prouincialib.epiſcopis diſcuſſa prius,
& cognita fuiſſet in ipſius vita, ex Platina mo-
nemur,ac ſolo à Papa eſſe epiſcopū deponendū
in c.excommunicamus il 1.§.volumus nu.5 de
hęret.Anania inquit,& cōem hanc eſſe teſtatur
ſcribentium opin.à Claro,in praxi criminū re-
litus,§.fi.q.37.verſ.vlterius quæro circa mediū
ac legato à latere authoritatem hanc interdi-
ctam cenſeri,ex tex.in c.quod trāslationem, &
ibi notatis de off. leg. gloſ. inquit in pragmat.
ſanct.in tit.de concubin.§.in Cōcilis,verbo ſpe
ctat ſol.327.à tergo nullatenus tamen prouin-
ciali Concilio abſoluere epiſcopum licere in c.
1.de iud.nu.22.ver.an aūt Ripa inquit & cōem
hanc pariter ſcribentiū eſſe teſtatur opinionem
quem pro clariori præfatorum intelligentia in
d nu.22.per totum inſpicere non pœniteat.

22 Officialium item principalium ipſorū ſuffra
ganeorū, ac generalium Vicariorum, vbi offi-
ciales,& Vicarij in eorum officio delinquerent
ordinarium Archiepiſcopum cenſeri, ex textu
conſtat in c.1.de off. Vicar. in 6. quod plenius
quidem,vt intelligas,& qualiter in eius officio,
delinquere officialis dicatur in trac.de Syndic.
Patiſ.explicat verbo officialis offenſa. §.quia di
cit poſt nu.6.Catan.ſuper ritu Magnæ Cur.49.
col.pen.& fi.vbi notab. & Sbrozz. nouiſsimè in
præfato tract.de Vicar.epī lib.2.q.118.& q. 57.
lib.3.quos plenè,& notab.declarantes inſpice-
re non prætermittas,imò etiam quod extra of-
ficium tales officiales delinquerent de delicto
quod nototium eſſet,vbi contra ipſos ageretur
ad Archiepiſcopum cognitionem pertinere in
l.qui iuriſdictioni nu. 9.verſ.octauo fallit. ff.de
iuriſd omn.iud.Iaſ notat quē inſpectū ſimiliter
facere non tædeat, necnon per ſimplicem que-
relam poſſe quem cōtra ſuffraganeum, vel eius
officialem Archiepiſcopū adire textus probat
in c.venerabilibus.§.ſed ſi excommunicatus de
ſent.excommunicat in 6.Cardin.in Clemēt.Ar
chiepiſcopo de priuileg. Gemin. in dicto cap.
venerabilibus num.4.quemlibet ſuffraganeorū
ſubditum tam contra ſuffraganeum quam con
tra eius officialem Archiepiſcopum hoc caſu
adire poſſe ſubijciens.& Stephanus Quaranta
in nono de Concilio prouinc. tractatu autho-
ritate 16.& 17.quem plures referentem iſtaque
omnia declarantem inſpectum pariter facias.

23 Reditumque ad Archiepiſcopi Vicarium fa
ciendo,in Prouincia Archiepiſcopo exiſtente,
iuriſdictionem aliquam in ſuffraganeos neuti-
quam ob epiſcopalis dignitatis reuerentiam,
Vicario tali caſu competere textus docet glo-
ſa ibi,& ſcribentes in cap primo, §.fi.de off. or-
din.in 6. Archiepiſcopo vero abſente iuriſdi-
ctionem ei cōpetere non ambigitur,illud enim
tali caſu Vicario licere, quod Archiepiſcopo
præſente non licet in cap.nullus textus exponit
de temp.ordin.in 6.Franch.in dicto cap.ſi con-
tra vnum num.tertio poſt medium,& alij quo-
rum paulo ante num.14.meminimus,ſed qua-
tenus pręſente Archiepiſcopo ſuffraganeum ip
ſius Vicarius ſuſpenderet, vel excommunica-
ret,vltra gloſ.notab.in dicto cap primo verbo,
attento in terminis hoc probantem valere tali
caſu ſententiam, vulgata illa ratione. & ligare
conſtat,quia excommunicationis ſententia ad
tex.in ca.ſententia 11.q.3.iuſta illa ſit,vel iniu-
ſta ligat,ac metuenda pariter venit,Rota ſequi
tur,in deciſ.10. de ſent. excommunicat.in no-
uis,& Sbrozz.nouiſsimè in d.tract. de off. Vic.
lib.3.q.20.nu.4.etſi Vicarium eſſe tali caſu pu-
niendum Bertach.poſt gloſ proximè relatam,
in dicto tract.de epiſcop.fateatur 7.pat.4. libri
num.12.ſicut pariter de appellationibus ad Ar-

 chiepi-

chiepiſcopum interpoſitis cognoſcere eiuſdem
Vicario licere in c. dilectis extra de appell. ſcri-
bentes atteſtantur ex textu itidem in dicto c. 2.
de off. Vicarij in 6. in c. laicus de foro compet.
& in c. ad noſtram il 2. de iureiur, & ex Rotæ de
ciſion. 2. de off. Vicar. in nouis epiſcopi ſeu Ar-
chiepiſcopi Vicario de criminalibus cauſis, nõ
vt ad punitionem procedat, ſed epiſcopo tan-
tum, vt referat, niſi expreſſe illud in mandato
contineatur cognoſcere licere declaratur, ſicut
neq; vbi ad beneficij priuationem, propter cri-
men agitur cognoſcere Vicarium poſſe ex Ioan
ne Andr. liquet in dicto c. 2. de off. Vicarij in 6.
cætera verò huc tendentia in ſupracit. 7. parte,
vbi late, & notab. Bertach. notat. Menoch. in
præfato conſil. 51. & 52. lib. 1. multa de epiſcopi
Vicario ſatis notanda illiuſque munere elegan-
ter explicans, quem & in ſupracit. deciſ. 347.
Boerium inſpicere non prætereas.

24 Neque illud hoc in caſu eſſe aduerti præter-
enndum, vtrum epiſcopi Vicarium agere laico
permittatur, & non licere in dicta 7. par. 4. libri
quæſt. 17. Bertach. aſſeuerat, & hanc Ripa in c.
decernimus num. 56. de iud indubitatam apud
ſe, & communem eſſe aſſerit ſcribentiũ opinio-
nem, quod quoad temporalẽ iuriſdictionẽ quã
aliquo in loco epiſcopus habet, nullatenus pro-
cedere Panormitanus ibidem declarat, Vicariũ
qui laicus ſit in temporalibus deputare epiſco-
pum poſſe ex textu ſubdens in c. fi. ne clerici, vel
Mon. in 6. & hoc Barbatia excepto alios ſequi
in dicto num. 56. idem in Ripa clarè ſentit, ſed
Abbatis declarationẽ illa ratione minime ſibi
placere inquit, quia dum laicus ad temporaliũ
cauſam iuriſdictionem epiſcopi delegatus eſſe
nequit, nec Vicarium neque ordinarium eſſe
eũ poſſe iuxta tex. ait in c. ſuam, cum concor. de
offi. Vicarij, etſi particulariter vnius, aut plu-
riũ reſpectu cõmuni attenta opinione in eod. c.
decernimus nu. 34. in prin ab ipſemet Ripa re-
latam poſſe dicat, textum in dicto c. fi. de crimi-
nalibus tantum cauſis loquentem neutiquam
obſtare dicens, ac Decio illationem ibi ad cau-
ſas omnes temporales generaliter fieri aſſeren-
ti reſpondet, illiuſque in hoc opinione reiecta,
illo in caſu vbi laicus Vicarius ab epiſcopo con
ſtitutus per Papam in forma ſolemni confirma
retur, nouiter limitat, nec epiſcopo in epiſcopa-
tu tantum reſidenti vnicum Vicarium conſti-
tuere, vt diximus prohiberi, ſed neq; epiſcopo,
qui abſens, vel ab futurus ſit, generalem ſibi Lo
cumtenentẽ laicum conſtituere licere in cõſ. 8.
nu. 10. cũ ſeqq. & nu. 14. Ioann. Bapt. Ferrett. aſſe
uerat, & hãc cõem eſſe ait ſcribentiũ opin. quẽ
in toto dicto cõſ. notab. declarantẽ, & diſcutiẽ-
tem inſpicere non omittas, idẽ vt neque clericũ
coniugatũ ſibi Vicariũ conſtituere epiſcopus
poſſit in tract. de iurepatron. de communi Lã-
bert. 1. par. 2. lib. reſtatur 3. artic. 7. q. princ. nu.
3. quod etiam vbi Bigamus clericus cõiugatus
non ſit procedere in c. 1. de off. Vicar. in 6. nu-
me. 6. Franch. inquit.

25 Quo vero ad Summũ Põtiſ. cuius ſupra pro-
ximè meminimus, eccleſiaſticas cauſas necnon
ſpirituales laicis ei committere licere, excom-
municandi itẽ ptãtem iuſque decimandi deci-
maſque ipſas poſſidendi, omniaq; indiſtincte,
quæ iuriſdictionis, ſecus ea quæ ordinis ſunt fir
mã in c. quãto, de conſuet. eſſe ſcribentiũ opin.
queſt. famil. 7. per totũ Berous ſentit, & ſignan-
ter nu. 3. vbi de cõi, & Follet. in addit. ad Marãt.
par. 4. 13. diſtin. nu. 10. fol. 2:4. in magnis, quod
in epiſcopo nõ procedere cui neq; laicis, & cle-
ricis ſimul ſpirituales cauſas, neque criminales
contra clericũ delegare licere cõem pariter eſſe
ſcribentium opinionem in dicto c. decernimus
nu. 5. Decius inquit, & in conſ. 4. Rol. à Vall. nu.
14. vol. 1. imò nec clericũ cõiugatum, criminali
in cauſa epiſcopi delegatum agere, contra cle-
ricum poſſe Abbatem, & alios communiter te-
nere, vbi ſupra nu. 64. Ripa rationem hanc aſſe-
rens teſtatur, quia clericus, qui coniugatus ſit,
duobus ſolũ exceptis caſibus in c. vnico de cler.
cõiug. in 6. deſcriptis, purus laicus exiſtimatur,
nec clericali eũ in cæteris priuilegio potiri in-
quit idque etiã quod clerici ipſi conſentirent,
procedere in ſupracit. prima par. 2. lib. 1. artic.
7. q. prin. num. 8. Lambert. aſſeuerat, illud eodẽ
loci aduertens, quod nullatenus eſſe cenſui præ
tereundũ, clericũ. ſ. coniugatũ ſimplex ex epi-
ſcopi diſpenſatione obtinere beneficiũ poſſe, &
hãc cõem eſſe affirmat ſcribentiũ opin. ſed quã
uis õia Papã poſſe ſupra c. 2. nu. 1. & 2. cũ ſeqq.
dixerimus, & ſignanter nu. 4 Papę nihilominus
nullatenus principibus laicis ordinariã in cleri
cos iuriſdictionẽ conferre licere cõem Clar. in
pract. crim. §. fi. q. 41. ver. ſed quid dicendum in
medio eſſe inquit ſcribentiũ opinionẽ, neq; in
criminalibus cauſis corã ſeculari iudice eſſe cle
ricos conueniendos conſuetudinẽ valere iſtud,
dictãtẽ iuxta textũ in ſupracit. c. clerici de iud.
hanc in practicarũ q tract. q. 31. nu. 5. cõem pari
ter Couarr. eſſe teſtatur ſcribentiũ opin. cuius
idẽ Clarus in prædicto §. fi. q. 36. meminit verſ.
ſed ea retenta hoc eo loci in fi in particulari cõ
ſuetudine limitãs in aliquibus pura caſibus, ac
aliquos tñ clericos in minoribus verbi gratia
conſtitutos à ſeculari iudice puniri poſſe dictã-
te, quam validã eſſe ait, & ita plurib in locis in-
diſtincte in practica obſeruari aſſerit, ſed an lai
co epiſcopi aſſeſſorem agere liceat infra ca. 10.
notata videas num. 14. cum ſeqq.

26 Ad Vicarium item tenendum, etſi adſtringi
epiſcopum poſſe in c. quoniam de off. ordinar.
Panormit. aſſeueret, quem eodem loci Felyn.
nu. 5. hoc ſe alibi neſcire dicens refert, & ſequi-
tur, nec non poſt plura ad Abbatis dictũ impu-
gnandũ enarrata, circa ea pp Abbatis authori-
tatẽ eſſe inquit cogitandũ & cũ Abbate in ſing.
52. Aymon. tenet hoc eo loci in fine tanq̃ ſæpe

de facto

de facto occurrẽs, eſſe admonẽs notãdũ. Attamẽ ab ipſorum opinione in deciſ. 4·.nu.2.lib. 2. Puteus recedendo Epiſcopum ad Vicariũ neceſſario habendum Felyni in dicto c. quoniã, & aliorum ibi per ipſum relatorũ opinionẽ ſequutus nõ teneri aſſerit, & hanc cõem eſſe ſcribentiũ opinionẽ Rota in deciſionibus diuerſorum nouiſſ. teſtatur deciſ. 297 num. 2. par. 2. & propterea epiſcopum ſucceſſorem epiſcopi prædeceſſoris Vicario, ad ſalarium non conuẽtum minime adſtringi quaſi debitum illũd voluntarium ſit, ad quod iuxta textum in cap. 1. & ſeq. & ibi ſcribent. extra de ſolut. ſucceſſorem epiſcopum non teneri, ſed debita tantum prędeceſſoris neceſſaria, vbi ſupra Puteus affirmat de epiſcopo item ſucceſſore immediato non autem mediato ne in infinitum res abeat, argumento l. boues, §. hoc ſermone ff. de verb. ſignificat. hoc eodem loci numero 3. ſibi locum vendicare declarans, quem in tota dicta deciſ. & in alia ſeq. pro iſtorum pleniori cognitione, videre non prætermittas, necnon Boerium in ſupracit. deciſ. 347 num. 6. & in deciſ. 69. num. 6. & in deciſ. 69. nu. 10. in ſupremis Regni Franciæ Tribunalibus ex cauſis eo loci per ipſum, enarratis cogi epiſcopos aliquem ex Conſiliarijs Vicarium conſtituere referentem, & Sbrozzium in dicto tract. de Vicario epiſcopi libro 1. quæſt. 46. num. 1. verſ. ſecundo adducitur, cum ſeq. qua propter pręfata ratione circumſcripta ad Vicarium tenendum adſtringi epiſcopũ dictante, ideo de Vicarij imperitia epiſcopum non teneri tum quia iuſtitię eum faciendæ, quã etiam quia rei licitę Vicarium creando epiſcopum operam dediſſe ex Baldo conſtat in au. h. offeratur C. de litis conteſt. cuius in tracta. de Syndic. Pariſ. meminit in verbo delegatus in prin. eodemque Baldo in tit. de Pace conſtant. relato, neque litem ſuam facere iudicem ait, male arbitris quos elegerat pronunciantibus, illa per eum ratione recitata, quia bene quod bona fide fit fieri cẽſetur ordinarium de ſui delegati imperitia illa ratione non teneri, ſimiliter ſubdens, quia ſi teneretur à delegato ipſo ad ordinarium delegantem appellare, quod licet non liceret.

27 Quod etiam in feudi domino locum habere conſtat, cui nec ad iuſdicendum aliquem deputare cauſaſque per ſe cognoſcere licere arg. l. cui iuriſdictio ff. de iuriſd. omn. iudic. per quẽ tex. vaſallum cum mero miſtoque Imperio, ac omnimoda iuriſdictione, vt ipſe de feudo iudicet, inueſtitum cenſeri in Conſtit. Regni rubr. 7. nu. . lib. 1. Afflict. enarrat, Regioſque Regni Barones officiales dici, in deciſ. 211. numero 7. par. 1. & in deciſ. 274. nu. 3 par. 2 D. Vincent. de Franch. atteſtatur, etſi hodie per ſe ipſos iuriſdictionem Regni Baronibus exercere illa ratione, ne ſubditi terreantur prohiberi idem D. Vincent. de Franch. in deciſ. 511. nu. 1. & nu. 4. par. 1. atteſtetur, & propterea neque cauſam à ſuis officialibus auocare Baronibus licere, vt Marantra in praxi iudic. inquit par. 4. diſtin. 16. num. 60. eadem ratione conſtat, ac perpetuo talem vaſallum quem officialem eſſe diximus iudicandi officium, vt Princeps ipſe deberet, ſi iuſtitiæ ei cunctis miniſtrandæ modus daretur, exercere poſſe nouiſsime in deciſ. 268 nume. 3. Teſſaur. aſſeuerat, quo loci ex quo poſsibile hoc non eſt, conſilio illo Principes omnes vti inquit, quod genero ſuo Moyſi Iotro præſtitit, cuius in huius operis præfatione, & nos meminimus à Hieronymo de Monte in ſuo de finibus tractatu, hoc mutuati cap. 2. & à Ioſepho antiquitatum Iudaic. lib. 3. c. 4.

28 Eaque de Vicario notata ſunt, generali Vicario conuenire intelligas, quem ordinariam, quã epiſcopus habet iuriſdictionem habere diximus, non autẽ Vicario in particulari Diœceſis loco deputato, quem foraneum ſeu ruralem Vicarium, ac delegatam ſolum habere iuriſdictionem, & ab ipſo ad epiſcopum, ſeu ad illius generalẽ Vicarium appellari ſupra nu. 14 adnotauimus, ac ipſius propterea ſuſpicionem tam coram epiſcopo quam coram generali Vicario proponere licere ex textu probabile ſit, & ibi per ſcribentes notatis in dicto c. ſi cõtra vnum de off. deleg. in 6. quod eadem ſuſpicione in epiſcopo, vel generali Vicario quæ in rurali, ſeu foraneo militat non militante, procedere intelligendum eſt, quo caſu ad arbitrorum electionẽ iuxta ea quæ ſupra notauimus eſſe liquet deueniendum, ac ex notatis per Marant. in praxi iudic. in dicto verbo appellatio num. 185. in magnis aliorum memorem, & per Frãch in ſupracitat. c. cum cauſam nu. 20. & 21 de appellat.

29 Ac articulũ, quẽ proxime retulimus reaſſumendo plurib. vnius loci condominis exiſtẽtibus iuxta exemplũ in dicto c. prudentiã nu. 12. de of. deleg. à Panormit. relatũ de plurib. vnius domini hæredibus aliquo in loco iuriſdictionẽ habentis. quos quia vnius loco ſucceſſerunt, ac vt ſingulis, & inſolidũ habere iuriſdictionẽ, & exercere ſeparatim poſſe nec ſimul, quod conueniant, requiri in l. Pomponius ff. de re iudic. Bart. inquit, quem eo loci notab. explicantem, videas, & vbi ſupra Panormit. Bart. opin. veriorẽ eſſe dicentẽ, ac notab. declarantẽ, ipſorũ vno tanquã ſuſpecto recuſato, aliorũ iuriſdictioni, ob vnius ſuſpicionem neutiquã derogari, multas per rõnes in cõſ. 232. nu 7 poſt prin. Crauetta aſſerit, & nu. 8. necnõ ſuſpicione cõtra vnũ ex dominis allegata alijs in cõſortibus neutiq̃ militãte, ex vnius ſuſpicione alios abſq; eorũ culpa iuriſdictione priuari in eod. nu 7. circa fi. valde iniq̃ rẽ eſſe ſubnectit, vnde vel per adiunctũ datione dño, qui ſuſpectus eſt, vel per cauſæ delegationẽ ſuſpicionẽ ipsã eſſe infert remouendã, nihilominus ad clariorẽ iſtorũ declarationem infra c. 11. notata videas num. 21. poſt princ.

30 Cumque caſus hos de duobus Epiſcopi Vicarijs de pluribus condominis Panormitanum in dicto c. prudentiam æquiparaſſe appareat, propterea ſuſpicionis cauſa equaliter dominos cõcernente etiam coram ipſorum vno recuſationis exceptione propoſita ſiue ante ſiue poſt probatam coram arbitris ſuſpicionis cauſam, delegationem, vt ſupra diſtinctum fuit eſſe exiſtimo exequendam, vel iuxta in ſupracitato cõſil. 23. colum. fin. per Crauett. deducta ſecundum facti contingentiam excludendam eſſe ſuſpicionem, & remouendam atq; ad plurium iuriſdictionem habentium vberiorem cognitionem lariſsimè in deciſ. 5. cumulata per Boerium videas Balbum deciſ. 19. & Vant. in tract. de nullit. in titu. de nullit. ex d. f. ct. iuriſdict. à num. 75. vſque ad finem tam de pluribus ordinarijs quam de pluribus delegatis ſiue, ſimpliciter datis ſiue cum clauſula vos, vel duo aut vnus veſtrum alijsque clauſulis in reſcriptis apponi ſolitis, diſcurrentem, & qualiter ipſis iuriſdictio quolibet in caſu competat declarantem.

31 Illudque circa prædicta eſt pariter notandũ, quod vno ex dominis vnum Territorium pro indiuiſo, ac merum miſtumque Imperium habentibus delinquente, etſi parem in parem Imperium non habere tex probet in l. ille à quo, §. tempeſtiuum, & ibi ſcribentes ff. ad Trebell. in c. innotuit de elect. & in c. ſtudeat, 50. diſtin. Bar. in l. vltima ff. de rer. diuiſ. & in l. inter tutores in fine ff. de adminiſtr. tutor. Alex. in l. eſt receptum num. 2. ff de iuriſd. omn iud. & Capyc. in deciſ. 27 nume. 9 quorum in lib. 2. de arbitrar. iudic. centur. 5. nouiter impreſſa caſu 438. num. 9. Menoch. meminit, quod qualiter intelligatur in deciſ. Pedemon. 1. 9. num. 20. verſ non obſtat, Cachetan. quem inſpicias declarat, necnon quamuis duobus dominis eodem in Caſtro in ſolidum exiſtentibus ipſorum vnum alterum, qui deliquerit punire, neutiquam poſſe clare in dicto num. 9. Capyc. affirmet, quia tamẽ per delictum amittere merum Imperium, delinquentem non ambigitur, delinquentem ipſum, non quaſi parem, ſed vt priuatum, quia criminis reatus honorem omnẽ excludit, textu ſic diſponẽte in l. 1. in fine C. vbi Senat vel Clariſſ. punire condomino licere in Almo Rotæ Auditorio deciſ. 3. de foro compet. in antiq. decisũ fuiſſe apparet, & hanc in deciſ 116. communem Balbus eſſe ait ſcribẽtium opinionem, conſorti ibidem tacite ſe condominum delinquendo ſubmittere aſſerens, quod vbi Meri Imperij maiores gradus alter ex dominis haberet vel maior in adminiſtratione exiſteret planius faciliusque procedere in deciſ. 512. num. 1. in princ par. 2 Franc Marc. aſſeuerat. Capyc. in dicta deciſ. 27. nu. 11 & D. Vincent. de Franch. nouiſsimè in deciſ. 274 col. 1. par. 2. iuriſdictionis verò diuiſa adminiſtratione exiſtente neutiquam vni ex dominis punire alterum licere, communem Felyn. in c. prudentiam num. 4. de offic. deleg. eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem quem Grauar. ad Veſtr. in praxi Romanæ Cur. lib 3. cap. 9. in fine a ijs ſimiliter relatis errat, & ſequitur, quem videas, præfatis nihilominus in caſibus condomino, qui deliquit ſiue aliqua ex offenſione condomino facta ſiue alia legitima cauſa concurrente recuſare condominum non prohiberi ſicut alteri hoc cuicunque liceret eſſe exiſtimo indubitatum.

32 Præfata item, niſi plures eſſent condomini, limitantur; quo caſu, etſi vni ex dominis ſuſpicione ex offenſione in ipſum facta, vt dictum eſt militante de offenſione à condomino ſibi facta cognoſcere prohibeatur, alios tamen condominos, aut officialem omnibus à condominis conſtitutum cognoſcere de tali cauſa, ac de ea iudicari poſſe, hac precipua ratione in conſil. 16. nu. 12. cum ſeqq Roland. à Valle fatetur, quia vbi par affectionis militat ratio ſuſpicioni locus non exiſtit, vt infra latius capit. 7. num. 11. circa finem, vbi qualiter intelligẽdum hoc veniat declaratur eodem loci Rol num. 2. tandem per rationem duobus eiuſdem iudicis officialibus inſimul delinquentibus iudicem ipſum in eos cognoſcendo, & puniendo idoneũ cenſeri concludens, in Regno verò Neapolis quod pro præfatæ deciſionis Capyceis 27. intelligentia & declaratione notare conuenit, ex rituum Magnæ Curiæ 49. 51. & 61. diſpoſitione ſolum Magnam Curiam de officialium delictis cognoſcere, quod in Baronum pariter officialibus procedere in deciſ. 274. & deciſ. 407. par. 2. D. Vincent. de Franch. poſt Carauitam ſuper præfato ritu Magnæ Curiæ 49. notab. declarãtem nouiſsime teſtatur, ac à præfatis non aberrando ſubditorum quod interſit plures dominos nõ habere in c. dilecti, de maiorit. & obed. Hoſtienſ. per illum tex. affirmat, Capella Tholoſ. in deciſ. 486. per text. in argum. relatum in c fi. eod. tit. & in l. non tantum C. de appellat & ibi Aufrerium in addit ſubditorum pariter intereſſe ſupremo potius ſub domino, quam ſub domino quam ſub paruo exiſtere, in c. humilis de maiorit. & obed. ſcribentibus relatis, & Alberico de Roſate in l. Titius cum decederet ff. de action. empt. in conſ. 1. num 37. Rol. à Valle inquit lib. 1.

33 Sic etiam quamuis Principis delegatũ quolibet ordinario in cauſa ſibi commiſſa maiorem cenſeri, poſt textum in cap. ſanè, cum ſimilibus de communi in prima diſputat num. 40. fol. 561. in magnis Maranta teſtetur, nihilominus, quoties in caſu ſua in commiſsione non incluſo extendere ſe delegatus vellet, illi reſiſtere quod ordinario liceat, gloſa eſt ſingularis in cap. ex literis eodem titulo, aliorum memor Aufrerium ſequitur in additio. ad quæſtio. 424. Cappellæ Tholoſ. & Gigas poſt ipſum

in conſ.

Digitized by Google

in conſ. 163. in fine quo loci Apoſtolico delegato, vt quia mandati formam nõ ſeruet, aut alio ex capite nulliter procedente ordinarium impedire ſe de tali actu poſſe ex Dominico in capitulo ſtatutum §. fin de reſcript. in 6. & ex Butrio in cap. ſtuduiſti de off. deleg. idem Aufrer. proximè relatus, quem declarantem videas affirmat, & omnino Maraotam in præfata diſputatione prima per totum, & ſignanter poſt nume. 34. de communi teſtantem, immo principis delegatum in cauſa ſibi commiſſa delinquentem, coram loci ordinario, vbi delinquit eadem attenta ratione, quia ſub eo dum delinquit efficitur, & quia honorem omnem reatus criminis, vt diximus excludit, conueniri poſſe, in authent qua in prouincia numero 10. Bald. pariter enarrat noua additio ibi hoc ſequitur lit. a quam, & Aufrerium circa id in addit. ad dictam quæſt. Cappell. Tholoſ. in princ. diſtinguentem videas Contardum in tracta. de moment. poſſeſſ. 9 quęſt. pleniſſimè loquentem, & in proxime citata prima diſputat. Marantam in num. 15. Delegato iudicialiter, & in iudicij forma procedenti quoties iniuſtè exequi vellet, ac de actu ageretur irreparabili, de tortura puta, membri mutilatione, ſeu vltimo ſupplicio indiſtinctè quod liceat ſcribentes omnes communiter tenere immo diſcrepate ipſorum neminem concludit, neque ante reſiſtentiam appellare oportere vt reſiſti deinde poſſit, quod in l. vt vim in 8. quæſt. ff. de iuſt. & iure Bal. opinatur, cuius opinionem ad cautelam ſolum procedere, neque appellationem eſſe tali caſu de neceſſitate adhibendam, communi calculó ſcribentes ſentire, & ita l. omnes C. de decurion. libro decimo intelligere iuris interpretes concludit.

34 Sed quamuis criminis reatum, honorem omnem excludere diximus, hoc tamen in Archiepiſcopo in ſui ſuffraganei Diœceſi delinquente non procedere Bald. inquit poſt Innocentium in ſupracitato cap. cum inferior de maioritate & obedient. forum ratione delicti, quem minime ſortiri eſſe mirabile ſubijciens, quod in Comment. io. 92. aliorum memor, Aymon. ſequitur ex Archidiacono, & Geminiano in cap. 1. 2. quæſt. 6. quando in ſui ſuffraganei Diœceſi Archiepiſcopus, vt dictum eſt delinquit infra terminos enim ſuæ iuriſdictionis, delinquere, & ideo à Patriarcha, vel à Papa, eſſe condemnandum ex textu ſubdens in capitulo ſubmittitur 21. diſtinct. in capitulo primo de rapror. gloſ. iſtud tenet, & hanc tam in dicto capitulo primo, quam in dicto cap. cum inferior, communem addit. ad Bald. eſſe teſtatur canoniſtarum opinionem, etſi multis ſatis notab. argumentis contrariam opinionem eſſe forte veriorem ſuſtinere conetur, ipſo vero epiſcopo in cuius Diœceſi Archiepiſcopus deliquit ſuffraganeo non exiſtente illum tali caſu, quod punire epiſcopo liceat, ex Mariano in dicto cap. 1. de Raptor. num. 18. in praxi crimin. §. fin. in ſupracit. quæſt. 25. verſ. alterius quæro, ante finem communem Clarus eſſe enarrat ſcribentium opinionem: epiſcopo item ſtatuente, quod quicunque ad Aaardi Lidum luſerit puniatur Archiepiſcopum in eius Diœceſi Ludẽtem comprehendi communis eſt ſcribentium opinio à Soc. ſeniore in cap. à nobis nume. 15. de ſent. excomm. relata, cuius Bonacoſſ. in tracta. communium opin. crimin. meminit, verbo Ludus poſt medium fol. 89. & quod epiſcopus in inferioris prælati Territorio delinquens ab eo iudicari atque puniri poſſit argum. leg. 3. ff. de off prętor. in ca. cum inferior de maiorit. & obed. Panormit. in quit, & in capit. ſecundo ſcribentes de cõſuetud. in 6. à Pragmat. Sanct. in dicto ti. de concub. relati §. in Cõcilijs dicta glo. in verbo ſpectat in fine fol. 181 à tergo, ſed quia ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione, ſolum Papam de Epiſcoporum criminibus cognoſcere, & iudicare, vt in ſeſſ. 24. cap. 5. de reformat. paulo ante meminimus, illa attenta prę fatis circumſcriptis, vbicunque, & qualitercunque delinquant epiſcopi, ſolum Papam de illorũ criminibus cognitionem habere eſt omnino manifeſtum.

35 Et quatenus plures exiſterent delegati, etſi vbi ipſorum alter à condelegato impediretur, ei in impedientem animaduertere, ipſumque, punire non licere in l. 1. §. is videtur in fine ff. ſi quis dic. non obtẽmp. Bartol ſentiat Iaſ. ibidem in fine, & in c. 1. Decius num. 14. verſ. & retenta concluſione de off. deleg. duobus tamẽ, cum clauſula quod ſi ambo procedere & exequi nõ poterunt, alter faciat, delegatis datis, altero ipſorum procedere recuſante, ac condelegatum, ne procedat impediente ipſum, quod collegæ punire liceat, neque vt perſonam hoc caſu iuriſdictionem habentem, ſed vt priuatam delegatum procedere recuſantem, ac Collegam impedientem conſiderari in dicto cap. ſi contra vnum de off. deleg. in 6. Ioann. And. & Gemin. atteſtantur. Dec. in dicto capitulo primo numero 14. de offic. delegat. eodem verſic. & retenta concluſione, & Rimin. in præfato §. is videtur numero octauo condelegatum, tali caſu iuxta textũ in dicta leg. prima C. vbi Senat. vel Clariſſ. inferiorem, exiſtimari, & remanere dicens, idem in duobus delegatis, cum clauſula, vos vel alter veſtrum, quoties ipſorum alter iuriſdictionem præoccupauerit, procedere ſubdens Iaſon. item in eodem §. is videtur, in cap. primo in fine Baldo relato qualiter Vaſſal. iurare deb. fidelit. tunc impedito punire impedientem licere inquit, vbi periculum eſſet in mora, ac res ipſa antequam condelegatus impeditus recurrere, ad Principem poſſet, peritura eſſet, idemque Iaſ. in leg. 1. in princip. numero 72. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio ex Baldo

vbi ſupra, in duobus vnius Caſtri dominis vnũ ipſorum alterum delinquentem, antequam princeps ſuperior adeatur periculo imminente punire poſſe teſtatur, quem, & Menochium, præfatorum memorẽ in ſupracitato caſu, 4:8. à num. 9. vſque ad num. 16 ac plenè diſcurientem inſpectum facias,

36 Sed quamuis vno ex delegatis per Papam, cũ clauſula, quod ſi omnes, vel quod ſi ambo intereſſe non poſſunt, eorum alter in cauſa procedat recuſato, nõ coram arbitris, ſed coram cõiudice, & Collegis non recuſatis, quos cognoſcere, tali de cauſa poſſe, & debere iuxta text in dicto c. ſi contra vnum de off. deleg in 6. ſuſpicionis probationem fieri debere ſupra num. 13. diximus, pluribus tamen cum clauſula: & eorum cuilibet judicibus datis in ipſorum alterũ ſuſpicione allegata, judicem enim non ſolum, quando ſolus eſt, vt in c. ſi quis contra clericum de foro cõpet. recuſari poſſe, ſed etiã caſu quo alios haberet collegas in cauſa non ſuſpectos, quod recuſare liceat ex textu cõſtat in dicto c. cauſamque de off. deleg. & iuxta per Franc notata in c. poſtremo, parum ante finem, verſ ſecũdo adde de appel. non eſſe ad collegas tali caſu recurrendum, neq; de ſuſpicionis cauſa cognoſcere eos poſſe, ſed coram illo, qui ſuſpectus dicitur, ſuſpicionis cauſa prius propoſita. eſſe arbitros eligendos, ex verbis liquet, d. cti c. ſi contra vnum, vbi vero non eſt dicta clauſula in reſcripto debet ſuper hoc ad arbitros recurrri,

37 Virtute ſimiliter dictæ clauſulæ, & ipſorum cuilibet iuriſdictionem delegatis inſolidum competere ipſorum iuri cognoſcere de cauſa licere clariſsimè conſtat. & ideo dum illa contra quem propoſita ſuſpitio extitit, quique cognoſcere inchoauit, iuriſdictionemque præoccupauit, an ſuſpectus, talemque ob cauſam impeditus ſit, non apparet, cauſam ipſam cõiudicibus juriſdictione carentibus tractare non licere, neque in recuſationis cauſa minimè ad ipſos, ſed ad arbitros pertinente, neque in principali negotio tanquam iuriſdictione vt dictum eſt, deſtitutis, donec de alterius ſuſpicione, & impedimento, qui iam exercere iuriſdictionem cœperat, non appareat, eſt vtique indubitatum, ſed ſuſpectum illum exiſtere lato ab arbitris decreto cauſam ipſam aſſumere. ac de ea Collegis cognoſcere licere textus probat, in ſupracit c. cũ plures de off. deleg. in 6. Gloſ. ibi in verbo probari, circa medium, & eodem loci Frãch. quem notabiliter loquentem inſpectum facere non omittas.

38 Quod vtique niſi ille, qui inchoauit, iuriſdictionemque præoccupauit, ſubdelegatum dediſſet intelligendum venit quo caſu collegam, quod delegatus præcedat, vbi collega eum non præueniſſet in eodem cap cum plures gloſa inquit, verbo recuſaret in medio, & Franch. ibidem num. 5. verſ. in eadem gloſa, vbi ſubdelegato, & altero collega concurrentibus, ſubdelegatum ipſum ex ipſius præoccupationis prærogatiua eſſe inquit præferendum, ac illum qui in cognitione cauſæ præuenit poſſe alteri inhibere, poſt Alexandrum in conſ. 9. lib. 4. Berous in conſil. 1?7 tradit numero quarto lib. 3. à Lancellott in tract de Attentat. relatos 2. par. cap. 20. de attentat. poſt inhibit. in præfat. numero 100 fol 40?,

39 Judicem item præfata clauſula, & ipſorum cuilibet appoſita, cum alijs datum neutiquam, vt ſupra dictum eſt, de ſuſpicionis cauſa cognoſcere, ipſamque decidere poſſe in practicar. quæſtionum tract cap. 26. nu. 5. plures notab, per rationes Couar. affirmat iſta eo loci in fine poſt cæteras per ipſum aſsignata ratione quod dubio procul collega ad cauſæ cognitionem ſimpliciter, & ſine collega obtinendam, ſuſpectum eſſe coniudicem recuſatum pronũciaret.

40 Idemque omnibus judicibus delegatis, ſiue ſimpliciter datis ſiue cum quacunque ex dictis clauſulis, ſuſpectis exiſtentibus procedere, ac arbitros tali caſu, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, omnino eligere quod oporteat, cum omnium ſuſpicione data omnes attentis prędictis impeditos exiſtere, neque quoad articulum hunc in conſideratione prælatas clauſulas eſſe poſſe, eſt vtique manifeſtum, ſed pluribus ſine dicta clauſula, quod ſi non omnes iudicibus delegatis exiſtentibus, ſicut vno ipſorum mortuo alterius iuriſdictio expirat, idem eorum altero tanquam ſuſpecto remoto, ex textu procedere conſtat in c licet & c. vno, & eo loci gloſa notab. in verbo delegatorum extra de offic. deleg. vnius vtique loco hos haberi, omneſque judicare iuſſos cenſeri textu relato in l. duo ex tribus ff de re iud. cum pluribus ſimilibus Vãt. in tract. de nullit, atteſtatur, in ſupracit. titu. de nullit. ex defect. iuriſd. nume. 176 per totum, & præſertim in verſ. de pluribus, & in verſ. de arbitris, attamen quia alteri alterum vices ſuas permittere poſſe tex eſt in c quamuis de off. de leg ſolumque illum, cui collega vices commiſit, etiam quod mortuus poſtea alter qui delegauit, extiterit, illo dummodo, qui commiſit viuente iuriſdictione ſibi commiſſa, vti cœperit procedere poſſe ex textu cõſtat in dicto c. licet, & gloſa notab. in c. pen. verbo delegatorũ, poſt principium eo. tit. neque expirare iuriſdictionem ſiue ante ſiue poſt ſuſpicionẽ iuxta formã c. ſi iudex ab Apoſtolica, de off. deleg. in 6. coniudici cauſam delegaret. ipſaque ſuſpicione non obſtante procedere coniudici licere, ac ad cauſam ex delegatis vnum alteri non ſuſpecto, delegãdam pro remedio adhiberi, Cœpolla in ſuis cautelis relato, in caut 200, in commentar. 54. circa medium. Aymon. atteſtatur, quod ad arbitrorum differentiam notare non omittas, ex gloſa etenim in l. ſicuti, verbo omnes, & in l. non diſtinguimus §. quæſitum verbo delegari,

ff. de

ff.de arbitr.ex Baldo in l.Celſus, eodem titu.& Bartolo in l.duo e tribus ff.de re iud.non licere vni ex arbitris, alteri delegare, ſeu vices ſuas committere aliorum memor, in deciſ.380.Viuius nouiſsimè ſenſit,num.8.lib.2.

41 Illudque itidem omnino circa prædicta eſt aduertendum, quod quamuis præfata clauſula quod ſi non omnes, vel quod ſi ambo in reſcripto appoſita,vno delegatorum recuſato alteri vel alijs ſine collega recuſato in cauſa,vt ſupradictum eſt procedere liceat, Attamē iudicibus ipſis non ſuſpectis vna cum iudice recuſato in cauſa procedentibus ex ipſa recuſati iudicis ad miſtione & ſi alter, vel alij procedere ſine illo potuiſſent ex integro vitiari proceſſum,& inualidari,ex textu conſtat, & ibi Gloſa prima in c. cum ſuper de off.deleg.quem in ſupracit.c.poſtremo,parum ante finem,ver.ſecundo adde notādum eſſe, ac rationem l.ſicuti,& l.ſi in tres ff.de arbitr.ſimiliter conuenire,Franchus affirmat,quod iuxta diſtinctionem à Vantio in dicto de nullitat.tract. in tit. de nullit. ex defect. iuriſd num, 83.verſ.ſed ſi iuriſdictio,eſſe exiſtimo intelligendum. quem aliorum memorem, inſpicere non prætereas.

42 Illumque caſum,in tit. de recuſat. à Speculat.poſitum §.fin.num,16,in fine notatum ſimiliter facias,vbi ſi epiſcopo, & alijs, cauſa commiſſa,ſit Epiſcopum ne alij in cauſa procedant recuſare ſatis eſſe,ex tex,concludit in c.fi. §.idē quoq; de off.de leg.quod additio ibi lit.M.verbo alijs,eo caſu, vbi cum clauſula, quod ſi non omnes tu frater epiſcope commiſsio facta eſſet procedere explicat, alias quod nihil in epiſcopo ſit ſpeciale,quod omnino veriſsimum eſt,cū regulariter cauſa plurib. ſimpliciter commiſſa vni ſine alio cognoſcere de cauſa non licere ex textu,vt diximus cōſtat,in dicto c. cauſam il 1, de off.deleg.præfatamque clauſulam hoc continentē,ſi omnes nequiueritis intereſſe, Tu frater epiſcope procedas,hanc denotare prerogatiuam,vt alij procedere ſine epiſcopo nequeāt, ſed bene epiſcopus ſine alijs dato aliorum impedimento in ſupracit.cap.prudentiam Abbas tenet,num,3,in fine,& ideo cum alijs de negotio nullo modo ſine epiſcopo recuſato cognoſcere hoc in caſu liceat, omnes excluſos cenſeri clarum eſt, aſt alijs recuſatis, quia per recuſationem intereſſe ipſos non valere apparet,epiſcopum ſolum procedere, ac cognoſcere de cauſa poſſe præfatæ clauſulæ verbis attentis,eſt omnino concludendum.

43 Sed contra omnes delegatos ſuſpicione propoſita, ac omnibus per Arbitros vno excepto, ſuſpectis declaratis,nunquid ſoli non ſuſpecto declarato de cauſa cognoſcere liceat, quod eo vtique caſu,quo plures clauſula quod ſi omnes non autem vbi delegati ſimpliciter eſſent, exquirendum venit,tunc enim ipſorum vno recuſato;omnium,ex quo vnius habētur loco,expirare iuriſdictionem adnotauimus.niſi alteri vices ſuas,non recuſato recuſatus ſubdelegaret, quod iuxta textum licere retulimus in præfato c.licet,cum ibi notatis,& dicto cap.cauſamque de off.deleg.necnon per tex.in dicto c.cum plures de off.de eg.in 6 & in c cum ſpeciali,de appellat.corā arbitris ſuſpicionis cauſa non probata, ſua vtique iuriſdictione in principali cauſa iudicem poſſe diſponente, & quamuis ex his & alijs prænotatis,iudici ſuſpicione carenti, ac non ſuſpecto ab arbitris declarato hoc licere videatur,ex notatis tamē per Iserniam in Regni conſtitut.ſi quis rapere col 4.in princ cuius Carau.ſuper ritu Magnæ Cur.265,num,21.meminit,ſuſpectum eo ipſo,& odioſum reddi iudicē dicentem, quod ſuſpicionis cauſa propoſita contra ipſum, extitit, adeo quod iudicare ipſi propterea,non liceat, dubitabile quodāmodo redditur, iudicemq; communiter ad malignationem ex recuſatione prouocari in c. vt debitus de appellat.tex,probat & in l,litigatores ff. de arbitr.ipſumque ne ſic prouocatus noceat probabiliter teneri poſt tex. in c. quod ſuſpecti 3.q.5.in c.2 requiris nu 12. in fine de appellat. Frāch.affirmat,& in tract.cōmiſſ. Mandoſ.cōmiſſ.8.verbo,quas hic cōſulto exprimere omittitur fol. 5 . à tergo & licet illa adducta rōne hoc Carauitæ minime placeat,qa ſi verū iſtud, & ſuſtentabile exiſteret omnibus vtique via recuſandi iudicem excludendi pateret, quod valde abſurdum,neque hominum malitijs indulgendum eſſe ait, & ideo non de iudice, qui ſuſpectus ſit, ſed de iudice illo, qui ſemel grauauit Iſerniam loqui declarat,& quamuis multos cum Iſernia ſentire explicet, illius nihilominus doctrinam vtrum illud,ad quod allegatur probet dubitare tandem non deſiſtit.

44 Illam nihilominus hoc in caſu diſtinctionē, ipſe admitterem quod vbi contra omnes vno excepto .ſuſpicionis cauſam allegatam recuſans probauit, ſi nulla contra eū aduerſus quē ſuſpicionem non probauit, nec vera, nec præſumpta, ſuſpicionem proponendi cauſa extitit & tunc ſua iudici non ſuſpecto vti iuriſdictione licere eſſe exiſtimo indubitatum, ſed iuxta per Iaſ.poſt Baldum in caſu ſuo notata in l.cōtra maiores in fine C. de inoff. teſtam per Caguol.in l.2.queſt.56.num.186.ff.de pact.inter empt & vendit & per alios à Lupo Gemin.in tract.de vſur.relatos commentar.2 §.3. nume. 97. rationabili recuſandi cauſa,propter quam odioſum iudicem effectum eſſe præſumi poſsit exiſtente,ſeu quod odioſus aduerſus ab eo appellantes ſeu ipſum recuſantes euadere iuxta tex iudex conſueuerit,in c ſi iuſtus metus, vbi Franch.nu.5.& 6 de appellat.his tali caſu concurrentibus ſine adiuncto.recuſanti non ſuſpecto iudici, contra quem ſuſpicionis exceptio probata non extitit, quaſi ſuſpectus ex hoc & odioſus remanſerit iudicare illa ratione non licere ad

cere ad

cere ad hanc ducor opinionem, quia pluribus iudicem recuſandi, cauſis exiſtentibus omniũ potiſsima odij, ac inimicitiæ cauſa exiſtimatur immo quamlibet inimicitiam in iudice grauis quamuis illa non ſit, ſuſpicionem inducere, eãque probabilem exiſtere ſatis eſſe in c. poſtremo num. 20. cauſa trigeſima ſecunda de appellat. Franch. teſtatur, vbi late, Capyc. deciſ. 138. num. 3. & alij, ſuper præfato ritu à Carauita relati, num. 4. ex ſola ſuſpicionis allegatione, etiã iure canonico attento eſſe adiunctum aſſumendum adnotauimus, ac minimam quamlibet ſuſpicandi occaſionem iuſtam in iudicem ſuſpicionis cauſam cenſeri, gloſa inquit in cap. cum R. canonicus verſ. cum ſicut, de off. deleg. in deciſ. 111. à Balbo relata, quem inſpicias.

45 Sed quoties aliquis, cui ſub nomine dignitatis ad tex. in c. quoniã Abbas, de off. deleg. vbi ſcribentes, & iuxta ea quæ in conſ. 2. lib. 3. not. Berous explicat, cauſa commiſſa fuit recuſaretur quique poſt recuſationis exceptionem propoſitam mortuus ſit, nunquid in dignitate ſucceſſor recuſatione coram prædeceſſore allegara non obſtante cognoſcere de cauſa poſsit, & ex Ioanne And. in præfato c. iudex de off. delegat. in 6. ſuper recuſationis exceptione pronũciatione ſecuta nullatenus hoc ſucceſſori licere conſtat alias ſecus idem, vbi à recuſationis pronuntiatione facta prouocatio fuiſſet procedere explicans appellationis virtute ſuſpenſam pronunciationem remanſiſſe, & an ſucceſſoris
* proceſſus valeat à futuro, quod pendeat euentu, ex textu in eodem c. iudex, de off. deleg. in 6. ſuper recuſationis exceptione pronunciatione ſecuta minime hoc ſucceſſori licere aſſerens alias ſecus idem, vbi à recuſationis pronunciatione prouocatio facta fuiſſet procedere explicãs, ipſamque pronunciationem appellationis virtute ſuſpenſam remanſiſſe, & an ſucceſſoris proceſſus valeat à futuro quod pendeat euẽtu in dicto c. iudex in fine, vbi ratione perſonæ recuſatio fieret, ſecus ſi ratione dignitatis. Lapus à Francho citatus tenet ita ſucceſſorem tali caſu ſicut prædeceſſorem ſuſpectum cenſeri, necnon prænotata procedere aſſeuerat idem in ſupracit. tract. de epiſcop. par. 4. nume. o. parum ante fin. verſ. quinquageſimaquarta, Bertach. affirmat. Capyc. in deciſ. 138. n. 5. & 6. & Frãch. qui in dicto cap. iudex in ſuffraganeo exemplificat, & in ſubdito impetrantis, ſed quoties per ſona inſpecta recuſatus prædeceſſor fuiſſet illo mortuo, aut aliter ſublato, cognoſcere ſucceſſori de cauſa licere argumento textus clare probatur in l. Maritum in fin. & l. ſeq. ff. ſoluto matrimonio, cumq; ceſſante cauſa ceſſet effectus, & quia omnia mortem ſoluere clarum eſt, ſiue fuerit ſiue non ſuſpectus prædeceſſor pronunciatus, in ſucceſſoris perſonam ſuſpicionem ceſſare eſſe cenſeo indubitatum.

46 Illud vtique prænotatis congruum, & oportunum non prætercam, iuriſdictionem ſcilicet epiſcopi Vicario delegatam per eius obitum, vel remotionem ab officio ad ſucceſſorem non tranſire, ſed expirare vt poſt Bartolum in l. more maiorum in fin. & ibi Salycet & Fulgoſ. nu. 25. verſ. ſed aliquando poſt Iaſonem nume. 65. in 2. limit. Riminaldum in num. 8. poſt mediũ, verſic. dictum eius Curtium iun. ſub num 102. eundem Bartolum in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. quod Principi in vltimis verbis ff. de legat. 2. Fulgoſ. in l. ſi quis Imperatorẽ nu. primo verſ. ſed ſi ſit C. qui teſtam. fac. poſſ. poſt Butrium in dicto c. quoniam Abbas num. 25. de off. deleg. poſt Imol. num. 19. & 20. Felynum num 7. Decium num. 9. & alios tam Canoniſtas quam legiſtas, communem Rota in deciſionibus diuerſ. nouiſſ. deciſ. 12. num 1. fol. 8. eſſe exponit ſcribentium opinionem, etſi in num. ſeq. ex eodem Abbate in dicto c. quoniam Abbas nume 2 & ex Caccialupo in dicta l. more maiorum nume. 35. rigorem opinionem hanc cõtinere explicetur, quo quidem rigore omiſſo æquitatem ſemper Rotam ſequi ſubnectitur illo tantum caſu excepto in quo rigorem ſeruare oportet, vt in caſu deciſ. Achill. 473. incipiente in vna ciuitate Decimarum, vbi Rotam ideo præfatam communem opinionem ſecutã eſſe exponitur, quia de remiſſoria agebatur, in qua induſtria perſonæ electa cenſetur, & quia qualitas recuſationis ſucceſſoris Vicarij, cui remiſſoria remiſſa fuit concurrebat, ibidemque num. 3. ex Cardinale in Clemen. 2. nume. 6. in fine de reſcript. & Petro And. Gamb. in tract. de off. & poteſt. leg. de lat. lib 8. nume. 97. contra præfatam communem opinionem communem in contrarium eſſe obſeruantiam limitatur, eodemque loci nu. 4. quoties ad Tribunal nõ autem ad perſonam habitus fuit reſpectus, communem opinionem ex Butrio in dicto ca. quoniam Abb. num. 25. & ibi Abbate num. 11. & Barbatia num. 46. & Caccialupo in dicta l. more maiorum num. 35. poſt medium limitari ſimiliter concluditur, præfatam tamẽ deciſ. per totum inſpectam facias.

47 Ac ſupranotatis ſimiliter attentis, quoties à delegato Principis ſubdelegatus recuſatur, coram ipſo ſuſpicionis cauſam nõ proponi, neq; ei recuſationis libellum dari, ſed coram delegato. ſi præſens eſt, hoc fieri textus probat in c. ſuper quæſtionum §. 1. de off. deleg. quod quando ipſe ſubdelegatus ſuſpectus eſt, nec eadem in delegato ſuſpicio militat hoc ſibi locum vendicare ex notatis liquet per Abbat in ſua practic. in forma recuſandi iudicem nu. 2 fol 47. à Scaccia in tracta de iudic c. 101. relatum num. 20. in fine lib. 1. delegato vero abſente ſatis eſſe recuſanti de ſuſpicione quam de eo habet corã ſubdelegato proteſtari, ſuſpicionis cauſis corã loci epiſcopo, vel Archidiacono probatis, vel coram alijs loci Ordinarijs iudicibus ad tex. in

ſupra-

ſupracitat. l. cum ſpeciali C. de iudic. in ſupracitat. tit. de recuſat. qualiter num. 9. Speculat. tenet, etſi de aliorum mente poſtea præfatos ad ordinarios non eſſe dicat recurrendum, ſed ad deleg. tum ſi præſens eſt, ac ipſo abſente partē ipſam ſubdelegato, quod ſibi ſuſpectus exiſtit, ſuſpicionis cauſa non alter aſsignata, ac ſe delegatum pro cauſa alteri committēda fore aditurum, proponere ſatis eſſe explicet, quodque ſubdelegato ipſi ex tunc procedere non liceat alias ab ipſo tanquam grauante poſtea procedendo, & poſtquam coram illo, à quo ipſe ſubdelegatus iuriſdictionem habet ſe ſuſpicionis cauſam probaturum declarauit ad tex. in dicto c. ſuper quæſtionum in fi. appellare licere ſubnectit, ipſaque appellatione non interpoſita proceſſum cōtra recuſantem à ſubdelegato habitum ex quo pœnes ipſum eſt iuriſdictio nec in alium aliquo modo translata, valere inquit quamuis ſecundum opinionem hanc in qua perſiſtit coram ſubdelegato recuſationis cauſam proponere, quem recuſationem admiſſurum ac recuſantem ipſum à probationis onere releuare contingere poteſt, tutius eſſe explicet, licetque à ſubdelegato appellare ſine vllo grauamine licere, nonnullos aſſerentes referat ex textu tamen in c. vt debitus, de appellat. excludi illorum opinionem, & remoueri inquit. Attamen tunc per Speculat. enarratis, locū eſſe notatum facias, quoties aliquid ſibi Principis delegatus ſubdelegando reſeruauit, quo vtiq; modo iudex remanet, ac iuriſdictionē retinet, alias ſecus, vt gloſa eſt notab. in præfato ca. iudex verbo aliquid de off. deleg in 6. & ſecundū tex. in ſupracit. c. ſuper quæſtionum, §. porrò, & ibi gloſam magnā de off. deleg. & quibus quoties delegatus alteri in totum vices ſubdelegaſſet, facultate ſibi conceſſa priuari conſtat, idem in ſupracit. conſ. 23. num. 2. circa finem & in conſ. ſeqq. Ioann. Bapt Ferret. tenet nu. 2. eo loci circa medium, ex textu in c. quamuis eodē tit. de off. delegat. in 6. re integra facultatē hāc reaſſumere delegato licere exponēs, quem inſpicias, ac pro pleniori prædictorum cognitione Innocentium in c. cum ſpeciali nu. 5. de appellat. inſpectum omnino facias, & ubi de delegato recuſando ageretur, qualiter cōtra ipſum ſit recuſationis exceptio, proponenda, & quid ſeruare in hoc oporteat infra cap. ſeq. num. 25. notata videas.

SVMMARIVM.

Ordinarius regulariter de iure ciuili non recuſatur ſecundum communem ſcribentium opinionem, ſed loci epiſcopus adiungitur dummodo de cauſa ſanguinis, non agatur.

Inualidus de iure, eſt proceſſus quoties alium quam epiſcopum ſibi ordinarius adiungit.

Quod dummodo ſuſpectus epiſcopus non ſit, habere locum declaratur, quo caſu ipſius Vicarium niſi eadē quæ in epiſcopo, in Vicario ſuſpicionis cauſa concurrat adiungere, licet ipſoque Vicario ſuſpecto pariter exiſtente alter omnino, qui ſuſpectus non ſit eſt adiungendus.

2 *Non teneri hodie ordinarium in ſocium epiſcopum accipere, ſed alium probum virum cum aſſumere ſatis eſſe idque obſeruari frequentiſsime communem pariter concluditur ſcribentium opinionem.*

3 *Ita demum adiunctus ob iudicum ſuſpicionem in vrbe per Cancellariam conceditur, ſi nondum ad litis conteſtationem eſt deuentum.*

Quod raro niſi in criminalibus Signatura concedit, & quando ad illum concedendum mouetur, etiam poſt litem conteſtatam concedit dummodo concluſum in cauſa non ſit.

Etiam de iure Canonico ex ſola ſuſpicionis allegatione adiunctus datur & num. ſeq.

Contra iudicem adiuncti datio neutiquam notat.

Iudici, qui ſuſpectus ſit, adiuncto dato ſuſpicio ceſſat.

5 *Statim adiuncto dato, iudicis ne procedere ſolus valeat iuriſdictio ceſſat.*

Ordinario adiunctus datus priuatiue ne ve ſine ipſo adiuncto procedere ordinarius poſsit datus cenſetur.

Statim iudici adiunctus ne ſine ipſo procedat inhibere poteſt, & vbi ſine adiūcto iudex procederet, proceſſus nullus redditur, iudice adiunctus maior dicitur, quando iudex ordinarius eſt, ac pari etiam inhiberi poſſe aſſeritur.

Vbi ordinarius, & adiunctus contrarias ferrent ſententias ad ſuperiorem ac ſi ambo delegati eſſent recurritur.

Adiunctus delegatus ordinario quolibet maior dicitur

Quando coniuncti iudices ſunt ille conſideratur, qui in poteſtate præcellit

6 *Quoties adiunctum iudici, non pro examine, ſed per totam cauſa dari petitur, an mentio de ſtatu cauſæ fieri debeat diuerſimode ſcribentes ſentiunt.*

Clauſula illa ſtatum, & merita cauſæ in fine reſcripti appoſita expreſſionem hanc ſupplere deducitur, & de dictæ clauſulæ efficacia, remiſsiuè.

7 *Si ordinario adiunctus per Papam detur, per Papæ mortem adiuncti poteſtas non expirat, ſecus ſi delegato adiunctus detur, quia tunc vtriuſque iuriſdictio, re integra expirat.*

Salarii, & ſportularum medietas, adiuncto debetur.

8 *Epiſcopo Bononienſe defuncto, qui Ariminenſi canonico adiunctus datus fuerat, quamuis canonicus ipſe, cum omnium beneficiorum retentione ad Bononienſem Epiſcopatum promoueatur non propterea quod vtriuſque vices gerat procedere eum in cauſa poſſe, cum Mandoſio concluditur.*

9 *Nullam cauſæ expreſsionem eſſe de iure ciuili neceſſariam, ſed iurare recuſantem ſatis eſſe ſe non calumniandi animo recuſare communis eſt ſcribentium opinio.*

Iure etiam ciuili attento ad ſuſpicionis cauſam in ſpecie explicādam interrogare recuſantem iudici licet.

10 *Quamuis nec allegare cauſam neque probare de iure ciuili ſuſpectum iudicem habens teneatur, in genere ſaltem iudicem iuxta ex cauſa ſe habere ſuſpectum allegare debet, nec ſimpliciter dicens, iudicem allego ſuſpectum admittendus venit, ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

Cauſa, ſic generaliter propoſita, ſolo iureiurando probatur.

11 *Etiam iuris ciuilis diſpoſitione attenta in totum certis in caſibus ordinarium recuſare licet.*

Veluti

Veluti ſi parti iniuriam inferret.

Vel quoties alteri ex litigantibus ordinarius ſuccederet.

Idem vbi infirmitate perpetua infirmatur.

Nec non ratione præcedentis aduocationis.

Et quoties in eadem cauſa alias iudicauit.

Quibus in caſib. in ſpecie cauſam exprimere oporteat, illamque per iuramentum probare, & num. 17.

Eo caſu de iure ciuili in totum ordinarius non recuſatur, quando ordinarius magnum gerit magiſtratum.

Secus in minoribus, quos recuſare in totum licet.

Et qui maiores, qui minores magiſtratus dicantur remiſsiuè.

12 Ordinarius etiam iure ciuili attento per inimicitiam, quamuis præſumptam maxime in criminalibus in totum recuſatur.

Idem, ſi amicitiam cum parte aduerſa intrinſecam habeat, ac in totum in criminalibus, quod recuſare iudicem liceat, communis opinio refertur.

13 Bartoli doctrina in repet. l. 2. num. 30 ff. ſi quis in ius voc. non ier. à Carauita in ritu Magnæ Curiæ 265. non apte deducitur.

Iudicem etiam poſt adiunctum datum, quod recuſare liceat qualiter intelligatur.

Parti ob iudicis ſuſpicionem eſſe adiunctum aſſumendum petere incumbit, ſi poſt allegatam ſuſpicionem adiunctum iudex non aſſumit, parti recuſanti iudici recuſato imputatur.

14 Præfatus Magnæ Curiæ ritus, 265. officialium ſuſpiciones coram loci Diœceſano allegandas eſſe in fine diſponens, nec in ciuitate Neapolis, nec in aliis Regni partibus obſeruatur.

Et qualiter in præfatis Ciuitate, & Regno, quoties ſuſpecti officiales dicuntur, ſeruetur declaratur, & numero ſeq.

In cauſis Capitolinis, qualiter vrbis ſtatuto, vbi ſuſpecti Capitolini iudices allegantur, caueatur, exponitur.

In aliis cauſis, quæ in Romana Curia aguntur, iudicis ſuſpicio ſiue ordinarii ſiue delegati, coram Summo Pontifice in ſignatura allegatur.

Extra vrbem vero coram præſidibus Prouinciarum, quatenus adſunt, ſin minus coram Sacra Conſulta.

Vbi coram iudicis superiore ſuſpicio allegatur eſſe illam iudici recuſato notificandam, eique inhibendum alias, quamuis in aduerſæ partis notitiam illa veniat, iudicis recuſati proceſſum, & ſententiam tenere opinio refertur.

16 Iudex tanquam ſuſpectus remotus, nec cauſæ diſcuſſioni, neque relationi adeſſe permittitur.

Nec qui nec arbitris, ſeu alii, de ſuſpicionis cauſa cognoſcunt.

Regni Baronibus quamuis ſecundas cauſas habentibus de ſuorum officialium ſuſpicionis cognoſcere non permittitur.

17 Iuramentum in litem ſuſpicionis fugæ, & ſimilia, quamuis deferenda à iudice veniant. Attamen quando iudex recuſatur, non eſſe illud à iudice deferendum, ſed ſatis eſſe à recuſante in recuſationis libello, quod illud exprimatur cum Couarruuias, contra Ruynum aliter ſentientem concluditur, & num ſeq.

18 Filiumfamilias ſtare in iudicio non poſſe ſine patris conſenſu communis ſcribentium eſt opinio.

Quod niſi contra proprium patrem filiusfamil. ageret, limitatur quo caſu patris conſenſus neutiquam requiritur.

Idem in religioſo procedit, qui quamuis ſine prælati licentia in iudicio ſtare nequeat.

Attamen quoties prælatum denunciaret, vel accuſaret, ſine aliqua illius licentia hoc ei permittitur, ſed Monachus Abbatem conuenturus veniam ab ipſo quod petere debeat opinio refertur.

Idemque in vniuerſitate, cui quamuis ſine ſuperioris licentia minime ſecundum veriorem, & communem ſcribentium opinionem ſe congregare permittatur.

Nihilominus propter lites, inter Baronem, vel officialem, ipſamque vniuerſitatem exiſtentes ſe ei ſine ipſorum interuentu congregare permittitur.

19 Etiam de iure ciuili de partium conſenſu iudex datus recuſari ſine iuſta cauſa minime poteſt.

Quæ quod ſuperuenerit, oportet.

Vel vbi ab initio ad fuiſſet, quod minimè parti, niſi ad præſens nota extiterit.

20 Cauſa quam in recuſationis exceptione exprimere non oportuit, ſpecialiter, ſi expreſſa fuerit, eſt attendenda.

Sententia ex cauſa notorie falſa, eſt nulla ſecundum magis communem ſcribentium opin.

Sed pluribus à iudice cauſis expreſsis, vna vera alia falſa, ex vera cauſa expreſſione ſententia ſuſtinetur.

Fatuus dicitur iudex, qui cauſam in ſententia exprimit.

Recuſatio ex falſæ cauſa expreſſione vitiatur.

21 Etiam quod à Principe ſit iudex delegatus ſine cauſæ expreſſione de iure ciuili ipſum quod recuſare liceat magis communis ſcribentium eſt opinio.

Quod in iudicibus etiam Imperialibus procedere magis communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Coram ipſo delegato ſuſpicionis libellus eſt producendus, quoties ipſius præſentia haberi poteſt.

Delegato vero abſenti præſidi recuſationis libellus offerendus venit.

22 Iudicem, quem quis ſemel impetrauit, & in quem ſemel conſenſit, recuſare amplius non licet.

Quod in partis etiam procuratore delegatum impetrante procedit, limitatur hoc niſi noua cauſa ſuperuenit.

Et niſi domino abſente in aliquo procurator pro iudice veluti remiſſoriæ conſenſiſſet, quem principalis, dummodo coram illo nõ proceſſerit, recuſare poterit.

23 Quoties vtraque parte volente eſſet iudex delegatus recuſatio tali caſu ſine iuſta cauſa temeraria dicitur.

24 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ordinarius exiſtimatur nec in totum etiam de iure ciuili recuſare eum licet.

Ac ad inſtar ordinarii ſententias nulliter prolatas corrigere ei, & emendare licet.

Eidemque in ſuſpicionis caſu adiunctus aſſociatur, non autem in totum remouetur, ſecundum communem ſcribentium opinionem, inquiſitor ad cauſarum vniuerſitatem delegatus dicitur, qui vbi recuſatur, quid agere debeat remiſsiuè.

25 Etiam ante literarum præſentationem, & antequam delegationem delegatus accipiat recuſari poteſt.

Et coram quo tali caſu proponenda ſit recuſationis exceptio & probanda declaratur.

Cui cauſæ omnes inter Titium, & Seium vertentes delegantur ad vniuerſitatẽ cauſarũ delegatus dicitur.

Secus ſi omnes cauſæ mutui, in aliquo Caſtro exiſtentes, alicui committantur, quem ad vniuerſitatem cauſarum delegatum non dici, communis ſcribentium eſt opinio.

Epiſco-

26 *Epiſcopum, ſeu ali um prælatum in Eccleſia ſua cauſa iudicem eſſe poſſe opiniones referuntur.*

27 *Eo caſu, & iudicem, & arbitrum in eccleſiæ ſuæ cauſa prælato agere licere, quando vt ſuſpectus non recuſatur, magis communis eſt opinio, & num. 32.*

Quod prælatis in eccleſiarum ſuarum cauſis teſtificari minimè permittitur communis ſcribentium opinio refertur.

Epiſcopus eccleſiæ rem à ſe venditam reuocare volens, litem coram proprio Vicario mouere poteſt dummodo tanquam ſuſpectus Vicarius non allegetur.

Innocentij verba communis opinionis loco habentur.

Idemque Innocentius, legum pater appellatur, & veritatis organum, illiuſq; opinio, vt idolum in foro Eccleſiaſtico colitur, & veneratur, ac illius dictum in Papa Conciſtorio, vt Sacrum Euangelium tenetur.

28 *Epiſcopum in dicto caſu ob allegatam contra ipſum ſuſpicionem non eſſe remouendum, ſed adiunctum ei præſtandum eſſe nonnullorum opiniones referuntur contra quos remoueri eum in totum poſſe veriorem eſſe concluditur opinionem, niſi limitatur, rem ad eccleſiam ſpectare notorium eſſet, quo caſu recuſatione non obſtante excommunicare etiam notorium hunc ſacrilegum, epiſcopo licet.*

Eccleſiæ res ſeu Caſtra detinentes ſine aliqua citatione excommunicare Papa poteſt.

29 *Notoria in præfato caſu exiſtente ſuſpicione arbitri, qui principale negotium cognoſcant, & decidant, eligendi veniunt, vel cauſam perſonæ non ſuſpectæ, delegare epiſcopus debet.*

Arbitros, qui de principali negocio cognoſcant ad ſecū eligendum partem compellere epiſcopo liceat, ac partes arbitros eligere regulariter, quod ſpectet, communis ſcribentium opinio refertur.

30 *Epiſcopum non ſolum in cauſa ad menſam ipſius propriam, ſed in cauſa etiam ad eccleſiam, vel eccleſiæ menſam ſpectante recuſari poſſe exponitur & exemplo demonſtratur.*

Cuilibet in cauſa propria, niſi ſuſpectus allegetur, iudicare licet.

31 *Pro iniuria ſibi illata excommunicare iniuriantem, Epiſcopo licere aliqua iura concedunt, aliqua vero negant, quorum contrarietas diſtinctionis fœdere concordatur.*

Nemo inuitus, neque in foro fori, neque in conſcientiæ foro ad iniuriam remittendam, ſed ad animi tantum rancorem remittendum tenetur.

Iniuria ab aliquo in pœnitentiæ, & confeſsionis actu remiſſa ſimplicem ſolum animi rancorem remiſſum cenſeri, non autē damna, expenſas, aut intereſſe communis & ſcribentium opinio.

Quod niſi plene quis iniuriam remitteret, limitatur, quo caſu intereſſe etiam remiſſum cenſetur.

Fabius Montel. ad iniuriam ſibi illatam remittendam, quem teneri præcepti eſſe, in ſua praxi arbitrali affirmans confutatur.

32 *Epiſcopum ac iudicem poſſe aliquem pro propria iniuria excommunicare, vel punire dummodo ſuſpectus non allegatur interpretatur.*

Appellare a futura cenſura licet, & excommunicatio poſt legitimam appellationem ſeu recuſationem prolata, eſt ipſo iure nulla.

33 *Quod niſi iniuria, & factū eſſet notorii limitatur, quo caſu nec appellatio neque recuſatio ſuſpenderet.*

Qui iudex eſſe nequit, niſi in facto notorio de præparatorio hoc cognoſcere, parte non citata informationes capere, & teſtes etiam non iuratos, recipere poteſt.

34 *Quilibet ordinarius etiam epiſcopali, quod fulgeat dignitate, in totum de iure canonico recuſatur, & communis eſt ſcribentium opinio ſecus de iure ciuili quo attento regulariter ordinario adiunctus datur.*

Recuſationis exceptionem eſſe inferioris proponendam communis ſcribentium eſt opinio.

35 *Arbitri de iure canonico de ſuſpicionis tantum cauſa cognoſcunt, ſecus de iure ciuili, quo attento articulo ſuſpicionis omiſſo ad principalis cauſæ cognitionem ſtatim eos procedere, ac in ſuſpecti iudicis locum ingredi communis ſcribentium eſt opinio.*

36 *Neque poſt ſuſpitionis articulum terminatum arbitri iure canonico attento de principali cauſa cognoſcant ſecus vero de iure ciuili.*

Ius canonicum in locis eccleſiæ in locis vero Imperii, ius ciuile ſeruandum eſſe ſcribentes communiter ſentiunt.

In terris temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſubiectis canones non autem leges ubi diſcordes eſſent, etiam inter laicos eſſe ſeruandos communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Sex caſus in quibus etiam in terris Imperii, & in vtroque foro, ſeruare canones oporteat, remiſsiuè.

Etiam in terris Imperii, vbi contrariæ adeſſent opiniones ius canonicum ſeruare, quod oporteat, communiter ſcribentes ſentiunt.

Caput Quintum.

1 NOtara in proximè præcedenti capite proſequendo de iudice tā ordinario quam delegato, videamus qui propria perſona inſpecta, iuſta aliqua occaſione, & cauſa, tam ſuſpecti recuſantur iureque ciuili attento quoties ſuſpectus ordinarius allegatur ab eo regulariter iuriſdictionem non auferri poſt Abbatem in reper. c. ſi quis contra Clericum num. 12. in fine de foro compet. de communi aſſerentem in tract. de priuileg. iuram. Seraph. de communi pariter teſtatur priuil. 7. nu. 5. in prin. tenet hoc gloſ. in l. apertiſsimi, verbo iudices C. de iud. & ibi Bar. & alij communiter Bald. in l. 2, ſub num. 9. C. vt lit. pend. Ioann. de Amic. conſ. 120. num. 24. Viuius in deciſ. 363. nu. 1. lib. 2. Cumia ſuper rit. Siciliæ cap. 42. num. 18. cum ſeq. Carau. ſuper ritu Magnæ Cur. 265. num. 13. Caball. in ſuis glo. ſuper conſtitut. March. lib. 15. cap. 17. ſub num. 2. Foſſanenſ. deciſ. 255. num. 5. Marcheſ. de commiſſ. par 1. commiſ. 3 cap. 1. num. 49 Gail. in ſuis practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 33. nume. 1. vbi etiam de communi & alij plures à Sigiſmundo Scaccia in tract. de iud c. relati cap. 66 num. 17. fol. 118. lib. 1. quæ ſit ratio, Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. lib. 1. enarrat, quæſt. 54. num. 12. & 13. ſed loci epiſcopo, quem in ſocium aſſumere debet ſibi adiuncto dummodo ſecundum Paridem in tract. de Syndic. verbo ſuſpicio colū. 1. verſ. licet ſit ſecus de cauſa ſanguinis nō agatur de cauſa eum cognoſcere, ac ad ipſius cognitionem deciſionemque procedere poſſe tex. eſt in dicta l. apertiſsimi iūcta gloſa in verbo iudices circa finem vbi Baldum Caſtrenſ. & Iaſ. tam ibi

quam

quãm in auth. ſi verò contigerit C. de iud. neq; proceſſum valere, vbi alium quam epiſcopum ordinarius ſibi adiungeret, in deciſ. 137 nu. 3. in fine Capyc. teſtatur, quod dummodo ſuſpectus epiſcopus non ſit, locum habere intelligendum venit, quo caſu ipſius Vicarium, niſi eadẽ quæ in epiſcopo in Vicario ſuſpicionis cauſa concurrat adiungi poſſe, ipſoque Vicario ſuſpecto pariter exiſtente, alium omnino, qui minimè ſuſpectus ſit eſſe adiungendum in l. vnica Bald. ſentit C. ſi quacunque præd. pot. in præfato verbo ſuſpicio colum. 2. verſ. & adde à Paride relatus, nec ſine adiuncto procedere iudici licere poſt Baldum in dicta l. apertiſsimi, in dicto cap. cum ſpeciali nu. 46. Philipp. Franc. aſſeuerat, & illius memot Oſaſch. in deciſ. Pedem. 84. num. 5. circa medium.

2 Sed iure quamuis boc caueatur, iudicem tamen ſocium ſibi in hoc caſu nõ epiſcopum, ſed ad obſcurandam contra ipſum allegatam ſuſpicionem alium accipere probeum virum poſſe vſu, & moribus eſſe receptum ex Salyc. Baldo Iaſ. & alijs in dicta Authent. ſi verò contigerit, Decio in c. cum ſpeciali ſimiliter in prin. de appellat. & Alexandro in conſil. 12. num. 5. lib. 6. in practicarum quæſt. tract. cap. 26. num. 1. frequentiſsimè iſtud fieri aſſerens Conar. teſtatur & in tract. commiſ. Mandoſ. commiſſ. 8. verbo adiunctũ verſ. de iure ciuili fol. 54. hinc Iaſ. in dicta auth. ſi verò contigerit num. 1. ante finem illa ratione, quia epiſcopũ ne in ſocium iudex aſſumat, vſu vt diximus eſſe receptum, clarum eſſe affirmat de Alexandro admiratur iudici ſuſpecto, loci Archidiaconum, vel Archipreſbyterum alia parte contradicente tot argumẽtis in conſil. 183. lib. 2. adiungere licuiſſe defendente ac de conſuetudine in adiunctum hodie epiſcopum, vt dictum eſt non aſſumi, communem eſſe ſcribentium opin. in ſupracit. deciſ. Pedemont. 74. habetur num. 7. in prine.

3 Illudque ad aliquorum cognitionem adiũcti munus concernentium eſt ſciendum, quod quoties proprer iudicum ſuſpicionem ab aduerſario impetratorum adiunctum in vrbe deputari petitur, ita demum adiunctum per Cancellatiam concedi, ſi nondum ad litis conteſtationem eſt deuentum ex textu in dicta l. apertiſsimi C. de iudic. & iuxta per ſcribentes notata in c. cauſam quæ, & c. inſinuante de off. delegat. in tract. de lit. grat. & iuſt. in tit. de commiſ. & liter. iuſt verbo dentur literę in prin. fol. 129. à tergo Staphil. inquit. aliter obſeruare ſignaturam aſſeuerans, per quam propter iudiciorũ intricationes inde reſultantes raro adiunctum textu in argum. relato in c. eum contingat, de reſcript. concedi cõſueuiſſe ſubdit niſi forte in criminalibus propter maius periculum, quod in illis vertitur, iſtud in verbo ſi appellatus iterum affirmans num. 5. fol. 126. quo loci num. 2. in fine cauſarum auocationem ſuſpicionis gratia, niſi cauſis, quoad ſuſpicionem ipſam militantibus in ſpecie narratis, nullatenus concedi ſolere explicat.

4 Et quamuis raro adiunctum, ſignaturam concedere dixerimus, quoties tamen ad illum concedendum mouetur, etiam poſt litem conteſtatam dummodo in cauſa non ſit cõcluſum ac legitima cauſa cõcurrente tam Romanæ Curiæ iudicibus quam extra eam exiſtentibus, dare adiunctum conſueuiſſe in ſupracit. commiſſ. 8. verbo adiunctum ver. de iure vero Canonico fol. 54. à tergo, & verſ. quæro an lite pendente fol. 55. Mãdoſ. aſſeuerat, eodemque loci fol. 52. ad adiuncti commiſsionẽ hoc in caſu obtinendam ſupplicationis formulam quam inſpectũ facias inuenies, & Rot deciſ. 1. de off. Vicar. in nouis num. 6. de ſignaturæ ſtylo neutiquam Vicarios recuſari, ſed ei adiunctos dari clare firmat, & in deciſ. 3. nu. 6. de reſcript. in nouis vbi Papaz in addit. ex Staphilæo vbi ſupra cauſas, nec in Curia, nec in partibus coram ordinarijs pendentes aduocari, ſed ei adiũnctos dari, neque ſimplici partis iuramento iuſtitiam ſe corã aliquo iudice conſequi non poſſe ſtati enarrat, niſi aliquo cum grauamine parti illato id coloretur, neque iuramentum niſi clauſula in commiſsione contenta, quod recepto iuramẽto circa hoc prǫſtari ſubdit, ac ratione aſsignata alia refert huc tendentia apud ipſum inſpicienda, quodque ob iudicum ſuſpicionem ab aduerſario impetratorũ primis iudicib. totaliter nõ excluſis altera parte inſtãte adiũctus detur in dicto verbo dãtur literæ nũ 3. & 4. idem Staphil. enarrat, ex ſola ſuſpicionis allegatione neutiquã nouũ iudicẽ eſſe exponens concedendũ, ſicut ſola ex allegatione adiũctus datur, quoties enim de nouo iudice dãdo, ac de primo remouẽdo agitur arbitrorũ remediũ allegãtẽ iuxta tex. habere inquit in c. ſuſpicionis de off. deleg. & c. ab arbitris, eodem tit. in 6. adiunctumque, cum coniudicem illius datio nullatenus notet de facili concedi in dicto verbo adiunctum verſ quinto quæro Mandoſ. per tex. explicat in l. tutorque in fine in illis verbis ſed ei adiunxerit non erit famoſus, & in l. ſi tutor, ibi optimũ factum eſt, curatorem ei potius adiungi ff. de ſuſpect. tutor. fraudemque iudici ſuſpecto adiuncto dato, ac ſuſpicionem ipſam ceſſare, in tit. de prohib. feudi alienat. per Feder. §. præterea il ſecundo in quæſt. quæro ſi pares ſunt ſuſpecti Bald. notat, quem in ſingul. 638. in prin. fol. 85. à tergo refert Guid. Pap. & ſequitur, quẽ inſpicias, vt quo notab. ſcias caſum in quo iudici licet ſuſpectus non ſit alium adiungi lex concedit, infra notata videas cap. 15. num. 49. circa finem.

5 Adiũctoque dato iudicis cauſæ iuriſdictionem, vt procedere ſolus nequeat ſtatim ceſſare poſt Ruynum in conſ. 5 col. 4. lib. 5. in dicto verbo adiunctum verſ. adiunctus autem Mandoſ.

doſ.

doſ. enarrat, ac ex eodem Ruyno ibidē, quoties adiunctus ordinario datur priuatiuè illum datum cenſeri, neve poſsit ſine ipſo adiuncto ordinarius in cauſa procedere in lib. 2. præſumpt. Menoch, inquit præſumpt. 18. nume. 10. immo ſtatim ne ſine ipſo procedat iudice adiunctum inhibere poſſe poſt multa in contrarium allegata idem Staphil. in loco prædicto tenet, verbo ſpoliatus num. 12. Foliancnſ. ſequitur in ſupracit. deciſ. 255. num. 7. & Marcheſan. in prænot. de commiſſ. tract. par. 1. commiſſ. 3. cap. 1. nume. 39. nullum quatenus iudex ſolus procedat proceſſum reddi dicens in ſupracitato cap. 66. num. 17. à Scaccia, quem inſpicias relati, neque inhibitionem hanc pari per parem fieri cēſeas, etſi parem parem inhiberi poſſe multorum ſuffragijs relatis in tract. de inhibit. quæſt. 8. in princ. idem Mandoſ. affirmet, ordinario enim iudici adiunctum nō parem, ſed maiorem exiſtimari, cumq; vt delegatum hoc facere, quem tanquam maiorem, ordinario iudici inhibere poſſe in eod. tract. de inhibit. quæſt. 6. nume. 2. Mandoſ. enarrat, & ideo ordinario, & delegato illo à Principe adiuncto contrarias proferentibus ſententias ad ſuperiorem, quod notandum eſt, ac ſi ambo delegati exiſterent, ſupracitata ratione recurri, quia adiūctus delegatus iuriſdictione vtitur delegantis, & quolibet ordinario maior dicitur, ex Bartolo, Caſtrenſe, alijſq; ſcribentib. in l. duo iudices ff. de re iud. ac iuxta tex. in c. ſanè, cū ſimil. de off. deleg. & l. minor. aūt magiſtratus ff. de minor. in c. fin. eod. tit. de re iud. Fely. aſſerit, ac ex Ioāne Andr. Baldo, & alijs i d. c. fi. Frāch. Marc. oīno vidēdus in deciſ. 295. & 297. par. 2. illumque ſemper, qui in poteſtate præcellit, quando cōiuncti iudices ſunt, cōſiderari, iuxta tex. in l. præcipimus §. vlt. C. de appell. & l. ſi communem ff. quemadmod. ſeruit. amitt. in dicto c. fin. num. 4. Felyn. ſubdit.

6 Cumque aliquando pro teſtium examine faciendo, aliquando vero adiunctum pro tota cauſa dari petatur, eſſe in hoc vltimo caſu de ſtatu cauſæ mentionem faciendam alias, quod reſcriptum Principis nō valeat in tract. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 202. num. 6. Menoch. ſentit, & Lancellot. in dicto tract. de attentat. 3. par. cap. 4. num. 640. quorum nouiſsimè in deciſ. 255. in fine Teſſaur. meminit, quem eo loci multa de hoc articulo dationis adiūcti, deque illius ſuſpicione diſcutientem inſpectum omnino facias, & in præfata commiſſ. 8. Mandoſium in verbo ſtatum, & merita cauſæ per totum, & ſignanter in verſ. cōtrarium ex Baldo in c. cum dilecti col. fin. verſ. in gloſſa magna de reſcript. contrarium ſentientem, ac illa ratione, quoties iudex iudici adijcitur, quia continuare, ac eodē in ſtatu, in quo cauſam inuenit datus intelligitur, ex Ioanne Andr. & Barbat. in c. prudentiā §. ſexta nobis col. 4. de off. deleg. & Felyno in c. cæterum nu. 3. verſ. extenſio ſecūda de reſcript. de proceſſu coram primo iudice habito mentionem non eſſe de neceſsitate faciendam aſſerentem, etſi ad difficultates excludendas clauſulam hanc ſtatum, & merita cauſæ per quam expreſsionem hanc ſuppleri ait in fine reſcripti eſſe ſentiat adijciendam, ſed ad pleniorem præfatæ clauſulæ cognitionem, deque illius robore, & efficacia poſt Mandoſ. in præfata commiſſ. 8. dicto verbo ſtatum, & merita cauſæ in ſupracit. tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cētur. 3. caſu 202. per totum Menochium, inſpicias Lancellotum in dicto tract. de attent. 2. par. c. 4. de attentat. lite pend. num. 631. cum ſeqq. vſque ad nu. 662. & in deciſ. 323. in fin. Cardinalem Put. cæteros referentes.

7 Neque illud prætereundum eſſe cenſui adiūcti ſcilicet poteſtatem, ordinario per Papam dati, Papa defuncto neutiquam expirare, ſecus ſi delegato adiunctum Papa dediſſet, quo caſu, & delegati, & adiuncti iuriſdictionem expirare in cap. relatum in fine de off. delega. Felyn. inquit, quem notab. declarantem inſpectum facias, & Mandoſ. in dicto verbo adiunctum diſtinguendum tali caſu, & concludendum eſſe explicantem iuxta per Lapum notata in allegat. 88 poſt numerum 3. verſ. præterea ſi delegatus Papæ, per Ioan. Andr. in c. cum plures. & ibi late Gemin. num. 13. 14. & 16. de off. deleg. in 6. & in l. more, per Romanum poſt nume. 17. & ibi Alexandrum nu. 38. ff. de iuriſd. omn. iud. Salarijq; & ſportularum medietatem adiuncto deberi, in deciſ. 28. alias 72. in fine Caualc. aſſeuerat, & quoad hanc adiūcti deputationem notata per Abbatem inſpecta facias in c. ſi quis contra clericum, & in c. licet ex ſuſcepto de foro compet. Capycenm in deciſ. 137. & in præfata commiſſ. 8. Mandoſium per tot.

8 Quo loci in verſ. tertio quæro non inutilem hanc, neque prætermittendam, enarrat quæſtionem, quod ſi Ariminenſi canonico in Adiunctum Bononienſis epiſcopus detur, ipſoque epiſcopo defuncto, Canonicus ille Ariminenſis ad Bononienſem epiſcopatum cum omnium beneficiorum retentione promoueatur, nunquid ſolus ipſe qui Bononienſis eſt epiſcopus, & Ariminenſis canonicus ſimul cognoſcere cauſam huiuſmodi, & terminare valeat, & poſt Ioannis Andr. deciſionem, in c. rationi col. pen. de reg. iur. in 6. in caſu ſimili, ſi duobus delegatis ſub nomine dignitatis abſque clauſula, quod alter ſine altero procedere poſsit cauſa cōmittatur, vno ipſorum moriente, & altero illius dignitatem aſſequēte ſolum ſuperſtitem, cum vtriuſque dignitatis vices gerat, procedere poſſe cōcludentis, & poſt Lapum in allegat. 98. poſt nu. 1. & alios eo loci per eundem Mandoſ. in Apoſtill. relatos ob terminorum, & rationis diuerſitatem, ex quo præfatum Ariminenſem epiſcopum canonico tanquam ſuſpecto, ſeu vt parum confidenti adiunctum fuiſſe conſtat, contrariū, in hoc

in hoc caſu eſſe explicat concludendum, neque huiuſmodi ſeu alterius dignitatis ſuperuenientiam ſuſpicionem excludere, imò ea adhuc vigente partem coram illo ſolo iudice, cui propter ſuſpicionem adiunctum dari obtinuit nullatenus eſſe explicat cogendum, quod quidem omnino placet, alia maximè ac fortiori in id ratione concurrente, hunc ſcilicet canonicum, poſtquam ipſi adiunctum dari obtentum fuit, ob indignationem inde conceptam, ex textu magis ſuſpectum euaſiſſe conſtat in l. litigatores ff. de arbitr. & ex notatis in c. prçced. nu. 43. poſt medium, & iuxta illud Lucani lib. 1.

Nulla fides, Regni ſocijs, omniſque poteſtas.
Impatiens conſortis erit, & Senecæ alterum in Agamemnone.
Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.

Quorum in tract. de Catholic. inſtitut. poſt hæc ſcripta à me viſis capit. 45. num. 9. Symanc. meminit fol. 239.

9 Sed è ſemita ad viam, vt in adagio eſt, greſſus reportando, nullam in recuſationis libello eſſe cauſæ expreſsionē de iure ciuili neceſſariā, ſatis eſſe recuſantem ſe non animo calumniandi recuſare, quod exponat poſt gloſam in dictâ l. apertiſsimi, C. de iudic. quam eſſe communiter à ſcribentibus receptam in dicto cap. ſi quis contra clericum nume. 12. de foro compet. Panormit. enarrat, et poſt Decium in dicto, c. cum ſpeciali in princ. & poſt Aufrerium in tracta de recuſat. num. 3. & alios in ſupracit. cap. 26. practicarum quæſt. num. 1. circa finem Couarr. atteſtatur, tenet hoc gloſ. in l. quia poterat ff. ad Trebel. & gloſ. in l. item ſi ſuſpectus ff. de procurat. plene Iaſ. poſt Bartolum in ſupracit. l. apertiſsimi Carau. ſuper dicto ritu Mag. Cur. 265. num. 6. & Nauar. nouiſsimè in releͨt. c. cum cōtingat de reſcript. decima cauſa nullit. in princ. communem pariter eo loci hanc eſſe referens ſcribentium opin. iudicemque ordinarium in hoc grauatum in alio ex quo totum non remouetur, releuari in dicto c. ſi quis contra clericū num. 12. ante fin. Panormit. concludit etſi etiam iure ciuili attento de ſuſpicionis cauſa, ac ad cauſam in ſpecie explicandam interrogare recuſantem, iudici licere ipſaque non idonea, ſeu legitima non exiſtente recuſantis iuramentum neutiquam eſſe attendendum in tract. de in litem iur. §. 52. num. 28. fol. 283. Plotus enarrat.

10 Ac ad pleniorem præfatorum declarationē, quamuis neque explicandam neque quatenus ad ius ciuile attinet probandam eſſe ſuſpicionis cauſam ex prænotatis liqueat, ſimpliciter tamen ſuſpecto iudice allegato non eſſe admittendum, niſi in genere ſaltem iuſta ex cauſa iudicem ſe quis ſuſpectum habere dicat poſt gloſam in prçcitata l. apertiſsimi verbo libello poſt Baldum ibi num. 7. & Iaſonem nu. 20. C. de iudic. & poſt Carau. in præfato ritu 265. nume. 6. communem hanc eſſe legiſtarum opinionem; Bartolo relato in l. quia poterat nu. 2. ff. ad Senat. conſ. Trebell. Iaſone vbi ſupra, & Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſer. 32. num. 14. in prænot. de iudic. tract. lib. 1. cap. 66. num. 15. poſt principium Scaccia teſtatur, cauſamque ipſam ſic generaliter propoſitam ſolo iureiurando probari in præfata l. apertiſsimi, Salyc. inquit, quē & in conſ. 16. Betoum num. 4. lib. 3. ſic prænotata declarantem inſpicere non prætereas, necnon pręfata cum declaratione Minſingerum in centur. 3. obſer. 63. ex Ioanne Fabro in dicta l. apertiſsimi, etiam coram ordinario ſuſpicionis cauſam eſſe de iure ciuili exprimendam, & ſic obſeruari de conſuetudine dicentem eſſe exiſtimo intelligendum.

11 Cumque iure etiam ciuili atteto in totum certis in caſibus ordinarius recuſetur. Primo quoties iniuriam parti inferret, quo caſu de tali iniuria contra eum ſola proteſtatione facta, tam ipſum quam eius familiam in totum recuſari text. eſt in dicta l. vnica C. ſi quacunq; prçd. poteſt. & ibi Bart. & in l. ſi quis, C. de appellat. Secundo quoties alteri ex litigantibus ordinarius ſuccederet, vt tex. eſt in l. Iulianus ff. de iudic. Tertio, vbi infirmitate perpetua; ſecus ſi tēporanea febre, veluti ordinarius infirmatur, l. ſi longius, vbi ſcribentes eod. tit. ſic per tex. diſtinguētes in l. ſi. ff. de vacat. muner. Quarto ratione præcedentis aduocationis iuxta textum. & eo loci ſcribētes in l. prętor ff. de iuriſd. omn. iud. & in prælleg. l. apertiſsimi vbi Bald. col. 2. C. de iud. Quinto ſuſpicione iuxta tex. in l. eos in prin. C. de appellat. militanteque iudicem; qui in eadem cauſa alias iudicauit, ſibimet aduerſari velle veriſimile non fit vere etenim natura nobis ingenuit, vt geſta à nobis quæcunq; ac noſtra opera facta effectum ſortiri valde appetamus Stracca teſte, viro quidem erudito in ſuo de proxenetic. tract. parte 4 cap. incipiente illa etiam quæſtio nume. 4 verſ. proxeneta poſt principium, & per Franch. in ſupracit. c. cum ſpeciali num. 46. poſt prin. de appellat. prænota ta referentem Par s ſequitur in dicto tract. de Syndic. in ſupracit. verbo ſuſpicio col. 1. verſ. tamē, vbi eſſet aliqua. Bertach. in trac. de epiſcop. quinta par quinti libri num 49. in prin. & aliorum memor Capyc. in deciſ. 146. circa fi. ſolum iuramentum pręfatis in caſibus ad ordinarium in totum recuſandum non ſufficere, nec in genere ſat eſſe iuſtam iudicem recuſandi cauſam, habere recuſantē proponere, ſed cauſam ipſam inſerere illamque pariter exprimere, ac ſecundum Capyceum in præfata deciſ. 146. circa finem, & in dicta deciſ. 137. num. 10. verſ. ad faciendum eam iuramento mediante probare, quod oporteat in ſupracit. tract. de priuil. 7. nume. 7. in fine, eoque caſu ordinarium de iure ciuili recuſari in totum non poſſe notare non prætereas, quoties in ordinario magnum Magiſtratum gerēte verſaremur, ſecus in minoribus

quos

quos recuſare in totum licere gloſa relata in leg. quod ſi quis ſeruum, verbo ceſſabit ff. ne quis eum qui in ius, & alijs idem ſentientibus in præfato verbo, ſuſpicio nume. ſecundo verſiculo, & quod dicitur Pariſ. quem inſpectum facias affirmat, quique maiores, & qui minores dicantur Magiſtratus, ne miſſum iſtud fiat Iaſonem in l. 1. C. de precibus Imperat. offer. numero 8. necnon Petrum Gerardum in ſingulatitate quinquageſimaſeptima numero quinto notabilibus declarantes inſpectos facere non omittas.

12 Per inimicitiam item, & veram, & præſumptam, otdinarium iudicem in totum, quod recuſare liceat iuſtamque ex hoc cauſam ad ipſum in totum remouendum induci, idemque intrinſecam cum aduerſa parte amicitiam operari maximè in criminalibus Octauianus, inquit Cacher. in deciſione Pedemontana decimaquinta per totum, & ſignanter à numero quinto vſque ad finem, quo loci prædictis ex cauſis recuſare iud cem licere, ac præfatam Authenticam ſi verò contigerit ciuilibus tantum in cauſis, non autem in criminalibus locum habere concluditur, boniſque rationibus demonſtratur, eodemque loci alias cauſas ob quas iudicem ordinarium in totum recuſare licet enumeratas inuenies, iudicemque in criminalibus in totum recuſare tanquam ſuſpectum licere, ex gloſa in capitulo qualiter, & quando in verſiculo item ſi illa de accuſationibus in praxi §. ſi. quæſtione quadrageſimatertia Clarus affirmat, ipſamque communiter eſſe teſtatur à ſcribentibus approbatam, ac alteri in hoc caſu partibus non ſuſpecto ad cauſam delegandam ordinarium teneri in dicta deciſione Pedemontana decimaquinta in fine declaratur.

13 Nec eſſe præfatis in caſibus adiunctum ordinario præſtandum, ipſumque per adiuncti dationem quaſi non bene ſuſpicioni occurratur eſſe in totum remouendum, ex textu in leg. prætor. ff. de iuriſdictio. omnium iudicium in repet. leg. ſecundæ in fine nume. 30. ff. ſi quis in ius vocandos non ier. Barto. aſſerit, cuius doctrinam tali pacto intelligere conuenit, non vt Carauita ſuper dicto ritu 265. exiſtimat numero decimoquarto, & maximè in Summario quo loci ex Bartolo, vbi ſupra ſuſpicione poſt adiunctum datum non ceſſante, recuſari eum adhuc in totum poſſe, quod nullatenus Bartol. ſentit; præſupponit ſolum enim ante adiunctum datum in totum, vt diximus recuſare iudicem licere Bartolus inquit, nec aliter eum eſſe intelligendum ex eo clariſsimè demonſtratur, quia parte ipſa iudici, dum adiunctum aſſumit aſſentiente, vel aptius loquendo parte ipſa ob iudicis ſuſpicionem adiunctum aſſumendum eſſe petente, cui iuxta textum hoc incumbere conſtat in authentica offeratur C. de litis conteſtatione in illis verbis atque iudici alium aſſociari petat, quo loci Baldus poſt Bartolum numero decimo legem, niſi petatur, non aſſociare enarrat, & in dicto tractatu de ſyndicatu Pariſ. verbo ſuſpicio capitulo primo columna prima in fine, paulo ante iterum relatus, hoc ei de cætero non permitti eſt omnino manifeſtum, etſi Carauitæ dictum quoties à ſuperiore dum pars in totum ob allegatam ſuſpicionem remouendum eſſe iudicem, & excludendum poſtulaſſet, datus adiunctus fuiſſet procedere poſſe ex notatis, per Decium liquet in capitulo accepta nume. tertio, de appellationibus, illum eo loci, qui ſolus recuſari poteſt, etiam adiuncto dato recuſare licere aſſerentem, quem inſpicias, ac illius dictum ita eſſe intelligendum adnotabis, illudque paritet eſt notandum, quod quamuis Bartolus in loco ſupra proxime citato nullatenus adiunctum vtraque parte præſente, niſi vtraque ipſarum conſentiente impetrari dicat, ſecus eſſe explicans, ſi altera pars, abeſſet Baldi nihilominus opinionem aliud ſentientis in præfata deciſione octuageſimaquarta Senatus Pedemont. ſequutus fuit numero ſeptimo octauo, & nono, necnon ex eo Carauitæ calculus ſimiliter excluditur, qui cum raro ad adiuncti præſtationem, niſi data, vt ſupra notatum extitit capitulo quarto numero ſecundo cum ſequenti per partes ſuſpectorum nota deueniatur, & ſic de ipſarum conſenſu ab eo, quod ſemel placuit iuxta per Iaſonem notata in dicta lege apertiſsimi nume. 1. & 2. C. de iudicijs recedere, non licere nullatenus eſt ambigendum, partique recuſanti, ſi non detur adiunctus imputari, non autem iudici recuſato, ſi adiunctum illi dari non curanit in eadem deciſion. 84 numero 7. Oſaſchius,

14 quem inſpicias, concludit.

Neque illud prætereundum eſſe cenſui, quod quamuis præfatus Magnæ Curiæ ritus 265. in fine cæteris in Regni partibus, & ciuitatibus, Ciuitate Neapolis excepta, officialium ſuſpiciones coram loci Diœceſano, vel eius Vicario eſſe diſponat proponendas, cuius in iudiciorum praxi parte quatta Maranta meminit, vndecima. diſtinctione numero quinquageſimoſeptimo fol. 202. in magnis hoc tamen hodie non obſeruari, ſed coram Regijs Tribunalibus illi Curię cuius ſuſpectus officialis allegatur ſuperioribus eas proponere quod oporteat prout ſunt Regiæ Prouinciarum audientiæ, ſeque in hoc nullatenus hodie Diœceſanos intromittere in additionibus ad Maranta in dicto numero quinquageſimoſeptimo. Follerius teſtatur, & Caraueila in ſupracitato ritu 265. numero ſecundo, vbi eiuſdem Follerij meminit, Collateralis Concilij literas Regiæ Au-

dientiæ principatus citra directas ſuſpicionum officialium cauſas per eandem audientiam; non autem per Diœceſanum audiendas eſſe, vidiſſe aſſerentis, idemque Carauitæ eas ſe vidiſſe ac pœnes ſe eiuſdem collateralis Conſilij literas habuiſſe tempore Don Petri de Toleto expeditas, ac inter alias Pragmaticas impreſſas, in Pragmatica ſecunda, incipientibus Reuerende vir de ſuſpicione officialium Acherontino Archiepiſcopo ad inſtantiam vniuerſitatis Petræ Perciatę directas, eum in futurum à ſuſpicionum cognitione abſtinere debere ſignificantes, ac cognitionem hanc præfato ritu non obſtante ad Regiam iuriſdictionem ſpectare continentes, quodque ſi ſecus ageret, contra ipſum tanquam contra Regiam iuriſdictionem vſurpantem procederetur, idem poſtmodum ex pragmaticę 3. diſpoſitione incipiẽte ſemo auiſati eod. tit. ordinatum fuiſſe ſubdẽs prędictaque iterum in eodem ritu affirmat numero quinto in fine, quem & Scacciam in dicto tractatu de iudic. libro primo, illius memorem, capitulo 10:. numero vigeſimooctauo verſiculo in Regno Neapolitano inſpicere non prætereas, quodque iudici ipſi coram ſuperiore recuſato ſit ſuſpicio notificanda, vide infra notata numero ſequen. in fine, ac in ciuitate & Regno Neapolis, quod etiam iudices ordinarij ſtante ſuſpicione in totum iuxta iuris canonici diſpoſitionem remoueantur poſt textum, & ibi ſcribentes in dicto ritu 265. in ſupracit. deciſio. 263. poſt principium. Viuius inquit libro ſecundo.

15 Sed quatenus idem Foller. vbi ſupra, non ſimpliciter in ſupracitato ritu, 265. iudicis ordinarij ſuſpicionis cauſas coram Diœceſano eſſe ordinarij iudicis ſuſpiciones proponendas contineri inquit à veritate penitus diſſentit, indiſtincte enim in fine præfatum ritum, & clarè, in aliis Regni locis, & ciuitatibus præter ciuitatem Neapolis coram loci Diœceſano, vel eius Vicario ſuſpiciones allegandas eſſe diſponere liquet, & ideo nõ ex verbis præfati ritus ne Diœceſani ſe intromittant, ſed ex alijs, vt ſupra dictum eſt, ſuperiorum diſpoſitionibus deduci videtor, quod in dicto numero ſecundo in principio Carauita ſimiliter aduertit, ſicut nec illud vt officialium ciuitatis Neapolis ſuſpiciones coram prothonotario exprimantur hodie ſeruari, ſed aliquo dictorum officialium ſuſpecto exiſtente, ſiue in Sacro Concilio, ſiue in Regia Camera, ſiue in Magna Curia Vicariæ, in ipſomet Tribunali, coram ipſius Collegis ipſo excepto, eſſe ſuſpicionem allegandam, omnibuſque ſuſpicione, vel maiori parti legitima apparente, illorum partes eſſe in cauſa ipſa procedere, iudicemque recuſatum à cauſa illiuſque cognitione, quod abſtineat, decernere in Regia Pragmatica Caroli Quinti Imperatoris quæ incipit ſtatuimus etiam Pragmat. vbi ſupra per Carauit. relatis, & in Pragmat. ſignanter per Ducem de Alcala Regni Proregem impreſſa pragmat. 40. de offic. Sacri Concil. vbi ex alijs Collegis tali caſu de cauſæ commiſſario non ſuſpecto, quod prouideatur diſpoſitum fuiſſe atteſtatur, ſic quoque in Capitolino foro, ſtatuto vrbis libro primo capit. 12. diſponitur, quod ſi ante litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam aliquis ex Collateralibus, cum iuramento ſuſpectus cenſetur Senator illi ad. unctum, vel eo remoto alium ex reliquis ſuis iudicibus, vel etiam extra Capitolium dare, & deputare debeat, & vbi poſt litem conteſtatam ſuſpectus allegetur ſuſpicionis cauſa tali caſu in actis expreſſa Senator arbitrio ſuo omni, & quacumq; appellatione remota, quod ſuſpicionem reijciat, vel primo remoto alium non ſuſpectum dare, & deputare poſſit, & debeat, qui in omnibus in ordinarij locum, & per omnia ſuccedat, & ab eo ad Capitaneum appellationum appellaretur, cuius ſtatuti Lucas Pætus in praxi. Capitolin. fori libro ſecundo meminit capitulo ſecundo numero decimoquarto, & Scaccia in præcit. tractat. de iudic. capitulo 101. numero vigeſimooctauo verſiculo & hæc dicta ſint, & in verſiculo in reliquis cauſis, libro primo 1 quo loci in reliquis cauſis, quæ in Romana Curia aguntur iudicis ſuſpicionem, ſiue ordinarij, ſiue delegati ſemper in ſignatura iuſtitiæ coram Pontifice allegari inquit, quam ex Staphileo proxime relato, vel de alio iudice, vel de adiuncto prouidere ait. Quodque in vrbe ſuſpicio in ſignatura, vt dictum eſt allegetur, extra vrbem verò coram Pręſidibus Prouinciarium quatenus adſunt, ſin minus in Sacro Conſultæ auditorio, vbi poſt cauſam bene diſcuſſam prouidetur, ſed quoties non coram ipſo iudice ſuſpecto, ſed coram ipſius iudicis ſuperiore ſuſpicio proponitur iudici ipſo recuſato ſuſpicionem allegatam eſſe notificandam, eique inh beudum alias, ſi ipſi non notificetur, quamuis in aduerſæ partis notitiam, illa tranſeat, iudicis ſic recuſati proceſſum, & ſententiam, tenere in deciſio. quinquageſimaprima per totum lib. 1. Triuiſan. quem alios referentem, & plenè de hoc loquentem inſpectum facias teſtatur.

16 Ipſumque iudicem tanquam ſuſpectum remotum, nec diſcuſsioni cauſæ, neque relationi eſſe admittendum, ex Capyceo in deciſione centeſimatrigeſimaſeptima nume. quinto Rebuffo in tractat. recuſatio. articulo ſexto gloſ. finenumero octauo, volumine quinto, ac ex alijs Regijs ſanctionibus, quas refert eodem loci Carau. firmat, quodque iudex recuſatus, quando arbitri vel alius, ad quem hoc pertinet de recuſationis cauſa cognoſcit ideo præſens, eſſe nequeat, quia partibus, & arbitris timorẽ

incutere

incutere poſſet, ex Capyceo in præfata deciſio. & alijs in Milleloq. 865. pat. 2. Caball. aſſeuerat, eodemque loci Carau à num. 2. vſque ad num. 5. notab. per rationes, neque Regni Barones, quamuis ſecundas cauſas habentes, de ſuorum officialium ſuſpicione cognoſcere poſſe, ſed illas, vt ſupra in Regijs Prouinciarum audientijs eſſe concludit proponendas.

17 Ac ad eorum, quæ diximus, declarationem, ſolo ſcilicet iuramento recuſare de iure iudicē poſſe, illud item notare oportet, quod quamuis iuramentum in iudicio in litem, veluti ſuſpicionis fugæ aliaque cætera regulariter iuxta tex. deferri per iudicem debere conſtet in leg. 3. in prin. & §. fin. ff. de iureiur. & in l. videamus §. deferre ff. de in lit. iur. Rol à Vall. ſequitur in cóſ. 41. num. 33. lib 1. & plenè Phanucius in tract. de in lit. iur. pat. 2. in princ. Attamen in hoc caſu, non eſſe tale iuramentum à iudice deferēdum, ſed ab ipſo recuſante in recuſationis libello, vt ſupra dictū eſt, ſatis eſſe quod explicetur actūque ipſum etiam quod iuramentum hoc à iudice non deferatur validum cenſeri in ſupracitato capit. 26. practicar. quæſt. col. 4. Conar. enarrat, praxim iſtud obſeruare explicans, etſi in conſ. 6. lib. 4. num. 3. & 6. Ruynum referat, maximam de hoc iure communi attento dubitationem eſſe aſſerentem, neque ab ipſo recuſante iuramentum hoc ſine iudice explicandum eſſe, ſed à iudice omnino eſſe illud deferendum requiri dicentem.

18 Cui nullatenus ſubſcribo, ſed Couaruuias nec non communis praxis opinionem, vt æquā & probabilem amplectendam eſſe cenſeo, ſibi enim à iudice iuramentum hoc deferri petens tale iuramentum deferendum flectere contra ſeipſum iudicem poſſe, quam graue, & durum ſit latere neminem exiſtimo, ac filijfamil. exemplo hoc clariſsimè probatur, cui etſi ſine patris conſenſu ſtare in iudicio non licere communē eſſe ſcribentium opinionem in tract. commun. opin. Viuius referat opi. 122. in princip. par. 1. quod in ſummarijs etiam iudicijs, & executiuis, procedere ampliat & hanc communem pariter eſſe ait ſcribētium opinionem. Ioſeph. Ludou. ſequitur in decſ. Peruſ. 13. num. quinto Aymon. in Soliloq. 65. & in tract. de patria poteſt. Aſcan. Clement. neffectu 4. in princ. & plenè infra cap. 15. num. 57. notata videas, attamē in iudicio filiofamilius contra proprium patrem agente patris conſenſum nullatenus requiri, quia patrem contra ſeipſum fore conſenſum præſtaturum nullatenus eſt veriſimile post gloſ. Bartolum, & alios in l. fin. §. neceſsitate, C. de bon. quæ liber. in tract. de epiſcop. lib. 4. Bertach. ſentit, par. 5. num. 87 verſ. item niſi filiuſfamil. agat, & Becc. quiin conſ. 97. ipſius & aliorum meminit nu. 20 lib. 1. idem in religioſo procedere, qui quamuis ſine prælati licentia in iudicio ſtare nequeat, ei tamen quoties prælatum propriumque ſuperiorem denunciaret, vel accuſaret, eandem per rationem abſque illius licentia iſtud ei licere gloſa inquit in Clement. religioſus verbo conſtituere, & ibi ſcribentes, de procurat. ſed Monachus Abbatem conuenturus veniam, quod ab ipſo petere debeat in ſingul. 556. Roman. inquit, & ibi Pignolat. in addit. alios recenſens, itidem quamuis vniuerſitati, ſe abſque ſuperioris licentia congregare, nullatenus licere in l. actor colum. penultima, verſic. alterius venio, ff. rem rat. hab. Bar. ſentiat, & Guido Pap. in deciſ. 106. & in deciſ. 631. verſ. ad vnum, & veriorem hanc, & receptam eſſe ſcribentium opin. nouiſsimè in deciſ. 446. par. 3. D. Vincent. de Franch. aſſeueret propter lites nihilominus quas contra proprium Baronem, vel officialem vniuerſitas haberet, vel quoties de adeundo ſuperiores contra ipſos ageretur, congregare ſe ſine ipſorum interuentu vniuerſitati ius eſſe, ex Alberico, & Alciato in l. omni nouatione C. de epiſcop. & cler. & alijs in eadem deciſ. 446 D. Vincent. de Franch. atteſtatur, quem ibidem qualiter in Regno, & ciuitate Neapolis hodie ſeruetur declarantem inſpicere non prætereas, ac quoties aliquo in actu, alicuius conſenſus requiritur, vbi contra illum ageretur indiſtincte conſenſum ipſum remitti poſt gloſ. in c. cum paſtoralis 2. quæſtio. 7. & in dicta l. fina. §. neceſsitate gloſ. magn. in fin. C. bon. quæ lib. & in c licet euitanda nume. 18. de poſtulat. prælat. Decius, quem inſpectum ſimiliter facias, recenſet.

19 Sed quamuis ſola voluntate iudicem de iure ciuili recuſari poſſe dixerimus, niſi de partium conſenſu datus iudex extitiſſet declarandum hoc omnino, & reſtringendum venit, ac iudicē tali caſu, etiam iure ciuili attento recuſare ſine iuſta cauſa non licere in ſupracitata l. quia poterat ff. ad Trebell. Angel. notat, cuius aliorumque Dec. in dicto cap. cum ſpeciali in princip. de appellat. poſt Innocētium meminit, cauſamque ſuſpicionis ſuperueniſſe in tali caſu requiri, vel ſi ab initio viguit, quod parti non fuerit, niſi ad præſens nota in capitulo primo numero 17. verſic. & ex quo de iudic. Panormita. enarrat, Iaſ. in dicta l. apertiſsimi num. 12. & in tract. de priuileg iuramen. Seraph. in ſupracit. priuil. 7. nume. 10. 11. & 12. quo loci, pluribus iſtud ſectantibus relatis, pluribus pariter hoc comprobat argumentis, & Io Anton. de Nigr. in cap. Regni prolixitatem num. 3.

20 Item quamuis cauſam iuris ciuilis diſpoſitione attenta in recuſatione exprimere nullatenus oporteat, recuſatione tamen cum ſpecialis cauſæ expreſsione propoſita cauſam ipſam à recuſante expreſſam attendendam eſſe, & conſiderandā diffinitiuæ ſentētiæ exēplo demōſtratur, in qua, etſi cauſam exprimere nō oporteat eſſe, tamē eam ſi à iudice exprimatur in conſideratione habendam ſententiāque ex illius, ex-

preſsiōne vera cauſa non exiſtente aut iniuſta,
vitiari, eamque ipſo iure nullam dici de com-
mun Vant. in tract. de nullit. teſtatur in titulo
de nullit. ex def. proceſſ. numero 128. & ſeq. vbi
plenius hoc declarat, & hanc in conſil 123. col.
3. verſ tamen quoad propoſitum libro 1. magis
communem Alex. eſſe concludit ſcribentium,
opinionem, cuius in cap. quoniam contra nu-
mero 27. de probat. addit. ad Felyn. meminit,
quod eo caſu procedere ſciendum eſt, vbi vni-
cam tantum iudex rationem, ſecus ſi plures ex
preſsiſſet, vna etenim tali caſu falſa cauſa exi-
ſtente, & alia vera, validam exiſtere ſentētiam,
& tenere, ex textu cōſtat, & ibi gloſa in l. ſi quis
ad exhibendum, ff. de except. rei iud. idem alio
rum memor Aret. ſentit in §. ſuſpectus il 2. nu.
1. inſtitut. de ſuſpect. tutor. vbi noua addit. lit. a
& 6. alios recenſet, & in ſupracit. tracta. de pri-
uil iuram. Seraphin. priuil. 107. nume. 7. immo
fatuum iudicem exiſtimari in ſentētia cauſam,
exprimentem in ſententiæ diffinitiuæ forma,
verbo relaxandum nu. 4. Papienſ. tenet, quem
inſpicias & eo loci in addit. Maſuerium notab.
declarantem, & Contardum in l. diffamari in
limitat. nume. 144. C. de ingen. & manumiſſ. &
ideo ex falſæ cauſæ expreſsione vitiari recuſa-
tionem in ſupracit. conſ. 16. nume. 16. cum ſeq.
lib. 3. Berous explicat, & illius memor. Lancel-
lot. in tract. de attentat. 2. par. capitu. 6. de at-
tat. recuſat. pend. quem, & in conſ. 80. num. 69.
& conſ 91. num. 40. cum plurib. ſeq. lib. 1. Me-
nochium inſpicere non prætereas.

21 Præfataque iuris ciuilis diſpoſitione attenta
etiam quod à principe ſit iudex delegatus, ip-
ſum tanquam ſuſpectum ſine cauſæ ſimiliter
expreſsione, quod recuſare liceat in ſupracit. l.
quia poterat ſcribentes aſſeuerant, & hanc in
dicto conſ. 16. num. 1. magis cōmunem Berous
eſſe explicat ſcribentium opinionem, atque in
iudicibus etiam Imperialibus hoc ſibi locum
vendicare in conſ. 89. num. 3. volum. 1. Alexan.
aſſeuerat, & alij quorum in conſ. 21. num. 20. li-
bro 1. Burſat. meminit, hanc magis communē
non abſimiliter eſſe referens ſcribētium opin.
quod in iudicibus, & aſſeſſorib. Imperialis au-
læ non procedit ordinariam iuriſdictionem ha
bentibus, vt in dicta obſeruat. 13. per Gail. nu.
2. circa finem, ſuſpicioniſque libellum tali caſu
coram ipſo delegato eſſe producendum in di-
cta l. apertiſsimi, C. de iudic. illis in verbis text.
docet libello appellationis ei porrecto, quod
data ipſius delegati præſentia, vt quia in ciuita
te delegatus adſit procedere eſt aduertendum
alias ſecus l. fin. vbi Bald. & Caſtrenſ & Iaſ. in di
cta l. apertiſsimi num. 15. eo. tit. C. de iudic. ac
delegato abſente recuſationis libellum eſſe præ
ſidi offerendum in ſumma de libell cap. 6. ante
num. 1 per tex. Roffr. Beneuent. tenet in dicta l.
fin hoc clarè diſponentem, ſed iudici ipſi corā
ſuperiore recuſato eſſe omnino allegatam ſu-
ſpicionem notificandam, nec eam parti aduer-
ſæ notificare ſatis eſſe, alias quod iudicis recuſa
ti proceſſus, & ſentētia teneat ſupra hoc eo. ca-
pit. num. 15. in fine notatum fecimus.

22 Quod quidē trifariam in præfata l. apertiſ-
tiſsimi num. 2. & 3. Iaſ. limitat. Primo quoties
parte inſtante quis delegatus extitiſſet, parti
enim iudicem impetrāti eum amplius dum in
ipſum ſemel conſentijt, recuſare non licere, ex
textu in dicta Auth. offeratur C. de lit. conteſt.
& iuxta gloſam in ſupracit. l. apertiſsimi in di-
cto tracta. de priuileg. iuramen. Seraphin. ſe-
quitur priuil. 7. numero nono verſiculo primo
niſi, & in ſupracit commiſſ. 8. Mandoſ. in princ.
quo loci eum qui iudicem impetrauit illum po
ſtea neutiquam recuſare poſſe, ex pluribus con
cludit, idque etiam, vbi partis procurator dele-
gatum impetraſſet, ex gloſ. notab. in c. cū olim,
gloſ. 2. verbo iudices recuſare, de cauſ. poſſ. &
propriet. vbi ſupra Iaſ. ampliat: quod vt in glo.
niſi noua ſuperueniret cauſa interpretandum
venit, vel niſi domino abſente, in curia procura
tor in aliquem conſentijſſet pro iudice, veluti
remiſſoriæ, quem tali caſu principalem in par-
tibus, dummodo cum illo non proceſſerit recu
ſare poſſe, ac in vna Herund. coram Capiz. 16.
Decembris 1555. tentum fuiſſe in eodem trac.
de attentat. par. 2. cap. 6. Lancellot. tenet, de at-
tent. poſt recuſat. iud. in fine.

23 Secundo quoties vtraque parte volēte quod
ſupra proximè notauimus eſſet index delega-
tus Iaſ. limitat, recuſationem enim tali caſu ſi-
ne iuſta cauſa tanquam temerariam non tene-
re, ex Angelo aſſerit in dicta l. quia poterat, &
alijs idem in deciſ. 236. Baſbus ſequitur, quem
videas, & in ſupracit. priuil. 7. Seraph. nume. 9.
verſ. ſecundo quando.

24 Tertio in particulari tantum delegato di-
ctam leg. apertiſsimi procedere declarat, non
autem in delegato ad cauſarū vniuerſitatem,
quem illa ratione, quia ordinario æquiparatur
nullatenus eum recuſare de iure ciuili licere
iuxta gloſam primam inquit, dictæ l. fin. C. de
iudic. latè idem Iaſ. in l. à iudice num. ſeptimo,
verſ. ſecundo fallit, & num. octauo C. eodem
tit. & Vant. in ſupracit. tract. de nullit. in tit. co-
ram quo poſſ. & debeat nullit. prop. nume. 17.
vbi ad cauſarum vniuerſitatem delegatum or-
dinario æquiparari, ac illius ad inſtar, ſenten-
tias nulliter prolatas corrigere eum, & emen-
dare poſſe multorum ſuffragijs relatis, apud ip
ſum videndis expreſſe concludit, quod in tract.
de arbitr. iud. libro primo quæſt. 67 numero 21.
Menoch. aliorum plurium memor non abſimi-
liter fatetur, & in conſtitut Piceni Virgin de
Boccat. capit vt minorum iuta gloſ. 4. numero
53. fol. 74. Idemque Menoch. in q. 54. num 41.
vbi de Inquiſitore loquitur, quē ad vniuerſita-
tē cauſarum eſſe inquit delegatū, ac ordinario
æquiparatori, quid tū agere debeat Inquiſitor
recuſatus

recuſatus Pegn.in cõment.ad director.Eymer. declarat par.3.comment.30.§.poſtremo videndum,cum.ſeqq.cuius Scaccia in dicto tract. de iud.capit 67 numero 7.meminit, quem videas lib.1.ac huiuſmodi delegato eſſe tanquam ordinario adiunctum pariter in caſu ſuſpicionis aſſociandum,nec eum eſſe tali caſu in totum remouendum iuxta gloſ.1. in præſata l.fin. C.de iudic.& ex notatis per Alex.in conſ.12.num.5. vol.6 in tracta.Commiſſ. commiſſ.8.dicto verbo adiunctum,verſ.amplia vt non ſolum præſata ratione,quia ad vniuerſitatem cauſarum delegatus inſtar ordinarij exiſtimatur ex gloſa, Mandoſ.affirmat in l Pomponius verbo proferre verſ.idem in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum ff.de re iud quam communiter à ſcribẽtibus eſſe inquit approbatam,& per glo.in cap. cauſam in ver.delegatus de appellat. & in præſato de nullit.tract. Vantius alios plures recenſens in tit.de nullit.ex def.iuriſd.nume. 178. & qualiter delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ab ordinario dignoſcatur in nu.ſeq in fine notatum fecimus,idem vbi delegatio à Principe, facta appareret, cum clauſula recuſatione remota de quo plenè ſupra c.2.nu.16. cum ſeqq.

25 Illudque circa prædicta eſt ſimiliter aduertẽdum ante literarum etiam præſentationem, ac ante delegationem per delegatum aſſumptam recuſare eum licere, vt poſt Federic. de Senis in conſ.24.in dicto c.cum ſpeciali num.25.de appellat.Franch.explicat, quem eo loci, & in ſupracit.c.ſi contra vnum num.5.ante fin. de off. deleg.in 6.notab.declarantem inſpicere non prætereas,cauſamque recuſationis coram Papa, qui delegatum, ſeu legatum conſtituit, tali caſu probari in cap.iudex de off.deleg.in 6 Lapus enarrat,cuius in tract. de Card.legat. à lat. quinta quæſt princ.in prin.Barbat.meminit,& Felyn.in c.inter Monaſterium nume.10 in fine de re iud. quod vbi recuſans moram in vrbe gereret,vel ipſius idoneus procurator,habere locum intelligas,quoties enim Papæ delegatum, ante literarum præſentationẽ in partibus quis recuſare vellet,quia difficile ad Papam tali caſu recurrere liceret, coram ipſo delegato ſuſpicionis cauſam proponere,& allegare ſatis eſſe, ipſamque coram arbitris probare gloſa eſt notab.in c.ſtatuimus verbo Apoſtolica Sede de offic deleg. in 6. qualiterque ad vniuerſitatem cauſarum delegatus ab ordinario dignoſcatur in l.ſolet ff de iuriſd.omn.iud. Alexã. declarat, eum enarrãs,cui omnes cauſæ inter Tirium, & Seium,vertentes delegantur ex Baldo,& Angelo in præſata l.ſolet ad cauſarũ vniuerſitatem, delegatum eſſe exponit ſecus eſſe dicens, ſi omnes cauſæ mutui verbi gratia in aliquo Caſtro, ſeu loco exiſtentes, alicui committantur, ac ex Baldo,& Angelo in dicta l. ſolet eodemque Baldo,Salyc.& Gulielmo in dicta l.fin.C.de iudic. communem hanc eſſe firmat ſcribentium opinionem, vtque de tali delegato eius munere,& facultatibus ad plenum inſtruaris,quis ad cauſarum vniuerſitatem delegatus dicatur, quiſve eum conſtituat omnino in c. cum cauſam Franchum videas num.17.cum ſequent.vſque ad fin.de appellat.

26 Et quoad illud, de quo ſcribentes quærunt, nunquid epiſcopo in Eccleſiæ ſuæ cauſa,ſeu alteri Prælato iudicem agere permittatur, & an quatenus licere recuſare eos tanquam ſuſpectos tali caſu concedatur, & quamuis de proprio ipſorũ cõmodo agatur iudicare eis quod permittatur in cap. ex parte il. 1.de verbor. ſignific. & in c. præſentium de teſtibus in 6. Hoſtienſ.clarè fatetur,idque etiam,ſi de bonis mẽſæ Eccleſiæ ageretur,ſibi locum vendicare in c. veniſſent col.fin.de iudic.Dec.tenet, idem Hoſtienſ.in ca. procurationes de cenſibus Calder. conſ.6.in tit.de iudic. & alij in communium opin tract per Viuium relati par.1.cap.352. tã in cauſa ad menſam prælati propriam, quã ad Eccleſiæ menſam ſpectante indiſtinctè iudicẽ, agere pręlatum poſſe affirmantem,idemque in c.noſti de elect.tenere Innoc.videtur,& quamuis iudicis perſona, & actoris diſtinctæ iuxta tex.eſſe debeant in c. forus de verbor. ſignific. hoc tamen modo his in terminis iſtud ſuccedere in l.1. Alberic. inquit C. ne quis in ſua cauſa col.2.vt ſi Eccleſiæ cauſa eſt procuratorem,qui Eccleſiæ nomine agat ad tex.in c.fin.de iuram. calum.epiſcopus conſtituat,ipſeque epiſcopus cauſam audiat, alias procuratorẽ epiſcopi nomine agentem non audiri, in eadem l.1.nu.4. Bal.enarrat,ac coram cõſtituente experiri procuratorem poſſe abſurdum eſſe explicat,necnõ partis officio, & iudicis fungi conſtituentem poſſe,abſurdum eſſe teſtatur.

27 Et ideo præfatis attentis iudicem hoc in caſu agere prælato licere conſtat, ſicut & pariter arbitrum eum eſſe poſſe in quæſt. 2. nume. 53. verſ.confirmari poteſt in tract.de compromiſſ. Blanc.quem perlepide declarantem videas affirmat,quod niſi recuſetur intelligendum eſſe, quo caſu nullatenus ei, quod iudicare liceat in dicto cap.1.de iud.num.2.in fin.Panormit. inquit, iudicem ſi recuſetur agere eum nullatenus poſſe,eo loci clariſsime ſentiens, quodque prælatus in hoc caſu, niſi ſuſpectus allegetur, non repellatur in cap.cum perſonæ de priuil.in 6.& in ſupracitato capitu. cum veniſſent de iudic.iuxta gloſam cautũ apparet, in capitulo ſi quis erga ſecunda quæſtio.7.quam à ſcribentibus in eodem capitulo cum veniſſent eſſe communiter receptam in relect.capit.nouit de iudic. notab.3.num.48. cum ſeqq. Nauarr. atteſtatur,ex Panormitano in capit.inſuper de teſtibus notab.1. & ex Felyno poſt Innocentium in capitulo cum nuntius eodem titu.inferioribus prælatis in Eccleſiarum ſuarũ cauſis etiam teſtificari regulariter permitti ſubdens, circa

quod ipſi nullatenus aſſentior, nam quod prælatis in cauſa bonorum ſuæ menſæ teſtimonium dicere prohibeatur poſt Innocentium in dicto ca. inſuper, & ibi Baldum in fine verſiculo quarto nunquid epiſcopus, communem hanc Aufrer. in tract. de reproba. teſt. in princ. eſſe teſtatur ſcribentium opinionẽ, cuius aliorumque in compendio iuris reſolutorio Brunorus à ſole nouiſsime in lit. B. meminit, verbo Abbas in cauſa bonorum, quem plene declarantem, ac Felynum alioſque ſcribentes in dicto c. in ſuper inſpicias, & in tracta. de teſtib. Crotum 4. par. quæſt. 9. fol. 619. ac præfatam opin. prælatum ſcilicet niſi recuſetur non repelli, communem in d. tracta. commun. opin. cap. 331. par. 1. Viuius aſſerit, quem, & nouam addit. ad Bald. in d. l. vnica C. ne quis in ſua cã, ſimiliter inſpicias, ex Baldo item in l. ſi quis ad declinandam C. de epiſco. & cler. epiſcoporum qui Eccleſiæ rem vendidit ipſam retractare volens litem coram proprio Vicario, quamuis idem, vt dictum eſt ad cap. 2. de conſuet. in 6. ipſorum ſit adiutorium mouere poſſe conſtat, quod dummodo ſuſpectus Vicarius non allegetur, intelligendum venit, ſuſpecto enim epiſcopo exiſtente recuſare Vicarium licere, cap. præced. nume. 7. dictum extitit, & hoc modo Innocentium, qui in dicto cap. ex parte de verbor. ſignific. Vicarium iudicare in hoc caſu poſſe negat, vbi. ſ. ſuſpectus Vicarius allegaretur intelligere cõuenit, qui indebitè quidẽ ab addit. ad Felyn. in d. ca. cauſamque de off. deleg. verſ. adde etiam quod epiſcopus reprehenditur, hac enim cum declaratione de facili tanti viri dictum, & ſaluari, & defendi poterat, Innocentij vtique verba adeo excelſæ eſt authoritatis pro communi ſententia exiſtimari in l. quod iuſsit col. 2. ff. de re iud. Alex. teſtatur, eũdemque legum patrẽ in conſ. 15. col. 9. Calcan. inquit, ac veritatis organum in Lucubrat. ad Bart in l. fin. num. 5. ff. de iuriſd. omn. iud. meritò Cardin. Alb. cum appellat, & Fely. in c. 2 nu. 50. de reſcript. quorum aliorumque in deciſio. 370. num. 2 par. 2. Viuius meminit, ac ipſius Innocentij opinionem coli vt idolum in foro Eccleſiaſtico, & venerari in l. vt vim num. 24. poſt medium ff. de iuſt. & iure Iaſ. qui videatur explicat, ac Innocentij dictum in Papæ Conciſtorio, vt Sacrum Euangelium teneri, in ſing. 167. nu. 2. Roman. atteſtatur.

28 Et quamuis epiſcopum ob allegatam ſuſpicionem neutiquam hoc caſu eſſe remouẽdum, alium ipſi adiungendum eſſe poſt glo. in ſupra cit. cum veniſſent in conſ. 262. col. 1. 2. dubio, Corn. exponat, quorum in conſ. 232. nu 9. verſ. eſt verum ſecundum Doctores Crauett. meminit, attamen in totum tanquam ſuſpectum remoueri prælatum poſſe ſcribentes omnes tam in dicto c. cum veniſſent, quam in dicta l. 1. affirmant C. ne quis in ſua cauſa, & poſt multorum, opiniones relatas hanc Capyceus omnino videndus magis communem in præfata deciſio. 137. nu. 5. in fine eſſe explicat ſcribẽtium opin. quod, niſi rem illam de qua agitur ad Eccleſiam ſpectare notorium eſſet, notab. declaratur, quo caſu monitione præmiſſa etiam excommunicare hunc notorium ſacrilegium, epiſcopo licere, nec ipſum tali caſu recuſari tãquam ſuſpectum poſſe in c. 1 nu. 4. verſ. & idem de inferioribus de pęnis in 6. ex Innocẽtio in dicto c. ex parte il 1. de verb. ſign. Franch. exponit, immo Eccleſię res ſeu Caſtra detinẽtes ſine aliqua citatione excommunicare Papam poſſe in ſingul. 671. Roman. inquit, & alij, quorum in Milleloq. 838. Caball. meminit, quos & Brederodium in tract. de appellat. videas, tit. 19. col. 253. Baldum referentem in prooemio feudorum, & ſcribentes in c. cum olim, de re iud.

29 Et quamuis iuris canonici diſpoſitione attẽta de ſuſpicionis cauſa ſolum, non autem de principali negotio arbitros cognoſcere, ex textu liqueat in c. cum ſpeciali, de appellat. hoc tamen caſu arbitros, qui principale cognoſcant negocium, & decidant eligendos eſſe, text. eſt hoc clarè diſponens in ſupracit. cap. ſi clericus 11. q. 1. in illis verbis, vel certè ſi fuerit negociũ ipſius epiſcopi apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur negotium: notoria enim ſtante ſuſpicione ad arbitrorum electionem, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant non eſſe neceſſarium deuenire, ſed de negocio principali, vt dictum eſt, ſolum vt cognoſcant. vel ſtatim in epiſcopum ſuſpicione propoſita Eccleſiæ ſuæ cauſam perſonæ non ſuſpectæ delegare eum debere in proxime relata deciſ. num. 10. Capyc. affirmat, & in ſingu. 7. Clarius Arnonus quos inſpicias, nec arbitris dilationem tali caſu intra quã principale negocium terminare debeant præfigere iudici licere, ſicut eam, quoties vt de ſuſpicionis tantum cauſa cognoſcant, eliguntur præfigere eam licere iuxta tex. in c. legitima de appellat. in 6. quamplures ſcribentes ſentiunt, quorum in ſupracit. deciſ. 84. nu. 9. Octauian. Oſaſc. meminit, terminum caſu quo arbitri nõ eliguntur neutiquam iudicem recuſatum aſsignare poſſe clare deducens etſi partem ad arbitros, qui de principali negocio cognoſcãt, ad ſecum eligendum compellere iudicem poſſe in cap. irrefragabili §. cæterum glo. in verbo ſuper hoc circa fin. verſ. ſed in caſu de off. ordi. notab. explicet. Arbitros enim à partibus litigantibus eſſe regulariter eligendos, ex tex in dicta l apertiſsimi C. de iudic. & ibi Baldo Salyc. & Iaſ nu. 16. & in l fi. eo. tit ac ex textu in c. cũ ſpeciali, de appellat Papiẽſe in forma declinat, iuriſdictionis in gl. incip iudicẽ ſuſpectũ, nu 1. & ex Gaill. in pract. obſeruat obſeruat. 33. ſub nu. 14. li. 1. cõmunem Scaccia in d. trac de iud lib. 1. c. 101. nu. 23. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

30 Ac in totum epiſcopum non ſolum in cauſa

ad men-

ad menſam, ipſius propriam ad gloſ. in Clemé. 1. in verſic. ad menſam de exceſſ. prælat. & Felyn. in dicto c. in ſuper de teſtibus num. 9. quæ bona dicantur de menſa copioſe declarantem, ſed in cauſa etiam ad eccleſiam, vel eccleſiæ mẽſam ſpectante recuſari poſſe in præfato c. 1. nume. 4. in fine de pœnis in 6. Franch. enarrat, & Alex. qui in conſ. 79. lib. 1. num. 2. ſuper Eccleſiæ te epiſcopum, quæ de epiſcopi menſa non eſſet, iudicem eum agere licere inquit intelligendus omnino, & declarandus venit, dummodo tanquam ſuſpectus iuxta proximè notata, non recuſetur, Abbate teſte, & Fel. no in c. inſinuante col. 2. de off. delegat. ab additione ad Alex. in dicto conſ. 79. relati in addit. 2. Decius ſequitur in c. cum acceſſiſſent concluſ. 4. de cõſtitut. & Franch. in c. poſtremo de appellat. nu. 13. illa aſsignata ratione, quod ſi prælati conſanguineus, vel familiaris in Eccleſiæ cauſa ſuſpectus eſt dicto c. inſinuãte multo magis prælatum ipſum, quem maiorem habere affectionem eſt præſumendum ſuſpectum cenſendum eſſe per gloſ hoc affirmantem aſſerit in c. cum ſuper de off. deleg. illoque pariter per eum exẽplo adducto, quod ſi in alterius eiuſdem Eccleſiæ canonici cauſa iuxta tex. in c. cum R. canonicus eod. tit. de off. deleg. canonicum recuſare permittitur, ergo & fortius in Eccleſiæ ſuæ cauſa illa ratione prælatũ recuſare licere explicat, quia inter prælatum, & Eccleſiam maior quam inter canonicum, & canonicum coniunctio ſit, & affectio, ac pluribus relatis, vnam, atque aliã opinionem ſectantibus hanc à maiori ſumpto argumento ex tex. in dicto c. inſinuante, & ibi Ioannem Andr. Butrium, Imolam, & Panormitanum hoc ſequentes veriorem eſſe concludit ſcribentium opinionem, neque illud ſi dicatur obſtat. quid iura iudicem in Eccleſiæ ſuæ cauſa eſſe prælatum poſſe dicentia operantur recuſare illum dum permittitur, Abbas enim in dicto c. poſtremo num. 7. ante fin. hanc excitans dubitationẽ in hoc præfata iura prodeſſe reſpõdet, vt valida, ſuſpecto epiſcopo non allegato, neq; legitimè recuſato, ſententia remaneat, quod idem Abb. in prænato c. cum veniſſent in fin. de iud. iterũ affirmant in pluries citato c. inſinuãte num. 3 in fine de off. deleg. à Felyno relatus, eo loci notabile hoc eſſe, & memoriæ commendandum exclamans, etſi nullatenus tãta admiratione dignum hoc ſit, regulariter enim non epiſcopũ ſolum, & prælatũ, ſed propria in cauſa, quod cuilibet, niſi ſuſpectus dicatur iudicare liceat tex. probat in l. in priuatis ff. de iud. & Franch. in d. c. poſtremo nu. 7. in fi. de appellat.

31 His illud non abſimile ſequitur nũquid pro iniuria ſibi illata punire aliquẽ eps, aut excõicare poſsit idq; epo licere in c. ſi quis erga textus docet 2. q. 7. in c. Guiliſarius 23. q. 4. & c. q. emẽdat 4. diſt. rõ illa eſt, quia dũ propriã eps vlciſcitur iniuriã iuris potius executorẽ eũ eſſe, quã iudicẽ in c. nouit nu. 6. poſt Innoc. Frãch. tenet de appell. in contrariũ vero iſtudque epo non licere, text. eſt in c. inter querelas 23. q. 4. & c. de occidendis 23. q. 5. & gloſ. in verbo priuetur in proxime relato c ſi quis erga, aut iniuria diſtinguens prælatũ ſpecialiter tangit, & ei iſtud tali caſu, quod minimè liceat, aut Eccleſiã, & illa ratione licere inquit, quia in Eccleſiæ ſuæ cã epo, iudicem vt dictum eſt agere permittitur dictũque c. inter querelas, & c. de occidendis in quibus pro propria iniuria aliquẽ epo excommunicare nõ licere, ſed iniuriam ab ipſo remittendam eſſe diſponitur, de benignitate ſeu manſuetudine loqui ſubdit: illud enim clariſsimum eſt, neminem inuitum, neque in foro fori, neq; in foro conſcientię ſatisfactione non habita ad iniuriam remittendam, ſed animi tantum rancorem remittendum teneri gloſa admonet notab. ſic dictos textus declarans in c. 1. de maledic. verbo à temeritate imò iniuria ab aliquo in confeſsionis actu, & pœnitentię remiſſa ſimplicẽ ſolum animi rancorem non autem damna expenſas, & intereſſe remiſſum cenſeri in l. ſi tibi §. 1 ff. de pact Bar. Bald. & alij communiter aſſeuerant, quorum aliorumque in §. fin. in fine inſtit. de iniur. Arer. meminit, & plene aliorum memor Carau. ſuper ritu Magnæ Curiæ 274. num. 9. 10. & 11. quo loci niſi plene quis iniuriã remitteret, quo caſu intereſſe etiam remiſſum cenſeri declarat, & in tract. de præſumpt. nouiſsimè Menoch. alios referẽs lib 3. præſumpt. 114. fol. 185. quem, & Iaſonem in l. huiuſmodi, §. ædes num. 8. ff. de legat. 1. & in dicta l. ſi tibi §. 1. nu. 2. cum ſeqq. ff. de pact. de plena iniuriæ remiſsione ample loquentem cunctaque declarantem inſpicere non prætereas, vnde Fabium Monteleon. dictum c. inter querelas, præcepti eſſe perperam in ſua praxi arbitrali aſſerere cõſtat par. 4. q. 9. in fi. nu. 72. in fin cũ ſeq. fol 37t.

32 Et quoad illud prænotatũ, epm. ſ ſeu iudicẽ excõicare pro propria iniuria & punire aliquẽ poſſe niſi ſuſpectus eps ſeu iudex allegetur, intelligẽdũ venit, hoc. n. epo, quod facere permittatur illi ſinniti rõne, quia in Eccleſiæ ſuæ cauſa iudex eſſe põt præfata inquit gloſa in c. ſi quis erga verbo priuetur 2. q. 7. quod dũmodo, tanquã ſuſpectus eps non recuſetur, locũ ſibi vendicare declarauimus, ſeu quatenus à futura cẽſura nõ appelletur à qua appellare licet, excõicationiſq. ſnĩam prętatis in caſibus prolatã ipſo iure nullã remanere tex eſt notab. vbi Frãch. & Abb. in cap. dilecti il 2. de appellat. tenet hoc Pariſ. in c. Apoſtolicæ nu 40. de excep. & in cõſ. 28. volumine 5. & Duen. alios in reg. 42. recenſens nu. 8, in fine, noua ad Bald. addit. ſequitur in d. l. 1. C. ſi quac. præd pot. lir. e ante fi. Frãch. in d. c. iudex nu. 7. poſt princ. de off. deleg. in 6. & in c. legitima nu. 6. verſ. ſed in præiud cium de appell. eod. lib. & in ſupracit. trac. de Attentat. Lãcell. lib. 2. c. 7. de attẽt. poſt recuſat. iud. nu. 9.

33 Quod quidē, niſi notoria eſſet iniuria, & factum iterum limitatur; in notorijs enim tam appellationem, quā recuſationē quas pares regulariter exiſtere iuxta text. pluties in c. ſuper eo il 2. de appellat. notauimus nullatenus nec ſuſpendere neque iudicem, qui punire, quem vel excommunicare vellet impedire in cap. cum ſit Romana §. præterea eod. tit. de appellat. ſcribentes notant Abbas in c. ſi quis contra nume. 11. de foro cōpet. Roman. in conſ. 124. & alij, quorum Maranta in praxi iudicior. meminit par. 6. verſ. & quandoque appellatur num. 186. in magnis quod plenius vt intelligas infra c. 11. notata inſpecta facere non omittas, ac licere epiſcopo hoc caſu delictum ſit, vel ne notorium cognoſcere, ex notatis per Felyn. liquet in c. ſuper literis num. 20. & num. 92. de reſcript. eum, qui niſi in facto notorio iudex eſſe nequit de tali poſſe præparatorio cognoſcere aſſeuerantem, eundemque eo loci aliter declarantem ſimiliter inſpicias, immo etiam parte non citata ſe iudici de hoc certiorare, ſeque informare licere, ac teſtes in hoc etiam non iuratos recipere Balbus hæc, & alia in deciſio. 41. & deciſio. 338. notabilia explicans, quem inſpectum ſimiliter facias enarrat.

34 Cumque circa prænotata canonicum ius, & ciuile diuerſimode diſponere liqueat, propterea non ſolum delegatum quemcunque, ſed quemlibet etiam ordinarium, etiam quod epiſcopali ille fulgeat dignitate recuſari de iure canonico poſſe ex textu notandum eſt in ſupracitato cap. ſi quis contra clericum, vbi Abb. & alij de foro compet in c. ſecundo requiris, & dicto c. cum ſpeciali, vbi idem Abbas in 1. notab. & Franch. num. 46. in princ. de appellat. & c. ſuſpicionis de off. deleg. in dicta cōmiſſ. 8. Mandoſ. verbo adiunctum verſic. de iure verò canonico fol. 54. & hanc Papicuſ. in ſupracit. forma declinat. iuriſdict. in gloſ. verbo iudicem ſuſpectum num. 4. communem eſſe ait ſcribentium opin. & Scaccia in præcit. tract. de iud. alios recēſens cap. 66. num. 11. poſt medium lib. 1. de iure verò ciuili ordinarium neutiquam recuſari, ſed alium, qui cum ipſo iudicet ſolummodo aſſociari plene ſupra notatum extitit, in ſcriptis tamen recuſationis exceptionem eſſe proponendam, ex Hoſtienſe Panormit. & alijs in ca. quoniam cōtra de probat. communem Nauarr. in ſupracitata relect. c. cum cōtingat decima cauſa nullitatis nu. 1. poſt principium de reſcript. eſſe enarrat ſcribentium opin. aliaque ſimiliter ſeruare oportet de quibus vltra gloſ. notab. in ſupracit. c. ſecundo requiris verſ coram eodem late in ſecunda huius operis parte in cap. pen. Deo volente adnotabimus.

35 Secundum præfatorum iurium diſcrimen eſt, quia iure Canonico attento iuxta tex. in ſupracit. c. cum ſpeciali, & c. ſuſpicionis poſt allegatam ſuſpicionem ad arbitrorum electionem qui de ſuſpicionis tantum cauſa cognoſcant, deuenire permittitur de iure verò ciuili, cum nec allegare ſuſpicionis cauſam, neque illam probare recuſans adſtringatur, ſed quod per calumniam non recuſat ſatis eſſe recuſantem aſſerere dixerimus, arbitros tali caſu electos nō aliter cognito, ſed omiſſo prorſus ſuſpicionis articulo ad principalis cauſæ cognitionem ſtatim procedere, ac in ſuſpecti iudicis locum ſubingredi illiuſque partes nanciſci tex. eſt in præfata l. apertiſsimi, & l. fin vbi Baldus Salycet. & alij communiter de iudic. & in dicto conſil. 16. Berous lib. 3. num. 5.

36 Ex quibus tertiam pariter differentiam reſurgere liquet, arbitros ſcilicet iure canonico attento ad tex. in dicto c. cum ſpeciali, & c. licet c. licet ſuſcepto de foro comper. etiam principali cauſa nullatenus cognoſcere, ſecus verò de iure ciuili, quo attento ſtatim eos de principali cauſæ cognitionem habere ſupra adnotauimus & late Franch. in dicto c. ſecundo requiris numero 15. & ideo ius canonicum in locis Eccleſiæ & in foro Eccleſiaſtico, in locis Imperij vero, & in foro ſeculari ius ciuile, ſeruandum eſſe in dicto c. cum ſpeciali Frāch. explanat, eodem loci num. 46. in fine à Francho relatus, quod eſſe cenſeo clariſsimum, quoties enim de materia peccati, vel de re non agitur ſpirituali, ius ius canonicum in terris eccleſiæ, eſſe ſeruandū, ac in terris Imperij ius ciuile, ſcribentes poſt gloſ. affirmant in c. 2. de arbit. in 6. & in l. priuilegia C. de Sacroſ. Eccleſ. tenet hoc Alex. in l. ſi cum dotem num. 12. in prin. ff. ſoluto matrim. Gallin. in tract. de verb. ſignif. lib 10. ca. 34. nu. 16. fol. 107. & communem hanc nouiſsime eſſe ſcribentium opinionem in deciſ. 380. nume. 15. lib. 2. Viuius alios referens fatetur immo in terris temporali iuriſdictioni Eccleſiæ ſubiectis canones non autem leges ciuiles etiam contra laicos, vbi diſcordes eſſent eſſe ſeruādos in cap. ſi duobus Abb. inquit num. 6 de appellat. eodēque loci in fine canones in terris Eccleſiæ inter laicos indiſtincte prævalere communem eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem, & in c. fin. num. 5. de arbitr. in 6. Franchum videas ſex caſus in quibus etiam in terris imperij, & in vtroque foro ſeruari canones debeant referentem, ac etiam in terris imperij, vbi cōtrariæ adeſſent opiniones ius canonicum eſſe ſeruādum in conſil. 80. ad fin. Anan. atteſtatur, & hanc in conſ. 24. num. octauo communem Bellonus eſſe ſentit ſcribentium opinionem & in conſ. 62. Calcan. num. ſecundo pluraque non inutiliter huc tendentia apud Hypolitum Bonacoſſus in tract. de æquitate Canon. circa princ. verſ. his itaque peroratis fol. 7. inſpicere nō prætereas.

SVMMARIVM.

1 *In actuarii recuſatione ius canonicum à ciuili non differt, ac vtroque iure attento.*

Cauſæ notarius ſtilo à iudice, vbi pars non conſenſerit.

Sine à publico deputatus, ſolo calumniæ iuramento recuſari poteſt idem vbi notarius à remiſſoriæ iudice deputatur etiam notarius alterius contrahentium familiaris, ne recipere inſtrumentum poſſit recuſatur.

Alicuius rei venditione facta notarium pro venditionis inſtrumento conficiendo, ad emptorem niſi aliqua in contrarium cauſa adſit rationabilis eligere pertinet.

2 *Actuarium ſolo iuramento, quod recuſare non ſufficiat, ac à iudicis arbitrio pendere, an ſoli iuramento ſtandum ſit, vel exprimere cauſam, & probare oporteat opinio refertur.*

Acta per cauſæ notarium inchoata, ius ſine rationabili cauſa ab alio perfici non permittit.

Notarii ad acta ſcribendum deputati ſuſpicionem per adiuncti dationem purgari, ex Natta aſſeritur.

3 *Suſpectum ſolo iuramento nulla nec in genere, nec in ſpecie cauſa expreſſa actuarium, quod allegare liceat authoris eſt opinio, dummodo iuramentum à iudice tali caſu deferatur.*

Ad quod deferendum tunc deuenire iudici licet poſtquam rationabilem aliquam, de illo ſuſpicandi præſumptionem ſeu coniecturam extare cognouerit, de quibus certum ſe oretenus iudex, & ſine ſcriptis facere poteſt. coniecturæ nõ ſolum probationibus, ſed indiciis etiam ſunt leuiores teſteſque ad illas probandum, etiam ſine partis citatione recipi poſſunt, ſed in caſibus in quibus argumentis proceditur, & præſumptionibus teſtes ſine partis citatione, quod recipere non liceat refertur.

Modi quibus actuarii ſuſpicio remouetur referuntur.

Parti ſine iudice iuranti iudice ipſo non contradicente idem eſt, ac ſi iuramentum iudex deferret.

Approbare cenſetur, qui non improbat.

Multa quæ fieri prohibentur facta tenet.

4 *Ratio affertur, quare quando iudex recuſatur, iudex iuramentum quod deferat, non requiritur, in Actuarii vero recuſatione ſecus.*

De facili actuarius remouetur notariorum numero in loco exiſtente.

Locus quoties inſignis eſt magnam in eo adeſſe notariorum copiam præſumitur.

Sine qualibet ſuſpicione lites procedere legis eſt intētio.

Vbi maius eſt periculum, ibi cautius, eſt agendum.

Ad iuramentum parti illud poſtulanti deferendum, iudex tenetur alias ab illius denegatione appellare licet.

5 *Confeſſio in iudicio à notario cum iuramento recuſato recepta cæteraque acta per eum geſta etiam in foro Eccleſiaſtico nulla remanent, quod in notario de partium, vel partis ſaltē recuſantis cõſenſu electo limitatur niſi ſublimitatur, noua ſuſpicionis cauſa ſuperueniat.*

Vel cauſæ antiquæ, & ignoratæ, de nouo notitiam pars habuerit tam de iure ciuili quam canonico allegare Doctoris ſuſpicionem ſcholaris poteſt, immo & ſine iuramento hoc et licere aliqui opinantur.

6 *Tabellionem in cauſa eligere ad iudicem pertinet, nec illum litigantibus concorditer eligere licet, etſi communibus vtriuſque partis expenſis eligatur actuario impedito alium partibus, donec impedimentum durat ſubrogare licet iſtud, dummodo de iudicis conſenſu, & voluntate fiat.*

Notario à iudice in cauſa deputato, nec teſtium dicta ſine expreſſo iudicis mandato, nec iuramenta etiam quod partes conſentiant recipere licet, quod in teſte limitatur in remotis exiſtente, aut in vitæ diſcrimine conſtituto, quem ſine iudicis commiſſione, ac parte abſente, & non citata recipere notario licet.

Teſtium receptio notario commiſſa ipſi, vt nudo miniſtro commiſſa cenſetur.

Neque articulos ei, aut interrogatoria ſint, vel ne pertinentia cognoſcere permittitur.

Mandatum de teſtium dictis recipiendis nullatenus ab eodem notario, ſed ab altero omnino eſſe ſcribendum magis communis ſcribentium eſt opinio, quod, niſi commiſſio manu iudicis ſignata eſſet, limitatur

Tunc ad iudicem, actuarium eligere ſpectat, quoties actuarii non adſunt de publico deputati, ac duos etiā non tabelliones, qui acta ſcribant eligere iudex põt.

Notarius ad acta ſcribendum inuitus à iudice aſtringi poteſt.

Teſtium receptione commiſſa, ipſorum examinatio cõmiſſa non cenſetur, ſecus vbi teſtium commiſſa examinatio fuiſſet, quia tunc in neceſſarium antecedēs, teſtium quoque receptio commiſſa eſſe cenſetur.

Teſtium examinatione commiſſa, ipſorum reprobationem commiſſam non dici communis eſt ſcribentium opinio.

Strictam, delegationis mandatum, admittere interpretationē communis pariter ſcribentiū opinio refertur.

7 *Procurator, & aduocatus tã de iure ciuili, quam canonico, ſolo partis iuramento recuſari poſſunt.*

Vile quamuis procuratoris officium dicatur, hoc tamē quando Principe, vel ſuperiore mandante fit non procedit.

Dignitatem principis procurator habere dicitur, quod ad medicum notarium Barbitonſorem, & coquum extenditur erroneam in hoc articulo eſſe Boerii limitationem oſtenditur.

Pro lege principis voluntas habetur.

Recuſatione procuratoris facta ipſius manus ligantur, & quicquid poſtea geſſerit, non tenet.

Aduocatus in hæreſis cauſa ab Inquiſitore regulariter conſtituitur, & quas aduocatus tali caſu habere conditiones debeat, explicatur.

Raro in hæreſis crimine admitti procuratorem ſcribentes ſentiunt, cum tale munus aduocati ſubeant, vel ipſi inquiſitores ex officio reorum defenſiones perquirentes, & ille ab Inquiſitoribus procurator admittitur, qui probus ſit, non cauilloſus, neque garrulus, ac reo procuratorem petente illum inquiſitor denegare minime poteſt.

Si aduocatus reo inimicus repertus fuerit, aut aliqua alia ex cauſa ſuſpectus alter reo petenti concedendus eſt, & vbi cognatus, uel affinis aduocatus delatus fuerit, alter ex Inquiſitoris officio præſtatur.

8 *Recuſari procuratorem poſſe non in alterius partis procuratore, ſed in conſtituto ab eadem parte recuſante procedit.*

Contra aduerſæ partis procuratorem exceptio tu nõ es, vel eſſe nequis procurator competit, dictaque exceptio tu nõ es procurator tanquam dilatoria ante litē conteſtatam apponi debet ipſaque per errorem non appoſita, etiam poſt litem conteſtatam, & quandocunque opponi poſſe, communis ſcribentiū eſt opinio.

Omnem aliam exceptionem iudicium retro nullū reddentem etiam poſt ſententiā, ac quandocunque opponere licere communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt.

9 *Fiſci aduocatus, & procurator, vbi ſuſpecti eſſent, ſolo calumniæ iuramento tam de iure ciuili quam canonico non ab inquiſitio ſed ab accuſatore, & querelāte recuſari poſſunt.*

Iure priuati regulariter fiſcus vtitur, ac deterioris quādoque conditionis eſt, quam ſit priuatus.

Quamuis notata cauſa interuenire fiſcus poſſit, in teſtium

ſtium tamen examinatione contradicente inquiſito non interueniunt.

10 *Exceptionem, tu non es procurator à iudice etiam ex officio opponi poſſe, & eū ſine mandato comparentem repellere a iudicis limine licere verior eſt, & magis communis ſcribētium opinio, & vbi de mandato dubitaretur ad cauendum de rato, procuratorem iudex ex officio ſimiliter compellere poteſt.*

Exceptionem tu non potes eſſe procurator ante litem conteſtatam eſſe omnino opponendam communis ſcribentium eſt opinio.

Minor annis vigintiquinque procurator ad iuditia eſſe nequit ſecundum communem ſcribentium opinionem, ſecus ad negotia, quo caſu etiam minorem annis decem, & ſeptem eſſe procuratorem poſſe communis pariter eſt ſcribentium opinio.

11 *Falſi procuratoris exceptionem ſcienter opponere pars omittens in culpa eſſe dicitur, ac condemnari ad expenſas debet.*

Exceptio defectus mandati magni eſt momenti.

Mandatum procuratorem non habere, ac iuriſdictione iudicem carere paria ſunt.

In omni iudicio etiā ſummario plene de legitimatione, perſonę, magis cōmuni ſcribentium opinione attenta plene conſtare debet.

Contra mandatum apud acta factum opponere nullo modo licere communiter ſcribentes ſentiunt.

Qualiter mandatum apud acta fieri dicatur remiſſiuè.

Mandatum in actis producere non ſufficit, ſed illius copiam alteri parti ſumptibus producentis eſſe dandam communis ſcribentium opinio refertur.

12 *Alieno quoties quis agit nomine, vt tutor, curator, procurator, tales eſſe quales ſe faciunt, ante litem conteſtatam demonſtrare tenentur, quod in commendatario, & prælato ſimiliter procedit, quoties neque prælatum eum eſſe neque in prælaturæ eius poſſeſſione exiſtere opponeretur.*

Vbi nomine ſuo quis vt ceſſionarius, vel alterius hæres in iudicio experiretur hoc ante litem cōteſtatam probare non tenetur.

Ante litem conteſtatam, non ſunt ſuper principali cauſa admittendæ probationes.

Exceptio hac non es ceſſionarius, non es hæres tanquā agentis ius perimens, litis conteſtationē non impedit

13 *Ratihabitionem mandato etiam ſpeciali, quoad damnum non autem quoad commodum ratificantis comparari, communis eſt ſcribentium opinio. Ipſamque ratificationem quandocunque etiam poſt concluſum in cauſa ac poſt ſententiam ad falſi Procuratoris fauorem latam à domino fieri poſſe, ſiue minor dominus ſit, ſiue maior, magis communis ſcribentium eſt opinio.*

Eo ipſo, quod cauſam ſuam per falſum agi Procuratorem dominus ſcit, nec prohibet ratificare cenſetur.

14 *Poſt paucos dies ratificationem hanc fieri à die ſcientiæ debere magis communiter ſcribentes aſſeuerant.*

Non verbis tantum, ſed actu etiam, & facto ratum quid haberi poteſt, ac tacita, & expreſſa ratihabitio æquiparantur.

Semper Procuratoris geſta rata dominus habere cenſetur, quoties aliquid, quod ſine ratihabitione ipſa facere nequaquam poſſet facit.

15 *Geſtorum à falſo Procuratore fieri ratificatio poteſt, dummodo nullitatis actorum exceptio oppoſita per partem non fuiſſet iuxta communem ſcribentium opinionem.*

Re integra, & in eodem ſtatu manente, & antequam ius parti, quæſitum ſit, ratificationi locus eſt neque minorem, poſt oppoſitionem de actus inualiditate ab aduerſario factam, ratificare poſſe ſcribentes magis communiter affirmant.

16 *Mandatum non habere, ſed nullum, & inualidum, æquiparantur.*

Procuratoris perſona legitima, per partis taciturnitatem, & habilis conſtituitur.

Oppoſitione contra mandatum facta, ſi iudex illegitimitatis exceptione oppoſita non obſtante ad vlteriora procedit legitimata Procuratoris perſona cēſetur

Tacita pronunciatio, ex iudicis proceſſu ad vlteriora procedentis reſultans, niſi ab ea infra debita tempora appelletur, in rem tranſit iudicatam & hoc qualiter procedat, plenè declaratur.

Actus taciti non ita late, ſicut expreſſi ſunt interpretandi.

17 *Hieronymus Gigas tunc per falſum Procuratorem geſta à domino quandocunque ratificari poſſe dicens, quando alieno quis ſimpliciter agit nomine ſecus ſi ſe mandatum habere allegaret, confutatur.*

Alieno nomine ſimpliciter quid gerens, non procurator ſed negotiorum potius geſtor appellatur.

Alexandri opinio in conſ. 32. lib. 1. reiicitur.

18 *Falſi Procuratoris exceptio poſt litem ab eo conteſtatam oppoſita Procuratorem falſum eſſe probare opponens tenetur, ratio affertur, & veriorem hanc eſſe deducitur ſcribentium opinionem.*

Procurator ad lites, ſimpliciter conſtitutus, alium ante litem conteſtatam ſubſtituere Procuratorem nequit ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Quoties alium ante litem conteſtatam Procuratorem, dominus conſtituiſſet, neque oppoſitum fuiſſet, amplius illud opponere non licet.

19 *Ad geſtorum falſi Procuratoris ratificationem impediendam actus, cum nullitatis actorum proteſtatione fieri debet.*

Per falſum Procuratorem in auditorio Principis geſta ratificari à domino minime poſſunt, neque geſta per falſum nuntium, quomodocunque illa geſſerit, & vbicunque.

20 *Religioſus priuatæ perſonæ ſine ſuperioris licentia Procurator eſſe nequit, & exceptio hæc peremptoria dicitur; quod in religioſo tria regulæ ſubſtantialia, profeſſio caſtitatem paupertatem, & obedientiam procedit neque ſubſtitutio per religioſum facta valet, nec ſi litem religioſus conteſtatur litis dominus efficitur.*

Proceſſus per procuratorem à religioſo ſubſtitutum fabricatus domino ratificante in ratificantis præiudicium valet.

Tutelam religioſis ſuſcipere non permittitur, datiuam ſcilicet, & teſtamentariam: legitimam vero tutelam ſuſcipere volentes poſſunt, de ſuperioris tamen licentia ad, miſerabilium perſonarum tutelam religioſi omnes tenentur.

21 *Secularis ſacerdos priuatæ perſonæ procurator eſſe nequit, niſi in miſerabilium perſonarum cauſis negotiis propriis, & Eccleſiæ.*

Tu Procurator eſſe nequis ſacerdoti oppoſitione facta, ipſe caſus in quibus Procurator eſſe poteſt, probare tenetur.

Clerici omnes in vrbe aduocationis, & Procurationis publica munera, ex Pontificis Summi tolerantia, contra iuris regulas exercent.

Seculares clerici aliquam recipere tutelam non adſtringuntur, legitimam tamen tutelam recipere volentes poſſunt, necnon teſtamentariam ſecundum communem ſcribentium opinionem.

22 *Nec pro actore excommunicatus, nec pro reo eſſe procurator poteſt, ſiue actoris Procurator ſiue rei partes*

ſuſtineat

Digitized by Google

ſuſtineret, quod vbi tempore iniuncti mandati eſſet excommunicatus procurator procedere communis eſt ſcribentium opinio.

Secus ſi poſtea, quo caſu aduerſario non opponente, iudicium valet.

Excommunicationis exceptionem contra aliquem, niſi ſpeciale procurator mandatum habeat, obiicere minime poteſt.

Contra attentatorum reuocationem petentem, neutiquam excommunicationis exceptionem opponi poſſe, verior ſcribentium, & communis eſt opinio.

Excommunicatus in iudicio ſe defendendo ſtare poteſt, omniſque legitima defenſio excommunicato reſeruatur.

Iudicem veluti recuſare appellare excipere ipſamque appellationem proſequi, quod niſi inſignis locus eſſet limitatur, quo caſu per procuratorem comparare excommunicatum adſtringi cõmunis ſimiliter ſcribentium opinio refertur.

Ad procuratorem conſtituendum excommunicatum non adſtringi regulariter, communis ſcribentium opinio refertur, nec ſententię nullitate opponere excommunicatum poſſe communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Nunquid excommunicatus, vel ipſius fideiuſſor opponere compenſationis exceptionem poſsit.

Laudum ad arbitrium viri, quod reducatur petere inofficioſi teſtamenti, ac non numerata pecuniæ querelam proponere aliaque ſimilia remiſsiue.

23 *Abſolutionem ab excommunicatione, niſi mandatum ad id habeat ſpeciale neutiquam procuratori petere licet, neque correus debendo, abſque mãdato ſpeciali pro alio correo debendi petere abſolutionem poteſt, item nec capituli procurator pro ſingulis abſolutionem petere poteſt, niſi ſpeciale mandatum habeat.*

Generalis procurator, nullam eſſe excommunicationẽ, quod pronuncietur petere poteſt, ac canonicus non excommunicatus pro canonico abſolutionis beneficiũ, poſtulare poteſt.

24 *Hoc modo excommunicato compenſationis exceptionem opponere licet, ego non ſoluo tibi, quia tu non ſoluis mihi, & ſic per te ſtat, quominus tibi ſoluam.*

25 *Illo caſu non eſſe debitum excommunicato ſoluendum, vbi inuitus excommunicatione durante contractus, fuerit, etiam quod cum iuramento debitor promiſiſſet, niſi valde excommunicatus indigeret, aliqui opinantur.*

Nullatenus, excommunicato eſt ſubueniendum, ex quo Eccleſia claues contemnit, niſi fama forſan periret.

Etiam quod poſt promiſsionem excommunicatio ſuperueniat non teneri promiſſorem ad debitum excommunicato ſoluẽdum Abbatis eſt opinio gladium effecto furioſo reddere quis ſecundum promiſsionem, non tenetur.

26 *Non principalem ſolum excommunicationis exceptio, ſed ipſius etiam procuratorem afficit, & repellit ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

Ex cõſtituentis perſona, procuratoris perſonã metimur.

Etiam litis domino procuratore effecto ob ſuperuenientem excommunicationem in domini perſonam, ſibi præfata locum vendicãt, quod in procuratore in rem ſuam dato limitatur, vtilem ſibi competentem actionem intentante.

Qualiter in rem ſuam procurator directas actiones cedentis nomine, vel vtiles proprio nomine intentare, cognoſcatur remiſsiue.

Anomala excommunicationis exceptio dicitur eamque in qualibet iudicii parte opponere licet, & qualiter ipſius cognitio ad laicum iudicem pertineat, declaratur.

Excommunicato cui neque per ſe, neque per alium agere licet, præſcriptio non currit, ſecus in bannito, cui procuratorem conſtituere permittitur.

27 *Per excommunicatum, quantumuis publicum priuati officii ratione geſta valere emptionem veluti vẽditionem, & ſimilia communis eſt ſcribentiũ opinio*

In his quæ priuati officii ratione geruntur inter occultum, & publicum excommunicatum, non eſt differentia.

Quicquid negotiando excommunicatus acquirit, ſuum non eſt, ſed erogari pauperibus debet.

28 *Matrimonium excommunicato contrahere licet.*

Quamuis ad debitum vxori reddendum excommunicatus teneatur, illud tamen ab vxore ipſi exigere non licet.

Tenet profeſsio per excommunicatum emiſſa, & character imprimitur, quod limitatur, niſi per Principis reſcriptum excommunicationis tempore impetratũ religionem excommunicatus profiteretur ſecundum communem ſcribentium opinionem.

29 *Teſtamentum condere, ac teſtari excommunicato licere occultus, ſiue publicus excommunicatus, ſiue excommunicatus tantum, ſiue excommunicatus, & anathematizatus ſimul ſit, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod in excommunicato propter hæreſim limitatur ſecundum communem ſcribentium opinionem, paſsiue etiã hoc procedere, ac relinqui in teſtamento excommunicato poſſe communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio. excommunicationis pœnam non Chriſtianorum, ſed antiquorum populorum inuentum fuiſſe explicatur.*

30 *Ab excommunicato tolerato, qui pro non excommunicato communi opinione habebatur, ratione publici officii geſta valent.*

Secus ſi pro abſoluto non habebatur.

Rerum Eccleſiæ alienatio a Prælato excommunicato, non tolerato facta minime valet, neque authoritas per tutorem notorie excommunicatum adhibita ſuſpenſus à quolibet publico officio excommunicatus cenſetur.

Teſtimonium dicendi copiam, excommunicato auferri communis ſcribentium eſt opinio.

Publicum munus eſt, teſtimonium ferre.

Priuati officii ratione ab excommunicato geſta valẽt.

31 *In his, quæ facti ſunt, etiam in ſpiritualibus ab excommunicato geſta tenẽt, vt prouiſum electum, ſeu confirmatum in corporalem poſſeſsionem ponere, neceſſitate maxime inguente.*

Secus vero in his, quæ iuris ſunt, vt electum confirmare, ſententiam proferre, & ſimilia.

Quædam in quibus character imprimitur ab excommunicata pro abſoluto communiter habito, opinione ipſa communi probabili exiſtente, iuris publici ratione geſta valent, & communis eſt ſcribentiũ opinio.

32 *Quæ priuati officii ſunt, ſeu iuris ſiue à publico ſiue à tolerato excommunicato geſta ſint minime valent.*

Electi ab excommunicato quantumcunque occulto, ſiue ante electionem, ſiue poſtea, excommunicatio probetur, nullatenus tenet.

33 *Excommunicatus dummodo communiter non ſit toleratus alteri beneficium ſecundum communem ſcribentium opinionem conferre nequit.*

Beneficii collationem excommunicato factam ipſo iure nullam cenſeri communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio.

Nullam

Nullam eſſe electionem de excommunicato factam cōmunis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Patrono, qui excommunicationis vinculo ſit innodatus nullatenus præſentare licere communis eſt pariter ſcribentium opinio, quod ſiue clericus, ſiue laicus patronus ſit, procedere, ac inſtitutionem ad patroni etiam laici excommunicati præſentationem ab epiſcopo factam, nullam cenſeri, communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt.

Ac in minori etiam excommunicatione excommunicato, necnon ſiue à iure præſentatus, excommunicatus ſit, ſiue ab homine procedere aſſeritur.

34 Excommunicatus, qui ſpecialiter ſit citatus excommunicatione non obſtante admittendus in iudicio, venit.

Iniuriam excommunicato inferentem quoties iniuriarem ſibi a iure conceſſam explicare volenti, excommunicato irrogaretur, iudex æquitate motus punire poteſt.

Ac vt iniuria illa ceſſet, etiam excommunicatione durante, agere excommunicato permittitur.

De iniuria contra ius excommunicationis tempore, ſibi illata abſolutione obtenta agere excommunicato licere communis ſcribentium opinio refertur.

35 Extraiudicialis appellatio prouocatio ad cauſam dicitur, ac excommunicato nullatenus permiſſa.

Secus ſi mere extraiudicialis appellatio non eſſet, quo caſu appellare & proſequi appellationem excommunicato licet.

Defenſio excommunicato neutiquam denegatur.

Quando agere de nullitate excommunicato liceat, nec non in integrum reſtitutionem petere remiſſiuè.

Nunquid remedium l. diffamari C. de ingen & manumiſſ. intentare excommunicatus poſſit, & nunquid excommunicationis exceptio, ne appellationis cauſam proſequi appellatus poſſit, operetur, & de differentia inter maiorem, & minorem excommunicationem remiſſiue.

36 Procuratorem conſtituenti, & tacite, & expreſſe reuocare licet, ac mandatum tandiu durat, quādiu is, qui mandauit, velit.

Recuſatione procuratoris ſequuta, ac ſi nunquam procurator fuiſſet exiſtimatur quamuis iureiurādo procuratorem non reuocare dominus promiſiſſet ipſum, adhuc reuocare licet, ſecundum communem ſcribentium opinionem.

37 Aduerſario, vel his quorum intereſſet, de procuratorem non reuocando promiſſione facta reuocari procurator minime poterit, niſi iuſta aliqua cauſa concurrente.

In extraiudicialibus, quando aduerſarii intereſt, reuocari procurator nequit.

Quando reuocare mandatum liceat, morte illud nunquid finiatur an ipſum hæredi reuocare liceat, & quando mandante defuncto ſiue ipſius hærede mandatum deficiat, remiſſiuè.

Iurata, procuratoris conſtitutio nullatenus in tertii captionem reuocari poteſt.

38 Tacite per alterius procuratoris conſtitutionem, procurator reuocatur, niſi procurator quis ſpecialis eſſet qui per generalis procuratoris dationem minimè reuocatur niſi limitatur, citra primi procuratoris reuocationem actus fieret.

Tunc per ſecundi procuratoris conſtitionem primus, reuocatus cenſetur, vbi contra eandem perſonam, ſecus ſi in diuerſis, vel contra diuerſos actus fieret.

Quoties acta procurator poſt reuocationē ſciente domino, & patiēte facit, iterū cōſtitutus à domino cēſetur

A falſo procuratore cauſam ſuam agi ſciens, & patiēs, ac ſi expreſſe, & vere mandaſſet acta valent.

Epiſcopi Vicarius ſi poſt ſibi notificatam Vicariatus recuſationem patiente, & ſciente epiſcopo, beneficia conferat renouata illi poteſtas cenſetur.

Procuratorem contra tertium in mandato non comprehenſum agere ſcientes dominus, & patiens, nouum ipſi mandatum tribuere cenſetur neque reuocatum mandatum neque mutata voluntas præſumitur.

Reuocatum in dubio mandatum non præſumitur quod etiam in mandato ad delinquendum procedit.

Generalis procurator per ſpeciale mandatum ad vnam cauſam in ipſiuſmet perſonam factum excluſus à primo mandato cenſetur.

Generalis ſyndicus ad debitores omnes exigēdum à republ. conſtitutus, ſi alter poſtea ad certa debita exigenda conſtituatur reuocatus primus non cēſetur, ac de ſecundi ſyndici negligentia tenetur, etſi ſpecialis ſyndicus primo loco conueniatur.

Duobus in vna, eademque perſona, diuerſis mandatis, apparentibus primum per ſecundum reuocatum eēſeri, ac vltimum ſolum valere vera eſt, & magis cōmunis in vtraque iure ſcribentium opinio, quod etiā ſi ſecundi mandati notitiam procurator non haberet ampliatur.

39 Dominus poſt procuratorem conſtitutū cauſam agens, reuocare ipſum cenſetur niſi citra illius reuocationē facere proteſtetur.

Vel niſi de implicita ſaltem proteſtatione, ex coniecturis appareat exemplaque aſſeruntur.

Neutiquam reuocatus procurator cenſetur, quando bis dominus ſine proteſtatione, tertio vero cum proteſtatione compareret plenius quando reuocatus procurator cenſeatur, & mandatum tam quoad actus iudiciales, quam extraiudiciales, quando præſumatur, & an qui crediti inſtrumenta exhibet procurator præſumatur remiſſiuè.

40 Lite per procuratorem cōteſtata, nec tacitè, nec expreſſe aduerſario contradicente reuocare procuratorem, licet ſecus ipſo volente & aduerſario non contradicente, quodque velit aduerſarius cēſetur eo ipſo, quod non contradicit.

Subſtitutus litis dominus per principalis comparitionem minimè reuocatur, niſi ſciente ſubſtituto principalis comparitionem, & tacente ſecus, ſi ignoret, vel abſens ſit.

Ignorantia ſecundum communem regulam, in dubio præſumitur.

Procuratoris reuocatio poſt litem conteſtatam, cū cauſæ cognitione fieri debet.

Legitima poſt litem conteſtatam procuratorem reuocandi cauſa dicitur, vbi cum parte aduerſa aſſinitatem procurator contraxiſſet, idem ſi domino inimicus procurator ſit effectus, etiam quod procurator ipſe contradicat, ſi aduerſarii hæreditas ad procuratorem, vt illius hæredem peruenerit, religionē ingreſſus ſit, in longum peregrinari, vinculis eum, aut ægritudine detineri contingat, ſeu alia rationabilis cauſa ſubſit.

Propter iuuentutem procuratorem reuocare domino licet, neque hoc ei, quod talem ab initio conſtituerit, imputatur.

Eo ipſo, quod operas in inuitum procurator ingerit ſuſpectus remanet attamen quia de facili ſuſpicio hæc inſurgit, de facili remouetur.

Procurator ob propriam contumaciam ſuſpectus, ex iudicis officio remoueri poteſt, ſecus ſi ob aliam cauſam.

Mores

Mores in deterius procuratore mutante mandatum reuocatum ſtatim cenſetur.

Sola cauſa ad mandatum reuocandum apta ſuperueniens, pro reuocatione habetur, idem ſi ſtatur mãdato incompatibilem procurator mutaſſet, vel ſtatum mutaſſet in quo minus, quam prius dominus poſſet.

Deterioris procurator conditionis effectus reuocatum mandatum quod cenſetur, communis ſcribentium eſt opinio.

De pluribus huius tacitæ recuſationis effectibus, remiſsiuè.

Abſentis procurator pupilli, ſeu ſimilis perſonæ remoueri à iudice poteſt.

Negligens procurator prodigus aut ſtupidus effectus, reuocatus cenſetur.

41 *Quamuis morte mandantis ante litem conteſtatam, procuratoris mandatum, & poteſtas expiret, attamen vbi procuratore præſente mandatumque ſuſcipiente dominus ſatisdediſſet, hoc minime procedit. idem ſi abſens procurator ſit poſt mandatũ ab ipſo, ſuſceptum Prælati, ſeu Rectoris mandatum etiam, quoad cœpta illius morte expirat, quod in morte ciuili etiam renunciatione, de poſitione, & translatione procedit.*

Quamuis in procuratoris mandato, vt integra res eſſe deſinat litis conteſtatio requiratur, in mandato tamen iuriſdictionis integra per ſolam citationem res, quod eſſe deſinat communis ſcribentium eſt opinio

Quod quamuis executa non ſit citatio procedit.

Delegati iuriſdictio, qualitercunque ante delegantis mortem vti iuriſdictione incæperit, vt quia notarium eligat, ſeu Nuntium aut alteri ſubdeleget perpetuatur.

Actoris officium tutoris officio expleto, quoad noua negotia finitur, quæ inchoare actori non licet, ſecus vero quoad incœpta, quæ perficere ipſi permittitur.

Conſulum ſyndicorumque poteſtas etiam functo officio, quoad cauſas cœptas durat.

Procurator ille dicitur, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat.

Tutores, & curatores ante litem conteſtatam, quia veri domini non ſunt procuratorem conſtituere minime poſſunt, ſed cum iudicis decreto actorem tantum, ſecundum communem ſcribentium opinionem, quo actore aliter conſtituto proceſſus vitiatur.

Procuratore à tutore, ſeu curatore conſtituto non pupilli, ſeu adulti procurator, ſed tutoris, ſeu curatoris procurator appellatur, ac in iudicio tanquam tutoris procurator, non autem pupilli comparere debet, alias nulliter agit.

De iure canonico tam ante quam poſt litem conteſt. procuratorem conſtituere tutori licet.

Non licere tutori, vel curatori, ad interponendum iudicis decretum in alienatione rei minoris procuratorẽ facere, communis ſcribentium opinio refertur.

43 *Ad omnes, & ſingulas cauſas procuratoris ad inſtar conſtituere actorem licet.*

Actor ad omnes, & ſingulas cauſas ſecundum communem ſcribentium opinionem contra Bartolum aliter ſentientem conſtitutus cenſetur.

44 *Suſpectus procurator interim cenſetur, donec ipſo, vel aduerſario contradicente ſuſpicionis cauſa ventilatur, nec cum ipſo interim proceditur, quo caſu poſt ſuſpicionem contra procuratorem allegatam, ipſi adminiſtrare liceat, remiſsiuè.*

Solo iuramento etiam de iure canonico recuſare procuratorem licere demonſtratur, ac ratione probatur, quidve circa id ſeruare oporteat declaratur.

Ab vſitato recedere non debemus.

De cauſa inſtructus procurator præſumitur.

Arbiter, notarius procurator, & conſultor, lenioribus ex cauſis recuſantur.

Parte ignorante, & alibi, quam in iudio procuratore reuocato, vtrum ad iudicẽ reuocationis notitia, vel ad procuratorem, aut ad aduerſarium aut ad vtroſque peruenire debeat, remiſsiue.

Poſt concluſionem in cauſa factam procuratoris reuocatione ſecuta ipſaque ad iudicis ſeu partis notitiam deducta validus eſt proceſſus, & valida ſententia, contra procuratorem reuocatum lata, & de Vicarii præſidis, ac procuratoris ad matrimonium pro aliquo contrahendum reuocatione num. ſequen. in principio remiſsiue.

46 *Quamuis per ſucceſſoris aduentum reuocatus primus præſes cenſeatur, attamen quod per primum agitur, nouationem ignorantem valet.*

Per legatum à Papa in publico Conciſtorio reuocatũ, ante reuocationis notitiã geſta tenent, ipſaque reuocatio incognita in dubio præſumitur.

Delictum patrari mandans mandato per eum reuocato qualiter mandati reuocationem illi, aduerſus quẽ mandauit, ne ſecuto forſan delicto teneatur, notificare debeat, explicatur.

Illud quod in confeſsione ſacerdos ſciuit, quod minime, niſi de contentis voluntate reuelare teneatur, communis ſcribentium opinio refertur, quod in quocunque crimine, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, habere locum ampliatur.

Vbi illud, quod in confeſsione ſciuit in iudicio ſacerdos propalaret, nulla ei fides adhibetur, neque à Papa ad reuelandum cogi tali caſu ſacerdos poteſt.

De delicto quoties committendo ageretur, in genere, nõ aliter compitentis perſonam, nominando, ad delictum reuelandum ſacerdos tenetur.

Sacerdoti credi fidedigno licentiam confeſsionem reuelandi morientem ſibi dediſſe dicenti communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Si laico ſub ſecreto confeſsionis, & ſub iuramento aliquid dictum fuiſſe dicatur in teſtem productus, ad reuelandum tenetur, nec laico ſecretæ confeſsionis, ſigillum eſt iniunctum, ſed ſacerdotibus ſolum.

Nunquid à pupillo, cum tutoris authoritate procurator conſtitutus ſolo à tutore reuocari poſsit, remiſsiue.

Procuratorem, cum capituli conſenſu, à Prælato conſtitutum reuocare ſolus prælatus poteſt.

Curatorem ad litem, datum eodem modo quo procurator reuocare licet.

Curatori ſimpliciter dato, neque alium adiungi, nec reuocare licet.

Potentiori iure ſua cedens, nec ceſsio tenet, nec procuratorem amplius conſtituere in cauſa poteſt, ſed agere per ſe debet, quod in patre, filio potentiori cedente limitatur, & quoties potentiori contra æque potentem ceſsio fieret.

47 *Poſt procuratoris recuſationem ad alium conſtituendum dominus cogitur maxime quando à loco iudicii, eſt dominus diſceſſurus.*

Pluribus cotra vnum agentibus ad procuratorem conſtituendum compelluntur.

Vſque ad concluſionem cauſæ tantum procuratoris recuſatio permiſſa cenſetur.

Valida dicuntur ante recuſationem per procuratorem geſta, ac de nouo tantum facienda recuſatio impedit.

Pro actus validitate quoties debitam habet formam, & dubium eſt, an valeat, vel non præſumitur.

Caſus affertur, in quo etiam poſt litem à procuratore conteſtatã per alterius procuratoris creationem, primus quamuis contradicat reuocatur.

Procu-

48 Procuratori ad agendum conſtituto ad ſententiæ executionem petendam conſtitutus non cenſetur, neque ei ſolui poteſt.

Procurator ad iudicia datus, nec in executione comparere poteſt, neque illam impedire.

Procuratoris ad agendum poteſtas per ſententiam expirat, & quæ ſit ratio, explicatur.

Quod quoties procurator ad lites expenſas pro domino in cauſa feciſſet limitatur, quo caſu, domino ſoluendo non exiſtente contra condẽnatum ſententiæ executionem petere procuratori, licet, & hoc quatenus expenſæ extenduntur procedere declaratur.

Procurator ad lites iudicii expenſas quod ſubire teneatur, communis ſcribentium opinio refertur.

49 Vero domino ſolutio, vel vero procuratori, non autem alteri fieri debet, alioqui nullatenus ſoluẽs liberatur.

Quamuis generale mandatum cum libera adminiſtratione, & ſpeciale mandatum æquiparari communis communis ſit ſcribentium opinio, quod qualiter procedat declaratur, attamen neque procuratori generale mandatum cum libera ad lites habenti, ſine mãdato ſpeciali, rectè ſoluitur.

Procuratori cui omnia faciendi, quæ dominus poſſet, poteſtas data fuit, conceſſum ſpeciale mandatum non cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

50 Neque coniunctæ perſonæ fieri ſolutionem poſſe communis ſcribentium opinio refertur, neque eius quod filio debetur, matri ſolutio rectè fit.

Legitima bonorum filij adminiſtratrix, mater minimè cenſetur.

Quoties cum perſona coniuncta celebratus contractus fuiſſet ſolui illi poſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Niſi limitatur cum, ad quem hoc pertinet nullatenus permiſſurum iuſta credendi cauſa fuiſſet.

51 Ad actus preparatoriũ mandatũ habens nõ ſemper ad ipſius actus explicationẽ ptãtem habere dicitur.

Mandatum habens ad locandum, quod eſt exigendæ penſionis præparatorium mandatum, ad penſionem ex locatione debitam exigendã habere non cenſetur.

L. quod ſeruus, & l. filio ff. de ſolut. qualiter procedat declaratur ad penſionem exigendam mandatum habens. quod eſt ipſius locationis, conſequens ad rem ipſam locandam, quod eſt ipſius penſionis antecedens habere non cenſetur.

Vt talem ad minorem prætii quantitatem, quam poteris reducas, ſi tibi mandem emptionis concludendæ, mandatum hoc nullatenus importat.

Circa rem vnam mandatum aliam ab illa ſeparatam, non includit.

52 Procuratori ad exigendum mandatum habenti, ſententiæ executionem petere licet.

Idem quoties ad lites præſentes, & futuras conſtitutus procurator fuiſſet.

Nec ab inuito ſolum dicti mandati virtute, quod exigere procuratori liceat, ſed etiam à ſponte ſoluente, ſolutionem recipere, communis eſt ſcribentiũ opinio.

Quoties aliquid alicui per modum magis periculoſum, mandatum apparet, per modum minus periculoſum, ſi fieri poſſet, mandatum intelligitur.

53 Procuratoris ad exigendum conſtituti, ſe habuiſſe, & recepiſſe confitentis, domino confeſſio non præiudicat, niſi pecuniam procuratori realiter eſſe ſolutã probetur, & communis eſt opinio idem, ſi ad exigendum, & ad confitendum ſe habuiſſe, & recepiſſe mandatum contineret communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Dicta verba, vt confiteri in hoc caſu procurator poſſit, de eo intelliguntur, quod realiter exigeret.

Eo caſu procuratoris confeſſio domino nocet, vbi exigendi poteſtatem & per pactum liberãdi debitorem, & componendi facultatem à domino procurator recepiſſet.

54 Mandatum quoties indiuiduum requiritur, & quoties pœnæ periculo dominus ſupponeretur, mandatum generale, cum libera nullatenus ſpeciali mandato æquiparari, communis ſcribẽtiũ opinio refertur neque ratum quid in hoc caſu à domino haberi poſſe, communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio.

Vt pœnam ex procuratoris facto dominus incurrat, qualiter ſic mandatum concipiendum explicatur.

Inſufficientis mandati vigore geſtum alterius mandati ſufficientis vigore conualidare minime licet.

Procurator in rem ſuam, ſi dubium ſit de mandato, cũ cautione de rato, nullatenus admittitur.

55 Nuntium etiam de iure canonico ſolo calumniæ iuramento recuſare licet.

Nuntii electio, & remotio ad iuriſdictionem habentem pertinet, niſi ſtatuto aliter caueatur.

In ciuitate Beneuentana ciuitatis conſules nũtios quos iuratos dicunt, ex ſtatuti diſpoſitione deputant, etſi illemet nuntius de iure, qui in cauſa vitare incœpit, tota in cauſa citare debeat contrarium tamen generali de conſuetudine ſeruari aſſeritur.

Etiam parti iure communi attento committi citatio poteſt validaque citatio eſt, vbi de iudicis commiſſione conſtat.

Aduerſarij etiam poſſeſſionem capiendi parti licentiam dare iudicem poſſe, ac propria in cauſa, vt executorem agat conſtituere communis eſt opinio.

Etſi parti committere citationem iudex poſſit, relationi tamen de citatione, non ſtatim, niſi probetur, neque creditur.

Etiam per cauſæ Tabellionem, ac etiam per iudicem, adhiberi citatio poteſt.

In Regno Neapolis publicum tantum officium habenti, citationes committuntur.

56 Iuriſdictionem ſolum habentibus, nuntios eligere de iure licet.

Eo caſu nuntii recuſationem de facili admittere iudex debet vbi mandati fines nuntium exceſſiſſe, ex ſimplici, & extraiudiciali informatione ſibi cõſtiterit.

57 Nuntio tenutam dediſſe dicenti creditur, ac illius eſſe bona contra quem mẽdatum de exequendo iudex decreui etiam quod contrarium pars cum iuramento aſſereret, ſecundum communem ſcribentium opinionem, quod niſi de contrario doceatur intelligitur.

58 Nuntio ſe citaſſe aſſerenti creditur, vbi de iudicis commiſſione conſtat de qua non præſumi, communis Canoniſtarum opinio refertur.

59 Nuntio ſicut à iudice in mendatis habuit ſe citaſſe aſſerenti credi, quando nuntius iuratus eſt cõmunis eſt ſcribentium opinio, etſi contrarium, ac nuntium, non citaſſe probare liceat.

In Regno Neapolis, ſoli nuntio de citatione, niſi corã aliquo notario, vel coram teſtibus, citationem exequatur minime creditur.

Relationemque in citationis dorſo per citantem fieri debere explicatur diem, menſem locum, & annum continentem.

Illud de teſtibus adhibẽdis hodie nõ ſeruari deducitur.

60 Ad domum per nuntium citatus, qui citare perſonaliter debuit, ſi inuentus ille fuiſſet, alioqui ad domum an perquiſitus præſumatur, & an de perquiſitione facta nuntio credatur remiſsiuè.

Valida nunquid nuntii ſit relatio domi ſe citaſſe referentis, ſine illis verbis ſuæ ſolitæ habitationis a iure requiſitis ſimiliter remiſsiuè.

Quate-

Digitized by Google

61 *Quatenus nūtio, quis vſus eſſet ipſum ſine cauſa ſuperueniente vel antiqua nouiter cognita recuſare nullatenus licet, de qua oretenus, & ſine ſcriptis, ſe informare iudex poteſt.*

Nuntio vltra modū grauanti, ac iuſtitiæ terminos excedenti reſiſtere licet.

Ei qui aliquid ſemel approbauit, nec in alia cauſa, nec inter diuerſas perſonas improbare illud licere, communis ſcribentium eſt opinio.

62 *Qua pœna nuntius falſam faciens relationem plectatur, qua ſi falſo citauerit, qua ſi poſt citationem pretio corruptus non retulit, & qua pena ille, qui falſam fieri relationem fecit plectatur remiſſiue.*

63 *Licet ſine iudicis authoritate pignorare aliquem nuntius nequeat ei tamen pro ſuo ſalario ſine iudicis licentia hoc facere permittitur.*

64 *Mandato de citando nuntio à iudice conceſſo etiam iudice mortuo exequi mandatum, & citare nuntius poterit, vbi cauſa cognita conceſſum mādatum fuiſſe conſtat.*

Commiſſione nuntio facta, vt aliquem in poſſeſſionem, ipſo nuntio defuncto nuntius in illius locum inducat ſuccedens, exequi ſine noua commiſſione poteſt.

Per nuntium, & executorem intrandi poſſeſſionem, licentiam iudice concedente, per biennium tantum licentia durat.

Caput Sextum.

1 ETſi nonnullas in hac materia in præced. cap. in fine inter canonicum ius, & ciuile differētias adduxerimus, attamen non ſemper dicta iura diuerſimode diſponere, ſed ſine diſcrimine in aliquibus procedere ſcire oportet, ac vtroque iure attento cauſæ notarium, ſiue à iudice, vbi pars non conſenſerit, ſiue à publico deputatum, ſolo calumniæ iuramento recuſare tanquam ſuſpectum licere illa ductus ratione, quia magnum ex tali recuſatione præiudicium non infertur, cum alium, facile ſit actuarium inuenire in c. cum ſpeciali Franch tenet num. 41. & 43. de appellat, idem in conſ. 263. Ancar. ſentit, & Alex. in conſ. 104. lib. 5. quorum aliorumque in l. ſi librarius nume. 47. ff. de reg. iur. Cagnol. meminit, & in deciſ. 258. Boer. num. 7. circa finem, ſolamque ſuſpicionem ad notarium recuſandum ſufficere ipſamque iuramento mediāte probari Virgin de Boccat. qui de notario, à remiſſoriæ iudice deputato loquitur in tracta. de liter. remiſſor. inquit cap. 6. num. 14. fol. 63. quem & Gail. in ſuis pract. obſeruat. de hoc loquentem inſpicias obſeruat. 32. nu. 7. & 8. lib. 1. item, quia in iſtis leuibus, & in quibus alterum ſubrogandi facilis eſt occaſio voluntatem rationis loco ſuccedere ex textu liquet, & eo loci ſcribentibus in l. quia poterat, ff. ad Trebell. ac ex notatis per Boerium in eadem deciſ. nu. 8. verſ. & nō ſolum, vbi non ſolum cauſæ notarios, ſed notarium etiam alterius contrahentium familiarem, ne recipere inſtrumentum poſsit, recuſare licere aſſerit illud, vbi poſt recuſationem, reciperet, ex Signorolo de Homod. in cōſ. 253. incip. in quæſtionibus vertentibus col. 3. verſic. præterea quoddam inſtrumentum non valere, ſubdens, & ideo quamuis alicuius rei venditione facta pro venditionis inſtrumento conficiendo notarium ad emptorē eligere pertineat, hoc tamen, niſi aliqua in contrarium cauſa adſit rationabilis intelligendum eſſe in cap. Regni 33. num. 13. fol. 106. à tergo Ioan Anton. de Nigr. aſſeuerat, notarium partibus ſuſpectum eſſe nō debere, ex Baldo declarans in c. ſi pro debilitate col. 1. de off. deleg. & in cap. quoniam contra col. 3. circa medium de probat. & alijs eo loci per ipſum citatis.

2 Idem in commentar. conſtitut. Regni in conſtitut. iuſtitiarij per Prouincias, abſque cauſæ expreſsione recuſare ſolo iuramento notarium licere in 4. notab. Afflict. inquit, cuius in præfato Regni cap. 33. nume. 14. Ioann. Anton. de Nigr. memor. exiſtit à quibus nihilominus in eadem conſtitu. nu. 30. Foller. diſſentiendo, illa ratione iuramentum ſolum ad actuarium recuſandum non ſufficere enarrat, quia licet in modicis ſimus, & in quibus in alterius locum alterum ſubrogare facile, vt dictum eſt, permittitur, peierandi tamen ac dilatandi occaſionem inde reſurgere, eoſque, qui lites differre deſiderant de facili actuarium, quem nulla ex cauſa recuſant ſuſpectum habere iureiurando confirmare inquit, cauſamque in loco fieri poſsibile eſſe vbi notariorum copia non exiſtit, quodq; illum ex remotis partibus vocare non ſine diſpendio fieret, & labore, & ideo recuſationem hāc non modici prorſus eſſe præiudicij noui actuarij ſalario attento iterum affirmat, necnon ſtante, quod acta per cauſæ notarium inchoata ius ſine rationabili cauſa ab alio perfici nō permittat l. 1. vbi Bar. & alij C. de ſportul. Bal. ī l. 2. C. quomodo, & quando iud. & in l. geſta C. de rei iudic. & alij quorum nouiſsimè in praxi iudic. §. 14. Aſin. meminit capit. 8. nume. 2. & 3. & nunquid ſoli iuramento ſtari debear, vel cauſæ expreſsio, & probatio neceſſaria ſit iudici, ex partium litis, & actuarii qualitare hoc perpendenti eſſe concludit arbitrarium, ac ad actuarium tanquam ſuſpectum remouendum cauſam aliquam in Regno Neapolis ſemper in praxi requiri ſuper præfato ritu 265. nu. 8. Carau. affirmat, iudicis pariter in hoc officiū valde verſari dicens, notarijque ad acta ſcribendum deputati ſuſpicionem iuxta tex. purgari Natta inquit in Authent. ſi verò contigeret C. de iudic. & in l. ſi quis ex Argentarijs §. primo verſ. quid enim ff. de edendo.

3 Sed quamuis præfatorum opinionibus attētis, nec in genere nec in ſpecie cauſa expreſſa cauſæ notarium recuſare permittatur, non tamen licere recuſanti in ipſo recuſationis libello prænotatum iuramentum explicare, ſed à iudice omnino, vt in l. videamus §. deferre ff. de in

litem

litem iur.eſſe illud deferendum, vel in iudicis præſentia à cauſæ notario, quo caſu iudex ipſe iuramentum quod deferre cenſeatur in conſil. 41.num.33.lib.1.Rol.à Vall.notar, & in tracta. commun opin.ipſius memor. Ioſephus Ludou. concluſ.18 ampliat.13.fol.59. à tergo firmiſsimę ſum opinionis,eoque caſu ad ipſum deferẽdum deuenire iudicem debere cenſeo,poſtquã aliquam iuſtam,& rationabilem ſuſpicãdi præſumptionem,vel coniecturam ſaltem extare cognouerit, de quibus o etenus, & ſine ſcriptis certum ſe facere iudicẽ poſſe, quia de modico, & leui in hoc caſu agitur præiudicio,poſt textũ in auth.niſi breues C de ſentent. ex breuic recit.per Decium In dicto c.quoniam contra nume.7.in prin.de probat. notata ſuffragãtur per Carauit.in dicto titu 265.num.8.& In deciſ.de ciſ. Pedem 1.per Oſaſchum nume.pariter 8. in princ.quod durum valde nullatenus eſt exiſtimandum,neque ad aliquid graue,quod ſit,partem adſtringi, coniecturas etenim non ſolum probationibus, ſed indicijs etiam cenſeri leuiores in praxi §. diligenter numero 114.Matſil. aduertit, & alij ab Auenion. Rota citati in deciſ.64.nume.94.nunc. t 2. teſteſque ad coniecturas probandum,etiam ſine partis citatione recipi poſſe in c.1.num 5.ante finem de homic d.in 6.Franch enarrat.ac ad limitationem c.2.extra de teſtibus notandum hoc eſſe fatetur,cuius aliorumque plurium in communium opin. tractatu lib.7.tit.de malefic.num.21. fol. 880.Gabriel.eſt memot.non tamen nego etiã in caſibus in quibus argumentis proceditur,& præſumption bus teſtes nullatenus ſine partis citatione recipi poſſe in dicto cap.2 nu. 12. Felynum ſenrire in conſ.12.Socinum num.5.cum trib.ſequent vol.4.& conſ.13.num.6.& ſeq.vol. 4.& Brun.in conſ.21.num.7.ab Oſaſco in deciſ. Pedemont.79.relatus num 14.aut loci,& cauſæ natura conſiderata iudici ſuſpicionem excludere quod liceat,vel per alterius notarij partibus non ſuſpecti, ſubrogationem partibus ipſis ad notam ſuſpectorum dandam,ne de illius ſuſpicione iterum diſcutere cauſamve ad longum protrahere cõtingat,prius monitis, vel per adiuncti nulli ſimiliter partium ſuſpecti dationẽ, exacte probandam neutiquam grauata proſpiciet,nec non actuario ipſi,cuius recuſationem, non ſic de facili procedere clarẽ ex pręfatis demonſtratur,illud quidem nõ prætereain, quod vbi pars cauſæ notarium per iuramentum in ipſo recuſationis libello interratum iudice non contradicente recuſaret,valida recuſatio remaneat, tum quia parti,vt ſupra iuranti iudice nõ contradicẽnte tacitẽ iuramentum i dex deferre,& iuxta late,& ele at t r in conf.5 .num. 1. per Beccium deducta poſt Crauettam in conſ. 199.num.2.in fine & in conſ 272.nu.2. vbi notab approbare illud videtur,approbare vtique cenſetur,qui non improbat vt poſt gloſam 2.in l. ſi ab arbitro ff qui ſatiſdat. cog. & in l. nec in arbitris in ſi.vbi Bar.& alij.C de arbitr. in cõſil.55.num.12.poſt medium lib.1.idem Beccius enarrat,quam etiam ob vulgatam regulã multa quæ fieri prohibentur facta tenere dictatem.

4 Nec in ſupracit.cap.26.col.4.per Didacum, deducta in iudicis recuſatione iuramentum, à iudice quod deferatur non requiri aſſerentem hoc in caſu militant, quamuis maiori tali caſu de præiudicio agatur, & quamuis alter difficilius,qui iudex ſit,quam qui actuarium agat inueniatur,illam etenim rationem,in iudicis perſonam à Didaco, conſideratam, quem aut nunquam quoties de ipſius ſuſpicione ageretur, vel magno quoties cum labore ad tale iuramentum deferendum deuenire exiſtimat hoc in caſu, in quo de iuramento agitur ad actuarium tanquam ſuſpectum remouendum omni no ceſſare clarum eſt,immo ad cauſæ notarium remouendum facilem ſe præbere iudicem debere notariorum numero in loco exiſtente, vt quia inſignis locus ſit in quo magnam notariorum adeſſe copiam præſumi poſt textum & ibi notata in cap. ſtatutum de reſcript. in 6.& poſt Bartolum iu l.idemque ff. pro ſocio, ac alijs in locis in conſ 74.Alex. explic.t nu 9. poſt princ. lib 1.improbandum non videtur, moremq; tali caſu parti ſuſpicionem all ganti gerendum eſſe indubitatẽ legum voluntas ſuffragatur, quas omni excluſa ſuſpicione procederę iudiciales controuerſias debere aperte a'ioqui videmus ſupracit.l.aperuſsimi,cum ſimil.C.de iudic.vel cauſa quoties criminalis eſſet in qua de magno ſemper agi p a iudicio argumento text.probatur l in ſeruorum ff.de pœnis,ac vulgatum quidem eſt,ibi cautius eſſe agendum, vbi maius eſt periculum,quod ex his, quæ de iudice ordinario quem in criminalibus etiam iure ciuili attento recuſare in totum licere diximus, conſtare poteſt, vt in præfata deciſ. Pedem.13.& iuxta per Staphil.notata in tract.de lit.grat & iuſt. in tit.de commiſſ.& liter.inſtit. verſi dantur literæ nu.2.fol.129.à tergo,& nouiſsime per Teſaur. in deciſ.255.num.6.quos inſpicias, necnon teneri iudicem ad iuramentum parti illud poſtulanti deferendum, alias ab illius denegatione, quod appellare liceat in tract.de in litem iur. §. 48.nu.15.& 16.Plotus aſſerit.

5 Nullamque inter canonicum ius, & ciuile in notarij recuſatione exiſtere differentiã, ac vtroque iure attento iuramentum vt diximus ſufficere in conſ.31.nu.23.cum ſeq lib.3.Rol.a Valle affirmat confeſsionem in iudicio factam & à notario iuramento mediante recuſato receptã etiam in Eccleſiaſtico foro nullam eſſe, eo loci concludens,cũctaque acta ab actuario poſt recuſationem facta, nulla remanere, & inualida Vrſill.ad Affli.in deciſ.317.nu.2.teſtatur, quod conſenſu electo, quem neutiquam tali caſu remoueri tanquam ſuſpectũ poſſe, ex his, quæ in

ſupra-

ſuptacit.l apertiſsimi Iaſ.notat numero primo
C.de iudic.limitatur,idque niſi noua ſuſpicio-
nis cauſa ſuperueniat ſublimitatur, vel niſi cau
ſæ antiquæ,& ignotatæ de recenti pars notitiā
habuiſſet,vt in eadem l.apertiſsimi per Iaſ.nu-
mero 12.& alios per Aſin. in iudiciorum praxi
noniter citatos §.14.cap.8.num.5,& latè in tra-
cta.de priuileg.intam.per Seraph notata faciūt
priuil.7.num.16.cum ſeq.ſicut pariter tam iu-
re ciuili,quam canonico attento ſcolarem exa-
minandum Doctoris ſolo iuramento probare
ſuſpicionem poſſe in trac.de priuil.ſcholar.Re-
buff.ſentit priuil.octuageſimooctauo, cuius in
præfato priuileg ſeptimo numero vigeſimoſe-
ptimo Seraphin. meminit, quem & in cap.cum
ſpeciali numero vigeſimoſexto de appell.Fran-
chum inſpectum omnino facias,& Felynum in
cap.cauſam il primo plene declatantem de off.
deleg. immo & ſine aliquo calumniæ iuramen
to Doctorem ſcholari, quod recuſare liceat, ex
Baldo poſt Ricard.Malum.in procem. ff.§.diſci
puli numero decimoſexto, in fine Nerat. Luc.
Callienſ.in tracta.de priuil.ſcholar. inquit pri-
uilegio 68.quem ibi,& in priuil.precedentibus
inſpectum facias.

9 Tabellioniſque ad acta ſcribendum electio-
nem ad iudicem ſpectare in proximè relato ca-
pitulo cum ſpeciali numero 41. & 42. poſt tex-
tum Franch. notat in ſuptacitato capitu. quo-
niam contra de probat. quo loci Berous nu-
mero 48. neque concorditer litigantes ſine iu-
dice actuarium eligere poſſe ait, etſi ipſum
communibus,vtriuſque partis expenſis eſſe eli
gendum , ex Baldo in l.prima C. de relat.dicto
numero 42.Franc.teneat,eundemque non ſolū
partibus non ſuſpectum, ſed de partium etiam
conſenſu eligere quod oporteat in dicto capi-
tulo quoniam contra ex Baldo ibi Decius ad-
uertit num.10 ex eodem Baldo in præfata leg.
prima,C.de relat. conſilij non autem præcepti
hoc eſſe ſubdens , vt vlterius recuſandi occaſio
remoueatur,ita Baldum loqui dicens,electio-
nemque ſaluo iure partibus reuocandi ex eo-
dem tex.in dicto capitulo quoniam contra va-
lere aſſerens,etſi vbi ſupra Berous num.49. ca-
ſu quo actorum notarius impediretur alium
donec impedimentum adſit, qui impediti offi-
cio fungatur à partibus,de iudicis tamen volū-
tate . & conſenſu ſubrogari poſſe dicat circa
quod in l.cum ſententiam C. de ſentent. & in-
terlocut. omn.iud.Bart. notab.declarantem vi
deas,quodque tabellio,qui in cauſa ſcribere
incœpit, ipſemet in toto proceſſu ſcribere de-
beat,non autem alius, niſi primus fuerit impe-
ditus,ex tex.in l.prima,ff.de off. conſul.ita pun
ctualiter in l. prima verſic. pone quod vnus ta-
bellio C.de ſportul.Bald.affirmat,Roman.in
conſil.281.nume. ſexto verſic. dicentem , & ibi
Mandoſ.in addit.lit.e.concordātes referens, &
Foller. in conſtitut.iuſtitiarij per calendas nu-
mero 32.verſiculo,& etiam quare acta inchoa-
ta à Marcello Cala in tract.de modo articulan-
di relati gloſ.prima,§.primo numero 27.& 30.
vbi alium tabellionem non per partem,ſeu per
tabellionem impeditum, ſed à iudice ex Baldo
in l.Imperator numero ſeptimo verſic.ſed nun-
quid notarius actorum ff.de ſtat.homin.eſſe in
quit deputandum , & ex Alexandro ad Bartol.
in dicta l.prima ff. de offic. conſ.illamque aſsi-
gnat rationem,quia temere priuata vſurpatur
authoritate, quod publica authoritate conce-
ditur,non tamen notario, quamuis à iudice de
putato teſtium dicta , & reſponſiones ſine ex-
preſſo iudicis mandato ſcribere licere text. eſt
in Clemen.prima , & ibi notata de off delegat.
quod in teſte limitatur remotis in partibus exi
ſtente, aut in vitæ diſcrimine conſtituto, quem
quia periculum eſt in mora, ſine iudicis com-
miſsione,ac parte abſente, & non citata, recipe
re notarium poſſe limitatur , vt poſt Innocen-
tium in capitulo Albericus,& in capitulo ſigni
ficauit de teſtibus,& poſt Bartolum in l. ſecun-
da C.de naufrag. libro vndecimo in deciſione
Delphil.numero tertio parte ſecunda , Franc.
Marc.aſſeuerat, ac ad pleniorem huius articu-
li cognitionem quando quibusve in caſibus te-
ſtium receptionem cauſa notario committere
permittatur Viuium in tracta. communium
opinionum capitulo 362.& ſequent. libro pri-
mo tam in ciuilibus quam in criminalibus lo-
quentem, & in deciſione 228. per totum parte
ſecunda eundem Franciſcum Marcum inſpice-
re non prætereas, vbi numero quarto quoties
teſtium receptio notario committitur, hoc ei ,
vt nudo Miniſtro commiſſum cenſeri neque ar
ticulos ei.aut interrogatoria , illa ratione ſint ,
vel ne pertinentia cognoſcere licere , quia iu-
dex eodem in actu, & notarius eſſe nequit, ex
Alexandro inquit in l.hac conſultiſsima §.fina-
li,C.qui teſtamenta fac.poſsint quem , & Fran-
chum in capitulo cum cauſam numero deci-
moquinto,& decimoſexto de appellatio. inſpi-
cias,mandatumque de teſtium dictis recipien-
dis nullatenus ab eodem notario, ſed ab altero
omnino ſcribendum eſſe,& adnotandum de
magis communi in conſilio 213.numero ſexto
libro ſecundo Alexan.atteſtatur, Aſin.in ſupra
citata iudiciot. praxi aliorum memor §. deci-
moquarto capitulo vigeſimoprimo, latè Boer.
dicta deciſio.258.num.quarto & quinto quem
caſu quo manu iudicis eſſet commiſsio ſignata
limitantem inuenies , cuius Menoch. quem
alios referentem , & plene declarantem videas
in conſilio 100. meminit numero quadrageſi-
monono cum ſequentibus libro primo,& in
tracta.recup.poſſeſſ.remed.15.numero 120.Ta
bellionemque qui acta conficiat , tunc elige-
re iudicem poſſe notare conuenit , quando
notarij non adſunt de publico deputati,vt in l.
non aliter ff.de adopt.circa medium Bal.notat

Google

duos etiam non tabelliones, qui acta ſcribant, iniuncta tex. in præalleg. c. quoniam contra, iudicem tali caſu eligere poſſe dicens, quos, & notarium ad acta ſcribendum inuitum à iudice adſtringi poſſe in præfato cap. quoniam contra nume. .. circa finem Decius enarrat, cauſæque notarium alio exiſtente à Republ. deputato eligere iudici non licere in tract. de feud. 7. parte. Curt. tenet reg. 2. q. 4. num. 18. & in l. 2. Bald C. quomodo, & quando iud. cuius, aliorumque in dicto §. 4. cap. 8. num. 2. in prin. Aſin. meminit & plene in præfata deciſ. 2 ſ08. Boer. nume. 15 & 16. vbi nume. 3. poſt gloſam in l. iubemus C. de liberali cauſa, ex Baldo de Pace conſtant. in verſ. ſecundum mores, & alijs, cauſæ notariũ, ſine iudicis voluntate, etiam quod partes conſentiant, nec Teſtium dicta, neque illorum iuramenta recipere poſſe explicat; illud tamen miſſum non faciam, quod receptione teſtium commiſſa ipſorum examinatio commiſſa illa ratione non cenſeatur, quia maior in teſtium examinatione, quam in leui illo receptionis actu diligentia requiritur, & induſtria, vt in tract. de præſumpt. per Menoch præſumpt. 56. num. 1. & 2. lib. 2. ſecus ibidem num. 3. eſſe aſſerens, vbi teſtium commiſſa examinatio fuiſſet, quo caſu ad tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud in neceſſarium antecedens teſtium quoque receptionem commiſſam cenſeri aſſerit, & conceſſam, ac demum num. 4. cum ſeqq. vſque ad fin. teſtium examinatione commiſſa ipſoum reprobationem commiſſam nõ cenſeri, ex Aſinio in praxi iudicior. §. 22. cap. 8. communem eſſe teſtatur ſcribentiũ opinionem, illa per ipſum aſsignata ratione, quia ſtrictam ex communi pariter ſcribentium opinione in l. 1. ff. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. & iuxta tex. & ibi gloſ. in c. 1. de off. deleg. in ſexto, delegationis mandatum admittit interpretationem.

7 Ex præſato ſimiliter Alexandri conſ. 104. nu. 3. lib. 5. tam de iure ciuil quã canonico quod à iure ciuili nullatenus circa id differre diximus, etiam ſolo iuramento ſupracitata ratione remoueri procuratorem & reuocari poſſe, quia magnum ex hac recuſatione non infertur præiudicium, ex Ancharano in conſ. 262. vbi ſupra num. 2. Alex. inquit nullatenus de iure Canonico immutatum hoc reperiri & rationem adhuc in dicta l. apertiſsimi poſitam militare dicente, qua attenta, nec cauſæ expreſsionem, neque illius probationem requiri diſponitur, idem in ſupracit. deciſ. 258. num. 7. in fine Boer. ſentit, ad aduocatum pariter hoc extendens, quem ſolo iuramento recuſare pariter quod liceat, concludit, hoc ibidem in nume. 8. in princ. in regis aduocato, & procuratore non ita de facili admittendum eſſe dicens; quod ex eo comprobari poſſet, quia licet vile procuratoris officiũ dicatur l. ſi quis procuratorem C. de decurion. lib. 10. illud quando eo loci Pignolat. in addit. ad Principis Medicum, notarium, Barbitonſorem, & Coquum extendit, quem alios referentem inſpectum facias, attamẽ ad clariorem per Boerium notariorum declarationem, dum in regis aduocato & procuratore non ſic de facili admittendam eſſe recuſationem Boer. concludit, quæ ipſe explicat, ſicut ſignificare videntur, ad regis dirigit aduerſarium non bene ipſum loqui clariſsimum videtur, alterius enim partis aduocatum, vel procuratorem recuſare, tanquam ſuſpectos non permitti, ex infra proxime notatis cõſtat, & quatenus ad regem, qui aduocatum, & procuratorem conſtituit præfata verba referre volumus, deteriorẽ ipſius eſſe lapſum neminem quoque latere credo: propriũ etenim ſi cuilibet procuratorem, & aduocatum recuſare licet, & reuocare principi multo magis & regi cui cur ita facis nemini vt ſupra capit. 2. num. 8. verſic. neque Principi dicere fas eſſe retulimus licere debet, Principis enim voluntatẽ pro lege haberi, ex tex. in §. ſed & quod Principi inſtitutio. de iure natur. gẽt. & ciu. Paleotus de nothis ſpur. aſſerit cap. 62. nu 2. verſ. quod mihi, ac ad inſtitutum, vt redeat oratio, facta procuratoris recuſatione ipſius manus ligare, necnon ab eo, quicquid geſtum eſt non tenere poſt gloſam in capitulo ſecundo, verbo ipſo volente de procurat in 6. dicto conſ. 104. Alex. ã. inquit, num 4. in principio.

8 Quæque de procuratoris recuſatione adnotauimus in procuratore à parte recuſante conſtituto, non autem in aduerſæ partis procuratore procedere in dicto capitulo ſecundo de procurat. in 6. clariſsimè tex. probat, nec remedium hoc contra alterius partis procuratorem aliquo pacto militare, ſed exceptionem illam, tu non es, vel aliam tu procurator eſſe nequis, comperere, quam in litis exordio tanquam declinatoriam, & ante litem conteſtatam ſicut alias ſimiles eſſe opponendam in l. ita demum tex. probat C. de procurat. in l. exceptionẽ, cod. tit. hoc ſcribẽtes ſentiunt, & in §. fi. inſtit. de except. quam quatenus per errorem oppoſitam non extitiſſe apparet quandocunque, ac etiam poſt ſententiam, quod contra aliarum dilatoriarum naturam eſt opponi poſſe tex. eſt, vbi gl. & alij in l. licet C. de procurato. & communem hanc eſſe ſcribẽtium opinionem illa ratione in communium opinionum tract. Viuius inquit, opin. 175. columna tertia circa finem parte prima, quia retro nullum ipſius oppoſitio iudiciũ reddit, ſicut & iudicis incompetentis exceptionem iſtud pariter operari poſt textum in l. prima, C. ſi à non competenti iudice in libello forma reſponſionis rei, verbo Symoninus numero tertio hoc Papienſ. tradit, & in praxi iudic. Aſin. §. 12. capitulo ſecundo limit. octaua, nec has ſolum, ſed omnem aliam exceptionem iudicium retro nullum reddentem etiam, ac quandocũque opponere licere in capitulo in

noſtra

noſtra extra de procurat. ſcribentes cõmuniter aſſeuerant, & Grammat. voto. 18. num. 5. quem in dicta opin. 175. col. fin. verſ. ſed etiam omnis citat Viuius, & ſequitur quem inſpicias, eoque præcipue caſu prænotatam aduocati, & procuratoris recuſationem admittendam eſſe aduertendum eſt, vbi iudex ipſe procuratorem parti & aduocatũ conſtituiſſet veluti in hæreſis crimine, & cauſa in qua non cuicunque aduocatum agere permittitur ſed illi regulariter quem iudex præſtiterit, qui que probus vir ſit, vtriuſque iuris peritus, ac fidei zelator, & qui hæreticus non ſit, aut de fide ſuſpectus, vel infamatus, vt poſt textum in cap. excommunicamus il primo, §. credentes de hæretic. tradit Locatus in opere iudiciali verbo aduocatus, copioſè repertorium Inquiſitor. verbo aduocatus, & Symác. de Catholic. inſtitut. tit. 5. & in Enchyrid. violatæ religionis tit. 42. à Pegna relati in commentar. ad Eymeric. in director inquiſitor. 3. parte comment. 28. in tit. de defenſionibus reor. verſ. & ſic concedetur, cum alijs ſequẽt. & verſ. & procurator cum ſeqq. vbi de aduocato explicita eadem in procuratore eſſe ſubdit accipienda, etſi raro in tali crimine admitti procuratores, ac aduocatos ſufficere concludat, quos procuratorũ munus ſubire, immo verius Inquiſitores ipſos, reorum procuratores cenſeri ait, eorumq; officio reorũ defenſiones fieri, & quatenus reo petente procurator ab Inquiſitoribus admitteretur illum eos admittere ait, qui probus ſit, non cauilloſus neque garrulus Locato, quem ſupra proxime tetulimus in opere indiciali relato, verbo procurator num. 2. ac reo procuratorem petenti nõ poſſe Inquiſitorem illum denegare, ex præcit. Repert. Inquiſitorum, vbi ſupra Pegna concludit in verbo procurator §. Inquiſirores tenentur, quodque illum quem reus petierit, cõcedere Inquiſitor debeat iuxta textus generalitatem in c. vt commiſsi. §. aduocandi de hæretic. in 6. idem Pegna in præfata 3. par. aſſerit cõmentar. 30. col. 3. verſ. & cõcedo, & verſ. ſeq. vbi quoties inquit aduocatus deputatus reo inimicus repertus fuerit, aut alias inſenſo in eum animo, aut ex aliqua alia cauſa ſuſpectus alium tũc petenti eſſe explicat cõcedendum, ſed & ex officio alium quandoque aduocatũ præſtandum eſſe enarrat cum delati cognatus, vel affinis aduocatus fuerir, & aliter, vt ibi per eum.

9 Hinc in alma vrbe Neapoli cæteriſq; in locis, fiſci aduocatum, & procuratorem, ab inquiſito tanquam ſuſpectus, eo quia contra ipſum vrgeant indicia, ſeu probationes diligentet, & animoſe perquirãt, aliave forſan ſimili ex cauſa recuſare nullatenus licere, cum illud quod ipſorũ dictat officium exequantur notandũ venit, ſed ab accuſatore tantum, & querelante paſsim ſolo calumniæ iuramento recuſari, ſicut propriũ procuratorẽ recuſare cuicunque licet, quoties, ne cum reo, & inquiſito colludant, neve illi fauorabiles ſint aliqua contra fiſci aduocatum, & procuratorem dubitandi exiſtit occaſio, codẽ ex textu conſtat in dicto c. 2. de procurat. in 6. regulariter enim iure priuati fiſcum vti tex. eſt, & ibi notata in leg prima, C. de petit. hæredit. idem Guido Pap. ſentit in deciſ. 537. num. 2. & plene Contard. in tractat. de momentanea poſſeſſ. quæſt. 21. per totum: immo deterioris quandoque eſſe fiſcum conditionis homine, qui priuatus ſit iuxta text. in l. ſi legatus in principio, ff. ad Trebell. in l ſi quis agens colum. fin. inſtitut. de action. Iaſ. notat, & in cõſ. 168. Crauett. numero 10. cumque in tota cauſa interuenire, fiſco cõcedatur, tempore quo ad ipſius inquiſiti defenſionem teſtes recipiuntur, ſi ſibi ſuſpectos fiſci aduocatum, & procuratorem inquiſitus proclamatet recuſationis remedio circumſcripto ſimpliciter contradicendo, ac tali ab actu fiſcum arceri cum non leue damnum inferre poſsit, ac vt ne interueniat à iudice petendo hoc pacto facilius eum obtinere respondetur, quamuis etenim fiſco, vt diximus in tota cauſa interuenire permittaur, hoc in teſtium receptione contradicente inquiſito non procedere in Regni conſt. Afflict. inquit in rubr. incip. queſtiones col 2. verſ. an in examinatione, cuius in deciſione Bonon. 60. Benintend. meminit, quem inſpicias.

10 Dictamque exceptionem, tu non es procurator non à parte ſolum, ſed à iudice etiam, ſine mandato comparentem à iudicij limine, expellere pertinet contra Boerium in deciſio. 171. numero 19 cum ſeqq. & ſignanter numero 22. aliter ſentientem, ac iudici, niſi objiciatur, à parte procuratorem ex officio repellere non licere de magis communi teſtantem veriorem eſſe, & magis communem opinionem Grauat. ad Veſtr. capitulo quinto affirmat nume. 21. libro 4. Duen regu. 264. omnes contrarium ſentientes improbans, & Viuius qui poſt contrarium tenentes ſimiliter repulſos hanc in ſupracit opin. 175. columna 2. verſic. tertio coarctatur par. 1. magis communem pariter eſſe firmat ſcribẽtium opinionem, iudicem ad procuratorem etiam de rato cauendum, vbi de mãdati validitate dubitaretur compellere poſſe, dicens, & ab hac Grauatij, & Viuij opinione, eſſe nullatenus recedendum iuſta maxime cauſa concurrente, vt quia in exceptione hac opponenda negligenter pars ſe geſſerit iuxta in dicta opinio. 174. in fi. eundem per Viuium notata eſſe exiſtimo veriſsimũ, ac in eadẽ deciſ. 171. numero 21. & 22. Boerium inſpicias de ſtylo Curiarum Franciæ eſſe explicantem procuratorem, ſine mandato comparentem ex officio repellere iudici licere, vbi vero inhabilitatis ratione, vt quia contra ſeruum, verbi gratia, ipſi procuratorem agere nõ licere exciperetur, exceptionem hanc omnino ante litem conteſt. opponi debere in ſupracit. l. licet num. 7. Iaſ. fate-

tur,ex Vant.qui in tract.de nullit.in tit. de nullit.ex defect.mand.num.135.de communi teſtatur,idem,vbi procurator minor eſſet,minorem enim ad iudicia procuratorem agere non decere,cum in omni Læſionis caſu tam ei,quam eius fideiuſſori in integrum reſtitutio concedenda veniat tex.eſt in c.qui generaliter, & ibi ſcribentes de procurat.in 6.& hanc Iaſ.in l. exigẽdi C. de procurat.in num.19. communem eſſe enarrat ſcribentium opin. etſi minorem quantumuis decem,& ſeptem annis legitime ad negotia conſtitui procuratorem poſſe, ex Alexandro in dicta l.exigendi,& Iaſ.in l.1.§.pupillus num.56. ff.de acquir.poſſeſſ.communem pariter Couar. in c.tua num.4.extra de teſtam.eſſe enarrat ſcribentium opinionem,præfatamque exceptionẽ defectus mandati procuratoris aduerſæ partis, cum ipſa ante omnia diſcutienda veniat,non recuſationis via, ſed alio modo eſſe in iudicio proponendam paulo ante notatum fecimus, Vantiuſque in ſupracitato tit. pro pleniori cognitione videatur.

11 Falſique procuratoris exceptionem prædictam,vbi opponere ſcienter pars omitteret nullatenus eam tali caſu ad expenſas actionem habere cum ex tarda ipſa oppoſitione in culpa eſſe videatur in dicta l.licet Bar.ſentit, & Bald. quorum in deciſ.99. Franc.Marc. meminit nu. 5.par.1.immo partem exceptionẽ nimium opponere tardantem eſſe ad expenſas condemnãdam infra cap.13.num.24.& 25. notatum fecimus ac per Achillem Perſonal.in tractar. adip. poſſeſſ.quem inſpicias in tit. de petit. hæredit. num.641.notata conueniunt,præfatamque defectus mandati exceptionem,& perſonæ illegitimationis ſiue pro actore ſiue pro reo in iudicio comparentis magni vtique momenti eſſe tã quam vnum de iudicij ſubſtantialibus reſpiciẽtem iudice actore & reo,iuxta tex.conſtantis in c.forus de verbor.ſignif.clarum eſt,ac de perſonis eſſe ante omnia quærendum in l. ſi queramus ff.de teſtam. Bart. affirmat, nec non Bald. in l.ſi falſo ff.quod fal.tut.auth.procuratorem, legitimam perſonam non habere,ac iuriſdictionem iudicem carere paria eſſe dicens,& ſimilia, iudicioque quantumuis ſummario exiſtente plene de legitimatione perſonę ſemiplenæ,quã uis ſecundum aliquos probationes tali in iudicio ſufficiant conſtare debere communem eſſe ſcribentium opin.in l.ſi.Dec.tenet num. 47. C. de edicto Diui Hadr.toll eandemque magis cõmunem poſtquam plures de hoc ſcribentes relatos in præfato tract de recup. poſſeſſ. remed. 15.q.24.nu.272.cum ſeq. Menoch. affirmat, & alij plures à Marcello Cala relati in tract. de modo articul.gloſ.1.§.1.num. 66. fol.29. à tergo quem,& Petrum Gerardum plene in ſingul. 23.de hoc diſcutientem inſpectum omnino facias;illud tamen prænotatis conueniens non prætercam nullo modo contra mandatũ apud acta factum opponi poſſe,vt ex Bartolo & alijs omnibus in l. vnicà C. de ſatiſd. in §. ſin autem inſtit.de ſatiſd. Arer.docet,quem qualiter mandatum apud acta fieri dicatur declarantem videas,quodque in actis mandati inſtrumentum, producere non ſufficiat,ſed quod danda etiam ſit alteri parti copia mandati ſumptibus ipſius comparentis poſt Bart.& alios in l.1.in fin.C.de procur.de communi in deciſ.11.nu.14. Viuius teſtatur lib.1.& nu.16.vbi de rõne idẽ alios referens Grauat. ad Veſtr ſenrit lib.1 ca.6.nu.14.

12 Item neque illud prætereundum eſſe cenſui, quod quamuis Specul. to. e te. e in tit.de actore num 72.verſ.ſed pone quidam in titu.de inſtrum.edit.§.nunc dicamus nu.4.verſ. ſed quid & in tit.de procurat.§.fin.nu.9.verſ.An autem, alieno quoties quis agit nomine,vt tutor curator,procurator,& ſimiles tales ſe eſſe, qualem ſe facit ante lit.conteſt iuxta text demonſtrare teneatur in l non ignorat C.qui accuſ. nõ poſſ. in l.2.C.ſi tutor,vel curat.interu.l.2. & dicta l.licet C.de procurat.quod in commendatario pariter,& prælato procedere quos in dicto tit. de actore adminiſtratori Speculat.æquiparat,& tutori,ac ipſos veluti alieno nomine agẽtes litem cõteſt.ſe tales eſſe probare debere aſſerit, quod eo caſu ſibi locum vendicare,vbi cum neque prælatum eſſe neque in prælaturæ poſſeſſione, exiſtere opponeretur,vt poſt Venaſtan in conſ. 24.Benintendius,alios recenſens late de hoc in deciſ.Bonon.18.diſcurrit,quem plene declarãtem inſpicere non prætermittas, attamen vbi quis nomine ſuo,vt ceſſionarius,vel alterius hęres in iudicio experiretur non teneri hunc ante litem conteſt.ſeu ante quam terminus in cauſa detur ceſſionis inſtrumentum, ſeu qualiter eſt hæres demonſtrare,ex Specular.in proximè relato tit.de inſtrum.edit.§. nũc dicamus nu.40. verſ.ſed quid,& in d.tit.de actore nu.72.cũ ſeq. has afferẽte rõnes,quia ante litẽ cõteſtat. iuxta tex.in c.exhibita extra de iudic.& toto tit.vt lite non conteſt.non ſunt ſuper principali cauſa, admittẽdæ probationes,necnon quia exceptio hæc non es ceſſionarius,non es hæres tanquam agentis ius perimens ex textu in c. exceptionis, de litis cõteſt. in 6. neutiquã litis cõteſtationẽ impedit ſuper ritu Mag.Cu .194.nu.9.ita ſe in facto obtinuiſſe, q̃uis multi prima facie cõtrariũ aſſeuerarent, Carauita inquit eodẽ loci nu. 10.verba hæc ſubijciens in Regno regia cõſtitutione incip exceptione filiationis,ſic diſponente Iſer.ibi,& Afflic.vbicunque nomine ſuo quis ageret, licet hunc talẽ eſſe negetur nõ propterea litis cõteſtationem impediri,quẽ inſpicias.

13 Nihilominus quotieſcunque per falſum procuratorẽ geſta ratificaſſe dñm appareret, hanc falſi procuratoris exceptionem excludi cum retrotrahi ratihabitionem, & mandato etiam ſpeciali comparari plures poſt textum opinentur in cap. ratihabitionem cum ſimil. de regu. iur.

fur.in 6.& in l.3.§.ſi procurator ff. quod quiſq; iur.in fine ibi ſi hoc ſpecialiter mandaui,vel ratum habui, cum concordant. quorum deciſio Rotæ Genuæ 76.meminit num.3.& 4. quibus, nonnulli cũ contradicant,ratihabitionem mandatum quoties requiritur ſpeciale,non ſufficere dicentes,& gloſa præſertim in c. nonnulli in verbo ſpeciali de reſcript.Fely.in c.cauſam col. fin ver.fallit primo extra de iudic.& Iaſ.in l.licet num.10.verſ.quarto notab.limitat,C.de procurat. pro prædictarum tamen opinionum concordia ratificationem hoc in caſu ad damnum non autem ad commodum ratificãtis fieri poſſe ex Iaſone in dicto §.ſi procurator.colũ. pen.verſ.vnde ru reſponde, & Cephalo in conſ. 442.nu.83.lib.5.communẽ in communiũ opin. tract. Ioſeph.Ludou.concluſ 30.poſt princ.fol. 74.eſſe ait ſcribentium opin.præfatamque ratificationem regulariter loquendo; & quoties in caſu ſumus,in quo ſpeciale mandatum non requiritur etiam poſt concluſum in cauſa; immo etiam poſt ſententiam, ac quandocunque fieri poſſe gloſa inquit in dicta l.licet verbo ſolent, C.de procurat.& in l.ſi mater §.hoc iure ff.de except.rei iud.verbo deducit,& quamuis Rota in hoc caſu deciſ.1.& 10. de procurat.in antiq.& Caſſad.ad reg.Cancell.deciſ.40. hoc neutiquã ad ratificantis fauorem fieri poſſe concludant, ſed ad ſui tantum præiudicium,quod ſuper ritu 107.Carau.pariter ſequitur num.7.verſ.nec in aliquo,gloſæ tamen opinionẽ indiſtincte in deciſ.330.communem cenſeri Guido Pap. affirmat,ac proceſſum,& ſententiam ad falſi procuratoris fauorem latam ſiue minor dominus ſit, ſiue maior ratificare licere communẽ hãc in dicta l.licet eſſe ſcribentiũ opin.Iaſ.fatetur,& Vãtius in tract.de nullitat.c.vlt.nu.102. eandẽque magis communẽ in c.cauſam il 1. nu.9. de ind. verſic & ſic ab iſta opinione,Felyn. teſtatur; & additio ad eundẽ Felyn.in c.non nulli §.ſunt & alij ſub lit.b.incip.regulariter de reſcrip. eoque ipſo quod cauſam ſuam,per falſum agi procuratorem dominus ſciuit,nec prohibuit ratificare, quod videatur ex Innoc.in ca.ex parte Decani, de reſcrip.Aufrer.in addit.ad Capell.Tholoſ.in deciſ.125.quem videas affirmat, & alij plures, quorum in tract.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 33.nu.7.Menoch.meminit,quem inſpectũ omnino facias,& Romanum regulã hanc in ſingu. 686.tripliciter limitantem.

14 Quod iuxta tex.in l.ratũ,& l.quod dirimus, ff.de ſolut.dũmodo paucos poſt dies à die ſcientiæ ratificatio fiat procedere declaratur Bal.ſequitur in l.ſi tutor num.1.verſ.& ſecundo C.in quib.cauſ.in integr.reſtit.non eſt neceſſ.& Menoch.de arbitrar.iud.lib.2. cent.1. caſu 92.nu. 3.vbi poſtquã ſententiã falſo procuratore inſtãte ad domini fauorẽ latã ab ipſo dño magis cõi attenta opinione ratificari poſſe affirmauit, infra quod tẽpus ratificare domino liceat eſſe iudici concludit arbitrariũ,nec expreſſe ſolũ, ſed tacite etiã,vt ſupra proxime retulimus,nec verbis tantum,ſed actu etiã, & facto ratũ quid haberi poſſe ex textu ibi in l.non tantũ ff.rẽ ratam hab.Caſtrenſ.aſſerit,tacitã,& expreſſam ratihabitionem æquiparari clare enarrãs eodẽque loci Bar. ſemper dominũ procuratoris geſta rata habere rẽſeri explicat,quoties aliquid,quod ſine ratihabitione ipſa facere non poſſet, facit: quod in deciſ.7.nouiſsime Teſſaur.comprobat, & declarat,quem inſpicias.

15 Idque nullitatis actorum exceptione à parte aduerſa prius non oppoſita procedere iterũ declaratur,vt in dicto ritu 107.nu.7. verſ. itẽ procedit,per Carauit.poſt Iaſonem in dicta l licet, prima limit.C.de procurat.cuius opinionẽ eſſe cõiter ã ſcribentibus approbatam in Theſauro receptar.opin.Suarez inquit verbo procurator nu.319.& in cõſ.193.Burſat nu.31.lib.2.& quãuis etiã per partẽ oppoſitione facta fieri ratificationẽ à domino poſſe in loco ſup tacit. nu. 105. Vantius teneat,& Gig.s in conſ. 85.nu.7. nullo iure Iaſonis opin.probari dicẽs,ac falſo cũ procuratore nullatenus iudicium eſſe poſſe, vt in d.l. licet,gloſa ibi,& alijs. His tamen non obſtantibus illa ratione ſequendã cõem opin. & amplectendã eſſe conſtat, quia facta oppoſitione res amplius integra nõ eſt,ſolũque re integra, & in eodem ſtatu manente, & antequã ius parti quæſitũ ſit ratihabitioni locũ eſſe tex. eſt in vulgata l.bonorũ ff.rem ratã hab. quod in minore etiã procedere ſcire conuenit, quẽ poſt oppoſitionẽ ab aduerſario de actus inualiditate factã actũ, ratificare neutiquã poſſe in q.ſamil.103.Berous affirmat magis cõem hanc eſſe explicans ſcribẽtiũ opin.& late Pinell.in l.1.3.par.nu. 31.& ſeq. C.de bon.matern.cuius aliorumque in tract de tutore nu 31.Caualc.meminit quem,& in l.non ideo minus C. de procurat. Caſtrenſem inſpectum facias,& eo loci Iaſonem nu.1.

16 Ad quorũ quidẽ clariorẽ pleniorẽque declarationẽ illud oĩmodo notare oportet, qđ q̃uis mandatũ nõ habere,vel habere,ſed nullũ,& inualidũ ex textu adæquari,i l.1.§.qđ ſi verſ. & quidẽ ff.qđ cuiuſq; vniuerſ.nom.in c.1.iſer.tẽtat §. præterea q̃ ſit prima cã benef.amitt.Vãt.i trac. de nullit.ex defect.mand,verſic.4.principaliter nu.121.& alij quorũ ſuper ritu 107. nu. 5.& 6. Carau.meminit,& q̃uis ex ipſomet Vãtio eodẽ loci,ex Bal.in d.l.licet C.de procu.Alex.in cõſ. 147.nu.4.vol.6.& cõſ.73.vol.4.& alijs ſicut falſi procuratoris exceptionẽ,ẽt quod cũ eo tanq̃ cũ procuratore litigatũ fuiſſet opponere q̃ncunq; licere,ita & pariter illegitimi procuratoris exceptionẽ opponi ſimiliter q̃ñdocũque poſſe explicat.Ang.tñ relato in §.& hoc inſuper in auth.de ſpõſal. larg.Alex.in d.cõſ.73.& Marſil.in l.ſi quis ne qũ n.102.ver.& plus ff.de qõnib. illo tñ caſu vbi cũ aliquo tanquã cũ procuratore litigatũ eiq; nihil oppoſitũ fuerit, & vbi procuratoris mãdatum

tum nunquã in actis productum fuit, quod verus non ſit procurator opponere quandocunq; licere enarrat, ſecus quando in actis productũ mandatum fuiſſet, & cum perſona mandatum, ipſum producente litigatum tali enim caſu, exceptionem amplius quod verus non eſt procurator opponi neutiquam poſſe ex præfatorum ſcribentium voto concludit, quodque non legitimi procuratoris perſona legitima per partis taciturnitatem, & habilis conſtituatur in cap. 1. gloſa inquit verbo criminalis, & ibi Gemin. de iudic. in 6. Roman. in conſ. 469. in fine Vant. in loco præcitato num. 177. verſ. quo vero Marſil. in dicta l. ſi quis ne quæſtio nume. 104. verſ. quæro vlterius, & alij quorum vbi ſupra num. 8. Carau. meminit, & quatenus oppoſitum per diuerſam partem contra mandatum extitiſſet, iudexque illegitimitatis exceptione oppoſita nõ obſtante ad vlteriora proceſsiſſet, procuratoris perſonam cenſeri ait legitimatam, & quamuis in dicto §. inſuper nunquam comparentis perſonam legitimam exiſtimari Angel. dicat, niſi oppoſitione contra comparentem facta, ac ſuper ipſius legitimatione pronunciatũ ſit, quod in prænot. conſ. 72. Alex. ſequitur, & Marſil. in dicta l ſi quis ne quæſtio nume. 102. quorum in præcitato ri u 107. num. 7. in princ. Carau. meminit, tacitam tamen hoc in caſu pronunciationem ex iudicis proceſſu ad vlteriora procedentis reſultantem iuxta tex. in capitu. ex parte il 2. de appellat. & in l. à procedente C. de dilat. ſufficere in eodem num. 7. ante fin. Carau. enarrat gloſa in hoc per ipſum paritet relata in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, ff. de iud. Alexandro in conſ. 37. nume. 9. col. 2. Romano in conſ. 225. nume. 8. & in proprijs terminis Marſilio in dicta l. ſi quis ne quæſtio nume. 90. verſic. vel facis, tacitamque pronunciationem hanc ſi ab illa infra debita tempora non appelletur in rem tranſire iudicatam Carau. in eodem num. 7. in fine quem ibi, & per totum dictum ritum plene de hoc diſcutientem, & explicantem inſpicere nõ prætereas aſſeuerat, & Oſaſcum in deciſio. Pedemont. 142. num. 39. fol. 570. ad quorum quidem clariorẽ, plenioremque cognitionem poſt plura per Menoch. in ſuo de præſumpt. tractatu præſumpt. 64. explicita per totum lib. 2. quæ ibidem col. fin. num. 14. cum ſeqq. recenſet notata facere non prætereas, ex Felyno enim in c. ſuborta nu. 8. de re iud. Alciato in reſponſo 479. nume. 3. & alijs partem ad actum citandã eſſe inquit quoad vlteriora proceditur, & ex quo tacita exceptionum reiectio reſultat, cumq; ex tacita hac ei non aliter, acſi iudex expreſſe pronuntiaſſet, appellare liceat d. c. ex parte il 2. de appellatio. illis eo caſu ex Caſtrenſe in conſ. 335. viſa appellatione interpoſita num. 4. lib. 2. hoc procedere declarat, interlocutoria quoties diffinitiuæ vim haberet ac egregie ibidem nu. 5. & 6. inter expreſſam declarationem ſeu interlocutoriam & tacitam per proceſſum ad vlteriora differentiam conſtituere Caſtrẽſem inquit, vt ſi expreſſe declaret iudex, & interloquatur exceptionẽ, reijcendo, vel petitionẽ, omnis alia exceptio, & futura petitio eiuſdem ei reſpectu illo aſsignato exemplo, excluſa cenſeatur, ſi actor articulos aliquos aut poſitiones, vel reus deducit eaſque admitti petat, aduerſarius vero neget, iudexque non eſſe eas admittẽdas interloquitur appellati pars deducẽs dẽt, ex quo admitti eas debere iterũ ei petẽdi facultas minimè detur, cũ à futura quauis illorũ capitulorũ admiſsionis petitione ſit excluſus, diuerſum eſt, qñ facta petitione admiſsionis capitulorũ ad vlteriora iudex proceſsit, atque ita tacite eſt interlocutus, quo caſu ille, qui articulos propoſuit, ſi ab eo proceſſu ad vlteriora intra debitũ tẽpus nõ appellauit excluſus quidẽ eſt ab appellationis remedio reſpectu huius primæ petitionis admiſsionis capitulorũ, attamẽ denuo poterit hic deducens petere illos articulos admitti, & quatenus iterũ ad vlteriora iudex procederet poterit pars deducens appellare, quandoquidem Caſtrenſ. ait à prima illa petitione per proceſſum ad vlteriora excluſa, à ſecunda petitione, admiſsionis illorum capitulorũ illa per ipſum aſsignata ratione excluſus nõ cenſetur, quia nõ ſic late taciti actus ſicut expreſsi interpretandi veniunt, ſed eatenus ſolum quatenus actus, ex ex quibus reſultant ſe extendũt l. 1. §. Iulianus ff. de itin. actuque priuato, & l. voluntariæ ff. de excuſat. tutor. & Bartolum hoc in auth. qui rem, in fine C. de Sacroſ. Eccleſ. notare ait, cum ergo proceſſus ad vlteriora, & ſic tacita illa interlocutia ad ſolam illam primam petionem reſpiciat, ad ſecundum non extendi Hoſtienſe, & Speculatore pręfatæ opinionis auctoribus per ipſum citatis eſſe inquit concludendum, quos in trac. de legibus Connubial. gloſa 1. nu. 50. Tiraquellum ſequi Menoch. quem inſpectum facias aſſeuerat, ac ex prædictis, quæ in ſingul. 849. Guid. Pap. ſcribit declarabis prænotata item, ante ſententiam diffinitiuam ſibi locum vendicare eſt, aduertendum, ſecus poſt diffinitiuam prolatã, iuxta in præfata deciſ. Pedemont. 142. num. 19. per Cacheran. relata, quem alios citantem inſpiſcere non prætereas.

17 Et quãuis Gigas in dicto cõſ. 85. nu. 2. magis cõem opin. ſupracit. per falſum procuratorẽ à geſta dño qñcunq; ratificari poſſe dictantẽ locũ illo ĩ caſu habere declaret, vbi qui alterius agit nomine mandatũ ſe habere nõ allegat, ſed alieno ſimpliciter agit nomine, Bartolo in præfata l. ſi mater §. hoc iure ff. de except. rei iud per ipſum relato, quem ita ibi vna cũ gloſa, & Caſtrẽſe de cõi, vt inquit teſtante, voluiſſe dicit, iſthæc nihilominus declaratio, nec procedere iudicio meo, nec ſupracitatam magis communem opinionem à falſo procuratore geſta ratificare, ante oppoſitionẽ licere clare diſponẽtẽ euertere poſ-

re poſ-

..ſo procurato-re poſſe videtur, dum enim de t.. ...man-re punctus eſt, & quæſtio allegatũ centen..... darum non autem alieno quem ſimplieiter nomine egiſſe affirmare conuenit, clarum enim eſt ſine mandato alieno nomine quid gerentem non procuratorem, ſed potius negotiorum geſtorem appellari iuxta per Marant. notata in repet. l. ſi actor num. 1. verſ. item ideo ff. de procurat. qua propter præfata communi opin. in contrarium allegata non obſtante ſupracitatã opinionem, vt magis communem, & veriorem, eſſe omnino fateor amplectẽdam, qua ſimiliter attenta Alexandri opinioni in conſ. 32. libro 1. nomine meo ſi quis actum fecit, & falſo in mei fauorem ſe mandatum habere, cum non haberet allegauerit, actum ob obreptionis vitium, iuxta text. in l. ſi quis obrepſerit ff. ad l. Cornel. de falſ. & ex Baldo in l. Iulianus quæſt. 5. ff. qui ſatiſd. cog. ratificare minime poſſe dicentis, nõ eſſe locum, nec attendendam eam eſſe magis communi opinione in contrarium exiſtente indubitata res videtur.

18 Præfata item exceptione poſt litem à falſo procuratore conteſtatam contra ipſum oppoſita probare illam opponentem, illaque ratione procuratorem falſum eſſe docere tenere, quia ex quaſi poſſeſsione officij procuratoris, in qua litis conteſtatione, cum ipſo facta poſitus extitit, probandi onus in opponentem transfertur in ſupracit. c. quoniam contra num. 53. de probat. Felyn. affirmat, & Alex. in dicta l. licet cuius in præfato conſ. 85, num. 7. Gigas meminit magis communem hanc & veriorem eſſe dicens, ſcribentium opin. quod in communem opinionem trac. opin. 92. Turzan. affirmat, ſicut à ſimili, lite coram iudice conteſtata, parte poſtea iudicem eum abnegante ipſius dicto neutiquam ſtari in c. innotuit de eo, qui furtive ordinem ſuſc. Innocent. fatetur, cuius aliorumque in dicto tract. de nullitat. in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 23. & 24. memor Vant. exiſtit, ex eo, præfata comprobantur, quia licet procurator, ad lites ſimpliciter conſtitutus, alium ante litem cõteſtatam ſubſtituere procuratorem nequeat capitulo primo de procurat. in 6. Maranta in præfata repet. l. ſi actor ff. de procurat. numero 5. circa finem communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, & Carauit. in ſupracit. ritu 107 iſtud declarans num. 1. & 2. fol. 60. attamen quoties alium ante litem conteſtatam procuratorem conſtituiſſet, neque hoc oppoſitum tunc fuiſſet iſtud amplius opponere non licere in l. quod quis numero 1. in fine C. de procurat. Iaſon. declarat, ac eum, qui poſt litem conteſtatam mandatum non interueniſſe aſſerit probare iſtud debere in conſ. 142. numero 8. & conſil. 143. num. ſimiliter 8. Natta. ſentit cuius in communium opinionum tractatu concluſ. 14 Ioſeph Ludou. meminit folio 35. à tergo ſillatione 165.

19 Quod, niſi debita nullitatis actorum factorum, & faciendorum proteſtatione præcedente geſtus actus fuerit intelligitur, & declaratur, & quãdo procuratorem, neque cum geſtorum ratihabitione eſſe admittendum opponẽs proteſtatur, vt poſt Bartolum in l inter quos §. alieno ff. de damno infecto pro practica hoc ratificationem à domino faciendam impediendi, in c. cauſam il primo vlt. col. de iudic. Felyn. commendat, & alij in deciſ. Bonon. 57. per Benintend. relati, ae domini tali caſu ratihabitionem non prodeſſe in ſuis cautelis Cæpolla inquit, caut. 15. & Alex. in dicta l. licet col. penult. C. de procurat. in praxi ſingulariter notandum hoc dicens, quorum additio vlt. ad eiuſdem Alexãdri conſilium 32. lib. memoratur, illudque circa prædicta notandum pariter venit, in principis ſcilicet auditorio per falſum procuratorem geſta propter deteſtabile obreptionis vitium tali in auditorio commiſſum rata neutiquam habere dominum poſſe tex. eſt in c. ex parte decani, ver. quia vero, & ibi Innocent. de reſcript. ſicut & geſta per falſum nunciũ quocunque in loco geſta extiterint illa ratificate indiſtinctè, nõ licere poſt text. & ibi ſcribentes in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri vel ſibi in deciſ. 205. Balbus ſectatur, & Stracca in tract. de proxener. par. 4. fol. 46. in paruis nu. 3. cũ ſeq. vbi de rõne notab.

20 Contra religioſum itẽ procuratorẽ ei agere non licere, quoties ſine ſuperioris licentia mandatũ accepiſſet opponi poſſe textus probat in Clemen. religioſus de procurat. & in c. cũ 1. & 2. vbi Innocentius, & alij de re iud. quod in religioſo, qui tria regulę ſubſtãtialia, caſtitatẽ, paupertatẽ, & obedientiã profeſſus fuit procedere Ioã. Bapt. Ferrett. in conſ. 213. nu. 5. quẽ in ſpectũ omnino facias notab. declarat, ac perẽptoriã exceptionẽ hanc dici gloſa in præfata Clemẽt. affirmat verbo ſuſcipere quo loci Cardin. q. 5. poſt dictos tex. & gloſã, neque ſolã alterius procuratoris ſubſtitutionẽ per religioſum factã valere aſſerit, neq; per litis conteſtationẽ litis dominũ religioſũ fieri poſt Imol. in d. Clemẽt. col. 3. in cõſ. 91. nu. 2. cũ ſeq. Gigas enarrat, attñ vbi ſupra Cardinalẽ plene declarãtẽ, & inter mandatũ ad iudicia & ad negotia diſtinguẽtẽ inſpicere non deſinas, & Capellã Tholoſ. in deciſ. 124. & ſeq. ibi Aufreriũ in addit. plures caſus in quibus ſine ſuperioris licentia, religioſo procuratorem agere, licet explicantẽ validumq; cenſeri proceſſum, per procuratorem quem religioſus ſubſtituit fabricatum domino ipſo ratificante, in ratificantis ſcilicet preiudiciũ, in præfata deciſ. Capellæ Tholoſ. 125. clarè deducitur, neque tutelã religioſis ſuſcipere licere datiuã ſcilicet, & ibi gloſ. fin. in fi. in c. peruenit 86. diſt. & in c. Cyprianus 21. q. 3. & Abb. in c. ex parte il 2. nu. 5. de ſepul. ad miſerabiliũ itẽ perſonarũ religioſos omnes teneri iuxta text. in in cap. 1. & cap. epiſcopus gubernationem, 88.

diſtinct præfata gloſ.fin. in fine, in dicto c. peruenit, clare aſſeuerat, & hoc de ſuperioris licentia & nõ aliter procedere, additio ibi, ex textu declarat in capit. qui vere, & c. Monachi à monaſterio 16.q.1.

21 Sicut nec ſecularem ſacerdotem priuatæ perſonæ procuratorem eſſe poſſe, niſi in cauſis miſerabilium perſonarum in negotijs proprijs, & Eccleſiæ in conſ.384.nume.3.Roman. tenet, & Viuius quem alios referentem in deciſ. 151. videas num.5.lib.1.eique procurator eſſe nequis oppoſitione facta ſacerdotem ipſum excipere, ac caſus in quibus procurator eſſe poteſt probare debere in ſupracit.conſ.idem Roman. ſentit in præfata concluſ.14.fol.36.illatione 187.à Ioſepho Ludou. relatus, etſi clericos in vrbe ex Summi Pontificis tolerantia aduocationis, & procurationis publica contra iuris regulas gerere munera in praxi Romanę Curiæ lib.3.Veſtrius teſtetur ca.4.in fine. ſimiliter, nec cogi ſeculares clericos aliquam recipere tutelam, quãuis volentes legitimam recipere tutelam poſſint, & hoc proprium clericorum priuilegium, cenſeri, ex quo licet ipſis alicui ab inteſtato ſuccedere liceat, tutelam tamen ipſos recipere non teneri in ſupracit. c peruenit gloſ. fi. inquit, poſt princ. 86.diſtin. quam inſpicias idem in tutela teſtamẽtaria quod recipere eam, volentes poſſint in præfata deciſ. 151. Viuius affirmat, ibiq; num.1.& 6.communem hanc eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

22 Nullumque pariter eſſe iudicium, quoties illud cum procuratore ageretur excommunicato, ſiue actoris procurator ſiue rei partes ſuſtineat, Abbas inquit, & Felyn. in c.poſt ceſsionẽ de probar. & in cap. ſignificauerunt de except. quod vbi tempore iniuncti mandati excommunicationis vinculo innodatus procurator exiſteret, locum ſibi vendicare intelligas, ſic Abbate ſentiente, & hanc communem eſſe ſcribentium opinionem aſſerente in c. veritatis num. 34. ante finem de dolo, & contum. ſecus ſi poſtea, quo caſu aduerſario non opponente iudicium valere in dicto tract. de nullitate num.29.& iterum in tit. de nullit. ex defect. mand. num.29.& iterũ in tit. quis poſsit dicere de nullitate num. 29. & iterum in tit. de nullit. ex defect. mand. numero 136. Creſcent. ſequitur in deciſ.223. & nouiſsimè Viuius deciſ. 99.nu.4. par. 1. præfatamque excommunicationis exceptionem niſi ſpeciale ad hoc procurator mandatum habeat nullatenus contra aliquem obijci poſſe, poſt Innocentium in c. ſuper his de accuſat. in deciſ.206. Balbus affirmat, & quibus in caſibus ab excommunicato geſta valida ſint in c. dilecti col.1. de except. Decius, declarat latè Tiraq. more ſuo, & luculenter de retract. conſang. §.1. gloſ 9. numero 276. cum ſeq. & alij quorum Grauat. ad Veſtr. meminit lib.7.cap.1.nu. 26. cum ſeq. ex Decio in conſ.200.col.vlt.verſ.ſecundo contra petentem

...entatorum reuocationem excommunicationis exceptionem opponi minime poſſe dicens, & veriorem hanc, & communem eſſe ſcribentium opinionem in tract. de attentat. Lancellot. qui alios recenſet 3.par.cap. 24. affirmat quæſt. 3. idemque Grauat. loco allegato nu.29. licet excommunicatum in iudicio ſe defendendo iuxta tex. ſtare poſſe dicat in c. intelleximus, vbi ſcribentes de iudic. per quem text. in c. cum inter de except. omnem legitimam defenſionẽ, veluti iudicem recuſare appellare excipere, ipſamque appellationem proſequi excommunicato reſeruari in dicto c. cum inter in princ. extra de except. Innocent. aſſeuerat, quem alios textus concordantes referentẽ inſpectum omnino facias, hoc tamen nullatenus in loco inſigni procedere, vbi ſupra Grauat. aſſerit, quodque excommunicatus per procuratorem tali caſu comparere in pręfato c. intelleximus num. 3. verſ. in gloſa prima Fely. affirmat, & communem hanc eſſe ait ſcribentium opinionem, & in pluribus Theſauro receptar. opin. Suarez verbo excommunicatus nu. 194. quod eſt vtique notandum, namque excommunicatum non teneri regulariter ad procuratorem conſtituendũ, iuxta gloſ in dicto c. intelleximus verſic. conueniri communiter ſcribentes ſentire Turzan. in comman. opin. tractatu affirmat cap. 126. contra Caldetinum in præfato c. intelleximus aliter ſentientem, vbi Felyn. num. 4. nec de ſententiæ nullitate opponere excommunicato licere pluribus plene de hoc diſcutientibus relatis de communi ſimiliter concludit, quem circa id diſtinguentem, & plene declarantem inſpectum ſimiliter facias, ſed nunquid excommunicato, vel ipſius fideiuſſori compenſationis exceptionem opponere laudum ad boni viri arbitrium, quod reducatur petere inofficioſi teſtamenti, querelam non numeratæ pecuniæ, & id genus ſimiles proponere permittatur, primam Capellæ Tholoſ deciſ. videas, eoque loci Aufrerium, & alios in addit.

23 Abſolutionem item ab excommunicatione niſi mandatum ad id habeat ſpeciale petere procuratori non licere poſt gloſam in c. qui ad agendum de procurat. in 6. in cap. 1. Bal. tenet, col.2. de iureiur. & Fely. in c. cum deſideres, nu. 3. de ſent excomm. quorum in deciſ. 312. num. 14 par. 2. Viuius meminit, quem eo loci, & in num. ſeq. etiam in foro conſcientiæ abſolutionem peti per procuratorem poſſe de communi teſtantem inſpectum omnino facias, immo neque correum debendi abſque ſpeciali mandato pro alio correo debendi petere abſolutionẽ poſſe, ex Innocentio in dicto c. cum deſideres, & alijs in deciſ. 56. Capella Tholoſ. concludit, eoque loci Aufrer. in addit. Decani, & Capituli procuratorem pro ſe, & omnibus Eccleſiæ clericis, niſi ſingulorum, & aliorum ſpeciale mandatum haberet, neutiquam abſolutionẽ petere

poſſe

poſſe explicat,& ſi generali procuratori excom
municationem nullam eſſe,quod pronũcietur,
petere licere, necnon canonicum non excom-
mnnicatum pro canonico abſolntionis benefi-
cium poſtulare poſſe concludit.

24 Pleniuſque de præfata compenſationis exce
ptione loquendo, etſi illam opponere excom-
municato non licere in l. amplius ff. rem ra-
tam habere Bart.in fine ſentiat,& Bal. in l.cum
Papinianus in fi.C. de ſent.& interlocut. omn.
iud.& in l.quoniam C.de adulter. attamen hoc
modo præſatam exceptionem opponere excõ-
municato licere,ego ſcilicet nõ ſoluo tibi, quia
tu non ſoluis mihi,& ſic per te ſtat, qnamuis ti-
bi ſoluam in dicta l. quoniam Angel. inquit in
l.iure ciuili ff. de condit. & demonſtr. à Socino
relatus,quod in ritu Magnæ Curię 236.num.3.
in fin & nu.4.notandum eſſe Cauenſ.inquit,ex
quo licet compenſationem excommunicatus
opponere nequeat modo qno ſupra tueri ſe, &
opponere poſſe aſſeucrat.

25 Illoque caſu non eſſe debitum excommuni-
cato ſoluendum,vbi initus durante excommn-
nicatione contractus fuerit: quo caſu, neque ſi
debitor cum iuramento promiſiſſet, ad iuramẽ
ti obſeruantiam eum teneri,niſi valde excom-
municatus indigeret,quo caſu cum ei eleemo-
ſyna licitè humanitatis cauſa dari poſsit ei de-
bitum multo fortins quod reddendum ſit, ex
textu in c.quanto de iureint.in addit. ad deciſ.
143.Capellæ Tholoſ.num.4.Aufrer.enarrat, &
in deciſ.881.Franc.Marc.nu.6.par. 2. poſt Ab-
batem in dicto c.veritatis nnm. 40. ver. hoc li-
mito verum excommunicato nullarenus eſſe
ſubueniendum,ex quo Eccleſiæ claues cõtem-
nit,niſi fame forſan periret in dicto nn.9. Frãc.
Marcus ſubdit; idem quoties poſt promiſsionẽ
excommunicatio ſuperuiret,ex textu explicãs,
in c.nequis arbitretur 22.q.2.& Aufrer.in d.nu.
4.circa fi.quib.tñ Abbas ĩ præſato nu. 40.verſ.
2.caſu neutiquã aſſentitur, & quando, vt dictũ
eſt poſt promiſsionem excõmunicatio ſuperue
nit eodem ex textu in c.nequis arbitretur, nul-
latenus promiſſorem teneri exiſtimat,præfato-
que textu Abbatis opinionem aperte fulciri cõ
ſtat:illud enim text.probat gladium iuxta pro-
miſsionem quem furioſo effecto reddere non
teneri,vnde nec poſtea excommunicato, quem
ſoluere teneri eo loci Panorm.concludit.

26 Dictamque excommunicationis exceptionẽ
non ſolum principalem, qui excommunicatus
ſit, ſed ipſius etiam procuratorem afficere,& re
pellere ex Ioãne de Lignano in tract. de Eccle-
ſiaſt. cenſ.§.25.quæſtio. 32. & ex Bonacoſſa in
communium opinionum repert.verbo excom-
municati conſtitutio communiter hoc teneri,
in deciſ.Lucenſi 71.nnm.3.& 4.illa per ipſum
aſsignata ratione Magon. aſſerit, quia ex con-
ſtituẽtis perſona procuratoris perſonam iuxta
tex.metimur in Clemẽt.pen.de procurat.quod
etiam litis domino procuratore effecto,ac lite,
per ipſum cõteſtata ob ſuperuenientem in do-
mini perſonam excommunicationem, ſibi locũ
vendicare ex quo cauſa domini eſt,& tam com-
modnm ad eum quem incommodum pertine-
re ex tex.in c.biduum,2.q.6.verſic.palam eſt in
addit.ad præfatam deciſ.Tholoſ.143. in princ.
Aufrer.exponit in procuratore limitans in rem
ſuam dato vtilem ſibi competentem actionem
intentante, quem propter domini excommu-
nicationem ſuperuenientem neutiquam repel-
li iuxta gloſ.pennlt.inquit in c. vnico de iurepa
tron.in 6.quam pulchre loqnentem inſpectam
facere non prætereas qualiterque in rem ſuam
procuratorem directas actiones edentis mini-
mè intentare cognoſcatur ſcribentes in l. qui
ſtipendia,& præſertim Iaſonem nume.3. C.de
procurat.inſpicias, anomalamque excommu-
nicationis exceptionem in iure nũcupari ex eo
quod in qualibet iudicij parte opponere eam li
ceat,ex Maranta in Speculo aduocat. 9. mẽbro
primæ part.nume. 4.in dicta deciſ. Lucenſi 71.
num.10 Magon.atteſtatur, & Papienſ. in libel-
lo rei verbo excommunicationis, vbi de ratio-
ne fol.mihi 51.poſt Iaſonem concluſionem de-
clarantem in l.elegantet,§.ſi quis poſt trãſactio
nem nu.6.ff.de cõd.indeb. & Carauitam ſuper
ritu Magnæ Cur.236.nu.6.7. & 8. quem latius
declarantem inſpectum omnino facias, & quã-
uis iuxta tex.in c.multi,2.q.1.& in c.1.corripian
tur 24.q. 3.excommunicationis exceptionẽ ad
forum Eccleſiaſticum ſpectare non dubitetur,
quod in tit.de competent.iudic. adit. in princ.
verſiculo 2. Speculat. ſeqnitur Anton. de Butr.
& alij,in c.tuam,qui filij ſint legit.& c. lator de
ordin.cogn.& Alex.in l.Titia col.pen. ff.ſoluto
matrim.attamcn,& ad iudicem laicum ſumma
riam tantum exceptionis prædictæ cognitionẽ
pertinere ad finem ſolum ſe de facto ipſo infor
mandi, necnon eſſe quem excommunicationis
vinculo adſtrictum,ipſumque propterea eſſe ab
agendo repellendum pronnnciandi ſecundum
diſpoſita in c.cum inter in fine in c. dilecti filij,
in c.exceptionem de except.cum ſimil. quorũ,
nepos à Monte Albano in exceptionum tracta
tu meminit in except.contra actorem in princ.
non autem ſuper ipſius excommunicationis va
liditate pronunciandi vltra prænotatos ex Bal-
do in l.fina. C.de Carbon.edicto in l.quoties C.
de iudic.& in præſata l.Titia Abbate in c. cum
ſit generale de foro compet.& Lapo in allegat.
56.ſuper ritus magis cõmuniter à ſcribentibus
recepta cenſeri in pręfata l.quoties Alex.quem
inſpicias aſſeuerat, & in communium opinio-
num tractatu Turzanus illius memor capit.50.
cumque nec per ſe neque per alium,vt in dicto
c.intelleximus de iudic.agere excommunicato
liceat præſcriptionem ei tanquam à lege impe-
dito ad tex.in l.1.in fi C.de annali except. nulla
tenus currere gloſa inquit Pragma.ſanct.in tit.

de pacif. poſſeſſor. verbo excepto hoſtil:tatis caſu col. 5. & 6. fol. 173. ſecus in bannito procedere dicens propter cuius culpam præſcriptionẽ currere ait, ex quo ei procuratorem conſtituere permittitur.

27 Item per excommunicatum quantumuis publicum priuati officij ratione geſta valere emptionem veluti, venditionem, procuratoris ad negotia conſtitutionẽ, quo caſu mandati actionem directam, & contrariam inter contrahentes oriri in præfato c. veritatis alijſque in locis, ibi relatis, vbi ſupra num. 3. & in fine communẽ Aufrer. eſſe ait ſcribentium opin. ex eodem Innocentio in c. cum dilectus de conſuet. & Ioannes And. in c. 1. de reſcript. in 6. in his quæ priuati officij ratione geruntur inter occultum, & publicum, excommunicatum non eſſe explicās differentiam, idem, & clarius in dicto num. 35. verſ. nec refert Abbas ſentit, vbi addentes lit. e, in addit. vlt. in fine poſt actus nõnullos enarratos excommunicatis permiſſos, quicquid excõmunicatus negotiãdo acquirit ſuum non eſſe, ſed erogari pauperibus debere, ex textu aſſerũt in c. cum ſit extra de iudæis, qui circa finem hoc bene probat & an & quãdo contrahere excommunicatus poſsit in l. ſi quis arbitratu ff. de verborum obligation. Alex. plenius diſcurrit.

28 Ac contrahere matrimonium excommunicato licere ex textu in cap. ſignificaſti de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. & eo loci Panormitano in deciſ. 735. num. 1. & 2. in fine; Franc. Marc. explanat, & in deciſ. 873. numero. 3. par. 2. præfata vlt. addit. ad Abbatem circa fi. & Couar. in Epith. de ſponſal. 2. par. cap. 6. nu. 3. in prin. fol. 74. ſed quamuis ad debitum vxori reddẽdum excommunicatus teneatur, illud tamen ab vxore ei exigere non licere iuxta gloſ. in c. quoniam 11. q. 3. in præfata deciſ. 735. nu. 2. Franc. Marc. atteſtatur, profeſsionemque per excommunicatum emiſſam tenere, ac imprimi caracterem ad tex. in c. cum illorum de ſent. excommunicat. in ſupradicta deciſ. 873. nu. 3. idẽ Franc. Marc. illa ibi circa finem adducta ratione inquit, quia animæ excommunicati talis religionis ingreſſus eſt fauorabilis; & propterea, quod permiſſa cenſeatur tenet hoc Abbas in d. c. veritatis nume. 35. & in capitu. ex publico de conuerſione coniugatorum, & in dicta ſecũda par. Couar. capitu. 6. nume. 3. poſt principium quod niſi per Principis reſcriptum excommunicationis tempore imperratum religionem excommunicatus profiteretur limitatur, vt in conſ. 12. per Calder. in tit. de regular. quem diuerſitatis rationem afferentem in præfata deciſ. 873. num. 4. refert Franc. Marc. ipſumque ſequitur, & quamuis in dicto c. cum illorum contrarium Felyn. ſentiat, ab ipſius opinione in dicto num. 3. in fine Couar. diſcedit, illãque quoad profeſsionis effectum eſſe falſam aſſeuerat, quodque aliquam religionem nullatenus ſuſcipere excommunicatum liceat niſi abſolutione prius per ipſum obtẽta poſt Abbatem in dicto c. cum illorum communem hanc in ſupracitato ritu 236. nu. 15. Carau. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quam iuxta prænotata eſſe exiſtimo diſtinguendam.

29 Teſtamentum ſimiliter condere, ac teſtari excommunicato licere, ſiue occultus, ſiue publicus, ac notorie excommunicatus ſit, ſiue excõmunicatus, & anathematizatus ſimul ſit ex Felyno in c. cum voluntate de ſentent. excomm. de cõmuni teſtante Bartolo, & Baldo in l. ſi quæ ramus ff. de teſtam. Abbate in dicto c veritatis num. 32. de dolo, & contum. & in c. paſtoralis, §. verum nu. 19. de appellat. Corneo in conſ. 180. col. pen. vol. 2. Socino in reg. 133. Bertrando de communi ſimiliter teſtante in conſil. 41. vol. 2. Gualdenſi in trac de arte teſtandi in tit. de his, qui non habent teſtamenti fact. caut. 10. Dominico, & alijs in c. decernimus de ſent. excomm. in 6. & alijs pluribus magis communem hanc eſſe ſcribentium opinionem in tracta. communium concluſ. lib 4. in tit. de teſtam. concluſ. 1. Gabriel. atteſtatur, & Craſſ. in trac. ſucceſsionũ §. teſtamentum quæſt. 24. quem in tota dicta quæſt. per totum videas alios plures recenſentem, ac in fine in excõmunicato propter hæreſim limitantẽ, cui quod teſtari non permittatur communem pariter eſſe fatetur ſcribentiũ opinionem, ac paſsiue etiam vbi ſupra Gabriel. nume. 4 hoc procedere, ac vt excõmunicato relinqui in teſtamento poſsit, ex Dominico in dicto c. decernimus col pen. procedere ampllat, & communem hanc pariter eſſe ſcribentium opinionẽ in Theſauro communium opin. Suarez fatetur verbo excommunicatio nu. 187. multiſque modis ibidem Gabriel. limitat, vt apud ipſum plene cuncta, & mature explicãtem videre licet, illudque notatum hoc loci facere nõ prætercam non à Chriſtianis excommunicationem, ſed ab antiquiorũ populorũ moribus originaliter deriuaſſe, vt à Cæſare primo Romanorũ inuictiſſimo Imperatore in libelli Gallici commentarijs lib. 7. Druidum, & caeterum Gallicorũ populorum mores & ritus ſcribente admonemus verã qua Chriſtiani vtuntur excommunicationis imaginem his verbis referẽte, ſi quis aut publicus, aut priuatus eorum decreto nõ ſtetit ſacrificijs interdicunt hæc pœna apud eos eſt grauiſsima quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum, ac ſceleratorum habentur ab ijs omnes decedũt aditum eorum ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant neque his petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur, cuius Symanc. in ſuo de Catholicis inſtitut. tractatu tit. 27. meminit num. 6. in fine, & Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ lib. 2. cap. 4 nu. 12. vbi, & liuij lib. 6. Decadiſ 4 meminit his verbis excommunitationis ſimilitudinem referentis, qui victus

etus acie exceſsiſſet eum, ne quis vrbe, tecto, mẽſa, lare reciperet diram execrationem in populares, obteſtationemque quam ſanctiſsimã potuerunt aduerſus hoſpites compoſuerunt, & libro 10. Decadiſ. 4. huius atrocitas facinoris nouam veluti flammam Regis inuidiæ adiecit, vt vulgo ipſum liberoſque eius execrarentur, quæ diræ breui ab omnibus Dijs exauditæ, vt ſæuiret ipſe in ſuum ſanguinem effecerunt, ex Aemilio Paulo in Alcibiadis vita verba hæc ſubijciens. Eumolpides ſacerdotes à populo Atheniensi coactos fuiſſe, vt Alcibiadem deuouerẽt eiuſque deuotionis quo teſtarior eſſet memoria, exemplum in pila lapidea inciſum poſitum fuiſſe in publico, Grauatium tamen hæc, & alia notabiliter referentem inſpectum facere non prætereas.

30 Illaque diſtinctione de geſtis per excommunicatum, ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus quoad temporalia Panormit. in dicto c. veritatis nume. 31. quædam, quæ ratione publici officij geruntur, illa ſi excommunicatus eſt toleratus, ita quod communi opinione pro nõ excommunicato habebatur, ex textu in vulgata l. Barbarius ff. de off. prætor. & c. veruntamen 3. q. 7. valere ait plura referens exempla quę videre apud ipſum licet ab excommunicato geſta, qui communi opinione pro abſoluto non habebatur in nume. 34. non valere ſubdens rerũ Eccleſiæ alienationem à Prælato excommunicato non tolerato per tex. ibi non valere explicãs, neque authoritatem per tutorem notorie excõmunicatum adhibitum, eo quia publicus actus eſt tutela, ac generaliter loquendo a rerum Eccleſiæ adminiſtratione excommunicatum, ac à quolibet publico officio per dictum tex. in cap. ad probandum de re iud. ſuſpenſum cenſeri affirmat, & ideo teſtimonium dicendi copiam excommunicato auferri in ſupracitat. receptar. ſentent. Theſauro communem Suarez. in verbo excommunicatio nu. 188. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem: quod ex eo cõprobari poteſt, nam publicum munus eſt teſtimonium ferre, vt gloſa prima probat in l. ſi quando C. de teſtib. quam, & alias concordant. in deciſ. Pedem. 46. num. 4. Oſaſc. quem inſpicias recenſet, quod excommunicato non licet, cui communicari in aliquo non debere neminem latet, quædam verò, quæ non publici, ſed priuati officij ratione geruntur, vt quia emit excommunicatus, vendidit depoſuit, locauit, ſeu nomine proprio aliter contraxit, & ipſa valere inquit, & paulo ante nos aſſeruimus.

31 Quo vero ad geſtorum validitatem per excõmunicatum in ſpiritualibus magis difficile hoc cenſeri, vbi ſupra num. 41. Panormit. ſentit, & in primis in his, quę facti ſunt, etiam in ſpiritualibus per excommunicatum geſta tenere, promiſſum veluti, vel electum confirmatum in corporalẽ poſſeſsionẽ ponere, quia nullum ius, ex hoc transfertur neceſsitate maximè ingruente, ex textu inquit, & ibi Innocentio in c. pro illorum de pręb. in his verò quę iuris ſunt, vt electũ confirmare ſententiam proferre, & ſimilia poſt diſtinctiones aliquas hoc concernentes per ipſum relatas, quædam eſſe inquit in quibus character imprimitur, quales ſunt collatio, confirmatio, Chriſmatio, & ſimiles, ſi hæc ab excommunicato pro abſoluto communiter habito gerũtur, ipſaque opinio communis probabilis ſit, geſta ipſa fauore iuris publici tenere regulariter, quia non perſona ſed dignitas exercere videtur textu relato in dicta l. Barbarius ff. de offic. prætor. dicto c. veruntamen 3. q. 7. & ſupracit. textu in c. ad probãdum de re iud. ex Calderino ibi, ac Innocentio, & alijs in dicto ca. nihil de elect. communem eſſe concludit ſcribẽtium opinionem ipſumque à dicto nu. 42. vſque ad fin. plenius declarantem, ac aliter diſtinguentẽ inſpectum facias, Franciſcum Marc. in dicta deciſ. 735. nume. 2. & in deciſ. 873. nu. 3. Capellam Tholoſ. & ibi Aufretium in addit. in præfata deciſ. 143. nu. 3. & Couarr. in Cõment. c. alma mater de ſentent. excommunicat. in 6. par. 1. §. ſeptimo per totum.

32 In alijs verò quæ priuati ſunt officij, ſeu iuris, vt eligere, & ſimilia illa vbi ſupra nu. 47. ſiue à publico, ſiue à tolerato excommunicato geſta extiterint, ex Innocẽtio valere Panorm. aſſerit, illamque diſtinctionem inter publicè, & occultè excommunicatam in his quæ ratione publici officij publicæque vtilitatis geruntur procedere ſolum enarrat, ſecus verò in his, quæ ratione priuati officij geſta eſſe conſtat electionẽ ab excommunicato, quantumcunque occulto, ſiue ante electionem, ſiue poſtea excommunicatio probatur nullatenus tenere ſubdens, & licet ad capitulũ iuxta tex. in c. 1. de elect. pertineat, ad canonicos, tamen vt ſingulares canonicatus ratione ſeu ſpiritualis fraternitatis iſtud, cum pertineat electionem ab occulto excõmunicato factam, quia priuati illa eſt officij non tenere, nec quemlibet canonicum publicum in eligendo officium habere concludit, & in dicta deciſ. 141. Aufret. hoc ſequitur in fin.

33 Excommunicatum item ille dũmodo cõiter toleratus vt diximus non ſit, non poſſe alteri beneficium conferre ex textu in c. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. in c. 1. in princ. ne Sede vacan. lib. 6. & ex gloſa i c. vlt. de exceſſ. prælat. ibique ſcribentibus cõem eſſe omniũ opinionem, in præfato cõmẽt. c. alma mater de ſent. excõm. in 6. dicta par. 1. §. 7. nu. 9. in princ & circa fi. in verſic. quæ ſanè deciſio, vbi bene iſtud declarat Couarr. enarrat eodemque loci nu. 1. beneficij collationẽ excommunicato factã ex textu ipſo iure nullã cenſeri, in c. poſtulaſtis de clerico excõm. Miniſtr. quem inſignem appellat, & poſt huius dicti aſsignatã rationem, ex Staphilæo in tract. de lit. & iuſt. fol. 82. communẽ hanc ſimi-

liter eſſe ait ſcribentium opin. idque etiā quod
motu proprio beneficij collatio facta ſit obtine
re ampliat,& hāc ex Cardinale in Clemēt.1.§.4.
de relig. domibus communem eſſe ait ſcriben-
rium opin.ad excommunicatū ſimiliter,qui ele
ctus ſit hoc extendens,cuius electionem nullā
remanere textu relato in c.cum inter dilectos;
in c.illa & in c.per Inquiſitionē de elec.c.cōſtitu
tis de appellat.c.vlt. de clerico excōm. miniſtr.
gloſa in c.ſi forte de elect.in 6. Archidiacono in
c.nullus 63.diſtinct.& alijs communem hanc,
pariter eſſe atteſtatur Doctorum opinionem:
neque item patrono, qui excommunicationis
vinculo ſit innodatus præſentare quod liceat,
illa ratione,quia priuati iuris eſt præſentatio,&
officij,ex Abbate poſt Innocentium in c. cōſul-
tationibus de iurepatron. in addit.ad dictam
deciſ.Tholoſ.143.circa fi. Aufrer aſſerit,ac opi-
nionem hanc,ex eodem Panormit.& alijs, in c.
a nobis eod. tit. communiter à ſcribentibus eſſe
receptam aſſeuerat,& quamuis ex Rotæ deciſio
ne 11.de iurepatron. in antiquior. epiſcopi in-
ſtitutionem ad patroni clerici tantum excom-
municati præſentationem nullam eſſe dicat,ſe-
cus eſſe dicens, ſi ad patroni laici excommuni-
cati præſentationem illa fieret Rochum hoc pa
riter in tract. de iurepatron. verbo competens
quæſt.8.num.22.ex eo quod patroni, laici præ-
ſentatio meri ſit facti,ipſaque nihil iuris habeat
aſſerere explicans,ipſe tamen Couarr. Lamber-
tini in tract.ſimiliter de iurepatron.3.par 2.lib.
quæſt 3.artic.4.ſequitur opinionem,ac inſtitu-
tionem ad patroni etiam laici excommunicati
præſentationem ab epiſcopo factam nullam nō
abſimiliter exiſtere,eodemque loci nu. 1. verſic.
ſecundo eſt,ad idem nullatenus excommunica
tum ad beneficium iuriſpatronatus à patrono,
ſiue laicus ſit ſiue clericus ſit patronus præſen-
tari poſſe ab electione ad præſentationem iuxta
gloſam argumento deducto in c.vlt.de elect.in
6.communi,vt ipſe teſtatur ſcribentium calcu-
co receptam,ex Lapo inquit in allegat.8.quem,
& Rochum in præfato tract.de iurepatron.pri-
ma par.2.lib.6.quæſt.princ.artic.1.& alios, ad
excommunicatum etiam minori excommuni-
catione ex textu hoc extendens in c. ſi clericus,
de clerico excomm. Miniſtr. idque ſiue præſen-
tatus excommunicatus à iure ſit, ſiue ab homi-
ne,vt apud ipſum videre licet.

34 Nec iſtud condide lector notatum facete tę-
deat excommunicatione ſcilicet non obſtante,
eſſe in iudicio excommunicatum admittendū,
quotieſcunque expreſſe eum, & ſpecialiter cita
tum fuiſſe conſtat,vt per Felyn.in c. exhibita
num.5.in princip.de iudic.ſicut neque illud ab
Ancharano in c.cū inter R. Priorem de except.
explicitum prætereundum eſt illum dicentem,
qui excommunicato iniuriatus eſt,quamuis,vt
in ſupracit.c.intelleximus de iudic.agere excō-
municatus nequeat, iudicem tamen æquitate
motum iniuriam inferentem punire poſſe in
pract.crimin.§.ſequens num.33. poſt principiū
fol.170.à tergo Marſil.meminit, ſicut quoties,
iniuria excommunicato rem ſibi, à iure con-
ceſſam explicare volenti irrogaretur, appella-
tionem puta proſequenti,vel abſolutionem,
quo caſu etiam excommunicatione durante,vt
iniuria illa ceſſet agere excommunicatum poſ-
ſe in dicto c.veritatis num.41. Abbas aſſerit, &
in præfata deciſ.133. Aufrer.nume.3.in fine, &
num.4.ſicut etiam abſolutione obtenta de iniu
ria excommunicato agere permitti, ſibi excom
municationis tempore illata,eo quia iniuria cō
tra ius illata extitit,licet excōmunicatione,ſibi
obſtante iniuriæ paſſæ tempore agere excom-
municatus nequiuerit communiter hoc teneri,
in præfato c.veritatis num.42.in princ. Panor-
mit. quem eo loci cum ſeqq. vſque ad finem
videas atteſtatur.

35 Et quatenus ad appellationem attinet,nun-
quid excommunicato talis actus permittatur,
Aufrer.in addit.ad deciſ.206. Capellæ Tholoſ.
hoc modo in prin.diſtinguit. Aut in appellatio
ne ſumus mere extraiudiciali, & tali caſu illa ra
tione excommunicatum repelli inquit,quia ta-
lis appellatio prouocatio quædam ad cauſam,
dicitur ca.cum ſit Romana de appellat. & quia
voluntarie ad iudicium tali caſu excommuni-
catus venit,quod ipſi ex textu non permitti,ait
in dicto c.cum inter de except. aut in appella-
tione, quæ mere extraiudicialis non eſt,qualem
illam eſſe dicit ab executore interpoſitam,alte-
ri de beneficio prouidere intendente, cumque
vexari talis atque grauari poſsit, appellare tali
caſu;& proſequi ei appellationem licere excom
municationis exceptione non obſtante iuxta
textum inquit in c.cum venerabilis eod. tit.de
except.& quia non voluntarius tali caſu, ſed ſti-
mulatus ſe defendendo ad iudicium venit de-
fenſionemque excommunicato nullatenus de-
negari, ex præfato inquit textu in c. cum inter,
ac ex plurium voto ibi per ipſum citatorum Au
frerium igitur præfata notantem,& an & quan
do de nullitate agere excommunicato liceat,ac
in integrum reſtitutionem petere diſcurientē,
videas, multaque quæ excommunicatis prohi-
bentur,per Cardin. Albanum in Lucubrat. ad
Bartolum notata reperies in l.de pupillo §. ſer-
uo ff.de oper.noui nuntiar.& in dicto c.cum in-
ter per Innocentium eiuſdemque Capellæ Tho
loſ.deciſionem 190 & Aufrerium ibi in addit.
notab.loquentem inſpicere non prætereas,Ca-
rauitam ſuper ritu 236.excommunicati pœnas
latiſsime cumulantem,& nunquid remedium,
l.diffamari C.de ingen. & manumiſſ. intentare
excommunicato liceat vltra ſcribentes dictam
legem interpretantes,Vrſillum ad Afflictum
videas in deciſ.268 aliaque huc tēdentia in di-
cto c.intelleximus,apud Felynum quem inſpe-
ctum omnino facias reperies;item nunquid ex-
com-

cõmunicationis exceptio, ne appellationis cau
ſam proſequi appellatus poſsit operetur in ſu-
pracit.deciſ. 206. Capellam Tholoſ. inſpectam
facias prefataque omnia in excõmunicato ma-
iori excommunicatione ſolum procedere ſcire
non diſpliceat, vt eſt tex. in dicto c. 1. de except.
in 6 & qualiter maior & minor excommunica-
tio differant in ſuptacit. ritu Magnæ Cur. 236.
nume. 2. in fi. & nu. 3. cum ſeq. Carauitam plene
declarantem inſpicere non prætereas.

36 Quæ quidem in procuratore ab aliquo con-
ſtituto nullatenus militare iam notauimus pro
curatorem etenim conſtituenti alia, ac facilio-
ri via ſuccurri, cum tacitè ipſum, & expreſſe re-
uocare conſtituenti liceat, mandatumque tan-
diu durare quandiu is qui mãdauit velit textus
eſt in l. ſi verò non remunerandi §. ſi mandaue-
ro ff. mandati cum ſimil. ipſumque recuſatione
ſecuta, ac ſi nunquam procurator fuiſſet exiſti-
mari in textu diſponitur c. ex inſinuatione, & c.
in noſtra de procurat. immo quamuis dominus
procuratorem iureiurando non reuocare aſſer
uiſſet reuocare ipſum adhuc licere, etſi periurij
reatum, qui iurauerat incurrat tex. eſt in c. fi. &
gloſ. ibi in verbo reuocatus de procurat. in 6. cu
ius Alex. in cõſ. 18. meminit col. vlt. lib. 2. Boer.
deciſ. 207. vbi de communi teſtatur, & alij quos
in forma libelli, reſponſio rei verbo Symoninus
additio ad Papienſ. refert in addit. incip. non es
procurator in fine Benintend. in deciſ. 49. col. 1.
& 2. Granat. ad Veſtr. in praxi Romanę Cur. lib.
cap. 13. numero 15. quos notab. loquentes inſpi
cere non prætermittas, necnon Caballinum
in Milleloq. 247. numero primo parte prima,
alios referentem.

37 Quod vtrique eo caſu procedere, ac locum ha
bere ſcire conuenit, vbi ſimplex iuramẽtum eſ-
ſet, ſecus quando aduerſario procuratorem nõ
reuocare iuramento mediante dominus pro-
promiſiſſet, vel quia in rem ſuam procuratorẽ
conſtituiſſet, vt per Decium hoc qualiter proce
dat in conſ. 521. num. 9. & 16. notab. declaran-
tem à Caballino in præfato Milleloq. 247. rela-
tum num. 2. idem tertij reſpectu cum quo tale
pactum de non reuocando procuratorem fa-
ctum extitit, ex textu circa id notab. in l. aliud,
ff de ſolut. qui videatur Caball. eodem loci pro
cedere declarans, tali enim ex iuramento licito,
& honeſto, ne aduerſarius illudatur obligatio-
nem oriri, nec reuocare procuratorem licere in
l ſi non ſortem §. ſi centum nu. 7. circa fin. ff. de
condit. indebit. notab. Iaſ. explicat, ex Bal. ſub-
dens in rub. extra de pact. quod notario ta-
le iuramentum eorum nomine quorum inte-
reſt recipiente nullatenus illud reuocare liceat,
nec dictam gloſam in verbo reuocatus locum
habere, quod iterum, niſi aliqua iuſta ex cauſa,
procurator reuocetur in proxime relata deciſ.
num. 3. verſ. tamen aduertendum eſt Boer. de-
clarat, ſicut in extraiudicialibus quoties aduer-
ſarij intereſt neutiquam reuocare procuratorẽ
licere ex Butrio in c. fi. de procurat. in dicta de-
ciſ. 49. num. 7. Benintend. aſſirmat, quem eo lo-
ci per totum plene de hoc articulo loquentem
inſpicere nõ omittas, & in dicta deciſ. 207. Boe-
rium de procuratore loquentes ad reſignandũ
cũ iuramento conſtituto vtrum illum iuramen
to non obſtante reuocare liceat, vtque quando
reuocare mandatum liceat plenius inſtruaris,
nunquid illud morte finiatur, & vbi morte non
finiretur an ipſum hæredi reuocare liceat, quã-
do mandante ſiue ipſius hærede defuncto man
datũ deficiat, quodque iurata procuratoris cõ-
ſtitutio nullatenus in tertij captionẽ reuocari
queat in tracta. formulæ Camer. quinta partic.
quæſt. 1. cum alijs ſequent & partic 6. quęſt. 1. à
folio 133. vſque ad fol. 155. in paruulis Gal-
leſium inſpicias.

38 Tacite item reuocari procuratorem dũ poſt
primum à ſe conſtitutum alium quis procura-
torem conſtituit, talique caſu reuocatum pri-
mum cenſeri in l. ſi quis cum procuratorio, §.
fin. ff. de procurat. tex. probat: quod niſi procu-
rator quis ſpecialis exiſteret limitatur, quẽ per
generalis procuratoris dationem neutiquã re-
uocari in deciſ. 22. de procurat. in nouis DD.
de Rota tenent, & Puteus in deciſ. 167. libro 3.
quod etiam ſi ſecundus procurator ſuſcipere
mandatum nolit, ſibi locum vendicare in ca. ſi
duo gloſa notab. inquit in verbo ſimul de pro-
curator in 6. vbi de ratione; quod quidem intel
ligitur, niſi ſolitam alium faciẽs procuratorem
proteſtationem exprimeret, quod primum re-
uocare non intendit c. ſi quem eodem tit. de
procurat. in 6 ac illo caſu primum per ſecundi
procuratoris creationem reuocatum cenſeri,
intelligas quoties eadem in cauſa, & contra eã-
dem perſonam, ſecus ſi in diuerſis, vel contra
diuerſos actus fieret, ſecundum gloſam notab.
in l. cum ſemel ff de tutel. in præfata deciſ. 346.
num. 4 à Boerio relatam. ſicut non abſimiliter,
e contra, vbi acta procurator poſt reuocationẽ,
ſciente domino, & patiente facit iterum ipſum
conſtitutum à domino cenſeri argumento per
Innocentium notatorum conſtat in c. ex parte
Decani de reſcript. & alijs in locis in l. à iudice
num. 10. C. de iudic. per Iaſ. relatis, vbi cauſam
ſuam domino à falſo procuratore agi ſciente, &
patiente, ac ſi expreſſe, & vere mandaſſet iuxta
gloſ. magnam, & eo loci Doctores in l. qui mu-
tuam §. non ideo in fine ff. mandati acta valere,
exponit Alex. in conſ. 128. circa fin. hoc ſtatur
verſ. quoad aliud vol. 6. & in repet. l. ſæpe col. 1.
cum decẽ ſeqq. ff. de re iudi. ad quem latiſsimè
iſtud explicantem in c. ex parte il 3. de reſcript.
num. 5. & ſeq. Felyn. miris laudibus tantum ex-
tollens virum ſe remittit, quẽ inſpicias, Balbus
qui in deciſ. 266. certo modo diſtinguit, & Ti-
raq. quem plene diſcutientẽ in tract. de retract.
Lignag. inſpicias, §. 9. gloſ. vlt. nu. 11. 12. & ſeqq.
& ſupra-

& ſupra hoc capi.notata nume.13.in fin.& alij, quorum in præfata deciſ.347.in fine Boer. meminit illud ex hoc deducens, quod ſi epiſcopi Vicarius poſt ſibi notificatam Vicariatus reuocationem beneficia pariente,& ſciente epiſcopo conferat renouata illi poteſtas cenſeatur, ſicut à ſimili quoties procuratorem ſuum agere contra tertium in mandato non comprehenſum dominus ſcit, & patitur, nouum ipſi mandatum, quod tribuere cenſeatur in l.ſi procurator fallent.7.C. de procurat.Iaſ.Roman in cõſil.170. colum.1.& alij, quorum in conſil.385. num.7.Ioann.Bapt Ferret.memor exiſtit, ac in dubio mandatum nullatenus, neque voluntatem mutatam præſumi, ibique etiam in mãdato ad delinquendum procedere, quod durare ſimiliter præſumi, ex tex.in l.ſancimus, & Iaſone eo loci num.4.C.de teſtam. in tract. de præſumpt. Menoch.inquit lib.2.quæſt.36.numero ſecundo,& in deciſ.107.Teſſaur.num.4.fol.128. à tergo eodem loci per totum; procuratorem, ad omnes cauſas generaliter conſtitutum à primo mandato per ſpeciale mandatum ad vnam cauſam in ipſiusmet perſonam factum ex regula illa generali generi per ſpeciem derogari dictante,& ex textu dictæ l. ſi quis cum procuratorio §.fin.excluſum cenſeri dicens, etſi in alia appellationis inſtantia mandato ei generali vti licere explicet, ſicut ei in alia cauſa quod comparere liceat inferius in eadem deciſ. notatum inuenies, ac ex his in conſ.83.colum.4. nec obſtat per Gigantem notata, intelliges, ex Baldo, & Angelo in dicta l. ſi quis cum procuratorio. §.fi. per ſpecialis procuratoris conſtitutionem à primo generali mandato non recedi explicantem, quem alios referentem inſpicere non prætereas,& propterea nõ abſimiliter generali ſyndico ad omnes debitores exigendum à republ. conſtituto quoties alter pro certis debitis exigendis ipſemet à republ. conſtitueretur, ſi ſpeciales illi debitores ob ſecundi ſyndici negligẽtiam non ſoluendo effecti fuerint reipublicæ, etiam ſyndicum primo loco conſtitutum teneri, etſi ſpecialem ſyndicum eſſe primo loco cõueniendum, ipſoque ſoluendo non exiſtente teneri primum nullatenus ex alterius ſyndici creatione reuocatum, ex textu in l.quoniã Aurelio C.de conuenien.fiſci debitor.lib.10.in ſingul.324.Roman.atteſtatur, Duobuſque in vna eademque perſona diuerſis mandatis apparentibus primum per ſecundum quod reuocatum cenſeatur, illudque ſine effectu remanere, ac vltimum valere veram eſſe, & magis communem in vtroque iure ſcribentium opinionem in deciſ.15.nu.4.circa finem lib.1.nouiſsimè Viuius affirmat, hoc etiam quod ſecundi mandati notitiam procurator non haberet eodem loci ampliãs nu 5.quẽ,& in præfato cõſ. 83. col.3.verſ. ſed pro potiori, & verſ.ſeq.Gigantẽ inſpectũ facias,& in pſata deciſ.107.Teſſaur.alios referẽtẽ.

39 Dominoque poſt procuratorem conſtitutũ cauſam agente reuocare quod ipſum cẽſeatur, niſi eum, quod reuocare non intendit, ac citra illius reuocationem quãdo actum ipſe facit, vt pragmatici paſsim faciunt proteſtetur, vel niſi de implicita ſaltem poteſtate ex coniecturis alias appareat, veluti ſi procuratore abſente, iuxta tex.in ſupracit.cap.ſi quem dominus cõpareret, vel ad actum faciendum procedat, qui melius per dominum, & efficacius quam per procuratorem expeditur, vt in dicto c. ex parte il 3.num.27.verſ.& nota,& num.ſeq.Felyn.quẽ videas enarrat, ſicut neque reuocatum procuratorem cenſeri quando bis dominus ſine proteſtatione compareret in deciſ.454 Bellam.inquir,& alij quorum in conſ.39.num.1.2.3. Gigas meminit, vtque cæteros ſcias caſus, quando reuocatus procurator præſumatur in ſupracit. pręſumpt.36.lib.2.Menochium videas,& an,& quando mandatum tam quoad actus iudiciales quam quoad actus extraiudiciales pręſumatur in eodem lib.2.præſumpt.33. eundem Menochium inſpicias,& an ille, qui crediti inſtrumenta exhibet procurator præſumatur late, & diligenter in præſumpt.34.

40 Quæque de tacita procuratoris reuocatione ex domini comparitione reſultante dicta ſunt, antequam lis per procuratorem conteſtata fuerit procedere ſciendum eſt, lite verò cõteſtata, nec expreſſe aduerſario contradicente, nec tacite, quantumuis procurator conſentiat reuocare ipſum ſine cauſa licere text.eſt in ſupracit.c.2.de procurat.in 6.Capella Tholoſ.ſequitur in deciſ.277. vbi Aufret. in addit. Maranta in ſupracit.reper.l.ſi actor num.5.in fine ff. de procur.poſt Felynum in dicto c.ex parte il 3. num.27.& Benintend.in deciſ.Bonon.80. num.3.& 5.etſi aduerſario non contradicente, & procuratore volente reuocationem fieri poſſe in eod. c 2.in verbo ipſo volente gloſa conſentiat in princ.eoque ipſo aduerſarium velle, quod non cõtradicit in deciſ.Rotæ 2.in fine de procurat. in nouis aperte concluditur, hiſque in terminis in conſ 226.num.3.& 4.Ioannem Bapt.Ferretum loqui demonſtratur ſubſtitutum litis dominum per principalis comparitionem reuocati neutiquam aſſerentem, niſi ſciente ſubſtituto principalis comparitionem,& tacente, ſecus ſi ignoret ſubſtitutus, vel abſens ſit in dubio ignorantiam ſecundum communem regulam præſumi concludens, reuocationemque hoc caſu, cum cauſæ cognitione fieri debere in l.mutari, ff.de procurat.quem ſemper inſpectum in hoc caſu facias plene explicat, & eleganter, ibique per totum notab.declarat, non tamen in reuocatione hac ſolemnitatem requiri iudiciorum ex gloſa quam ſemper eſſe aſſerit notandam, in l.in cauſæ §.hęc autem cognitio verbo prætoris ff.de procurat.in ſingul.371.Roman. aſſeuerat illamque poſt litis conteſtationem legitimam,

procura-

procuratorem reuocandi eſſe cauſam notatum facias, quoties cum parte aduerſa affinitatem, procurator contraxiſſet l. aut affinitate, & ibi Bart. ff. de procurat. idem ſi domino inimicus ſit procurator effectus, etiam quod procurator ipſe contradicat, ſi aduerſarij hæreditas ad procuratorem, vt illius hæredem peruenerit, religionem ingreſſus ſit, in lõgum peregrinari, vinculis eum, aut ægritudine detineri contingat, ſeu alia rationabilis cauſa ſubſit, vt in dicta l. aut affinitate cum pluribus ſequentibus, & præcedentibus, & ibi Bar. & Franch. in cap. poſtremo nume. 8. circa medium de appell. in 6. propter iuuentutem ſiniiter reuocari procuratorem à domino poſſe, neque hoc domino quod talem ab initio conſtituerit imputari in l. poſt litem in fine eodem titu. ff. de procurat. notab. Bar. aſſeuerat, procuratoremque eo ipſo, quod operas in inuitum ingerit ſuſpectum remanere poſt textum in l. quæ omnia ff. de procurat. in deciſ. 179. num. 7. parte prima D. Vincent. de Franch. aſſeuerat, attamen, quia de facili ſuſpicio hæc inſurgit, ipſam de facili remoueri in cõſil. 575. numero 4. & 5. Decius qui videatur, notat, & in tract. de epiſc. Bertacch par 4. num. 29. quo loci, ex Baldo in l. 3. num. quarto C. de procurat. in xra tex. in dicto capit. 2. de procurat. in 6. & in dicta l. poſt litem, ex iudicis officio remouere procuratorem etiam quod pars taceat licere aſſerit, quod Bal. eo loci, vbi propriam contumaciam ſuſpectus procurator ſit procedere declarat, alias ſecus, idque nõ ad iudicis, ſed ad domini officium, ſi aliam ob cauſam ſuſpectus procurator exiſteret pertinere dicens, imò procuratore mores in deterius mutante ſtatim mãdatum quod reuocatum cenſeatur in l. mandatum, idem Bald. tenet quæſt. 1. num. 24. C. eod. tit. de procurat. vbi ſolam cauſam ad mandatũ reuocandum aptam ſuperuenientem iuxta textum pro reuocatione haberi affirmat in l. ſi cũ Cornelius ff. de ſolut. idem aſſerens, ſi ſtatum mnadato in compatibilem procurator mutaſſet, vel iuxta text. in l. eius qui in prouincia, ff. ſi certum petat. ſtatum in quo minus quam prius dominus poſſet procurator mutaſſet eundemque in num. 25. ſex cauſas propter quas mandatum finitur, notab. loquentẽ notantẽ videas, cumque plura ex hac procuratoris reuocatione oriantur eo ipſo ſuccedẽte, quod deterioris procurator conditionis effectus extitit, ſecundum receptam ſcribentium opinionẽ à Stracca in tract. de Mercat. in tit. de decoctor. nume. 50. in princ. relatam, quem ad plures huius reuocationis effectus intelligendos in dicto numero 50. in princ. relatam, quem ad plures huius reuocationis effectus intelligendos in dicto num. 50 cum ſeq. fol. 186. inſpectum omnino facias, & D. Vincẽtium de Francbis in deciſ. 457. num. 11 pat. 3. quodque procurator negligens, prodigus, aut ſtupidus effectus reuocatus cenſeatur poſt tex. in l. cum quis eodem tit. ff. de ſolut. in tract. de verborum ſignific. lib. 9. cap. 37. num. 3. fol. 256. à re go Gallin. affirmat, abſentiſque procuratorem pupilli ſeu ſimilis perſonæ, qui ſuſpectus ſit, à iudice remoueri poſſe Bal. tenet, qui nihil intactum reliquit in l. mancipia num. 5. in fine C. de ſeruis fugit. idque textu in l. eum qui C. de procurat. relato mirũ in tract. de ſyndic. num. 179. Catald. eſſe dicit, cuius dictum Petrus Garſia nouiſsime mirabile in extrauagantium deciſionum tractatu appellat dicto 366. fol. 59.

41 Illudque notatum pariter facere non prætereas, quod quamuis morte mandantis ante litẽ conteſtatam procuratoris mandatum, & poteſtas ſecundum Bart. in l. & quia ff. de iuriſd. omnium iud. expiret, hoc tamen, vbi dominus procuratore præſente mandatumque ſuſcipiente, ſatiſdediſſet, nullatenus procedere tex. eſt in l. ſi defunctus, & ibi notata, & in filiusfamil. §. fina. ff. de procurat. iſtudque procuratore abſente locum ſibi ſimiliter vẽdicare poſt mandatum ab ipſo ſuſceptum tex. eſt, & ibi gloſ. in Clement. 1. eod. tit. Capella Tholoſ. in deciſio. 35 & 265. vbi Aufrer. in addit. præfatam l. ſi defunctus, ex quo hodie in omni inſtrumento ſecundum formam §. ſi autem inſtitut. de ſatiſd. domini ſatiſdatio continetur eſſe ſubdit notab. notandã, & Gabriel. in lib. 2. communium opin. in tit. de procurat. concl. 2. nu. 11. & 12. quem, alios referentem inſpicere non prætereas, prædicta tamen in Eccleſiæ prælato, ſeu Rectore limitans quorum mandatum, quoad cœpta etiã ex textu in clement. fin. eodem tit. de procurat. expirate Aufrer. inquit, quod etiam in morte ciuili, renunciatione pura, depoſitione, & translatione procedere ſubdit quem inſpectũ facias, illãque inter mandatũ procuratoris ad lites, & mãdatũ iuriſdictionis differentiã nota, quod quãuis, vt res integra eſſe deſinat, ne tacita per mãdantis mortem procuratoris ad litem reuocatio ſuccedat litis cõteſtatio requiratur, in mãdato tamen iuriſdictionis per ſolam citationẽ, integra quod res eſſe deſinat, poſt textum in c. gratum de off. deleg. communem hãc. Eucrald. in locis legal. in loco à mandato procuratoris ad lites ad mandatũ iuriſdictionis circa fin. fol. 97. in paruis eſſe teſtatur ſcribentiũ opin. illudque etiam quod executa non ſit citatio procedere in Capella Tholoſ. diſponitur quæſt. 341. quo loci Aufrer. in addit. ex Hoſtienſe in c. licet de off. deleg. delegati iuriſdictionem qualitercunque ante delegantis mortem iuriſdictione, vti inceperit, veluti ſi notarium eligat, ſeu Nũtium, aut alteri ſubdelegat perpetuari explicat quem, & in l. more num. 58. ff. de iuriſd. omniũ iud. inſpectũ Iaſonem facias, actore item cũ iudicis decreto per tutorẽ cõſtituto, lite per actorem ipſum conteſtata etiam quod finiatur tutela actoris dationem nõ finiri in eadem Capella

Tholoſ.

Tholoſ.quæſt.43.ex texto habetor in l.irem eòrum §.pen.ff quod cuiuſque vniuerſ.nom.l.procurator,& l. nulla C. de procurat. ac illud gloſæ in l.neque eodem tit. actoris officium tutoris officio expleto fioiri dicentis quoad noua negotia,quæ inchoare actori non licere eſſe ait intelligendum; Secus vero,quoad incępta,quæ bene perficere eum poſſe,ex textu,ait in l.ita tamen §.fin.ff.de adminiſtr.tutor.l.tutor,ff.de appellat.& l.nã & ſeruus §.ſi vno, & gloſa ibi, Bartolo,& Angelo ff. de neſt.geſt.idem io conſulũ, ſeu ſyndicorum poteſtate quam etiam functo officio quoad cauſas cœptas durare in deciſio. 325. parte ſecunda Franciſcus Marcus, qui videatur aſſeuerat.

42 Vtque procuratoris, & actoris differentiam notam habeas,illum propriè eſſe ſcias procuratorem,qui iureconſulto teſte io l. 1. in princ. ff. de procurat.aliena negotia mandato domini, adminiſtrat, cumque vt procurator quis cõſtituatur à domino litis eſſe eum conſtituendum ex præſato texta clare pateat,tutores ex hoc ſequitur,& curatores ante litem cõteſtatam,quia veri domini non ſunt procuratorem conſtituere nentiquam poſſe, ſed cum decreto,& iudicis authoritate actorem tantum textus eſt in præfata l.neque tutores ibique Bar. Bal. cæterique ſcribentes communiter, ipſoque actore aliter conſtituto conſtitutionem ipſius non valere, & proceſſum vitiari,ex gloſa,eodemque Bartolo in præfata l.neque tutores gloſa in l. ſi actor C. de appellat.& poſt tex.in §.fi.inſtitut.de curat, ex Affl. in deciſ.262.in ſupracit.repet.l.ſi actor ff. de procurat.num.3.circa fio. Maranta explicat hoc eodem loci num. 4. ex Paulo Caſtrenſe in conſ.16.col.1.aduertens vol.1.quod tutore, ſeu curatore procuratorem in caſu permiſſo cõſtituente non pupilli eum, vel adulti procuratorem,ſed ipſius tutoris,ſeu curatoris appellari, quodque in iudicio tanquam tutoris procurator oon autem pupilli cõparere debeat, alias quod nulliter ageret,& procederet,quẽ videas, de iure tamen canonico non eſſe hanc differentiam attendendam,ac tali iure attento tam ante quam poſt litem conteſtatam procuratorem tutori conſtituere quod liceat, ex Alberico in dicta l.neque tutores,ac ex Innocentio, & Abbate in cap.petitio io 3.notab.in fine de procurat. Puteus inquit in deciſ.133.num.7.lib.2.ſed tutori oon licere,vel curatori,ad iudicis decretum in alienatione rei minoris interponẽdum procuratorem conſtituere,caſus de hoc eſt ſingularis io l.minorum iuxta ſecundum gloſæ lecturam communiter approbatam,vt in ſingul. 427.per Romaoum & alios ibi per Pignolat. in addir. relatos.

43 Cumque ad omnes, & ſingulas cauſas procuratoris ad inſtar conſtituere actorem liceat, ipſo ſic conſtituto ounquid pro futuris cauſis conſtitutus cenſeatur,quæſtionis eſt inter ſcribentes, nihilominus iuxta text.in l.fina. C.quæ res pign. oblig. poſſ. actorem etiam ad futuras cauſas modo quo ſupra conſtitutum cenſeri cõtra Bar.aliter,& contrarium ſentientem in l.dãni.§.ſi is qui vicinas num.2.ff.de damn.inf.& in l.illud,§.ſed ſi ita ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nom. de vniuerſitatis actore loquentem Senatũ Pedem.decreuiſſe in deciſ.59.Theſaur.atteſtatur & Alex.in addit.ad Bar.in dicto §.ſi is qui vicinas,& alijs in ead.deciſ.per ipſum relatis communem contra Bartolum eſſe dicens ſcribentiũ opinionem, idemq in procuratore iudicatum fuiſſe explicans quem videas.

44 Ioterim tamen nota ſuſpectum cenſeri procuratorem donec, ipſo vel aduerſario contradicente remotionis ſuſpicioniſque cauſa ventilatur in ſupracit.l.quæ omnia verbo ſuſpectus, & verbo ipſo nolente gloſa declarat, cum procuratore poſt reuocationem quouſque de recuſationis cauſa cognitum fuerit,quantumcuoque contradicat procurator non procedi clare explicans eique ſine nota dum remouetur ſufficere debere in fine ſubdens, quod praxim obſeruare quotidie videmus, paſsim enim in poſteriori mandato in qoo oouus conſtituitur procurator clauſulam aliorũ procuratorum reuocatoriam his cum verbis citra tamen infamiæ notam paſsim notarios apponere clarum eſt, gloſamque his ſimilem,ac melius declarantem ac vt ſupra iterum citatam in dicto ca. 2. verbo ſuſpectum de procurat.in 6. inſpectam omnino ſacias,ac gloſam in præſata l. quæ omnia, quatuor caſus in quibus poſt ſuſpicionem contra procuratorem allegatam adminiſtrare illi qood liceat enumerantem inſpicias.

45 Sed quamuis Bar.poſt gloſam in dicta l.item ſi ſuſpectus probari ſuſpicionis cauſam in hoc caſu debere dicat, ne fruſtratoria illorum ſpecificatio à lege facta remaneat,& ne ſic de facili ſuſpectum ſe habere procuratorem domino aſſerenti concedatur, ac iudici procuratorem æquiparari, in cuius recuſatione iure maximè canonico attento,& allegari cauſam,& probari debere ait hoc tamen non obſtante, quia de magno in hac procuratoris recuſatione nõ agi preiudicio io dicto conſ.264 Anchar.inquit,& poſt ipſum Alex.io ſupracit.conſ.104.num.2.& 3.& Rol.à Vall.io conſ 31.num.24 cum ſeq.lib. 3.nullam,vt ſupra dictum eſt,in notarij conſultoris,& procuratoris recuſatione inter ius canonicum,& ciuile eſſe differẽtiam dicentes, ab ipſorum opinione ſolo calumniæ iuramento præfatos recuſare licere aſſerẽtium, vbique io praxi recepta,& approbata ad ea quæ in l.illud vſitatiſsimũ,ff.de excuſat.tutor.Bald.notat,& alij quorum Caball.meminit, qui videatur in Milleloq.140.par.1.& Rota Auenion.in deciſio.11. num.5.poſt principium reddere non debemus eoque magis,quia procuratorem inſtructum, ſine cauſa excludere, quem velle, & alium, qui

ſuotum

ſuorum iurium neſcius ſit vocare, cuique mercedem etiam præſtare oportet, nullatenus eſt præſumendum neve iſtud miſſum fiat inſtructus de cauſa, quod procurator præſumatur in ſupracitato libro ſecundo, præſumption. trigeſima ſeptima, Menochius quem pulchrè declarantem videas enarrat vltra quod etiam quod ſola pars aduerſa alterius partis procuratoris reuocationem, aut impedire, aut excludere affectet grauiori ſuſpicionem ſupra adnotauimus & ideo ſolo, vt dictum eſt calumniæ iuramento procuratorem in iudicio excludere principali, & reuocare licere, cauſamque per ſe agere, vel quatenus primo procuratore in iudicio, vel extra reuocato, alium citra vt paulo ante notauimus infamiæ notam conſtituiſſet, validam reuocationem ipſam exiſtere, & vbi procurator, vel aduerſarius contradiceret, oretenus iuſdicenti ſuſpicionis cauſam exprimere ſeque iudicem cum de modico, vt ſæpius diximus præiudicio agatur oretenus de ipſa certiorare ſatis eſſe rem eſſe exiſtimo indubitatam, & ex notatis per Romanum conſtat in ſingul. trecenteſima ſeptuageſima prima, cuius iterum hoc capitulo in numero quadrageſimo, ante medium meminimus; his Decij opinio in capitulo poſtremo columna ſecunda de appellationibus ſuffragatur, arbitrum, notarium, procuratorem, & Conſultorem leuioribus ex cauſia reuocati poſſe aſſerentis, cuius in præfato conſilio trigeſimoprimo in fine, Roland. à Vall. meminit, attamen quoties parte aduerſa ignorante, & alibi procurator quam in iudicio reuocaretur vtrum ad iudicem reuocationis notitia, vel ad procuratorem, vel aduerſarium, aut ad vtroſque peruenire debeat in ſupracitato capitulo ſecundo numero tertio de procurat. in 6. Francbum videas ſupra relatam Rotæ deciſionem ſecundam de procurat. in nouis, & ibi additionem ſatis notab. Papienſem in forma reſponſionis libelli in actione hypothec. verbo mandatum numero tertio, vbi latè Crauettam in conſilio ſeptuageſimoſexto notabil. declarantem quem inſpectum omnino facias, & Balbum in deciſione ducenteſima ſexta poſt principium pulchrè diſtinguentem, illudque notatu dignum neutiquam miſſum faciam, quod quamuis procuratorem pro ſe agentem, quis reuocauerit, & quamuis nulla, cum eo geſta remaneant, reuocatione ipſa ad iudicis ſeu partis notitiam deducta, attamen reuocatione ad ipſorum notitiam poſt concluſionem in cauſa factam peruenta validum tali caſu eſſe proceſſum, & ſententiam cum procuratore reuocato latam poſt textum in hoc notabilem in capitulo auditis de procurat. in ſingul. 116. in conſ. trecenteſimoſexageſimoſeptimo in 4. dubio & conſil trecenteſimoquadrageſimoſexto num. 8. Roman. affirmat, & alij, quorum in addit. ad dictum Romani ſingul. Pignolat. qui videatur meminit.

46 Et de Vicarij, ac præſidis reuocatione, necnon de procuratoris ad matrimonium pro aliquo contrahendum ſpecialiter deputati poſt textum in capitulo finali de procuratoribus in ſexto in dicta deciſione trecenteſima quadrageſima ſeptima, Boerium per totum videas, item quamuis per ſucceſſoris aduentum reuocatus primus præſes cenſeatur, vt in leg prima, ff. de offic. præfecti Auguſti, & l. meminiſſe in principio ff. de offic proconſul. attamen valere quod per primum agitur reuocationem ignorantem rex. eſt caſum continens ſingularem in l. ſi forte, ff. de off. præſid quem in tract. de nullit in tit. de nullit. ex defectus iuriſdictionis numero centeſimodecimotertio, alioſque concordantes, Vant. allegat textum ſcilicet in l. vnica, §. adminiſtrationem. C. vt omnes iud. tam ciuiles quam criminales, & in l. venditor §. finali, & ibi gloſam. ff. de iudic. Guidonem Pap. quæſtio. 501. & alios. idem Roman. tenet in ſingul. 58. nume. ſexto, vbi Ioann. Bapt. Caſtell. in addit. per Legatum à Papa in publico Conciſtorio reuocatum ante reuocationis notitiam geſta tenere ait, ipſamque reuocationem incognitam in dubio præſumi ſubdit, delictumque patrari mandantem mandato per ipſum reuocato mandati reuocationem illi aduerſus quem mandauit, vt à tali ſibi caueat intimare debere alias eum teneri in l. mandatum ad fin. Bal. tenet, C. mandati, cuius in tract. cautelarum caut. vlt. Bartholom. Veron. meminit, & ibi addito, ex eodem Baldo in l. non ideo minus C. de accuſatio. & ex Alexandro in l. non ſolum, §. quamquam de iniur. ratione ſcandali euitandi nominare mandantem à quo quis eſſet offendendus non teneri inquit, ſed tantum quod ſibi caueat admonere eundemque in caut. 39. inſpectum facias, & eo loci additionem, ac additionem pariter ad Fely. in dicto c. ex parte il 3. num. 8. de reſcript. ex Baldo limitantem in l ſi literas in fin. C. mandati, & in l. 1. columna 3. C de ſeruis fugit. & ex Bartolo in l. qui aliena, §. ſi is qui ff. de acquirer. hæredit. quoties mandatarius mandatum recuſaſſet de delicto ſecuto, mandantem nó teneri, neque ad reuocationem per conſequens notificandam imò, & ſacerdos, qui illud quod in confeſsione ſciuit, niſi de confitentis voluntate reuelare non tenetur. c. ſignificaſti, & ibi Abb. numero 5. & alij extra de adult. & in c. nemo &c. Mattheus de Simon. vbi Fely, communem hanc eſſe teſtatur ſcribentium opinionem & in capit. teſtimonium de teſtibus. Ripa in tracta. de peſte in titu. de remed. ad curand. peſt. nume. 108. Cotta in Memoral. verbo iuramentum probat, verſic. & poteſt confirmari, & Lap. allega. 94. ſub numero ſecundo verſic. primo, quia ſacerdos, vbi aſſignat rationem, quod in omni crimine

procedere etiam in crimine læſæ maieſtatis in l. vtrum numero quinto Hyppol. firmat ff. ad leg. Pompe. de Parricid. & vbi quod in confeſſione ſciuit in iudicio ſacerdos propalaret nullam ei eſſe fidem adhibendam Bald. inquit, & Caſtrenſ. in l. Archigerontas C. de epiſcop. aud. Felyn. in capitulo primo numero tertio de except. & vbi ſupra Rypa . finali numero 104. à Brunoro à Sole præfatorum meniore in ſuo propoſitionum iuris compendio lit. ſ. in principio re atus verbo ſacerdos, immo neque à Papa compelli ad ea reuelandum ſacerdotem poſſe, quæ in confeſſione habuit in quæſtion. famil. duodecima numero ſecundo, & tertio Berous affirmat, cuius ſupra capitulo ſecundo numero vndecimo meminimus in principio, quem inſpectum omnino facias, & Thomam Triuiſanum alios recenſentem in deciſione tertia per totum libro primo, attamen de delicto quoties ageretur committendo, vt illi obuiet, in genere delictum ad reuelandum ſacerdotem teneri confitentis perſonam non aliter nominando, ex Innocentio Brunor. vbi ſupra inquit, Abbate, & alijs in capitulo omnis vtriuſque ſexus de pœnitent. & remiſſ. ex Barbatia in capitulo cum oporteat columna ſeptima, de accuſat. & ex Hypolito in l. ſi quis ne quæſtio numero 147. ff. de quæſtio quem poſt Lapum, & alios quos refert, ſacerdoti credi ait fide digno morientem licentiam ſibi confeſsionem reuelandi dediſſe dicenti, & poſt Beroum in dicta quæſt. duodecima idem aſſerentem, quem in noſtro. caſu loquentem videas, hanc ex Gigante in tract. de crimine læſę maieſtatis ſub rubr. qui accuſ. poſſ. quæſt. 18. numero 28. communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem; ſi aliquis laico ſubdens ſub ſecreto confeſsionis, & ſub iuramento dictum fuiſſe dicatur, ac in teſtem producatur quod reuelare teneatur, non enim laico ſecretæ confeſsionis ſigillum, ſed ſacerdotibus ſolum eſſe iniunctum ex Abbate inquit in cap. ſi ſacerdos columna ſecunda de offic. ordin. Iaſone in l. finali colum. tertia, ff. qui ſatiſd. cog. Innocentio in capit. qualiter ſub numero tertio verſic. immo plus dicimus de accuſat. Felyno in cap. intimauit columna tertia de teſtibus. Marſilio in ſingul. 424. & alijs, Procuratoremque cum tutoris authoritate, à pupillo conſtitutum nunquid reuocare ſolus tutor poſsit Aretinum in §. ſin autem numero 12. in principio inſtitut. de ſatiſdat. diſtinguentem inſpectum facias, ex Bartolo, & alijs in l. ſi Epiſtolam ff. de acquirend. hæredit. procuratorem à prælato cum capituli conſenſu conſtitutum, ſolo à prælato reuocari poſſe ibidem aſſerentem, curatorem item ad litem datum eodem modo quo procurator reuocari poſſe ex textu in l. ſi quis eum, & ibi Bartolo, ff. de procurat. in ſingul. 421. Guido Pap. firmat, curatorem vero ſimpliciter datum, neque reuocari, neque alium adiungi poſſe ex textu ſubdens in l. curatores. C. qui dare tutor. poſſ. nihilominus plures poſt caſus in quibus procuratorem recuſari ipſumque tacite, & expreſſe reuocari poſſe retulimus, hunc nota caſum quo procuratorem, quis conſtituere prohibetur, ac per ſe litem agere cogitur à Iureconſ. relatum in leg. cum miles in verſiculo experiri oporteat, ff. de alienat. iudic. mutandi cauſa facta ſi quis iura ſua aſſerente potentiori ceſſerit non tenere ceſſionem, ipſumque per ſe agere, nec conſtituere procuratorem poſſe probatur, cuius in ſupracitato capitulo intel ex imus numero tertio verſiculo ſecundo allegato de iud. Felynus meminit, quem inſpectum omnino facias, Romanum in ſingul. 84. & ibi Pignolatum in additionibus alios referentem, & in patre filio potentiori cedente limitantem: iterum iſtud limitatur, vbi contra æque potentem potentiori ceſſio fieret, vt per Corbol. in tractat. de cauſis ex quibus emphyteut. iure ſuo priuatur in titulo de cauſa priuat. ob alienation. irrequ. domino factam ampliation. duodecima numero decimo, & ſequenti folio 182. cætera verò procuratoris reuocationem concernentia apud Felynum hoc latiſsimè explicantem in ſupracit. ca. ex parte il 2. de reſcript. à nume. ſeptimo vſque ad finem inuenies.

47 Sed quia ob procuratoris mutationem in aliquo aduerſarium grauari clarum eſt, propterea ne lis immortalis fiat dominum maxime à loco iudicij diſceſſurum ad alium conſtituendum procuratorem cogi poſſe argument. textus in l. iam tamen. §. ſi tamen, ff. iudicatum ſolui, & leg. ne in plures, ff. de exercitor. act. & ex gloſa in dicta leg. item ſi ſuſpectus verbo cognita in fine ff. de procurator. in deciſione trecenteſimanona D. Vincent. de Franch. inquit parte ſecunda, pluribus item contra vnum agentibus ad procuratorem conſtituendum, compelli eos poſſe iuxta textum in authentica de quæſtio. columna ſecunda, §. ſi vero fortitan, & in l. quod ſi nolit. §. ſi plures, ff. de Aedilit. edicto in ſingular. 104. Amanell. de claris aquis, quem videas affirmat, & D. Vincent. de Franchis in ſupracitata deciſione trecenteſimanona, præfatamque procuratoris recuſationem, vſque ad cauſæ tantum concluſionem permiſſam cenſeri, non autem poſtquam in cauſa concluſum fuerit, quo caſu, cum nec in iure aliquid, nec in facto admittatur, ſed ſententia ſolum quod proferatur ſuperſit procuratoris recuſationem nec admittendam eſſe, nec attendendam in ſæpius citato capitulo eum ſpeciali numero 27. de appellat. alios idem aſſerentes referens Franchus inquit, & quando poſt concluſum in cauſa reuocare procuratorem liceat declarat, item per procuratorem, ante

recuſa-

recuſationem geſta, nec tolli, nec inualida cenſeri poſt Abbatem in cap. auditis de procurat. & poſt gloſam ibi in conſilio 469. Rimínal. ſen. inquit numero 12. & 13. libro tertio, quod vtique magis placet, quam illud ab additionibus ad Bartolus enarratum, in l. vnica. C de confeſſ. lit. d. la ſeconda circa finem verſ. quod ſingulariter limito, procuratore ab inſtantia, ratione ſuſpicionis remoto, omnia de nouo actitanda eſſe explicante pro actus vtique validitate eſſe præſumendum, quoties debitam actus habet formam, & dubium eſt an valeat, vel non in l. quoties num. 3. ff. de verb. oblig. Iaſ. inquit, & alij quorũ in ſupracit. tract. de præſumpt. lib. 3. Menoch. meminit præſumpt. 34 nu. 12 illoque in notab. caſu etiam poſt litem à procuratore conteſtatam procuratorem antea conſtitutum per alterius procuratoris conſtitutionem quantumuis primus contradiceret reuocari, quando ſcilicet aduerſus primi procuratoris confeſsionem principali in minori ætate conſtituto in integrum reſtitutio cõceſſa fuiſſet; aliuque minoris tutor, vel curator vel ipſemet minor procuratorem conſtituiſſet deciſio eſt Capell. Tholoſ. 99. vbi illa ratione, quia reſtitutio in priſtinũ ſtatũ, eſt repoſitio iſtud cõcluditur.

48 Procurator item ad agendum conſtitutus ad ſententiæ executionem petendam quod cõſtitutus non cenſeatur, neque ei ſolui poſſe, text. eſt in l. nam & nomina, cum ſequenti, ff. de pact. l. ſi procurator meus, ff. de procurat. & leg. hoc iure ff. de ſolut. tenet hoc Caball. in Milleloq. 700. in principio eodem loci in fine. procuratorem ad iudicia datum, nec in executione comparere poſſe, neque illam impedire, ac ex Dominico in capitulo primo, §. finali columna prima de except. in ſexto ipſius poteſtatem per ſententiam expirare aſſerens, cuius quidem dicti ex textu in l. Græce §. poſt litẽ, ff. de fideiuſſ. & in l. eum apud ff iudicatum ſolui, illam Suarez. in repet. l. poſt rem fol. 678. numero ſecundo verſic. ratio prædictorum eſſe inquit rationem, quia ex quo mandatum ad lites procuratori datum eſt ſeu ad agendum actione iudicati agere, vel ſententiæ executionem petere nouális dicitur, ad quam procurator mandatum habere non cenſetur; limitatur tamen, quoties procurator ad lites pro domino in cauſa expenſas feciſſet, quo vtique caſu domino ſoluendo non exiſtente contra condemnatum ſententiæ executionem, quod petere procuratori liceat; ex textu in l. actoris procurator, ff. de procurat. vbi caſum de hoc eſſe inquit ſingularem in ſingul. 645. in fine Roman. affirmat: quod catenus licere iterum declaratur, quatenus expenſæ ipſæ extenduntur, vt per eundem Suarez, vbi ſupra numero quarto, ex quibus, ne hoc miſſum fiat procuratorẽ ad lites iudicij expenſas, quod ſubire teneatur vltra text. in l. etiam C. mandati, qui probare hoc videtur de mente gloſę, hoc eſſe, & ſcribentiũ in l. ſi procuratores, §. ſi ignorantes ff. mandati, ac ex gloſa, & ibi ſcribentibus in l. inuitus, C. de procurator. & in capitulo non minſte extra eodem titu. communem hanc Benintend in deciſ. Bonon. 26. nume. 5. in fine eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

49 Quodque ſolutio vero domino, vel vero procuratori, non autem alteri fieri debeat alioqui ſoluentem nõ liberari, vbi ſupra Suarez inquit nu. 2. circa fin. & textus probat in l. ſi ego ff. de neg. geſt. l. eius qui in prin. vbi gloſ. Bart. & alij ff. ſi cert. pet. & l. cum quis §. 1. l. qui hominem, §. ſi nullo, & leg. vero procuratori ff. de ſolut. & Beccius nouiſsime in conſil. 19. numero primo libro primo, illumque in hoc caſu verum dici procuratorem, qui in rem ſuam eſt procurator vel mandatum, qui habet ſpeciale tex. eſt in dicta l. hoc iure, & ibi gloſ. ff. de ſolut. & quamuis generale mandatum cum libera adminiſtratione, & ſpeciale mandatum æquiparari poſt pluter hoc ſentientes relatos communem hanc Tiraquell. in tract. de retract. Lignag. §. primo gloſa 11. numero 10. eſſe exponat ſcribentium opinionem, & Magon. in deciſ. Luc. 51. numero 19. attamen neque procuratori generale mandatum ad lites, cum libera habenti, niſi mandatum vt dictum eſt ſpeciale habeat rectè ſolui, ex textu in l. ſi procurator ff. de condit. indebit. & Bartolo in l. qui Romę, §. Callimachus ff. de verborum obligatio. eodem loci numero 33. Tiraquell. atteſtatur, ſed quod procuratori, cui omnia faciendi quæ dominus poſſet poteſtas data fuit, neutiquam ſpeciale mandatum conceſſum cenſeatur ex Butrio in capitulo finali extra de dilat. poſt gloſam in capit. in cauſis de elect. communem contra Bartolum, & Alexandrum, in l ſi procurator eui C. de procurat. aliter ſentientes in quæſt famil. 20. numero quinto in principio, eſſe Berous teſtatur ſcribentium opinionem eodem loci in fine, neque clauſulam illam per quam dominus promitteret ſe ratum habiturum mandati vim habere ſpecialis, ex Alexã. in eadem l. ſi procurator numero quarto poſt alios contra Bartolum concludens, necnon in rota dicta quæſt. eo caſu procuratorem generale mandatum cum libera adminiſtratione habentem ſpeciale mãdatum habenti ęquiparari aſſerit, vbi generale mandatum, cum libera omnium rerum, vel bonorum adminiſtratione ipſius conſtituentis procurator haberet, quo caſu contrahendo etiam, & extraiudicialiter domino nocere, illumque in ista tex. obligare poſſe ait in l. nam & nocere ff. de pact ſecus, vbi omnium negotiorum eſſet mandatum generale: quo caſu, neque contrahendo, neque paciſcendo domino eum nocere ait, quia negotiũ in iuditio, magis proprie quam extraiudicium dici ex textu inquit in c. forus in verſic. negotiũ de verb. ſignif. & quia ad tex. in cap. qui generaliter de procur. in 6. ad iudicialia magis

tali caſu quã ad extraiudicialia conſtitutus cẽſetur procurator.

50 Neque perſonæ quæ coniuncta ſit fieri ſolutionem poſſe tex. eſt in l. qui aliena, § quãquam ff de neg geſt. gloſa notat in dicta l. vero procuratori ff de ſolut Bald Alexand. Iaſ & Dec. in l filius C. de pact idem Bald. in l. cum maritum C. de ſolut. Alex. conſ quarto numero 3. verſic. tamen quia coniunctæ hanc communem eſſe dicens ſcribentium opinionem, & conſil. 37. in princ lib 3 in præfato conſ. 19. numero ſecundo circa finem à Beccio relatus, ac eius ſolutionem quod filio debeatur, ex Baldo in præfata l. cum maritum, & Alexandro in dicto conſ. 37. numero primo illa ratione aſsignata, neque matri fieri poſſe ſubdẽs, nam ex Baldo in l. alienam C. de procurat. legitima bonorum filij adminiſtratrix mater minime cẽſetur, caſum etiã de hoc videri dicens in dicta leg. qui aliena, §. quanquam, ff. de neg geſt & in l. filię ff. de ſolut. eo caſu, eodem loci num quarto verſic. ſed pręmiſsis, iſtud limitans quoties cum perſona coniuncta cælebratus contractus fuiſſet; quo quidem caſu illi ſolui poſſe aſſeuerat, ac filio patris pecuniã mutuanti, quamuis patri actio quæratur, ex textu caſum hunc continente in l. filius, C. de pact. rectè ſolutionem fieri concludit, ad ſeruum ſimiliter, & Monachum inferẽs, ex quorum contractu, ſicut ex contractu filij, quia domino monaſterio, & patri ex contractu, & facto ſerui monachi, & filij actio quæſita facit ipſis rectè ſolui, & hanc concluſionem, & rationem Alexandrum, Decium Iaſonem, & alios in præfata l filius, C. de pact. ſequi communiter affirmat, quem ad alia inferentem, & alios citantẽ inſpectum omnino facias, eo caſu in his terminis non recte prædictis ſolui, ex Afflicto ſubdens in deciſ. 148 vbi eum ad quem hoc pertinet nullatenus permiſſurum iuſta credendi, cauſa ſubeſſet, & immineret.

51 Illaque regula in huius concluſionis caſu eſt omnino notanda, ad actus ſcilicet præparatorium mandatum habentem non ſemper ad ipſius actus explicationem poteſtatem. eum habere, vt in l. 1. textus probat §. igitur præpoſito verſ vel ſi ad locandum, ff de exercit. quo textu mandatum ad locandum habentem, quod eſt exigendæ penſionis præparatorium mãdatum ad penſionem ex locatione debitam exigendam habere non cenſeri continetur à Romano in conſil. 461. numero primo in notabili caſu relatus; quo pariter loci textum non obſtare ait, in l. quod ſeruus, ff. de ſolut & in l. filio per Bartolum eod. tit. notata procuratori ad contrahendum conſtituto illius contractus vigore ſolui quod poſsit, nam legem illam in prępoſito alicui vniuerſitati ad adminiſtrandum peculio puta locum habere explicat, quo caſu mandatũ intelligi ait, vt ſuper eo contrahat, & ex cõtractu ipſo ſolutionem recipiat, ſecus eſſe dicens, in præpoſito ad rem certam principalem mandatum habentem, & poſt plura circa id relata, eodem loci nume. 5. poſt princ ex præfato textu in dicta l 1. verſ. quare, ſi eũ præpoſuit, ff. de exercit. mandatum inquit ad penſionẽ exigendam habentem quod eſt ipſius locationis conſequens, ad rem ipſam locandam quod eſt ipſius penſionis antecedens, quod habere non cẽſeatur ex eo hoc procedere ſubdens, quia facultas exigendi ſine poteſtate locandi, vt de ſe patet commode ſtare poteſt, ac in eodem num. 5. circa finem, ſi mãdo tibi inquit, vt talem ad minorem pretij quantitatem quam poteris reducas emptionis concludendæ mandatũ nullatenus hoc importet, & num. 6. poſt princ ex textu in l. diligenter ff. mãdati in l. maritus C de procurat. in l. quicunque § non tamen ff. de inſtitu. & in c. conſtitutus de procurat. mandatum ait, circa rem vnam, aliam ab illa ſeparatam, non includere ipſum nihilominus per totum dictum conſil. & ibi Mandoſium in addit. inſpicere non prætereas Ruynum conſ. 59. poſt princ lib. 5. & alios plures quorum in compendio iuris reſolutorio lit. m. verbo mandatũ habens Brunorus, à ſole meminit fol 131, à tergo. ac eundem Romanum in ſingul. 23. & in ſingul. 624.

52 Limitatur item præfata regula procuratori, ad agendum conſtituto, ſententiæ executionem petere non licere dictãs, vbicunque mandatum procurator ad exigendum haberet, vt per text. in l. non abſtulit, C. de nouat. & in l. inductum, C. de ſolut. vbi Suarez num. 5 alios plures hoc, tenentes recenſens aſſeuerat, & num. 6. vbi quoties ad lites præſentes, & futuras cõſtitutus procurator extitiſſet iterum declarat non vigore, ſimplicis mandati tali caſu, ſed mandati vigore ad lites futuras ſententiæ petere executionem, necnon iudicati actionem intentare ipſi licere, ex Bartolo affirmans in dicta l. hoc iure, & in dicta l. ſi procurator meus, nec ſolũ ab inuito, dicti mandati ad exigendum virtute, quod exigere procuratori liceat, ſed etiam à ſponte ſoluente ſolutionem recipere, ibidem nu 11. poſt prin. ex Alex. in l. non ſolũ 2. & 3. col. communẽ hanc poſt alios relatos eſſe ait ſcribentium opin. & in no. ſeq. vbi aliquid alicui per modũ magis periculoſum, ſi fieri poſſet mandatum intelligi, ſingulariter hoc ad limitationem præfatæ l. diligẽter ff. mandati notandum eſſe dicens.

53 Illud pariter, vbi ſupra Suarez nu 16. fol. 684. notatum faciens, quod ſi non ſolum exigẽdum, ſed etiam ad recipiendum Pecunias, à debitore, & ad confitendum ſe habuiſſe, & recepiſſe mandatum contineret adhuc ex textu in l. non abſtulit in illis verbis, nec in eo quod non ſoluebatur eos liberare poterat C. de nouat. & in l. prima, §. ſi mutuam ff. ſi quid in fraudem patr. domino nullatenus procuratoris cõfeſsio præiudicet, niſi pecuniã realiter procuratori ſolutã eſſe probetur, dictaq; verba intelligẽda eſſe

vt con-

vt confiteri procurator poſſet, id qood realiter exigeret ita Bartolo in l. ſecunda, §. fi. ad finem admouente, & ibi Baldo, ff. ſi certum petatur, & in dicta lege non abſtulit C. de procurator. vbi cautè debitorem tali procuratori ſoluentem facere inquit, ſi verba illa in inſtrumento apponenda curet, & habuit, & recepit in præſentia mei notarij, & teſtium vtramque ex præfatis opinionibus, ſiue ad exigendum ſit procurator cõſtitutus, ſiue ad confitendum ſe habuiſſe pluribus hoc ſectantibus relatis eſſe communiter aſſerens à ſcribentibus approbatam, ac eodem loci Suarez. notabilia Bartoli verba refert in dicta l. non abſtulit, creditorem admonentis, vt det procuratori, quem in longinquas partes tranſmittit exigendi poteſtatem, & recipiendi & per pactum liberandi debitorem, & componendi tali caſu procuratorem confiteri poſſe dicens, ac ipſius confeſsionem debitori ſoluenti ſufficere, ac domino nocere alias ſecus, cauſam de hoc, & textum optimum, cum gloſa eſſe dicens in l. Luceus, §. tutelę, ff. de adminiſtr. tutor. §. finali, ff de vſur. ſed Suarez vbi ſupra in dicto numero .6.17.& 18. plenius declarantem inſpectum omnino facias, & in dicto capite per totum à fol. 678. vſque ad fol. 694.

54 Et quia paulo ante generalem mãdatum, cum libera ſpeciali æquiualere mandato adnotauimus, hoc tamen non procedere notatum facias mandatum quoties indiuiduum requiritur, & quoties pęnæ periculo dominus ſupponeretur, & limitationem hanc ad dictam regulam eſſe communiter à ſcribentibus approbatam in l. tertia, §. ſi procurator. ff. quod quiſq; iur. Curt. iun. affirmat & eodem loci Iaſ. nume. 23. inſupracit. decif. Lucenſ. ſi à Magonio relati nume. 18. eodem loci nume. ſecundo, cum ſeqq vbicunque de pœnæ periculo ageretur non ſolum ſpeciale, & in diuiduum requiri mandatum, ex Iaſone affirmans in l. iuſiurandum quod ex conuentione ſub numero quarto ff. de iureiur. ſed ex Rebuffu in concord. tit. de elect. derog. in fine, Calcaneum lo conſ. 77. referēte neutiquam illud ratificari poſſe ait, idem in conſ. 445. in fine Nattam probare aſſerens. Iaſonem in l. præſes numero 14. C. de tranſactio. Aretinum in §. præterea num. 26 inſtit. de except. & poſt Albericum eundem Curtium ion. in dicta l. tertia, §. ſi procurator nume. 13. ff. quod quiſque iur. de communi teſtantem, nec in mandato verba illã præciſe quod incidere dominus in pœnam poſſit, eſſe deſcribendas, ſed ſatis eſſe de particulari actu per quem dominus poſtea pœnæ ſubire periculum poſsit in mandato mentionem fieri, ex Benintendio in decif. 94. affirmat, & ex Crauetta in conſ. 117. num. 120. quomodo intelligi hoc caſu ſpeciale mandatum debeat declarante, quem & Vantium in tit. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. comparent. numero 94. & ſeq. inſpicere non præteteas, illud item ab eodem Magonio in præfata decif. 51. numero 16. explicitum adnotabis, ex Baldo in l. falſus numero 25. C. de furt. & ex Romano in conſilio 446. & conſ. 496. procuratorem aſſerēte actum vigore vnius mandati inſufficientis agentem, illud alterius mandati vigore, quod ſufficiens ſit conualidare minimè poſſe, necnon per Suarez vbi ſupra notata numero 27. procuratorem in rem ſuam dicentem, ſi dubium ſit de mandato nullatenus cum cautione de rato admittendum eſſe, quem rationem aſſerentem, ac alios citatos inſpectum facias.

55 Quæque de procuratore, conſultore, & alijs adnotauimus, ad nuntium quo altera pars vtitur non abſimili ratione, vt ſolo eum calumniæ iuramento recuſare liceat, quia modicum tali ex recuſatione præiudicium infertur, cum alter de facili, qui nuntium agat inueniatur adnotata per Anchar. in ſupracit. conſ. 264 per Alexã. in conſil. 104. libro quinto & alios in hoc capitulo ſæpe relatos idem in actuario, arbitro, & id genus ſimiles præfata ratione concludentes, indubitate extendere conuenit, & vere quidem in qualibet ciuitate plures ſemper, qui tale gerant officium, vel tales qoos ad ſui libitum iudex vel alter ad quem hoc pertineat deputare poſsit exiſtere clarum eſt, ſicut in ciuitate mea Beneuentana nuntios quos iuratos appellant tam ex inueterato more, & obſeruantia, quam ex ſtatuti diſpoſitione in libro ſecundo in tit. de iuratis Curiæ in principio à præfatæ ciuitatis conſulibus, conſeligi clare diſponitur, nã que etſi ex Bartolo in l. 1. numero quinto verſ. item inducitur ad quæſtionem ff. de offic. conſul. cuius ſupra nume. 6. circa medium iterum meminimus, illemet nuntius, qui aliqua in cauſa incœpit non autem alius cotam cauſa citare debeat, quem & alios plures poſt tex. in l. prima C. de ſportul. Iaſon. iſtud idem affirmans refert §. quadrupli num. 13. verſ. an autem ille nuntius inſtitut. de action. contrarium nihilominus in capitulo cum dilecti Butrius tenet numero 25. extra de dolo, & contumac. cuius opinionem generali eſſe receptam conſuetudine in dicta l. prima C. de ſportul. ſcribentes aſſerunt, & Marcell. Cala in ſupracit. tract. de mod. articulandi gloſa prima, §. primo nume. 18. ac ex eo de leui in hoc caſu, & modico agi præiudicio comprobatur, nam parti etiam iure communi attento, committi citationem poſſe in l. iuſtè, ff. de acquirenda poſſeſsione Alexand. & alij teſtantur, Bartolus in leg. prima per illum text. ff. de ſeruis ff. de ſeruis fugitiuis, & in l. cum qui, §. ſi epiſtola, ff. de furt. ac valere tali caſo citationem vbi de iudicis commiſsione conſtaret in Spec. aduocat. Maranta tenet ſexta parte verſic. rectè concipiatur citatio num. 44. fol. 31. in magnis, & num. 45. vbi ex Iaſone in l. iubere cauere col. 1. & 2. ff. de iuriſdic. omnium iud. etiam aduerſarij poſſeſsionem capiendi, licentiam parti iu-

dicem dare, ipſamque propria in cauſa executionem, vt agat conſtituere poſſe enarrat, communem hanc in dicta hiuſte eſſe explicans ſcribentium opinionem, quos eo loci declarantes, inſpectos facias, eodemque num. 45. in fine, ex Baldo ſubdit in l. ſi vt proponis la 2. C quomodo, & quando iud. quod licet iudex parti committere citationem poſsit, ipſius tamen partis relationi de citatione, niſi probetur, nec ſtari, nec credi ait, per cauſæ item tabellionem, necnon per ipſummet iudicem adhiberi citationē poſſe eodem loci nume. 48. Maranta inquit, & num. 49. quem pulchrè declarātem inſpectum facere non tædeat, etſi hoc in Regno Neapolis, ex conſtitut. incip. edictorum, vbi Afflict. in 3. notab correctum fuiſſe appareat, & ex ritu Magnæ Curiæ 112. quo præfata etiam conſtitutio alicui bono viro citationē committi poſſe diſponens ſimiliter corrigitur, ſolum enim publicum habēti officium eſſe citationes committendas diſponit, & ita eo loci Carau. quem inſpicias ſeruari affirmat, & vbi ſupra Maranta numero 46.

56 Neve iſtud in hoc articulo miſſum fiat ſupra relatis, antiqua obſeruantia, & ſtatuto circumſcriptis ſolum iuriſdictionem habentibus eligere nuntios licere tex. eſt in l. fin. C. de ſportul. in illis verbis executores, ſi ceſſauerint cauſas eis inſtructas offerre, & remouere ab executione eos, & alios idoneos ſupponere Bianch. in tract. de cōpromiſſ. hoc ſequitur quæſt. 9. nu. 3. verſ. aduerſus tamen poſt princ. fol. 575. & Franch. in c. cum parati nuon: 6. de appellat. eoque caſu nūtij recuſationem de facili iudicem admittere debere vbi mandati fines nuntium exceſsiſſe, ex ſimplici etiam, & extraiudiciali informatione, ſibi innotuerit in c. nouit num. 2. in fi. Franch. notat, quem inſpicias.

57 Nuntium item, de quo quis ſuſpicatur damnum non modicum inferre, ac grauiter eum lædere poſſe concurrit: in multis enim, quæ grauia omnino ſunt nuntio credi, ipſiuſque dicto, tenutam præſertim quod dederit ſtari, ac bona executa illius eſſe, contra quem mandatum de exequendo iudex decreuerat, locumq; ſibi hoc vendicare etiam quod iuramento mediante contrarium pars aſſereret in conſ. 10. nume. 57. & 58. Gratus inquit lib. 1. communem hanc eſſe explicans ſcribentium opinionem, & in conſil. 654. num. 4. & 5. lib. 4. cuius in Theorem. 19. nume. 16 lib. 1. Grauat. meminit, quod in communium opinionum tractatu Gabriel. in tit. de citat. concluſ. 4. nu. 10. donec de contrario appareat lotum habere interpretatur.

58 Nūtio ſimiliter quem citaſſe quod credatur in l. 1. §. cura carnis nume. ſecundo, Bar. inquit, & ibi bona addit. lit. e. & f. ff. de off. præfect. vrb. vbi ſcilicet de commiſsione iudicis conſtaret, de qua minimè præſumi communem in c. 1. de iudic. eſſe canoniſtarum opinionem in conſil. 90. num. 42. libro primo Roland. à Vall. aſſerit, Alciat. in tract. de præſumpt. regu. 2. præſumpt. 14. Tiraq. de retract. conſang. gloſ. 9. §. 8. nume. 20. & alij, quorū in ritu Magnæ Curiæ 58. nu. 1. Carau meminit, quem & Ripam in ſupracit. capitulo primo de iudic. num. 9. notab. ampliantem, & declarantem inſpicias, Menochium omnino in trac. de præſumpt. lib. 2. per totū fol. 65. latius hoc diſcutientem & in ſingul. 20. Arnonium num. 2. eo caſu, vbi cum iuramento ſe citaſſe nuntius aſſereret præfata procedere explicantem, niſi, vt ibidem in fine à principio, & tēpore ſuſcepti officij, nuntius iuraſſet ad notata per ſcribentes, poſt gloſam in præfato c. cū parati de appell. iterum declarantem, & per Tiraquell. de retract. Lignag. §. 8. gloſ. 9. numero 12. alios recenſentem.

59 Illud ſuffragatur nuntio etiam, ſicuti à iudice in mandatis habuit ſe citaſſe aſſerenti credi, et poſt Alciat. in ſupracit. præſumpt. 14. communem hanc Ioan. Bapt. Aſin. in prax. iudic. § 7. cap. 1. num. 1. eſſe ait ſcribentium opin. quem eodem loci cap. 2. aliorum diuerſas circa id opiniones recenſentem inſpicere non omittas Menochium de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 112. col. 1. & 2. copioſè cuncta differentem, & in tracta. de præſumpt lib. 2. præſumpt. 25. per totum fol. 65. à tergo, & ſignanter nu. 2. vbi quando nuntius eſt iuratus locum opinionem hanc habere declarat, & nu. 3. in fine, ex Angelo, Imola, & Alexandro in l. qui bona, §. qui damni ff. de dann. infecti. & Aſinio in dicto §. 9. cap. 11. aliorum memore, quia in præſumptione iſtud fundatur contrarium, ac nuntium non citaſſe probari poſſe aſſerentem, quod quidem in Regno Neapolis, ex Regia conſtit. incip. citationis literarum ſoli nuntio de citatione nullatenus credi conſtat, niſi coram aliquo notario, vel coram teſtibus citationem nuntius exequatur in tract. de Syndic. Pariſ. hoc ſectatur in verbo fuit magna quæſtio in ſyndicatu Arnon. problem. 37. & Carau. ſuper ritu 169. num. 20. relationemque per citantem in citationis dorſo eſſe faciendam, diem, menſem, annum, & locum continentem, eadem conſtitutio diſponit, nihilominus neque in dicto Regno teſtes in citatione quod adhibeantur hodie ſeruari mihi Neapolitanæ ciuitatis praxim gnari, ternlerun.

60 Cumque apud ſcribentes quæſtionis ſimiliter eſſe ſoleat nunquid ad domum per nuntiū citatus, qui citare perſonaliter debuit, ſi inuentus ille fuiſſet alioqui ad domum perquiſitus præſumatur, ac de perquiſitione facta nuntio credatur, quia ad huius articuli cognitionem, plures caſus conſiderantur, Menochium plures referentem, & cuncta plene diſcutientem in d. lib. 2. de præſumpt præſumpt. 26. inſpectum facias, & nunquid valida ſit nuntij relatio domi ſe citaſſe referentis ſine illis verbis, ſuæ habitationis à iure requiſitis poſt Vant. in tract. de nullit.

nullit.in tit.de nullit ex defect.citat.num. 137. & 137.poſt Rotam Bonon.in deciſ. 57. & Rotã Genuæ in deciſ. 210 nu 6.& 7. D. Vincentium de Franch.alios citantem in deciſ 322 per totũ par. 2.inſpicere non omittas,neve alios ignores caſus in quibus nũtio referenti creditur, Panormitanum in dicto c. cum parati, & Franchum videas, Gabrielum, Alciatum, Menochium,& Aſinium in locis ſupra relatis,& Viuium in tracta. communium opin. opin. 227.lib.1. & opin. 301.libro ſecundo.

61 Sed quatenus nuntio,illiuſque Miniſterio in aduerſam partem citando, vel aliud exequi faciendo vſus quis fuiſſet, cum illius inde approbatio ſequatur argum.l.ſi quis teſtibus,C.de teſtibus, ſine noua cauſa, vel antiqua de nouo ad notitiam peruenta,vt quia mãdati fines, quod paulo ante notauimus nuntius excesſiſſet,recuſare illum nullatenus licere tex.probat in c. inſinuante de off.deleg.Iaſ.in ſupracit.l. apertiſſimi nu.1.& 12.C.de iud. & alij quorum hoc eo. cap.ſupra meminimus nu.5.de qua, quia de leui,vt diximus,& modico agitur p iudicio auth. niſi breues,C.de ſentent.ex breuic.recit. oretenus,& ſine ſcriptis certiorare ſe iudicem poſſe, clarum eſt,immo nuntio vltra modum grauanti,iuſtitięque terminos excedenti reſiſtere licere in tract.moment.poſſeſſ queſt.9.Contard.aſſeuerat; regulariter etenim, qui ſemel aliquid approbauit,nec alia in cauſa nec inter diuerſas perſonas improbare illum licere cõmunem eſſe ſcribentium opin.in conſ.138.nu 5.Crauett.inquit,& alij plures in deciſ.270.in principio per Viuium relati lib. 2.

62 Ac à prænotatis non ab errando,qua pœna, nuntius falſum faciens relationem plectendus veniat, quia ſi falſo citauerit,& quia, ſi poſtquã citauit corruptus pretio, non retulit,quidve de illo,qui ad falſam relationem faciendam nuntium induxit poſt Iaſonem in §. quadrupli col. 2.inſtit.de action. Bartolum in l. qui nomine, ff de falſ Felynum in c.3.loco de probat. Ioannem de Plat.in l.1. in fine C. de fund. & ſaltibus rei dom.lib. 11. Baldum,& alios in l.fi. C. de requir.reis, Alciatum in tract.de præſumpt.regu. 3.pſumpt.14. Ripã in c.1.nu. 87.de iud. Romanũ in ſingul. 317.& alios in addit.ibi per Pigno. relatos, & poſt Guid.Pap. in q. 628. Caballinũ alios recẽſentem videas,in Milleloq. 588.par. 2.

63 Item quamuis nuntio,ſine iudicis authoritate,nullatenus quem pignorare permittatur, vt tex.eſt in auth.de quaſtor.§.ſi vero aliqui l'ultimo ibi,aut etiã ſine iudiciali præcepto admonitionẽ eis offerre, attamen nuntio,ſine aliqua iudicis licentia,pro ſuo ſalario iſtud licere,ex tex. in auth vt litigãt.iurent. §. & hoc quoq; in illis verbis,ſed ſi quidẽ inuenerint aliquid amplius exigentẽ in ſingul.44. Amonell.de claris aquis, aſſeuerat,& Carau.ſuper ritu Magnæ Cur. 42 num.3.quem inſpicias.

64 Iſtudque tandem non eſſe cẽſui prætereundũ quod nuntio aliquẽ citandi mandato à iudice præſtito mãdatum ipſum mortuo iudice, ſine aliquo ſucceſſoris mandato exequi,ac citare nuntium poſſe,dũmodo à iudice cauſa cognita mandatũ cõceſſum fuiſſe appareat, ex Bartolo in l.venditor §. iudices per illum text. ff.de iud. in ſupracit.l more nu 62. ff de iuriſd.omn.iud. Iaſ.inquit,ex Angelo in §.& hoc vero iubemus in auth.vt nullit.iudic ſi commiſſum ſit nuntio vt in poſſeſſionẽ aliquem inducat nũtio defuncto nuntiũ in demoi tui officio ſuccedentẽ, ſine noua cõmiſſione executionẽ nuntio prædefuncto cõmiſſam facere poſſe eodẽ loci ſub iens, quem & Gabriel.in ſupracit.concluſ. 2.de procur.à nu. 24.vſque ad num 30.aliorum memorem, & plene declarantem inſpectum omnino facias, licentiam itẽ intrandi poſſeſſionem per nuntium,& executorem intrandi à iudice conceſſam per biennium tantũ durare, ex Bartolo in l. 5.fin ita § ſi quis metu in fi ff de dam.infec. & in l.prætor §.in fi ff. de bonis aut.iud poſſ, eodẽ loci Iaſ.ſentit nu 54 in prin diligẽter hoc eſſe admonens notandum,prædictaque tanquã ab alijs, non ſic clarẽ,& diſtincte explicita notata facere candide lector non paruipendas.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum poteſtas ex compromiſſo dependet, laudi etiam virtus à cõpromiſſo pendet, laudi item, & cõpromiſſi tenorem conſiderari diligenter atque obſeruari debere deducitur.*

Stricitiſſimum arbitri officiũ propriũs compromiſſi verbis, ac literis taxatum dicitur.

2 *Non eſſe reconuentioni locum coram arbitris communis ſcribentium opinio refertur.*

Nullum ipſo iure eſſe laudum extra compromiſſũ prolatum communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio, etiam ſi ſuper petitis corã arbitro laudũ proferretur.

Ad non deducta in compromiſſo pro bono pacis manum arbiter apponit, non tamen quod ciuitatem ſuã exeat alicui, neque pro bono pacis arbitratori mãdare licet

Incidẽter de nõ cõtẽtis in cõpromiſſo arbiter cognoſcit.

Arbitro, & arbitratori condemnare de fructibus, & expenſis licet, ac dilationes dare, quamuis de illis in compromiſſo cautum non extiterit, quod qualiter procedat declaratur.

3 *Nec expreſſe laudum compromiſſi fines excedens ratificare partibus licet, etiam quod iuramento accedente hoc fieret, quod in vim laudi procedere intelligitur, ſecus vero in vim pacti, & meræ conuentionis, idq; vbi rei interuentus vel verbis veſtitum pactum appareret, traditione ſcilicet, vel ſtipulatione.*

Generalis laudi ratificatio, nec ad turpia neque ad ea, quæ contra bonos mores ſunt extenditur.

Pactum ex ratificatione reſultans eatenus ſeruari debet, quatenus alia pars illud ſeruauerit.

Laudum nullum ratificans pœnam, ſi poſtea conueniat, in compromiſſo appoſitam nullatenus incurrit.

4 *Nec ad ea quæ compromiſſi tempore in rerum natura non erant, neque ad ea quæ poſt compromiſſum factũ superuenerunt compromiſſum extenditur, neque ad iudicem tractus futuri temporis, neque ad arbitrum pertinent.*

5 *Quod arbitri, vel arbitratores de iure pronuncient, compromiſſo diſponente arbitratore, contra, vel præter ius pronunciante nullum eſt laudum, arbitri vero iniuſtam potius in hoc caſu, quam nullam eſſe ſententiam communis ſcribentium opinio refertur contra Bartolum aliter ſentientem, communiter reprobatã.*

Nullum eſſe laudum contra iuris diſpoſitionem errore iuris expreſſo prolatum, communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Arbitris de iure iudicantibus de facto ipſis iudicandi facultate in compromiſſo præſtita, inualida eſt ſententia ex defectu formæ non obſeruatæ.

6 *Clauſula ſtante, quod arbitri de iure tantum pronuntiare debeant commune ius, non autem municipale, vbi clarius ſeruandum ius commune, & celerius quam de iure particulari, & municipali cauſa expediretur, attendendum eſſe opinio refertur, regulariter tamen dicta verba eſſe de iure ſtatutario intelligenda magis, communis ſcribentium opinio refertur.*

Inter iudæos, & in iudæos ſuper ſucceſsione ex teſtamento Hebræi defuncti cum dicta clauſula laudandi de iure compromiſſo facto ſecundum ius ciuile Romanorum, non autem ſecundum legem Moſaicam, Habreorum laudare arbitros debere deducitur.

7 *Laudum ſtricti iuris eſt, ſtricte interpratatur, nec extra caſum in eo contentum extendi debet, ipſiuſque verba iuris communis terminos, ac vt ius commune minus offendant reduci debent.*

8 *Quamuis duo arbitri ex tribus de iure canonico abſente tertio, & requiſito proferre ſentẽtiam poſsint, hoc tamen vbi omnes arbitros interuenire compromiſſum diſponeret, limitatur, & communis eſt opinio.*

Vbi ſimpliciter compromiſſum in plures fieret, vel cũ clauſula, & eorum quemlibet, vel inſolidum ſententia ab vno lata aliis aliter non requiſitis valet.

9 *Duo ex tribus arbitris neceſſariis ad cauſæ diffinitionem tertio abſente eo etiam caſu procedere poſſunt, quo vt omnes interueniant, partes compromiſiſſent.*

Iuris arbitros quamuis partes eos eligant non tamen à partibus, ſed à iure poteſtatem recipere communis ſcribentium eſt opinio, neque partes nouam formam aliter quã à iure caueatur præſtare poſſe deducitur.

10 *Tribus arbitris voluntariis electis, vno ipſorum ad cõpromittendum incapace reperto, vtrum aliorum reſpectu compromiſſum teneat opiniones referuntur.*

In duos compromiſſo facto, quorum vnus capax, alter vero incapax ſit, neque compromiſſum valet, neque laudum ab arbitris prolatum.

11 *Arbitrorum aliqui voluntarii, aliqui vero iuris, ſeu neceſſarii, dicuntur, quorum electio non à mera partium voluntate, ſed à lege, ſeu ſtatuti neceſsitate, proficiſcitur.*

12 *Arbitri iuris illi dicuntur, qui ſuſpecto iudice allegato ad ſuſpicionis cauſam cognoſcendam, & decidendam eliguntur.*

Omnia de illis arbitris diſpoſita, qui ob iudices ſuſpectos dantur in arbitris etiam ſtatutariis procedere, communis eſt ſcribentium opinio.

13 *Iuriſdictionem arbitri iuris habere dicuntur, minimè excommunicatum arbitrum eſſe poſſe communiter ſcribentes ſentiunt, niſi inter excommunicatos quando voluntarius arbiter eſt, ſecus ſi neceſſarius quodq; arbitrator eſſe excommunicatus poſsit magis communiter ſcribentes ſentiunt.*

14 *Quam iuriſdictionem iuris arbitri habere dicantur ordinariam, vel delegatam diuerſæ ſunt ſcribentium opiniones, ſed ipſos partim ordinariam, partim delegatam habere iuriſdictionem communis opinio refertur, & num ſeq.*

16 *Statutum de cauſis inter coniunctos compromittendi fauorabile cenſeri magis communis ſcribẽtium opinio refertur, ac fœminas includere virum, & vxorem minorem, & pupillum actum ex ſtatuti neceſſitate geſtum ſtatuto de actum faciente ſimpliciter loquenti non ſubiacere communis ſcribentium opinio refertur.*

Statutum Beneuentanum in titulo de contract. mulierum §. cæteros autem lib. 2. declaratur.

17 *Validum præfatum ſtatutum dicitur, etſi à iure communi exorbitans ſit, ac vt inter perſonas ſanguine coniunctas rigoroſus iudiciorum ſtrepitus euitetur, & ſtante quod faciliorem audientiam arbitri præſtant minoreſque coram ipſis expenſæ fiunt factum exiſtimatur.*

18 *Verba cum effectu ſunt intelligenda.*

Non ſemel tantum, ſed iterato, ac pluries donec ſtatuti intentio impleatur, & donec valide per arbitros pronunciatum extiterit eſſe cauſam compromittendam communis ſcribentium eſt opinio.

19 *In Regno Neapolis bis compromiſſo facto, & expirato, altera parte in vita regni pragmatica ſanctione ſic diſponente, cauſa vlterius nequaquam compromittitur.*

20 *Ad rei potius in quo omnis calumniæ ſuſpicio ceſſat, quam actoris inſtantiam eſſe cauſam compromittendam communis eſt ſcribentium opinio, & nume. ſeq. in fine, vbi ampliatur.*

21 *In dubio iudex compromittendam eſſe cauſam pronunciare debet, dummodo in fraudem, & ad finem differendi compromiſſum non petatur.*

22 *Re ab emptore ex arbitri voluntarii ſententia euicta, nullatenus emptori de euictione agere licet, quod niſi quomodocunque, & qualitercunque euictio ſuccederet promiſsio contineret communi ſcribentium opinione attenta limitatur, ſecus, vbi ab arbitro ex ſtatuti neceſsitate electo ſententia proferretur, dummodo emptus ad arbitri electionem venditor extiterit.*

23 *Quamuis nec compromittere, neque tranſigere ſine ſpeciali mandato procurator valeat, præfato tamen exiſtente ſtatuto hoc procuratori licere communis eſt ſcribentium opinio; quod in tutore etiam locum habere, curatore, prælato curatore hæreditati iacenti dato minore, & aliis aſſeritur.*

Mandatum ad compromiſſum ſtatuti virtute faciendum, ad ſecundos, ac vlteriores actus, extenditur, donec differentia terminetur.

24 *Venditor coram arbitris ad emptorem defendendum, vocato, forum ex ſua perſonæ priuilegio etiam quod clericus ſit declinare ei non licere magis communis ſcribentium eſt opinio, quod in fiſco etiam procedere deducitur.*

Clerico à conuento tanquam poſſeſſore, vel domino nominato ad ipſius iudicem competẽtem eſſe clericum in hoc caſu remittendum communis eſt ſcribentium opinio.

25 *Sponte compromiſſum à coniunctis factum ſtante ſtatuto non voluntarie, ſed coacte, ex quo cogi coniuncti poterunt factum cenſetur.*

Actum ad quem de iure cogi, quis poteſt non voluntarie, ſed neceſſarie, ac ſub imminentis neceſsitatis prætextu factum dici magis communem eſſe opinionem, ſcribentes teſtantur.

Metus non dicitur, qui ad iuſtitiæ executionem ordinatur factum, que ex metu laudabili, non reſcinditur

26 *Nullum eſt compromiſſum per metum partis factum nullaque ſententia inde ſecuta.*

27 *In iuris arbitrium electus arbitrium acceptandum, cogi poteſt ſecus in arbitro voluntario, qui ad arbitrii*

onus

onus ſuſcipiendum minime cogitur, etſi vbi illud ſuſceperit explicare cogatur.

Arbiter, qui coniunctus ſit in arbitrum à coniunctis, quantumuis voluntarie electus arbitrium ſuſcipere adſtringitur.

Coniunctus coniuncti pupillum educare cogitur.

28 Tam reum principalem, qui coniunctus ſit, quam coniunctum ab ipſo reo in authorem laudatum cogi ad compromittendum poſſe æquior eſt probabilior, ac magis communis ſcribentium opinio.

29 Nec alienare, neque compromittere minorem regulariter poſſe ſcribentes communiter affirmant.

30 Præfato exiſtente ſtatuto de cauſis inter coniunctos, compromittendis abſque ſolemnitatibus in rem minoris alienatione requiſitis ad compromittēdum minorem teneri vera eſt in praxi recepta, ac magis communis ſcribentium opinio, dummodo cum tutoris, ſeu curatoris auctoritate, & cum iudicis decreto minor compromittat, & num. 33. vbi de communi.

In executionem compromiſſi à patre facti ſine aliquo ſo em utate complere minor compromiſſum poteſt.

31 Quamuis de pupilli re immobili, ſeu mobili, quæ ſeruando ſeruari poſsūt compromittere de iure, & de facto etiam quod iudicis decretum interueniat, tutor nequeat, ſtatuto tamen hoc diſponente tutori licet.

32 De re mobili pupilli quæ ſeruando ſeruari nō poſsit abſque iudicis decreto compromittere tutori licet.

34 De pupilli cauſa quæ dubia ſit, ac iuſta aliqua, & neceſſaria cauſa exiſtente valide compromittitur alias ſecus.

Ad damna, & intereſſe tutor tenetur, ſi in claris non autem in caſu dubio compromiſſum aut tranſactionem fecerit.

De tranſactione ad compromiſſum valide argui poſſe, communis eſt ſcribentium opinio.

Tranſactionem contractam dici innominatam communis pariter ſcribentium opinio refertur.

35 Decreti forma quam in minoris compromiſſo interponere iudex debet, ex Menochio deſcribitur.

Iudice tuto i mandante, vt ſtatuti forma attenta compromiſſum faciat iuſſum illum iudicis, & pronunciationem decreti uim de compromittendo habere, compromiſſumque etiam ex internallo factum ſine alio decreto valere deducitur.

36 Interponi decretum tempore quo compromittitur ſatis eſſe nec illud laudi tempore eſſe iterum interponendum communis eſt ſcribentium opinio.

37 Tam rectorem Eccleſiæ quam prælatum de rebus alienari prohibitis abſque ſolemnitate à iure requiſita, nentiquam compromittere poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

Etſi clericus ſuper rebus propriis, ac Eccleſiæ fructibus iam perceptis compromittere valeat, ſuper fructibus tamen futuris, ac Eccleſiæ iuribus quod ſine ſuperioris authoritate compromittere minime valeat communis eſt ſcribentium opinio.

38 Parte ſolum inſtante non autem ex officio præfato exiſtente ſtatuto partes ad compromittendum compellere iudici licere, ac aliam partem quādo compromiſſum petitur eſſe citandam aſſeritur.

Quamuis partes ad compromiſſum faciendum iudici adſtringere minime liceat ipſas tamen ad compromiſſum factum prorogandum cogē licet.

Lite diuturna exiſtente, ac ex ambiguis probationibus intricata partes ad compromittendum adſtringere, iudex poteſt, ac diuturnos litigatores inuitos ipſos etiam excommunicando concordare epiſcopum poſſe deducitur.

39 Compromiſſum, ex præfati ſtatuti diſpoſitione tam poſt litem coram iudice conteſtatam, quam vſque ad publicationem in cauſa factam excluſiue petere licet & nume 57. quod quomodo procedat declaratur, ex diſpoſitione pragmaticæ Regni Neapolis ante litem conteſtatam tantum compromiſſum peti poſſe, deducitur.

Compromiſſum in principali cauſa non petitum neutiquam poſt litem conteſtatam in appellationis cauſa petere licet.

Ad illum ſtatum interpoſitam appellationem rem reducere in quo primæ inſtantiæ tempore facta litis cōteſtatione reperiebatur communis ſcribentium opinio refertur.

40 Gradus qualitas à ſtatuto requiſita, vt cogi ad compromiſſum coniunctus poſsit in ſpecie probari debet, ac de modo qualitatem hanc probandi remiſsiue.

Decretum quod cauſa compromittatur quamuis interlocutorium diffinitiuæ tamen vim habere, & appellare ab ipſo licere, communis ſcribentium opinio refertur.

41 Compromiſſo voluntario non obſtante, ipſoque adhuc, pendente aduerſarium ſuper eadem re coram iudice conuenire licet, ſecus compromiſſo ſtante neceſſario per quod iudicis ordinarii iuriſdictio ſuſpenditur, & nume ſequent.

Iudex in cauſa compromiſſo neceſſario pendente procedens attentata ipſa, quoties coram iudice adito ad proceſſum impediendum de compromiſſi pendentia oppoſitum fuiſset reuocare arbitro licet, alias ſecus.

Ex ſola compromiſſi neceſſarii petitione ordinarii petitione ordinarii iuriſdictio ſuſpenditur ipſius compromiſſi executiuis exceptis.

Poſt decretum compromittendam eſſe cauſam à iudice prolatum quæcunque poſtea per eum geſta nulla remanent, quod qualiter intelligendum ſit declaratur.

42 Publicam actor. & liquidam habens ſcripturam nullatenus ad compromittendum cogi poteſt.

Apocham habens trino teſte notatam, & fidem facientem vtrū cogi ad compromittēdum poſsit remiſsiue.

Inſtrumentum item de breui liquidandum habens, nec ad cōpromiſſum cogitur, & quando de breui quid de facili ſeu cito liquidari poſſe dicatur eſs in iudicis arbitrio repoſitum.

Dubia aliquo modo inſtrumenta exiſtentia ſub ſtatuti diſpoſitione manēt, ſiue facto intricato, ſiue iuris dubio articulo exiſtente compromitti cauſa debet, iuriſque dubium facto quod intricatum ſit parificatur.

Liquidum eſſe inſtrumentum conſtare debet antequam non eſſe compromiſſo locum iudex decernat.

43 Tunc compromiſſo procedente ad inſtrumenti liquidi executionem deuenire licet, vbi cautio coram iudice exequente ac ſatiſfaciendo ſecūdum quod laudatum fuerit præſtatur.

44 Sicut de rebus iudicatis tranſigi nequit ita & pariter, nec compromittere licet.

De eo de quo lis non eſt, neque futuræ litis timore exiſtente compromittere nullatenus licet.

Notarii verbis litem inter partes exiſtere, aut extitiſſe narrantis, niſi vere lis adeſſet, vt compromittere liceat non ſtatur, ac fingere lites operetur.

Qualiter compromiſſum, ſeu tranſactio, vt ad omnia etiam ad deciſa per ſententiam extendantur fieri debeant, & qualiter compromiſſum, & tranſactio quoad differentias, ex teſtamento pendentes, valide fiant remiſsiue.

Compromiſſum ſuper rebus iudicatis iuramēto in eo appoſito nunquid valeat opiniones referuntur.

Nihil iuramentum quando contractus eſt ipſo iure nullus operatur.

Com-

Compromiſſum, vt tali caſu valeat rei iudicatæ, quod renunciari omnino debeat communis ſcribentium eſt opinio.

Nec clauſulam illam in compromiſſo appoſitam, vt lis de omni eo quod laudatū fuerit eſſe intelligatur, ſufficere aſſeritur.

Statuto dictante, vt de qualibet lite, & quæſtione compromiſſum partes facere teneantur, nunquid etiam in caſibus à iure prohibitis compromiſſum partes facere debeant remiſsiuè.

45 *Tam voluntarium compromiſſum, quam neceſſarium nihil ante ſecutam arbitrorum acceptationem operatur, nec antea compromiſſi tempus currere incipit, neque fatalium curſum facto à partibus compromiſſo ante arbitrorum acceptionem impediri magis communis eſt ſcribentium opinio, ac eo caſu fatalium curſus ob compromiſſum impeditur, vbi in arbitrū, ſecus ſi in arbitratorem partes compromiſiſſent.*

Compromiſſi tempus eo caſu ſtatim currere incipit, vbi ad certum diem puta ad Paſcha, vel quod per menſem compromiſſum duret, ex nunc, vel ab hodie inchoandum partes in compromiſſo, pactæ eſſent.

Eo ipſo, quod præſens eſt arbiter, & in ſe compromitti patitur, vel ſtante ipſius abſentia ſtatim, quod ſe electum ſciuit, & non contradixit vel vbi petitionem aliquam à parte productum admiſit, acceptare arbitrium cenſetur.

46 *Renunciatio quæcunque in compromiſſo facta illā ſemper conditionem habet, ſi compromiſſi facti virtute laudum arbitri potulerunt.*

Clauſula maxime in compromiſſo præſeruatiua exiſtente, quod nullum partium iuribus per compromiſſum illatum præiudicium cenſeatur.

47 *Sententia ab arbitro, etiam neceſſario prolata, iudex ipſam non arbiter exequitur.*

Iudex cui laudi ab arbitris lati executionem lex committit, omnem cognitionem, quæ circa executionem ipſam verſatur obtinet ipſe iudex tanquam ſuperior, etiam ſuper actus nullitate tali caſu cognoſcit.

Sententia in hac ciuitate ab arbitro prolata poſſe eam in alia ciuitate diuerſi territorij, cui condemnatus ſubeſt executioni, ex mero iudicis officio mandari, abſque aliqua arbitri, ſeu iudicis requiſitione exponitur.

48 *Lite orta, & in iudicium deducta ciuitatis Beneuentanæ ſtatutum inter conſanguineos, & affines compromiſſum fieri diſponit.*

Lis poſt litem conteſtatam ſecundum magis communē ſcribentium opinionem eſſe dicitur.

49 *Statutū aliquid de nouo certis cum modificationibus inducens, quicquid in ipſo exprimitur maxime qualitatibus conditionaliter appoſitis, vt quia ablatiuis abſolutis vtatur pro forma ſubſtantiali reputatur, idem quando tales ablatiui per participiū ponerentur.*

A forma recedere nullatenus licet, ipſaque ſpecifice ſeruanda venit, ac formæ quantumuis leuis omiſſionem actum vitiare communis ſcribētium opinio refertur.

Statutū de iudicio mentionem faciens de iudicio à litis conteſtatione incipiente eſſe intelligendum communis eſt ſcribentium opinio.

50 *Quando iuriſdictio per ſtatutū contra ius commune in non habentem transfertur formam ſemper tale ſtatutum inducere communis eſt ſcribentium opinio.*

Verba geminata deliberate magis, & enixe prolata cenſentur.

51 *Lites inter coniunctos compromittendas eſſe ſtatutum diſponens fauorabile potius quam odioſum cenſeri, & quatenus odioſum, & fauorem ſtatutum contineret, fauorabile potius illud quam odioſum exiſtimari magis communiter ſcribentes aſſeuerant.*

52 *Statim actione in iudicio propoſita eſſe cauſam cōpromittendam ſtatutum diſponere Beneuentanum exponitur, & num. 56. 57. 58 & 59.*

Ad vnum finem inuenta contrarium effectum operari minime debent.

Statutum per aliud ſtatutum, declaratur.

53 *Statutum poſterius diſtingui ſecundum anterius, & interpretari debere communis eſt ſcribentiū opinio.*

Quod in mente fuit ſtatuentium illud interrogati, ſi reſpondiſſent pro expreſſo haberi magis communis eſt, Doctorum opinio.

54 *Litis conteſtatio litis exordium dicitur.*

Aliquo prohibito omne aliud propter quod ad illud deuenitur prohibitum cenſetur.

Lis tunc conteſtata dicitur, vbi partium conſenſu verbis expreſſo iudici in iudicio procedendi illudque per ſententiam terminandi poteſtas datur.

Fruſtra illud fit, cuius euentus nihil operatur.

55 *Non de lite ſimpliciter aut de lite mota, ſed de lite orta ſtatutum loquitur Beneuentanum.*

Verba iſthæc lite orta, veram, & naturalem litis originem, & initium denotant.

Vere oriri tunc quid dicitur, cum primum apparet.

56 *Neque ſyllabam ſuperfluam lex, ſiue ſtatutum habere debet.*

Ita lex interpretanda venit, vt verbum quodlibet aliquid operetur ne ve fruſtra poſitum fuiſſe videatur.

Verba nunquam ſuperflua ſtare, ſed aliquid ſemper operari debere communiter ſcribentes aſſeuerant.

A litis conteſtatione iudicium incipere, vt ab eo tempore perfecte incipiat intelligitur, ſed proceſſum quoad alia, & iudicium omnino à citatione incipere communis eſt opinio.

Litis verbum non iudicialem ſolum, ſed extraiudicialem etiam litem ſignificat.

Tunc ante litem conteſtatam agere quis nō dicitur, ſed agere velle, quoties in actionibus ſumus in quibus lis eſt conteſtanda, ſecus in aliis in quibus lis minime conteſtatur.

57 *Etiam ante litem conteſtatam compromiſſum inter cōiunctos, ſtante ſtatuto peti poteſt, & num. ſeq.*

Tunc ablatiui abſoluti per participium poſiti conditionem inducunt, vbi futurum tempus, & id quod ſui natura incertum eſt omnino reſpiciunt, & magis communis eſt ſcribentium opinio.

De cauſa mentionem ſtatutum faciens, tam ante, quam poſt litem conteſtatam eſſe intelligēdum, magis communiter ſcribentes aſſeuerant.

Statuto dictante, quod ſi alicuius aduocatus reipublicæ cauſa abſit procedi in cauſa donec redeat non poſſit, etiam quod ante litem cōteſtatam aduocatus diſceſſiſſet in ipſius reditum eſt cauſa differenda.

60 *Ille arbiter eſt voluntarius, qui de partium conſenſu eligitur, & in quem ſub pœna per ſtipulationem compromittitur; arbitrator vero eſt amicabilis compoſitor, cuius partes ſunt de facto potius, quam de iure, ac ſine aliquo iuris ordine lites terminare; arbiter item ad litem decidēdam, arbitrator vere ſuper diſcordiis in contractu ortis eligitur.*

61 *Compromiſſum in arbitratorem factum cōtractus vim habet, illudque ad hæredes tranſit, & qualiter iſtud procedat declaratur.*

Secus ſi in arbitrum compromiſſum fieret, quo caſu hæredum mentione non facta alterius partis morte exſpirat, & annullatur.

Id quod ſui natura eſt ad hæredes tranſitorium, ex partium conuentione efficitur non tranſitorium, & è contra.

Morte

Morte ſocietas regulariter ſoluitur, neque ad hæredē quamuis ita conuenerit, tranſit.

Sententiæ arbitri effectus ad hæredes, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint, & quamuis mentio de eis nullatenus in ſententia facta fuerit tranſit.

Lucrum, & damnum quodcunq; ex re communi per ſocietatem effecta etiam poſt ſocii mortem proueniens, commune cum ſocii hæredibus cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

62 *Arbitratorem in iure non reperiri aliqui opinantur.*

Arbitratorum arbitramentum large, & improprie ante laudum a partibus approbatum trāſactio dicitur vere tamen, & proprie ratificatione ſecuta.

Lis eſſe coram arbitratore non dicitur.

63 *Nec abſoluendi, neque condemnandi poteſtatem, arbitratores habere communis eſt opinio, ac eis ſine aliqua partis citatione arbitrari licere, necnon tertium incertum eligendi facultatem dari poſſe deducitur.*

Sententiam arbiter die in honorem Dei feriata, proferre nequit, ſecus in arbitratore, cui valide tali die tam de iure ciuili, quam canonico pronunciare licet.

64 *Ab arbitratoris perſona antequam arbitretur, non receditur.*

Nullam inter arbitrum, & arbitratorem circa recuſationis articulum eſſe differentiam, ac vtrumque noua exiſtente ſuſpicionis cauſa recuſari poſſe ſcribentes ſentiunt.

Quamuis arbitratorem recuſare non liceat, aliqui de communi ſententia, valde auctor de hoc dubitat, & numero ſeq.

Etiam compromiſſo pendente ex cauſa poſt compromiſſum ſuperueniente recuſari arbiter poteſt, vel vbi cauſa antiqua eſſet nouiter tamen cognita.

Quamuis iure ciuili attento a perſona non arbitrante non recedatur, de æquitate tamen canonica ab ipſius perſona receditur, & ad boni viri arbitrium recurritur, ac æquitati canonicæ ſtandum eſſe concluditur.

65 *Rei venditæ pretio in tertii nominati arbitrium collato, ſi per aliquam partium ſtet, quominus ille arbitretur, perinde habetur, ac ſi arbitratus eſſet, & ratione incertitudinis pretii ad iudicem, vt illud declaret recurritur.*

Venditione, pro pretio à duobus æſtimando facta, vno ab emptore altero à venditore eligendo, ex tali contractu, vt hominem pro parte ſua venditor eligat, recurritur.

Vtrum emptio valeat pretio, ſeu rei quantitate incertæ perſonæ remiſſo remiſſiue.

66 *Compromiſſo in duos tanquam in arbitratores facto ipſis diſcordantibus ad tertii electionem neutiquam deuenitur, & ratio affertur.*

67 *Neque actio, ex arbitri ſententia condemnatoria, neque exceptio abſolutoria exiſtente ſententia oritur, vbi pacto nudo, & ſine iuramento, & ſine pœna, compromiſſum factum fuiſſet.*

Poſt decem dies à die laudi promulgati tacita ipſius emologatio reſultat, & executioni demandari laudum poteſt.

Quacunque homologatione excluſa, & tacita, & expreſſa, ſtatim Iudæorum laudum executioni demandatur.

Certa laudi ſcientia tacitæ, vt homologationi locus ſit, requiritur laudi ratificatio etiā iurata, niſi laudum ratificanti lectum ſit minime nocet.

68 *Pactum nudum, actionem de iure canonico parere, communis eſt canoniſtarum opinio, & tali iure attento ad intereſſe ex arbitri ſententia ſine alia homologatione agere licet.*

Pœna in compromiſſo appoſita ad pœnam, ſi contra fiat certi condictione, ex ſtipulatu agere licet, pœna vero non appoſita quamuis actio non detur, ad intereſſe agitur, quia ſententiæ non paretur, ita timore intereſſe, ſicut metu pœnæ arbitri ſententiæ pareri [illegible] eſt, ac ſine pœna validum eſt compromiſſum contra vulgatam opinionem aliter ſentientium.

69 *Pœna in compromiſſo appoſita parti ſententiæ obtemperanti non autem fiſco applicatur.*

In pœnis iuris accreſcendi non eſt locus.

Pœna intereſſe loco in dubio appoſita cenſetur.

Pœnam conuentionalem eatenus hodie exigi quatenus, cum intereſſe concurrit communis eſt ſcribentium opinio.

70 *Compromiſſo cum pœnæ adiectione facto, & cum clauſula rato manente pacto tam expreſſe quam tacite, per lapſum decem dierum homologari poteſt, ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.*

Arbitratoris laudum, & arbitramentum nullatenus decem dierum taciturnitate, ſed expreſſe tantum homologari poteſt.

71 *Iuramentum in compromiſſo appoſitum actionem producere, ac clauſulæ rato manente pacto vim habere communis eſt ſcribentium opinio.*

72 *Pœna in compromiſſo appoſita, nec appellare nec ad arbitrium boni viri laudum reducere licet.*

Contra laudum venientem, ſeu contra compromiſſum, quod nullum ſit in pœnam non incidit.

Ex laudo quod nullum ſit executionem petere nō licet, quod etiam in caſibus in quib. actio ex compromiſſo oritur procedere communis eſt ſcribentium opinio, & in practica obſeruata.

Ab arbitri ſententia appellare de iure canonico licere communis eſt ſcribentium opinio.

73 *Ab arbitri iuris ſententia, ex forma legis iudicis, ſeu ſtatuti præcepto electi appellari poſſe, maximè vbi ex arbitri ſententia actionem oriri, vel plenam laudum roboris firmitatem obtinere, ſeu quod executioni laudum mandetur ſtatutum diſponeret, magis communiter ſcribentes aſſeuerant.*

74 *Laudum per homologationem in rem tranſit iudicatā.*

Actio, ex laudo, vt oriatur tacita, & expreſſa homologatio æquiparantur, homologare, & confirmare paria ſunt.

75 *Arbitratoris arbitramentum, vſque ad annos triginta ad boni viri arbitrium reduci poſſe communis eſt ſcribentium opinio, quod enormi ſtante læſione procedere, ſecus in modica quo caſu illius arbitrio ſtandum eſſe, communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt.*

76 *Statuti Beneuentanum appellatione, ſeu reductione, non obſtante eſſe laudum exequendum diſponit.*

Reductionem ad boni viri arbitrium aduerſus laudū, etiam quod reductioni ipſi renunciatum cum iuramento extiterit, enormi ſtante, ſeu enormiſſima læſione competere, magis cōmunis eſt ſcribētiū opinio.

Verba quantumuis ampliſſima, reductionis renunciationem continentia, ſub arbitrorum confidentia, ad illorum beneuolentiam captandam appoſita cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

Statuto non obſtante appellationem, & recurſum prohibente, ac iuramentis non obſtantibus, ſine homologationibus, ante ſcilicet laudi prolationem adhibitis aliiſque quibuſcunque remediis quandocunque enormi ſtante, ſeu enormiſſima læſione recurſum ab arbitrorum ſententiis haberi poſſe magis communis ſcribentium eſt opinio.

Statuta huiuſmodi reductionis prohibitiua tacitā hanc conditionem continent, ſi dolus lata culpa, ſeu enormis læſio, a laudo abſit.

Enor-

77 Enormiſſima ſtante læſione non eſſe hoc caſu neceſſariam abſolutionem à iuramẽto, magis communis eſt ſcribentium opinio, etſi ob animæ periculum, & ad cautelam etiam enormiſſima ſtante læſione abſolutionem à iuramento petere bonum eſſe, & laudabile ex Pariſio deducitur.

Ad arbitrium boni viri reductio ampla quacunque, & ampliſſima renunciatione non obſtante, ſiue in dolo, ſiue in culpa, arbiter ſit peti poteſt.

Enormiſſima ſtante læſione reductione laudum non indigere ipſumque adeo nullum eſſe, vt neque prætoris decreto, quin peti in integrum reſtitutio poſſit, confirmari valeat, ex eodem Pariſio aſſeritur.

78 Paratam laudum executionem habere non dicitur, etiam quod iuramento ſit compromiſſum vallatum, quod etiam in arbitratoris ſententia locũ habet, maxime aduerſus laudum ad boni viri arbitrium reductione petita.

79 Recurſu ſeu reductione ad boni viri arbitrium pendente, laudi quod executio impediatur verior eſt & frequentiori ſcribentium calculo approbata opinio.

80 Non ſolum reductione, ſed tempore etiam ad reductionem ipſam petendam durante, laudi executionem impediri aliquorũ eſt opinio de qua valde dubitatur.

Tempus reductionis petendæ eſſe triginta annorum ſpatium magis communis eſt ſcribentium opinio, immo, & quadraginta ſecundum aliam cõmunem ſcribentium opinionem.

81 Statuto recurſum, ſeu appellationem, à laudo prohibente executioni laudum etiam parte reclamante interim mandatur, maximè vbi læſio, ſiue aliud quid, quod contra laudum proponitur altiorem indaginem requireret, ſecus ſi incontinenti, ac ex eiſdem actis de læſione, & grauamine pars quæ reductionem petit, docere vellet; quo caſu fraudis, & calumniæ ſuſpicione ceſſante executio retardatur, ſicut & nullitatis exceptionem executionem tali caſu retardare, & impedire magis communiter ſcribentes ſentiunt.

Laudum quod ſtatuti virtute executionem meretur, ſententia appellatur.

Contra laudum à ſtatuto executionem paratam habẽs nouationis exceptio opponi poteſt.

82 Ex capite tantum enormiſſimæ læſionis præfata ad boni viri arbitrium reductio atque recurſus conceditur, non autem ex aliis exceptionibus, quibus ſponte partes renunciaſſent, ſiue quod illæ à ſtatuto remiſſæ eſſent.

Laudum abſque partium citatione ad ſententiam audiendam prolatum valet, quoties arbitris ſeu à partibus ſeu a ſtatuto, etiam partibus non citatis ſententiam proferendi data facultas fuiſſet, ac citationi ad ſententiam quod renuntiari poſſit, ex Cumano aſſeritur, nec ex alterius ſolemnitatis defectu, laudo contrauenire poteſt, vbi partes in cõpromiſſo in ampliſſima forma minime contrauenire promiſiſſent.

Et per partes, & per ſtatutum recurſui reductioni, & appellationi, læſio dummodo non adſit enormiſſima, renuntiari poteſt.

83 Nullitatis exceptio altiorem indaginem requirens executionem ſecundum communem ſcribentium opinionem non retardat.

Quoties aliquid contra laudum altiorem requirens indaginem opponitur per malitiam opponi illud præſumitur, ac arbitrorum laudum dicta reductione non obſtante exequi poteſt.

Tunc in fraudem executionem differendi exceptio proponi dicitur, quando ad allegatorum elucidationem, teſtes producere quis vellet.

Illa exceptio in præfati ſtatuti terminis executionem retardat per quam, laudum proferentem arbitrum non fuiſſe deducitur, vel quod vltra ea in compromiſſo contenta ſententiam, arbiter tulerit, ſiue quod poſt inſtantiæ lapſum arbiter pronunciauerit.

84 Tunc laudi executio, paratam, ex ſtatuti forma, executionem habens reductione pendente denegatur, quando longum reductionis cauſa tractatum non requirit alias ſecus.

Quando ſtatutum dat laudo executionem ab executione in effectu reductionem petens appellare videtur.

Regulariter ab executione quoad effectum, præſertim ſuſpenſiuum appellatio non admittitur.

85 Reductionis renunciatione ſtante reductionem nunquam petere licet, niſi per laudum grandius grauamen aut immodica læſio illata fuiſſet, vel niſi de arbitri dolo conſtare aliquo modo poſſet.

86 Quoties ex ſtatuto aut partium conuentione ſeu reductionis renunciatione laudi executio non retardatur, ille ad fauorem cuius fit executio de omnia in caſu retractationis, ſeu reuocationis ipſius laudi reſtituendo cauere tenetur quod in præfato Beneuentanæ ciuitatis ſtatuto expreſſe diſponitur.

87 Non ſemper reductio, & appellatio æquiparantur: appellatio enim infra decem dies interponitur, reductio verò ab arbitratoris arbitramento infra annos triginta.

Appellationis cauſa ſecunda cauſa eſſe dicitur, ac de ſecundis cauſis ſtatutum loquens in appellatione tantum locum habet, non autem in reductione, quæ prima cauſa dicitur.

Diſsimilis potius ab appellatione quam ſimilis reductio cenſetur.

88 In appellationis cauſa teſtibus in priori iudicio ſolemniter, & legitime productis omnino ſtatur, ſecus in teſtibus coram arbitris examinatis, quibus viuentibus pars contra quam depoſuerunt ſtare non tenetur, ſed iterum, vt teſtimonium dicant ipſi poſtulare licet, Quod ſiue facta coram arbitris ipſorum publicatio ſit, ſiue non procedit, ipſaque teſtium repetitio fieri tali caſu per ex tenſum debet, nec teſtes ad priora dicta ſe referre ſufficit.

Non ſic diligenter teſtes coram arbitro, ſicut coram iudice interrogantur.

Teſtibus coram arbitrio examinatis defunctis, non aliter niſi coram iudice recepti fuiſſent, ſtandum eſt, ſaluo nihilominus iure contra eorum perſonas, & dicta opponendi.

49 Ad arbitrium boni viri reductione pendente arbitrii, ſuſpendi executionem, quoties ante petitam ab alia parte executionem arbitri laudum reductio petitum fuiſſet verior, æquior, & magis communis eſt ſcribentium opinio.

Cameralis obligatio, & ſtipulatio, laudo parendum, ac exequendum illud eſſe diſponens illam ſemper recipit conditionem, niſi aduerſus ipſam ad boni viri arbitrium reductio poſtuletur quod in compromiſſo ſpeciale eſſe cenſetur.

Reductioni eſſe in dubio deferendum communis eſt ſcribentium opinio.

Quoties reductioni partes renunciaſſent, neque enormis concurrit læſio petitæ reductioni, deferre arbiter non tenetur, effectumque denolutiuum tantum non autem ſuſpenſiuum reductio tali caſu operatur.

Stante appellationis renunciatione executio per appellationem minime retardatur, idemque pactum operatur, quod executioni laudum demandetur.

Contractus legem ex conuentione accipiunt.

Laudi executio quoties decem, poſt dies à die prolati

laudi

laudi reductio peteretur, neutiquam retardatur, nec redactio tali caſu appellationis ſpecies dicitur.

91 Ad arbitrium boni viri reductionem ſpeciem quandã appellationis dici communis eſt ſcribentium opinio.

Coram reductionis iudice non poſitum ponitur, & non probatum probatur.

In reductionis cauſa nunquid litem conteſtari oporteat remiſsiuè.

In reuiſionis cauſa nunquid ſententiæ iuſtitia, ſeu iniuſtitia eiſdem exactis reuideri debeat, vel terminus in reuiſionis cauſa probatorius, ſit petenti concedendus remiſsiuè.

Ad probationes in iudicio factas, arbitris, vel arbitratoribus, ſe referentibus, quamuis ex probationibus illis laudum non comprobetur aliis ex probationibus inſcriptis non redactis iuſtificari poteſt.

92 Procurator generaliter conſtitutus appellare poteſt, & debet, quod in negotiorum geſtore ſimiliter procedit. ac quodlibet ſimplex mandatum ad appellandum ſufficere communis eſt ſcribentium opinio; Reductionem vero ad arbitrium boni viri, abſque ſpeciali, & indiuiduo mandato ad illam petendum petere procuratori non licere, communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Nunquam procuratori de illicitum faciendo mandatũ datum cenſetur, neque id per quod in pœnam dominum incidere facere poſſet.

Qualiter ex facto procuratoris ſpeciali mandato carentis pœnam incurrere dominus poſſet deducitur.

93 Iudex pro reductione arbitrium boni viri aditus non de laudi tantum iniquitate, ſed de nullitate ſimiliter comperta pronunciare poteſt.

94 Illum, qui cauſa iudex ab initio fuiſset eſſe reductionis iudicem communis eſt, & verior ſcribentium opinio.

Ad arbitrium boni viri reductio petita ad priſtinum ſtatum rem reducit.

Ratione iuramenti in compromiſſo appoſiti etiam corã iudice eccleſiaſtico reductionem ad arbitrium boni viri laicus petere licet.

95 In pupillorum cauſis viduarum aliarumque miſerabilium perſonarum pro laudi ad boni viri arbitrium, reductione, ordinario iudice omiſſo Principem, vel Senatum adire licet.

Sententia, quæ à Principe profertur legis vim habet ſic & pariter laudũ à Principe, vel ab eo, qui iura Principis, ac legis condendæ facultatem habet, prolatum.

96 Compromiſſo ſtante neceſſario, qui appellationis eſt index eſt reductionis.

A delegato ad delegantem recurritur, & appellatur.

In Regno Neapolis, ſiue neceſſarium compromiſſum ſit, ſiue voluntarium ad loci iudicem in quo laudum profertur recurritur, idemque de iure Regio, apud Hiſpanos cauetur.

97 A ſententia laudi confirmatoria appellare non licere, verior eſt, & magis cõmunis, necnõ approbata à peritioribus opinio: quod quoad effectum ſuſpenſiuum, ſecus quoad deuolutiuum procedere ad quem finem appellare licere, magis communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Barto. opinio in cauſa reductoria ſuccumbentem, ad pœnam in compromiſſo appoſitam, & ſub qua arbitrorum ſententiam ad boni viri arbitrium non reducere promiſit indiſtincte teneri dictans communiter improbatur.

98 In duos arbitros compromiſſo facto cum facultate in caſu diſcordiæ tertium eligendi nullum eſt compromiſſum, & inualidum, ſecus vbi certus eſſet tertius, & differentiæ ratio aſsignatur.

Simpliciter in duos compromiſſo facto, valet compromiſſum ipſiſque diſſentientibus per iudicem in vnum concordare, ac tertium eligere coguntur.

Textus in leg. item ſi vnus, §. ſi duos, & in §. finali, conciliantur.

Tertium arbitri ipſi non autem partes eligere coguntur.

99 Arbitratoribus, tertii incerti eligendi facultas dari poteſt.

Tertius ab arbitris electus, ad munus hoc recipiendum cogi poteſt.

100 Arbitris, vbi diſcordes eſſent, partibus tertium vt eligant mandare minime licet.

Quoties aliqua circa ſubſtantialia mutatio fit nouum fieri dicitur compromiſſum.

101 Tertius per iudicem electus conſultor dicitur, eiuſq; conſilium arbitri, ſeu arbitratores ſequi tenentur, ſecus vbi partes compromiſsi forma attenta ipſum elegiſſent, quo caſu arbitrator ille tertius cenſetur, nec ad illius conſilium ſequendum arbitri adſtringũtur, ſed duorum concordia eſt omnino neceſſaria.

Ab arbitris facultatis vigore eis in compromiſſo conceſſa tertius electus, a partibus electus cenſetur, & conſultor exiſtimatur.

102 Tertio de partium voluntate ab arbitris electo, ac facta per arbitros, & partes promiſsione de ſtando ipſius ſententia duobus primis arbitris à diſcordia diſcedentibus, ac demum concordantibus abſque tertio atque eo non requiſito, immo contradicente primi arbitri valide ſententiam proferre poſſunt.

Præfatam promiſsionem illam habere conditionem deducitur, niſi primi arbitri iuxta iuris diſpoſitionem concordes extiterint.

103 Poteſtate arbitris per partes data tertium eligendi, tertium qui officii particeps ſit, non autem conſultorem eligere eis licet, quod in arbitris ſtatutariis non procedit quibus conſultorem, & aſſeſſorem eligere licet.

104 In duos compromiſſo facto facultate eis in caſu diſcordiæ eligendi tertium conceſſa, nec arbitris tertium eligere licet, neque valide aliquid ab ipſo tertio fieri poteſt, niſi de duorum diſcordia legitimè conſtito, & parte in hoc citata.

Ex diuerſis arbitrorum ſcripturis in quibus ipſos diſſentire appareat de diſcordia conſtare dicitur.

Tertius, ex legis ſeu ſtatuti diſpoſitione, aut prætore cogente electus ab ambobus arbitris diſcordantibus ſolus ſecundum magis communem opinionem laudare poteſt.

105 Statuti Beneuentani diſpoſitio circa tertii electionem, ſtante arbitrorum diſcordia refertur.

Tertius, qui partibus ſuſpectus non ſit eligi debet, ac partibus ad notam ſuſpectorum dandam monitis.

De cõfidentibus, ad eligendum iudex non arctatur, ſed ſuſpectos euitare ſatis eſt.

106 Nihil laudum operatur, niſi de cõpromiſſo appareat, nec ad talis poteſtatis probationem præſtari iuramẽtum ſuppletorium poteſt, attamen ſtante temporis antiquitate tam compromiſſum quam mandatum de compromittendo præſumi communis eſt, & magis æqua ſcribentium opinio.

107 Vbi partibus præſentibus, & homologantibus laudum arbiter proferret ex homologatione ipſa ſecundum communem ſcribentium opinionem compromiſſum oritur ac laudi executio, quamuis de compromiſſo, non doceatur peti poteſt.

108 Læſione vltra dimidiam concurrente, laudi approbatio nullatenus obſtat, cunctaque remedia, quæ aduerſus tranſactionem locum obtinent locum ſibi contra laudum quãtumuis approbatum vendicare, ac remedium ſignanter l. 2. C. de reſcind. vendit. magis communis eſt, ſcribentium opinio.

Iura-

Iuramentum de non contrauueniendo laudo occaſione legati, ab eo qui legatum purum putabat præſtitum legato ipſo conditionali exiſtente, ex quo erroneum eſt iuramentum nullatenus præiudicat.

109 Falſa cauſa laudum vitiat, ac indebiti condictione, vel ſine cauſa dominium, ex laudo ratificato, & ſeruato, illius virtute diuiſione facta erronea reperta, repeti poteſt, & quo caſu erroris exceptio non iuuat, declaratur.

110 Clauſula in compromiſſo appoſita, vt ſecundum talis conſilium arbiter pronunciet ad conſilium ſequendum arbitrum non aſtringi communis eſt ſcribentium opinio, clauſula item in compromiſſo exiſtente, quod eam arbiter ſententiam proferat quam ille dixerit, ſeu conſulerit, vel de talis conſilio, & conſenſu inualidum eſt compromiſſum.

Nullum eſt compromiſſum illa in ipſo conditione appoſita ſententiam, vt arbiter certam proferat, ſecus in arbitratore, cuius reſpectu validum in hoc caſu eſt compromiſſum.

111 Statuto de nullitate aduerſus laudum dici opponente, nunquam nullitates ex poteſtatis defectu arbitro attributæ reſultantes ſublatæ cenſentur, necnon nullitates ex actis apparentes, & quæ notorium faciunt præfato ſtatuto nõ obſtante militare deducitur, item, nullitates quas incontinenti pars probare ſe offerret, ſecundum communem ſcribentium opinionem, vbi calumniæ, ſeu maliti æ præſumptio contra partem opponentem non militaret alias ſecus.

112 Nullum ipſo iure, & inualidum eſt laudum abſente parte, quamuis citata prolatum, nec ſententia arbitrorum valet, prout in cedula pronunciantium, niſi etiã partibus abſentibus pronunciare arbitris poſſe compromiſſum diſponeret, vel niſi arbitratores pronunciantes extiterent, vel de ſtando omni laudo iuramento mediante in compromiſſo partes promiſiſſent.

113 Ad partes ipſas iuris arbitros eligere pertinet.

Aliud eſt coniunctim, ſeu communiter, aliud vero diuiſim arbitros eligere quod à ſtatuto Beneuentano confundi, & male demonſtratur.

Ab altera parte arbiter electus iuſta cauſa concurrente recuſari poteſt, quem vero pars recuſans elegerit, niſi ex noua cauſa, vel veteri ignorata de nouo ad notitiam deducta recuſari minimè poteſt.

Decius in cap. poſtremo columna 2. de appellation. arbitrium ſolo iuramento recuſari poſſe, explicans, declaratur.

Poſt arbitros diuiſim, electos actis coram ipſis ſine proteſtatione factis, ipſos ex noua cauſa, ſeu antiqua nouiter cognita recuſari licet.

Arbitros vſque ad cauſæ concluſionem non autem poſtea recuſare licet.

114 Alterius partis conſanguineum, ſiue familiarem arbitrum eſſe poſſe qualiter procedat declaratur.

Par affectionis cauſa ſuſpicionem tollit.

115 Nec monachum cartuſienſem, neque alium bonæ obſeruantiæ religioſum ex conſanguinitatis cauſa recuſari poſſe communis ſcribentium eſt opinio.

Papam conſanguinitatis prætextu recuſare, minime licet.

116 Nullis verborum vinculis in compromiſſo appoſitis, quominus aduerſus laudum reductio peti poſſit magna laudi læſione, ſeu iniquitate concurrente euitari poſſe magis communis ſcribentium eſt opinio.

Literarum cambii pro laudi obſeruantia depoſito facto non obſtante, ac non obſtante iuramento reductionẽ, ad arbitrium boni viri ſtante læſione, vt ſupra petere licet.

117 Enormis laudi læſio dicitur, quando in ſexta parte debitæ quantitatis adeſſe reperitur, vel hoc tanquam à lege non determinatum iudicis arbitrio remittẽdum eſt, & vtraque præfatarum opinionum magis communis cenſetur.

Enormiſsima dicitur læſio, quoties vltra illius dimidiam de quo controuertebatur læſus vnus ex litigatoribus apparet.

Quoties quis in tota ſumma ab arbitris læditur nõ enormiſsime tantum, ſed læſus in totum dicitur.

118 Compromiſſum prorogandi partibus abſentibus, & ignorantibus, facultate arbitris conceſſa, partib. prorogationem notificare arbitri debent, alias inualida, prorogatio eſt, etiam quod intimationi dẽ ipſa prorogatione faciẽdæ, expreſſe partes pronuntiaſſent, quod vbi ſpecialiter arbitri prorogationem intimare non teneri dictum extitit limitatur.

Arbitris prorogandi poteſtate ſimpliciter conceſſa ſemel tantum prorogare licet.

119 Pluries ſeu toties, quoties prorogandi poteſtate arbitris conceſſa bis tantum prorogationem facere licet, Vbi vero per verba pluries, & pluries de quatuor vicibus intelligitur, & vbi facultas de plurimis vicibus loqueretur de tribus prorogationibus intelligitur.

Compromiſſum prorogandi poteſtatem arbiter habens, illud ad viginti annos, ſeu ad uitam prorogare minime valet.

Compromiſſo facto per duos menſes duraturo facultate in eo arbitris præſtita, ſemel illud, bis ter, ſeu pluries prorogandi duabus tantum vicibus compromiſſum prorogare licet.

120 Prorogationem de partium arbitrorumque voluntate in veritate factam fuiſſe per teſtes quod probare, ſufficiat, nec ipſam per actorum notarium in ſcriptis apud acta redigendum eſſe requiri communiter ſcribentes ſentiunt.

Quamuis ſimplici arbitrorum relationi de prorogatione ſtedi Bartolus firmet, cuius opinionem eſſe magis cõmunẽ aliqui teſtantur, ipſius nihilominus opinionẽ non ſeruari iuxta communem ſcribentium opinionem deducitur.

121 Acta iudicii per ſcripturam probari debent contra Bartolum, per teſtes acta iudicii probari poſſe aſſerentem communi ſcribentium calculo reprobatum, maximè in loco inſigni in quo extat notariorum copia, neque lite pendente de geſtis coram ſe teſtificari iudex poteſt.

122 Compromiſſum in arbitratorem potius quam in arbitrũ factũ cenſetur, arbitratoremq; potius quem quã arbitrum præſumi magis communis eſt, ſcribentium opinio, maxime quando ex perſonæ qualitate in quam compromittitur illum tanquam arbitratorem electum fuiſſe colligitur.

123 Vbi laudum tanquam ab arbitratore prolatum non valeret tanquam arbitrum eum cognouiſſe præſumitur, & ſic è contra.

124 Ordinarius iudex quod arbiter eſſe nequeat communis eſt ſcribentium opinio, etſi arbitrator quod eſſe poſsit communis ſimiliter ſit ſcribentium opinio.

Iudex ordinarius iuris canonici diſpoſitione attenta, quod arbiter eſſe poſsit communis eſt ſcribentium opinio.

125 Quamuis iudicis ſententia plura continens capita ſeparata approbari aliquibus poſsit, & ab ipſa in aliquibus appellari, in laudis tamen arbitrarum ratione attendunda compromittentium voluntatis ſecus eſſe exponitur.

Arbitrorum ſententia ſuper vna re ſola cum quæſtio ſit de pluribus nunquid valida ſit remiſsiue.

126 Pro laudi iuſtitia, & rectitudine ab arbitro prolati,

ſicut

ſicut pro iudicis ſententia præſumi receptiſsima eſt, ſcribentium opinio.

Laudum eſſe iniquum allegantí probandi onus incũbit

127 Arbitratoris laudum quod ſit aliquid, ac rite illud, & recte ſimul latum, ac bene omnia, & ſolenniter diſcuſſa præſumi communis eſt ſcribentium opinio, quod quoties in dubio ſumus, ſecus ſi certus caſus eſſet, & clarus, vt quia compromiſsi fines exceſsiſſe arbitrum appareat, vel ex compromiſsi & laudi inſpectione alijs ve præſumptionibus laudi nullitas oſtẽditur procedere declaratur.

Quoties a laudo reclamatum fuerit, pro eo non præſumi communis eſt ſcribentium opinio.

128 Quoties in arbitri, ſeu arbitratoris ſententia dolus re ipſa, vel ex propoſito interuenerit contra ex tali ſententia agentem doli opponere exceptionem licet.

Dolum re ipſa quoad actus annulationem a dolo ex conſilio, ſiue ex propoſito nihil differre ſcribentes magis communiter affirmant.

129 Inimicitia inter arbitrum, & partem orta arbitro contra partem ne ius præſumat obſtat exceptio.

Si iudex capitalis illius inimicus erat contra quem ſententiam tulit dolus ex hoc præſumitur, ac doli exceptio contra ſententiæ executionem petentes obſtat, Quod vbi partis culpa inimicitia ſuperueniſſet procedere declaratur.

130 Nullum laudum dicitur eodem die quo compromiſſum factum fuit prolatum, nec immediate poſt compromiſſum pronunciare arbitrum poſſe, etiam quod plena cum poteſtate compromiſſum factũ appareat, vbi latum parte abſente laudum fuiſſet, neque illud homologaſſet deducitur, nec infra triduum, poſt factum compromiſſum valide arbitri pronunciant.

Si ante factum compromiſſum partium iura arbitri cognouiſſet eos eodem die quo factum fuit compromiſſum valide iudicare aſſeritur.

Arbitris præſertim omnia controuerſiarum capita determinantibus, ipſiſque viris probis exiſtentibus arbitris in laudo quod inſtructi de cauſa fuerint aſſerentibus fides adhibetur.

131 Pro iudicis decreto præſumi, vbi illud per maiorem iudicem interpoſitum fuiſſet debitaque in illo enunciatæ ſolemnitates fuiſſent magis communis eſt ſcribentium opinio.

Pro decreto præcipitanter interpoſito non præſumitur nec pro decreto quo eodẽ tempore eſt minori datus curator. & alienationi bonorũ eſt authoritas interpoſita q̃ in principio ẽt ſententia procedere declaratur.

132 Laudum ſub conditione immo pluribus ſub conditionibus proferri poteſt, eoque pluribus ſub voluntariis, conditionibus prolato ad inſtantiam adimplere debentis exequi minime debet, nec ex eo agi, niſi illum prius omnes laudi conditiones adimpleuiſſe conſtet.

Sententiam arbiter ferre nequit condemnatoriã quantitate ad quam condemnauit non expreſſa.

Arbitro in ea quantitate hodie condemnante quam deinde ſubſequenti die declaraſſet, valet laudum tanquam ab arbitratore prolatum.

133 Vna partium compromiſſum fieri petente altera vero negante liquidam rem eſſe dicente, vel deciſum articulum hunc vtrum fieri, vel ne compromiſſum, debeat ad iudicem non ſpectare ſcribentes communiter fatentur.

134 Eo caſu ſuper incidenti aut emergenti eſt compromiſſo locus, vbi probabile dubium in facto ſuper incidenti emergeret, alias ſecus in his quæ iuris ſunt clara, ſemper eſſe dicitur.

Vbi dubium iudicii ordinem concernens ſupereſſet, etiam ſuper eo eſt cauſa compromittenda.

135 Extraiudicialis confeſsio nullatenus ſine cauſæ expreſsione probat, ſecus in iudiciali, in qua iudicis calor cauſam ſupplet, necnon in confeſsione coram arbitro facta iuris ordine ſeruato procedente confeſsionemque recipiente ſecundum veriorem ſcribentium opinionem.

Confeſsio corã arbitro de re ad arbitriũ, ſeu arbitrum, non pertinente facta minimè valet.

136 Quamuis compromiſſum in Regem factum Ducem, ſeu Principem in ſucceſſorem non tranſire communiter ſcribentes ſentiant, attamen dignitatis potius contemplatione quæ in ſucceſſore durat factum cenſeri, veriorem eſſe ſcribentium opinionem deducitur, niſi perſonam potius quam dignitatem partes reſpexiſſe conſtaret.

137 Neque ad ſucceſſores, neque ad hæredes compromiſſum regulariter tranſit.

A prælato ſuper ipſius Eccleſiæ re compromiſſo facto, etiam ſucceſſoris mentione non facta, ac nomine proprio prælati expreſſè ad ſucceſſorem compromiſſum tranſit.

Eccleſia nunquam moritur.

Actum Eccleſiæ nomine, ſiue nomen proprium, ſiue appellatiuum exprimatur Eccleſiæ nomine geſtum cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

138 Subſtituti diſpoſitione coniunctos ad compromiſſum cogentis criminalis cauſa minime comprehenditur, Vbi cauſa criminaliter ſecus vbi ciuiliter moueretur, & ubi de pœna pecuniaria parti applicanda ageretur, quod qualiter intelligendum ſit declaratur

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.

139 Tunc de criminali cauſa criminaliter intentata compromittere non licet, quoties in arbitrum compromiſſum fieret, ſecus in arbitratorem in quem compromittere licere communis ſcribentium, ac in praxi recepta eſt opinio.

Qualiter textus in l. non diſtinguemus, § Iulianus ff. de arbitr. & tex. in l quid ergo, § ex compromiſſo, ff. de his qui notant. infam. inuicem aduerſantes procedant, & intelligantur declaratur.

De cauſis ſpiritualibus in laicum tanquam in arbitratorem compromiſſum factum valere communis eſt, ſcribentium opinio, & in praxi recepta.

140 Spolii cauſa quoties violentia in eo arguitur, & cauſa ipſa criminalitati incaleſcat, neutiquam compromittitur.

Compromiſsi exceptio attentatorum reuocationem ad inſtantiam partis per iudicem faciendam, regulariter retardat.

De omnibus cauſis fieri compromiſſum poteſt, quæ expreſſe non prohibentur.

Attentans, compromiſſum petẽs, non auditur, ſecus in illo, qui attentata paſſus eſt.

De pœnis maleficiorum præteritis ſecus de futuris compromittere, licet.

Pro pœnis præteritis ſe obligare quis poteſt, & ad conferendum in pœnam maleficii præcedentis non autem in pœnam maleficii ſubſequentis.

Ab hærede cum beneficio legis, & inuentarii compromiſſo facto promiſsione de parendo laudo in illo contenta, nunquid laudo ab arbitris prolato inuentarii, exceptionem hæredi opponere permittatur, opiniones referuntur, & ſtantibus clauſulis, & renunciationibus adhiberi ſolitis non licere concluditur, ſecus vbi in caſu eſſemus compromiſsi neceſſarii, quia tunc in ſolidum hæredem, non teneri aſſeritur.

142 Quoties de prælati agitur electione ad electionem compromiſſo mediante electores deuenire ſolent, ac ſub illa forma ſignanter, vt illum eligere compromiſtarii

miſſarii teneantur in quem maior capituli pars illorum de capit. votis ſcrutatis ſecrete conſenſerit, & ſigillatim. præfatamque formam eſſe cæteris præſtantiorem aſſeritur.

Quamuis ad huiuſmodi compromiſsi validitatem omnium conſenſum requiri, ac vni ſoli ne compromiſſũ fiat impedire licere ſcribentes communiter ſentiant, attamẽ præfata ſub forma maiori parti quamuis alii contradicẽt compromittere conceditur, ac electio valet dummodo dignus eligatur.

143 *Tunc vni de collegio contradicere licere, vbi à principio contradiceret intelligitur, ſecus vbi per totum collegium compromiſſo facto, qui vocandus non erat ſuperueniret, quo caſu non eſſe compromiſſum retractandum ſcribentes communiter ſentiunt.*

Si tres ſint de collegio, & duo tertio contradicente compromittere velint duorum ſtari iudicio quod debeat communis ſcribentium opinio refertur.

Compromiſſum de eligendo prælatum in extraneum à collegio fieri poteſt.

Prælatum eligendi poteſtate alicui data, ſeu alium officialem de idoneo intelligitur.

In mandato generali, quod indignus eligatur non venit.

De digno electio facta licet de digniori fieri potuerit, non vitiatur.

144 *Vno ex compromiſsariis publicè excommunicato exiſtente vitiari ex integro electionem communiter ſcribentes ſentiunt, idem ſi occultè excõmunicatus eſſet, ut maior pars in non excommunicatis remaneat.*

Nulla eſt electio facta de eo, qui idoneus putatur, aut quia tacite qualitates requiſitas ſe habere profeſſus eſt, aut quia id tacuit, quo expreſſo minime facta electio fuiſſet, nulla pariter eſt electio quoties in plures, vt electionem faciant compromiſſum extitit, & ab omnibus electionis pronunciatio facta appareat.

Ab vno electionis pronunciatio eſt facienda, & ſolemniter eſt publicanda ipſaque clandeſtina facta nulla extitit.

145 *Tranſactionis exceptio, & laudi homologati, litis finitæ exceptio dicitur.*

Ipſamque litis ingreſſum impedire deducitur.

14 *Arbitris non ſolum verba laudi obſcura declarandi facultas dari poteſt, ſed illa etiam mutandi, & corrigendi.*

Sententiæ declaratio, ſeu verborum illius, citra expreſſam reſeruationem ex iuris etiam diſpoſitione à duobus vel tribus arbitris declarãtibus fieri poteſt, quã declarationem ſemel tantum reſeruationis virtute in ſententia factam eſſe arbitris permiſſam communis eſt ſcribentium opinio.

Caput Septimum.

1 DE arbitris diſcuſſuri quorum poteſtatem ex compromiſſo pendere textus eſt in l. non diſtinguemus. §. de officio; l. ſi de meis in prin. & l. ſi cum dies. §. plenum ff. de arbitr. capit. cum in iure ibi iuxta compromiſsi tenorem extra de elect. capit. examinata in illis verbis contra formam compromiſsi de confirmat. vtil. vel inutil. cap. cum olim in fine ibi iuxta tenorem arbitrij, de arbitr. & in capit. Raynaldus ibi prout forma cõpromiſsi de teſtam. tenet hoc Bald. per illum tex. in l. Pedius, ff. de arbitr. à cõpromiſsi forma, etiam quod forma ipſa ſeruata, nullum iuris effectum habeat non eſſe explicãs recedendum, & in conſ. 117. col. 1. libro 1. quo loci per tex. in l. Celſus eod. tit. nullatenus, neq; à laudi verbis eſſe inquit recedendum Roman. in conſ. 141. & conſ. 155. in princ. ſectatur, idem in l. ait prætor num. 9. ff. de re iud. Iaſ affirmat, Corn. in conſ. 29. col. 1. vol. 3. omnem laudi virtutem à compromiſſo pendere dicens, latè Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo libertis nume. 1. in prin. C. de reuoc. donat. ac laudi & compromiſſi tenorem conſiderari diligenter, atque obſeruari habere in trac. de præſumpt. Alciat. inquit reg. 2. præſumpt. 12. nu. 1. poſt Baldum in rubr. extra de arbitr. ſtrictiſſimum arbitri officium, proprijs compromiſsi verbis ac literis taxatum eſſe dicentem, cuius aliorumque deciſio Rotæ Auenion. 142. meminit nu. 2. & Blanch. in tract. de compromiſſ. 6. quæſt. nu. 5. fol. 445. idem in conſ. 54. nu. 12. Crauetta ſectatur, & Menoch. in conſ. 21. num. 1. lib. 1. vltra ſuſpicionis articulum, cuius præcipua in hoc opere tractatio eſt, alia itidem arbitros, & compromiſſa, ipſorumque vim, & efficaciam concernentia tanquam in opportuno loco, nõ inutiliter explicabimus.

2 Et propterea non eſſe coram arbitro reconuentioni locum communem in auth. & conſequenter. C. de ſentent. eſſe ſcribentium opinionem in dicto tract. de compromiſſ. quæſt. 4. nu. 23. fol. 321 Blancus inquit alios referens, & in tract. de priuil. iuram. Seraph. priuil. 117. nu. 3. ac nullũ eſſe laudũ circa ea q̃ in cõpromiſſo deducta non fuerunt neq; partiũ conſenſu ratificari illud poſſe poſt Bal. in tit. de pace conſtant. verbo ſententię quoque in vſib. feudor. in d. conſil. 155. nu. 4 Roman affirmat, & eo loci aliorum memor Mandoſ. in addit. lit. d. eundem Romanum in conſ. 141. & alios referens laudum extra compromiſſum prolatum ipſo iure nullum exiſtere aſſerentes, & hanc communẽ eſſe ſcribentium opinionem in deciſ. 80. num. 22. lib. 2. Viuius alios, & ipſe referens fatetur, & Thobias Nonius in conſ. 9. nu. 13. in princ. Laudum hoc caſu tanquam ab eo latum, qui notionem in ijs non habet nullum eſſe ipſo iure, & executioni demandari non debere ex textu aſſerens in dicta l. nõ diſtinguemus, §. ex officio ff. de arbitr. & ex Corneo in cõſ. 144. lib. 1. nullum ibidẽ nu. 14. in princ. laudum exiſtere ſubijciens etiam ſi ſuper petitis corã arbitro prolatũ laudũ fuiſſet, quod ad l. 2. limitationẽ, & ibi notatorum C. de iud. eſt vtique notab. ſuper profecutis etenim, & probatis eſſe ſententiam proferendam, ac illis eã conformẽ eſſe debere, non autem libello à quo receſſum cenſetur, procedendo ſuper deducto incidenter in eo tanquã ſi id fuiſſet deductũ principaliter, ex ijs conſtat quæ in conſ. 113. in princ. vſque ad nu. 12. & conſ. 45. num. 100. & conſ. 7. nu. 12. lib. 1. Pariſ enarrat Rol. à Vall. in conſ. 79. nu. 37. lib. 1. & conſ. 41. num. 23. & ſeq.

lib. 2. &

lib. 2. & Menoch. ad remed. r. recuper. poſſeſs. nu. 178. & ſeq. quorũ in tracta. moment poſſeſſ. limit. 2. §. 9. Contardus meminit num. 17. folio 226. idque illo quidẽ caſu Corſeto teſte in ſuis ſingul. ſingulari verbo arbiter, vbi pro bono pacis ad non deducta in compromiſſo manum arbiter apponeret limitatur per text. hoc eſſe notandum dicente in c. niſi eſſent de præb. cuius in communium opinionum tract. lit. c. numero 116 ante in Villalob. meminit, & plenè Blancus in ſupracit. tract. de compromiſſ. quæſtio. 6. nu. 18 fol. 445. ſed non licere arbitratori, neque pro bono pacis, quod ciuitatem ſuam exeat, alicui mandare in l. quod iuſſit num. 18. ff. de re iu. dic. ex Baldo Iaſon atteſtatur in c. quintauallis, col. 2. de iureiur. de facto quæſtionẽ hanc olim fuiſſe dicens illud eodem in nume. 18. in princ. concedens duobus ſcilicet inimicis, ne alter per alterius viciniam, ſeu vt ipſe inquit contratam vadat p. ohibere arbitrum poſſe, limitatur item quoties incidenter de non contentis in cõpromiſſo arbiter ipſe cognoſceret, vt in ſingul. 472. Roman. inquit, & ibi aliorum memor Pignol. in addit. & in conſ. 10. Berous num. 6. in fi. lib. 1. idemque Blanc. in dicta quæſt. 6. nu. 15. fol. 444. arbitro itidem, & arbitratori condemnare de fructibus, & expenſis licere quamuis actum de illis in compromiſſo non extiterit dilationeſque pariter dare quamuis hoc in compromiſſo nõ continecatur; quia in conſequentiam iſta veniunt in l. 1. 2. col. C. ſi à non compet. iud. fuer. appell. ſingulariter Bald. inquit, Iaſ. in l. 4. col. 2. circa princ. ff. de tranſact. & latè Lanfrãc. in 26. quæſt. vltimæ par in ſuo tracta. de arbitr. cuius in ſuis Memorial. in memor. verbo arbiter il 3. Cotta meminit, quod de illis fructibus quos lite pendente proueniſſe conſtat, & in quibus iudicis officium operari poteſt eſſe intelligendum, ſecus verò de alijs acceſſorijs, quæ nõ iudicis officio, ſed actionis iure debentur de quibus pronunciare, arbitro neutiquam licere in tracta. de arbitr. Speculat. inquit, §. ſequitur verſ. ſed cum ſupra à Blanco in præfato tract. de compromiſſ. relatus quæſt. 9. nume. 80. circa fin. fol. 681. quo loci dato etiam quod expreſſe eſſet in compromiſſo de his actum libello tamen dicta acceſſoria neutiquam comprehendente porrecto ex Innocentio in c. grauis de reſtitut. ſpoliat. arbitro de eis nullatenus pronunciare licere Blanc. ſubdit nihilominus ſicut eadem die poſt latam ſententiam iudici circa acceſſoria ſupplere licet, ac iuxta tex. in l Paulus la prima, ff. de re iud. ad fructus, & expẽſas condemnare, ita & arbitro illud pariter licere gloſa eſt notab. in l. quia arbiter etſi errauerit, ff. de arbitris quam ſingularem in ſingul. 122. Roman. quem inſpectum facias appellat, & eo loci Pignolatum in addit. alios referentem, & Iodochum in Enchirid. Parium verbo arbiter verſic. quemadmodum enim.

3 Neque laudum compromiſsi fines excedens, expreſſe, vt dictum eſt, ratificare ſeu conualidare partibus licere in conſ. 104. lib. 4 Socin. aſſerit. & alij quorum Viuius in ſupracit. deciſ. 80. meminit num. 23. neque ratificationem in hoc caſu iuramento accedente validari ex Pariſio in conſ. 24. nu. 157. vol. 2. in dicto priuil. 117. num. 3. verſ. quod procedit, Seraph. declarat quod ne in vim laudi ratificare liceat, ſecus verò in vim pacti, & meræ conuentionis; quo vtique modo laudum nullum, & inualidum cõualidare quod partibus permittatur poſt tex. in c. examinata, de confirmat. vtili, vel inutil. & in l. 2. C. communia vtriuſque iudic. in ſupracit. conſ. 175. num. 4. & in conſ. 173. in fin. Roman. declarat. Socin. in conſil. 230. nu. 3. lib. 2. Dec. in c. examinata 3. notab. de iudic. & in conſ. 475. col. pen. verſ. nec obſtat, quod valere poteſt. Burſat. in conſ. 176. num. 63. & ſeq. lib. 2. Berous in conſ. 30 num. 1. lib. 3. ex Socino in conſil. 230. nu. 3. lib. 2. vbi rei interuentu, vel verbis veſtitum pactum appareret traditione, ſcilicet, vel ſtipulatione iſtud procedere intelligens, eundemque ibidem generalem laudi ratificationem, nec ad turpia, neque ad ea quæ contra bonos mores ſunt extend. ſatis ample loquentem inſpicias in conſ. 105. Socinum ſenior. num. 4. lib 4. ſatis in hoc caſu ſtipulari partes, & paciſci, dum laudo præſentes, illi acquieſcunt aſſerentem, cuius poſt alios expreſſam iſto caſu requiri conuentionem aſſerentes in conſ. 4. num. 270 Menoch. eſt memor lib. 1. & in deciſ. 117. Afflict. in fine. Mandoſ. ad Roman. ſequitur in dicto conſ. 175. in addit. vlt. & penult. & addit. ad Papienſ. in libello quo agitur ad pœnam, ex compromiſſo verbo in pœna lit. a. quos, & Veſillum in addit. ad præfatam Afflicti deciſ. 217. inſpicias, & in dicto conſ. 175. Romanum in fine eatenus tale pactum, ex ratificatione reſultans ſeruari debere dicentẽ quatenus alia pars illud ſeruauerit, ipſamq; laudi ratificationẽ tacitã hanc ad text. in c. peruenit de iureiur. & l. cũ proponas C. de pact. cũ alijs ſimilibus eo loci per ipſum relatis conditionẽ habere explicantẽ, ac laudũ nullũ ratificantẽ pœnam, ſi poſtea contraueniat in compromiſſo appoſitã nullatenus incurrere in conſ. 155. nu. 6. idem Roman. ſentit quem inſpectum omnino facias.

4 Neque ad ea quæ cõpromiſsi tẽpore in rerũ natura, non erant trahi cõpromiſſum, neque illa quæ poſt factum compromiſſum superuenerunt in illo comprehenſa intelligi, neque ad illa laudũ extendi, ex Gozadino in conſ. 32. num. 7. Romano in cõſ. 108. & alijs in ſupra relato priuil. 117. nu. 3. ver. & propterea Seraph. fatetur, neque compromiſſum de omnibus controuerſijs futuras cõprehendere cõtrouerſias in d. cõſ.
8 155. in prin. & in cõſ. 88. in fi. Roma. tradit, ſicut ad iudicẽ futuri tẽporis tractus iuxta tex. in l. 1. §. 1. ff. de vſur. l. non quemadmodum, & l. non poteſt ff. de iud. & iuxta plene notata in l. pro ſocio

Digitized by Google

arbiter ff. pro ſocio neutiquam ſpectare explicat, & Crauett. poſt ipſum in conſ. 269, nume 7, verſ. ita cautio, ita & pariter ex textu in dicta l. non diſtinguemus, & l. de his ff. de arbitr. neq; ad arbitrum faturos tractus pertinere decla-at, ad quorum comprobationem per Rodet. Suarez. plene notata videas in ſuis allegat. allegat. 3 numero quinto.

5 Et vbi arb tros, vel arbitratores de iure ad pronunciandum teneri cõpromiſſum diſponeret, ipſis contra, ſeu præter ius pronunciantibus nullum eſſe laudum, & ſententiam, veluti contra compromiſſi formam prolatum in Memorialibus Cotta ſentit verbo compromiſſum il 3. fol. 114 & Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 46. nume. 21. & ſeq. idemque in dicto priull, 117. in fin. Seraph. aſſeuerat, cui quatenus in arbitratore loquitur ex Butrio in c. quint. nallis pen. col. & ex Corneo in conſ. 146. col. 1. & ſeq. vol. 4. & ex notatis, per Beroum videndum in conſil. 29. vol. 3. caſu quo in duos iuris peritos compromiſſum factũ eſſet loquentem aſſentior, ſecus in arbitro, quo caſu iniuſtam potius quam nullam eſſe ſententiam ex plene per Gabrielum notatis apparet, in tractatu communium opinionum lib. 2. titu. de arbitr. concluſ. quinta, vbi quamuis nume. 1. ex multorum voto quos citat, & Bartoli ſignanter in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum nume 11. ff. pro ſocio, & in l. diem proferre, §. ſtari num. 2 & 3. ff. de arbitr. illum pariter eo loci arbitrũ eſſe dicentis, non autem arbitratorem, qui de iure, facto cognoſcere, quique de iure, ac ſecundum iuris formam ſententiam proferre poteſt, nullã ſimiliter, & inualidam eſſe ſententiam aſſerentis, quoties cunque contra ius hoc caſu ſententiam arbiter diceret veriorem hanc, ac magis practicabilem opinion. eſſe dicat, eandemque, & communem eſſe opinionem ex Ruyno in conſ. 95. col pen. vol. 2. & conſ. 149. col. 2. in fin. & ſeq. vol. 4. & alijs per ipſum relatis fateatur; ex Felyno tamen in c exhibita nu. 6 poſt principium de iud. Bartoli opinionem communiter à ſcribentibus reprobari ac iniuſtam potius tali caſu quam nullam cẽſeri ſententiam enarrat, cum quo & ipſe contra Bartolum reſidet, quem inſpicias, attamen tunc laudum hoc caſu nullũ exiſtere indubitatum eſſe exiſtimo, vbi illud cõtra iuris diſpoſitionẽ errore iuris expreſſo prolatum extitiſſet gloſa teſte in dicta l diem proferre §. ſtari ff de arbitr. quam communiter ſcribentes approbare in conſ. 76. num 32. lib. 1. Roland à Valle quem inſpicias atteſtatur, imò arbitris de iure iudicantibus de facto ipſis iudicãdi in compromiſſo facultate præſtita inualidam eſſe ſententiam tanquam forma non obſeruata ex Decio in conſ. 4 4 numero ſeptimo, & octauo præfata deciſio. Rotæ Auenion. 142. inquit num. ſimiliter 7. & 8.

6 Illaque verba ſecundum ius, ſeu de iure tantũ, quod ſententiã proferre arbitris liceat ſecundum ius cõmune, non autẽ ſecundũ ius municipale, ac de iure cõmuni, non autẽ de particulari eſſe intelligenda in terminis. Alberic. de Roſate in 1. par ſtatutorum in quæſt. 127. incip. ſi compromiſſum eſt, & clare concludit, & hanc Guiliemi de Suzar. in tract. ſimiliter ſtatutorum in quæ t pone compromiſſum factum eſt opinionem fuiſſe in conſ 28, nu. 5. cu ſeqq. lib. 3. Berous enarrat, textumque notab. facere dicit in §. ſed ius quidẽ in verſ. ſed quoties inſtit. de iure nat. gẽe. & ciui, ibidẽq nu. 57. in fi. & ſeq. quæſt. hanc Rom. in rub. ff de arbitr. quæſt. 14 plenè examinare ſub ens, ac hincinde adductis rationibus, ac opinionibus tandẽ cõcordatis hoc modo eſſe diſtinguere, & cõcludere, quod ſi clarius cauſa ſecundũ ius cõe, & celerius quã de iure, particulari, & municipali expediretur, verba illa de iure, ſeu ſecundũ ius de iure cõmuni intelligi debeant, ſi vero ſecundũ ius particulare, & municipale celerius, atque clarius expediretur, de illo iure tali caſu intelligi debeant, eandemque diſtinctionem in dicto tract. de cõpromiſſ. quæſt. 1. Blanc. complectitur nu. 21. fol. 28. verba illa de iure ſtatutario potius intelligenda eſſe, & hanc in eodem nu. ver. & tenendo hanc partem fol. 33. magis communem eſſe ait ſcribentium opinionem cuius in tracta de præſumpt. lib. 2. præſum. 6. nu 7 Menoch. ipſum declarans meminit, quem, & in dicto conſ. Beroum latiſsi me per totũ illud diſcurrentẽ videas, quod inter Iudæos ſuper ſucceſsione hæreditaria ex teſtamento Hebræi defuncti compromiſſo facto, ac poteſtate arbitris data de iure, & de facto procedendi, ſed laudandi de iure tantum, & decidendi ſecundum ius cõmune ciuile Romanorum non autem ſecundũ legem Moſaicam Hebræorum laudare arbitri debeant, Iudæos pariter in ſucceſsionibus ex teſtamento ius ciuile Romanorum, non autem Moſaicum ſeruare debere dicens, etſi in ſucceſsionibus ab inteſtato legem attendi Moſaicam ex pluribus apud ipſum notatis notab. concludat, quem & Alexandrum omnino in conſilio ſexto lib. 6. quando ex Moſaica quando vero commune ius ſeruari inter Iudæos debeat plenè declarantem inſpicere non deſinas.

7 Laudum item ſtricte interpretari ſtrictique iuris eſſe, illudq; extra caſum in eo cõtentũ extendere, non licere ex eodẽ Alex in conſ. 18. nu. 3, vol. 7. & alijs à Rol. à Vall. in conſ 79. affirmat nu. 17. cum ſeqq. lib. 3. ac ibidem laudi verba ad iuris cõis terminos, ac vt cõe ius minus offendatur eſſe reducenda ex textu ait in l. fin. §. in computatione C. de iure delib. qui quidem tex an illud ad quod allegatur contineat videatur, & in toto d. conſ. Rolandus prænotata nor, diſcutiẽs,

8 Ac adeo perpetuum hoc eſt quod quamuis iure canonico attento duo arbitri, ex tribus abſente tertio requiſito tamẽ ad ſentẽtiã proculdubio proferendam procedere poſsint, vt in

cap. ſi-

Digitized by Google

cap fin. de arbit. in ſexto, compromiſſo nihilominus arbitros omnes interuenire differentias decidere ac terminare debere diſponente præfati cap. final. diſpoſitionem, neque in foro canonico procedere in eodem cap. fin. Franch. numero 4. verſic. aliquando fit compromiſſum poſt gloſam ibi clare affirmat, & hanc ex Lanfrancho in tract. de arbitr par. 5. 13. quæſtio. & alijs, communem Viuius in deciſ. 380. num. 17. par. 2. eſſe fatetur ſcribentium opinionem, vbi verò ſimpliciter in plures, vel cum clauſula, & eorum quemlibet, ſeu in quemlibet inſolidum, compromiſſum fieret alijs tali caſu non aliter requiſitis ſententiam ab vno latam valere iuxta text. in dicta l. non diſtinguemus, §. cum plures in dicto nu. 4. in princ. & per totum Franch. quem notab. declarantem videas aſſeuerat.

9 In arbitris itidem neceſſarijs prænotata limitantur, quorum duos tertio abſente bene ad cauſæ diffinitionem procedere poſſe ex Bartolo in l. item ſi vnus, §. ſi plures, ff. de arbitr. Blancho in ſupracit. quæſt. 9. ſub nume. 51. verſ. de arbitris vero ſtatutarijs fol. 631. & alijs in dicta deciſio. 380. num. 16. Viuius explicat, & alij ab addit. ad deciſ. Rotæ vltim. lit. b. de iudic. in antiq. quam inſpectam facias relati, quod qualitercunque compromiſſum partes faciant, ac illa etiam appoſita cōditione, vt omnes arbitri in cognoſcēdis decidendiſq; differentijs interueniant, cōpromiſiſſent per ea procedere exiſtimo, quæ in dicto c. fin. de arbitr. in 6. numero 6. in fine, Franchus notat, iuris arbitros dicens, quamuis, à partibus electos, non tamen à partibus poteſtatem, ſed à iure recipere, neque partes nouam formam aliter quam à iure caueatur, præſtare poſſe, ipſum igitur rationem aſsignantem videas, ac in loco proxime relato Blancum Bartoli doctrinam in dicto §. itē ſi in plures, vt corruptam corrigentē, & declarantem, & in quæſt. 8. nume. 15. verſ. aut ſumus fol. 518. cum ſeqq. vſque ad nume. 16. iſtud latius explicantem, ac præfatos iuris arbitros à iure non à partibus iuriſdictionem recipere eodem loci verſ. aduerte in hoc fol. 140. communem eſſe aſſerentem ſcribentium opinionem.

10 In arbitris item voluntarijs, item ſecundum aliquos ſupranotata limitantur: quoties enim, vnus ex tribus arbitris electis inhabilis ad cōpromittendum, & incapax reperiretur, quoad alios duos habiles, & arbitrij capaces tenere compromiſſum, laudumque eos legitime proferre ex Ioanne Bapt. in dicto tracta. de arbitr. lib. 2. cap. 17. numero ſecundo, & Baldo in conſil. 42. volum. 2. in præfata deciſione 380. nume. 20. Viuius aſſerit, cuius dictum dubitabile quidem ex Alberici doctrina redditur in l. Pedius, §. 1. ff. de arbitr. quoties in tres cōpromiſſum fieret quorum vnus ſeruus, qui eſſe nequit exiſtat aliorum etiā reſpectu ratione indiuiduæ cōtrahentiū volūtatis, non tenere cōpromiſſum aſſerētis, cuius in deciſ. 173. nu. 4. Dom. Vincent. de Franch. meminit, ſecus ſi in duos compromiſſū fieret; vbi ſupra Vinius ſubdens quo caſu ipſorum vno capace altero vero incapace exiſtente, ex Lanfranco in ſupracit. tractat. de arbitr. par. ſecunda nume. 23. ac ex eodem Ioanne Bapt. in præfato tract. de arbitr. libro 2. cap. 17. num. 2. nec compromiſſum, neque laudum per ipſos prolatum eſſe validum affirmat.

11 Sciendum eſt pariter arbitrorum aliquos volūtarios appellari quales illos eſſe conſtat quorum nationi, & arbitrio nullo iure cogente differentias ac lites ſuas partes committunt, de quibus in toto tit. ff. & C. de arbitr. & extra eodem tit per totum, & vtrobique ſcribentes Specular. in tit. de arbitr. §. 1. in principio, & Maranta in praxi iudic. par. 4. 14. diſtinctio. numero ſecundo fol. 215. in magnis, illumque propriè arbitrum dici, qui iudicis tam in procedendo, quam in ſententiam proferendo aſſumit officium in l. ſi de meis §. recepiſſe numero primo, Bar. declarat, ff. de arbitr. & tex. eſt in l. 1. eodem titu. arbitria iudiciorum ad inſtar redacta eſſe clare explicans, aliquos verò iuris ſeu neceſſarios, quorum electio non à mera partium volūtate, & conſenſu, ſed à legis, ſeu ſtatuti neceſſitate proficiſcitur, lites veluti, & cauſas inter cōiunctos compromittendas eſſe diſponentis, vt in Regno Neapolis Regia pragmatica ſanctione incipiente odia litium inter litigantes, tam conſanguinitate quam affinitate, vſq; ad quartum gradum ſecundum ciuile ius computandum coniunctos altera parte hoc poſtulante compromiſſum fieri cauetur, & in ciuitate mea Beneuentana in lib. 2. ſtatutorum in tit. de compromiſſo in principio, vbi inter conſanguineos, & affines affinitate tamen durante, vſque ad ſecundum gradum lites, & cauſas in iudicio deductas compromittendas eſſe diſponitur, hoſque iuris arbitros appellari in ca. cum dilectus numero ſeptimo de arbitr. Panormit. affirmat, in præfata diſtinctione 14. numero tertio circa fin. à Maranta relatus, ſed quamuis arbitria iudicijs adæquari ſupra proxime diximus, quia perpetuum hoc nō eſt, nonnullas inter iudicia, & arbitria differentias vno in loco iunctas, vt inſpicias Iodocum in Enchirid. parium verbo arbiter arbitrium inſpicere non prætermittas.

12 Prout illos eſſe ſimiliter iuris arbitros, quos iudice ſuſpecto allegato ad ſuſpicionis cauſam cognoſcendam, & decidendam paſſim eligere, mos eſt. Bar. & ſcribentes in l fina. affirmant, C. de iudic. poſt textum in cap. ſuſpicionis de off. deleg. & in capitulo ab arbitris, eodem titulo in ſexto Maranta ſupra proxime relatus. Blancus in tractat. de compromiſſ. quæſtio. nona, numero 57. poſt principium, ac iterum Maranta in eadem praxi iudic. par. ſexta verbo, & quandoque appellatur numero 272. ante fin. in magnis. Quapropter perperam Viuium in de-

In d. ciſ. 57. numero quarto, & quinto libro 1. differentiam inter arbitrum ſuſpectorum iudicum reſpectu eligitur, quem iuris arbitrum appellat, & arbitrum in quē ſtatuti virtute conſanguinæi cōpromittunt ſtatutariū hunc arbitrum nuncupans loqui conſtat, vtroque etenim caſu iuris arbitrum appellari, ex notatis per Marāt demōſtratur in ſupracit. diſt. 4. nu. 5. & per Papiēſ. in ſupracit. libello quo agitur ad pœnam ex cōpromiſſo verbo liceret, vnde ſententiā in melius reuocando præfata diſtinctione in 2. lib. reiecta deciſ. 180. nu. 16. nullam inter tales arbitros, idem Viuius differentiā cōſtituit, quodq; omnia de illis arbitris à iure diſpoſita, qui ob iudices ſuſpectos dantur in arbitris iſtis ſtatutarijs locum ſibi vendicent, ex Felyno in dicto c. ſuſpicionis, & alijs pluribus in dicto tract. de compromiſſ. Blanc. inquit quæſt. 6. poſt principium folio 435. duas has arbitrorum ſpecies, vbiq; ſcribētes oēs æquipatare clare explicās.

13 Præfatoſque iuris arbitros iuriſdictionem habere in præfato tract. de compromiſſ. 6. quæſtio. in princ. & num. 4. & ſeq. vbi latè Blanc. fatetur in tract. de attentat. à Lancell. relatus, 2. par. cap. 15. de attentat. pendente compromiſſo nu. 113. & ſeq. fol. 344. & in trac. regul. Duen. reg. 265. vbi poſt plures ſcribentes relatos nullatenus excommunicatum arbitrum eſſe poſſe de communi teſtantes, etſi arbitrum eum inter excommunicatos eſſe poſſe declaret, inter voluntarium tamen, & iuris arbitrum diſtinguit, quem neque inter excommunicatos arbitrum agere poſſe explicat tanquam talis arbitrij non capacem, ex quo nec iuriſdictionis excommunicatus capax eſt, quam hos iuris arbitros, quemadmodum iudices habent habere dicit, arbitratorem nihilominus agere excommunicato licere magis communem in l. ſi quis arbitratu nu. 22. ff. de verbor. obligat. Alex. rationem afferēs quem videas eſſe teſtatur ſcribentiū opin. idē in communiū opinio. tracta. Viuius fatetur opin. 106. par. 2. & in Theſauro recept. ſentē. Suarez. verbo excommunicatio num. 9. vſque ad num. 12. iſtud plenius declarantem inſpectos omnino facias.

14 Sed quam præfati iuris arbitri iuriſdictionē habere dicantur ſcribentes diuerſimodè ſentiunt, cum ordinariam aliqui, aliqui delegatam alij vero nec ordinariam neque delegatam, ſed tertiam eos quandam iuriſdictionis ſpeciem habere teſtentur, vt in dicta quæſt. 6. per Blancum columna 1. & 2. late hoc diſcutientem, quem quatenus ordinariā iuriſdictionem hos arbitros habere concludere videtur male ipſum ſentire in communium opinionum tracta. opin. 27. par. 2. Viuius affirmat, quem & in conſil. 202. nume. 27. Crauettam aliter diſtiguentem inſpectum facias.

15 Alij verò neque ordinariam, neque delegatam hoc iuris arbitros, ſed tertiam quādam iuriſdictionis ſpeciem, ac delegatæ potius illam, quam ordinariæ iuriſdictioni ſimilem, & æquiparatam habere opinantur, ſic in conſ. 90. Bal. tenet, & in conſ. 460. vol. 1. Corn. conſ. 54. columna ſecunda volumine ſecundo, & in conſ. 173 libro tertio in conſ. 87. Aret. in fine, & Curt. in l. vnica, ff. ſi quis ius dic. nō obtemp. quem in nu. 62. Cagnol. ibidem ſequitur, & in terminis iuris canonici delegatam tales arbitros habere iuriſdictionem clare fatetur, & poſt aliorum opiniones aliter diſtinguentem relatas præfatam Baldi opionem, & Aretini in dictu conſ. 87. ordinarios partim hos arbitros partim delegatos eoſque delegatam quaſi habere iuriſdictionem communem eſſe ſcribentium opinionem in dicta quæſt. 6. num. 4. verſ. tertia fuit opinio in fine fol. 441. Blanc. teſtatur, quod per ea ſcire iuuat quæ in præfato tract. de compromiſſ. idem Blanc. quæſt. 10. num. 15. aſſeuerat verſ. aduerte circa prædicta fol. 719.

16 Præfatumque ſtatutum de cauſis inter coniunctos compromittendis tanquam litium inter coniunctos dirimendarū fauore inductū ad iun. notata per Soc. 136. nu. 1. lib. 2. fauorabile cenſeri magis communem hanc, etſi perplures contrarium ſenſerint eſſe ſcribentium opinionem in dicto tract. de compromiſſ. in principio poſt numerum tertium verſic. contraria opinio Blanc. teſtatur in deciſio. Lucenſi 26. à Ioſepho Ludou. relatus num. 2. & 3. & propterea fœminas includere virum, & vxorem minorem, & pupillum in conſ. 119. 254. & 258. lib. 6. & in conſ. 225. & 144. lib. 7. Alex. atteſtatur, cuius in leg. ſi quis maior numero 81. C. de tranſact. Cagnol. meminit, & Maranta in 6 par. 2. actu in verbo, aliquando petitur compromiſſum numero ſecundo, & tertio numero 5. 20. & 21 in magnis, illudque ad pleniorem præfatorum cognitionem notatum facias, quod quamuis ſine certa ſolemnitate contrahere mulieribus non licere ſtatutum diſponat, actus tamen ex neceſſitate factos nullatenus tale ſtatutum comprehendere ac illius ſolemnitate circumſcripta, vt ſupra compromittere mulieri licere, quodque actus ex ſtatuti neceſſitate geſtus ſtatuto de actum faciente ſimpliciter loquenti non ſubiaceat, ex Raynerio, & Baldo in l. ſi heres ff. de actionibus empt. communem Rota in deciſionibus diuerſorum nouiſſ. deciſ. 867. nu. 5. lib. 3. quam hæc, & alia explicantem aliosque referentem videas eſſe teſtatur ſcribentium opin. ex quibus Beneuentanæ ciuitatis ſtatutum lib. 2. in tit. de contractibus mulier. §. cæteros autem non inutiliter declaratur.

17 At validum ſtatutum hoc dici, poſt Baldum in §. quibus in 1. conſtitut. Codicis in l. 1. Iaſ. tenet, numero 8. ff. de legibus Afflict. deciſio. 46. Blanc. in dicto tract. de compromiſſ. in principio, & in conſ. 26. Berous numero quarto lib. tertio, etſi à iure communi illud exorbitās cenſeri

ſeri

ſeri argum.l.3.§.tam etſi ff de arbitr.cum ſimil. in dicto conſ.144 num.3.circa fin.lib.7. Alexā. tenet, neque alia ratione tacium illud exiſtimari, niſi vt inter perſonas ſanguine coniunctas rigoroſus iudiciorum ſtrepitus euitetur in l. qui ſe patris col.pen C.vnde liberi, idem Alex. aſſeuerat,& Natta in conſ.622.num.7.lib.2.& quia faciliorem arbitri præſtant audientiam minoreſque coram ipſis expenſæ fiunt, vt per Iacobū Aemilian.in conſ.80.nu.8.per practic.Papienſ. in forma libell.quo agitur ad pœnam ex compromiſſo verbo tāquam nu.2.per Duen. in reg. 36.hoc multimode ampliantem,& limitantem, & Ioſeph.Ludouic.in deciſ.Peruſ.47.num.1.

18 Præfatumque ſtatutum compromittendas eſſe cauſas diſponens eſſe cum effectu intelligēdum, vt regulariter eſſe cum effectu verba intelligenda tex.eſt in c.relatum de cleric. non reſident. cum concordant. nec ſemel tantum, ſed iterato, ac pluries donec menti ſtatuentium ſatisfiat, ac ſtatuti intentio impleatur eſſe compromittendam in l fideicommiſſa, §.ſi quis decem ff. de leg.3. & in conſil.487.volum.4.Bald. tenet Roman.in conſ 584 vbi Mandoſ. in prima apoſt.poſt plures hoc ſectantes per ipſum relatos communem hanc eſſe ait ſcribentium opinionem, Maſuer.in addit.ad Papienſ.paulo ante relatum verbo infra duos menſes addit.1. Felyn.in rubr.de treuga,& pace nu.2.Dec poſt Abb item in c.ſua nobis nu.5. de appellat. Arnon.ſingul.54 latè Tiraq.in comment.l.boues, §.hoc ſermone limit.6.nume.1. & limit 9.nu.3. de verbor ſignif. Alfer.in addit.ad Matant.in præfato 2.actu lit b.fol.385 in magnis alios referens Blanc. aliorum nō abſimiliter memor in ſupracit.tract.de compromiſſ.quæſt.7. num. 6. & in tract de priuil iuramen. Seraph priuileg. 71.num.38.vbi, donec valide per arbitros pronunciatum extiterit, ex Afflicto in deciſ. 46.& ibi Grammatico in addit. Decio in conſ. 22. & Socino in conſ.117.& conſ.121.vol.1. pluties cōpromiſſum eſſe explicat repetendum, & Rota in deciſionib.Diuerſor.Nouiſſ.deciſ 867 num. 4.lib.3.fol.222 quam notab. loquentem inſpectum omnino facias.

19 Quod quidem in terminis præfatæ regiæ Regni Neapolitani pragmaticæ incip.odia ex præfata Afflicti deciſ.46.neutiquam procedere, ac cōmune ius dictæ pragmaticæ virtute præfato in Regno correptum reperiri, ac quoties bis factum compromiſſum fuerit illudque expirauerit non eſſe altera parte inuita vlterius compromittendum in dicto actu 2 nu.4. Maranta clare fatetur, Arnon. in dicto ſingul. 54. & Vrſill. ad Afflict.in præfata deciſ 46 numero quinto, vbi bis ad ſummum compromiſſum fieri tempeſtate ſua vidiſſe enarrat.

20 Sed quoties ne miſſum iſtud fiat, ad cuius partis inſtantiam compromiſſum fieri debere ſtatutum nō declarat, quod clare in ciuitatis meæ Beneuentanæ ſtatuto in ſupracit.lib.2.declararatur tit.de compromiſſ.in princ.ſcilicet reo, quā actore petente compromittendam eſſe cauſam diſponente, tui Blancho teſte in ſupracit. tract. de compromiſſ.quæſt.3.parum ante fin.fol.mihi 285.Patauinæ ciuitatis ſtatutum eſt conforme, necnon dicta Regni Neapolis pragmatica ſanctio poſt principium in illis verbis ad petitionem cuiuslibet, cuius in præfata iudiciorum praxi dicta par.7.Maranta meminit actu 2.nu. 13.?in fine ad illius inſtantiam contra quē controuerſia mouetur,& ſic rei ex quo omnis in illo calumniȩ ſuſpicio ceſſat, non autem ad illius inſtantiam, qui controuerſiam mouet niſi iudici contrarium videretur fieri commiſſum debere ex Caſtrēſe in cōſ.65. ſecundū antiquam impreſsionem,& ſecundum nouam in cōſ.13. vol. 2.Alex in conſ fin.fatetur, num.3.lib.6.& in dicto conſ.144 num. 8 lib 7. quo loci ipſum notab declarantem & rationem aſſerentem inſpectum facias,& Blancum in dicta quæſt 3. num. 58.per totū,& hāc Paces Scala in tract. de conſ. ſapiēt. lib.2.c.1.fol.25 à tergo circa fi.& fol.26. comunem eſſe ait ſcribentium opinionem.

21 Et quamuis Vrſill ad Afflict. in præfata deciſ.46.num.4.ex Grato in conſ. 32. vol.1 in dubio compromiſſo locum non eſſe decernere iudicem debere enarrat, contrarium vero, ac cauſam eſſe in dubio compromittendam pronunciare iudicem decere ex Baldo in l.qui ſe patris C.vnde liberi ex Socino in conſilio quarto, in fine libro primo, ac Aemiliano in conſ. 40. numero 14.in deciſ.Peruſ.2 numero decimo, & in deciſio.Lucenſi 26.num.17.Ioſeph. Ludouicus aſſeuerat, quod, vbi ſupra Vrſill.numero tertio, dummodo in fraudem,& ad finem differendi, compromiſſum non petatur ex Socino declarat in conſ.3eo nu.5.volumine ſecundo, & hoc modo eodem loci per Vrſill. prænotata intelligēda eſſe rationabile videtur ac reo potius quā actori etiam in præfatorum ſtatutorum terminis Patauini, & Beneuentani, dictæque Regni Neapolis pragmaticȩ ad vtriuſque partis inſtātiam compromittendam eſſe cauſam, vt diximus diſponentium pronum iudicem ad compromiſſum concedendum eſſe debere in præfata q.3.in fi.Blanc.quem inſpicias affirmat.

22 Ac multum intereſſe vtrum voluntarie quis, vel ſtatuto potius cogente compromiſſum faciat ex plene per Benintend. notatis conſtat in deciſ.Bonon.21.num.13.cum ſeqq.& in dicta l. ſi quis maior num.67.per Cagnol.C.de tranſactio.& in præfata deciſ.37.per Magon. numero 11.quapropter quamuis re ab emptore per arbitri voluntarij ſententiam euicta minime emptor de euictione agere cōtra venditorem, valeat l.ſi dictum §. ſi compromiſſo ff. de euict. quod niſi quomodocunq; ſeu qualitercūq; euictio ſuccederet promiſsio cōtineret iuxta gloſ. limitatur in l.cum pœna ff.de arbitr.cum ſimil.

quam Gozadino in conſ. 1. col. 5. num. 19. eſſe communiter à ſcribentibus approbatam in tracta. de priuil. iuramenti priuil. 108. num. 9. fol. 629. Seraph atteſtatur, vbi tamen ſententia ab arbitro ex ſtatuti neceſsitate electo prolata extiterit de euictione agere ex ipſius ſententia licere clare in præfato §. ſi compromiſero Bart. fatetur & in l. fin. Bald. C. de iudic. & in præfata deciſ. 21. nu. 4. à Benintédio relati, quod dummodo ad arbitri electioné citatus venditor fuerit eſſe intelligendum in c fin. in fine de re iud. Felyn. notat, Blancus aliorúm memor in tracta. de compromiſſ. quæſt. 9. cap. incip. quæro primo num. 4. cum ſeqq. fol. 698. quem notab. declarantem uideas, & in tract. de euict. Caballinum §. 5. num 19. cum ſeqq.

23 Et quamuis neque compromittere, neque transigere, ſine ſpeciali mandato procuratori licere ex textu pateat in c per tuas, & eo loci Abbatem in 2. notab de arbitr. Dec. in cóſ. 60. col. 1. in princ. & Aret. in §. 1. inſtit. de his per quos agere poſſ. verſ. quintuſdecimus præfato tamen ſtante ſtatuto abſque ſpeciali mandato cópromittere procuratori licere in l. ſi plures, ff. de pact. Alexandrú, & alios cói voto concludere in ſupracit. par. 4. 11. diſt. Maranta teſtatur, quod ad tutorem extendi, ad curatoré ad prælarú ad curatoré hæreditati iacenti datú ad minoré, & alios, lenè in dicta deciſ. 21. Benintéd. enarrat, Blanc in d. tract. de cópromiſſ. quæſt. 3. nu. 52. cum ſeqq. Alex in dicto conſ. fi. lib 6. per totum & addentes ibi late Duen. in dicta reg. 16. qué ampliantem inſpicias & declarantem, & in ſupracit deciſ. Peruſ. 2. Ioſephum Ludou. per totum, mandatumque ad compromiſſum virtute ſtatuti faciendú ad ſecundos, ac vlteriores actus extendi, donec differétia terminetur ſupracitata deciſ. Rotæ 867. inquit nu. 1. in deciſionibus diuerſorum nou. ſ lib. 2. fol. 222.

24 Ipſaq; venditoris citatione in arbitri electione facta ad emptorem corá arbitris defendendú venditorem teneri, nec forum ei ex ſuæ perſonæ priuilegio declinare licere tex. eſt in l venditor, ff. de iud. ac in clerico ét in foro ſeculari in authorem laudato iſtud procedere poſt Marantam in praxi iudic. in 6 par. in 5. membro iu dic. num. 6 & poſt Riminal iunior. in conſ. 422. nu. 1. cú alijs ſequent vol. 4. cóem hanc eſſe ſcribentiú opin. in ſupracit. tract. de euict §. 2. num. 119. cum ſeqq. & nu. 124 Caball. fatetur, hoc in fiſco ét locú ſibi vendicare dicens, & nouiſsimè de magis cói in deciſ. 49. nu. 8. Viuius teſtatur, quo loci in fin. in clerico iſtud limitat in iudicio tanquam poſſeſſore, vel dño à conuento nominato, quo caſu in ipſum iudicium transferri, ac clericum contra quem nouus offerri libellus debet ad ipſius iudicem cópetenté eſſe remittendú poſt Innoc in c. quoniam frequenter §. quod ſi ſuper rebus extra vt lite non conteſt. Ioann. Andr. Butr. Abbatem, Imolam, & alios Maxilla in conſuetud. Bari relato in rubr. de authore laudato ſub nu. 16. communem hanc eſſe enarrat ſcribentium opinionem.

25 Imò ſtante præfato ſtatuto, quamuis extra iudiciú ſponte affines, & coniuncti, & alij quos ſupra proxime retulimus compromiſerint, ipſos, quia cogi poterant, non voluntarie, ſed coacte compromiſiſſe cenſeri in conſ 61. nu 32. lib. 5 Ruyn. tradit, cuius in præfata deciſ. 2. num 7. Ioſeph Ludou. meminit, actum etenim ad qué cogi quis de iure poteſt, non volútarie, ſed coacte, ac ſub imminentis neceſsitatis prætextu factum dici in l nouiſsimè in princ. ff. quod falſo tut. auth. textus probat, & in l. 3. §. penult. ff. de negor. geſt. Viuius in deciſ. 34. nume. 7. lib. 1. vbi de communi Anchar conſ. 159 col. pen. Dec. in auth. præterea num. 12. C. vnde vir. & vxor & in proprijs cópromiſsi terminis idem Dec in cóſ. 178. col. fin. quorú aliorumque in deciſ. Lucenſi 37. Magon meminit nu. 10. & hác in d. tract. de compromiſſ. veriorem eſſe, & magis communé ſcribentium opinionem in quæſt. . Blanc. affirmat nu. 18. & 19. nec vere metum húc dici poſſe ad iuſtitiæ executionem ordinatum, ex Baldo in rub. C. quod metus cauſa, ac ex Rolando à Vall. in conſ. 83. num. 18. lib. 2. ex metu laudabili factum illud neutiquam reſcindi aſſerente, idem Ioſeph. Lodou. in præfata deciſ. Peruſ. 2. fatetur num. 8. & 9. & infra cap. 13. num. 33. notata aptiſsime conueniunt.

26 Quod ad metus vere per parté adhibiti, differétiá adnotabis quo caſu tá cópromiſsú quá ſniam ide ſecutá nullos remanere, & inualidos in l. ſi quis ex conſenſu C. de epiſc. aud. Bal. tenet, qué etſi vbi cópromiſsú in hoiem iuriſdictioné, vel dignitaté habété fieret loqui appareat, indiſtincté tñ quicunq. ille ſit in qué cópromittitur hoc procedere, Salyc ibidé, Alex. in l ſi cui, vel metu col. fi. C. quod met. cauſa, ac alij pariter, ſentiunt, quorú in allega 21. nu. 7. fol. 237. Rodet. Suarez. meminit qué inſpicias Menoch. in cóſ. 2. nu. 241 & ſeq. & clarius, & melius in conſ. 1. num. 27 . lib. 1. quem, & in ſupracit. tract. de compromiſſ. quæſt. 7 princip nume. 14 fol. 490. Blancum inſpicias.

27 Et ficut, ſtante ſtatuto ad compromittendú, partes cogi poſſe retulimus ita & illú pariter, q in iuris arbitrú eligitur ad arbitriú acceptandú, cogi poſſe in c. ſuſpicionis gloſ. 1. poſt princ. diſponit, verſ. quid dices, de off. deleg. & Alex. in conſ. 81. in princ. lib. 5. illudq; nó abſimiliter conuenit, arbitros ſtatuti virtute electos iudices dici, vt in ſupracit. deciſ. 21. nu. 11. Beninté. per tex. inquit in l. aperriſsimi, C. de iudic. vnde eos ad id cogi oino poſſe plura ſupra c. 1. per totú relata ſuffragantur, & plene in dicto tracta. de compromiſſ. per Blancum relata quæſt. 1. nume. 31. quem pulchrè declarantem inſpectum omnino facias, quod in arbitro voluntario, nó procedere quem ad arbitri onus ſuſcipiendum neuti-

neutiquam cogi poſſe, etſi vbi ſuſceperit explicare illud cogatur rex. eſt in l. Labeo.§.tam etſi ff.de arbitr.idque iterum in coniuncto in arbitrum à coniunctis,quantumuis volunt.rie electo notab limitatur, vt per Bal. in l.1.§. quamuis,ff.vbi pupill.educ.deb.per illũ tex. coniunctum coniuncti pupillum educare cogi diſponentem,cuius in c.paſtoralis nu.7.in fin.de off. deleg.Felyn.meminit,& dictum hoc eſſe notãdum, & menti tenẽdum in deciſ.ex trauag. Petrus Garſ.reſtatur in dicto 484.fol.72. quodq; à partibus arbiter aſſumptus , qui compromiſſo renunciauit ad alterius partis inſtantiã procedere nihilomininus poſsit in eod. conſ.81. per tot. Alex.quem inſpicias atteſtatur,vtque alios ſcias caſus in quibus compromiſſum acceptare arbiter cogitur in deciſ.57.lib.1.Viuium inſpectum facias ſupra hoc eod.c.nu.12.iterũ relata.

28 Cumque iudices arbitros neceſſarios cenſeri ſupra proximè dixerimus,non ſolũ reus principalis litigator ad compromittendum actorẽ, cogere poſſe, ſed cõiunctum etiam ab ipſo reo in authorem laudatum,& iudicium aſſumentẽ, quia neque fori in hoc caſu neque iudicij mutatio fieri dicitur,vt in dicta l. venditor nu.21.Cagnol.eſt teſtis quo loci Baldo in l.1.col.2.C.vbi in rem act.contrariũ ſentiente reiecto,quẽ animo potius Bartolo contradicendi in quæſt. 2. incip.Piſanæ ciuitatis conſilium in hac poſt articulum mature diſcuſſum opinione perſiſtenti quam ad alium finem allocutum eſſe ait,prçfatam opinionem communiter à ſcribentibus receptam atteſtatur,Bartolum in prçfata regu. 36.ampliat.7.Duennas ſequitur,Maranta in dicto 2.actu par.6 num.7.& hanc de mente quãplurium æquiorem eſſe probabiliorem, ac magis communem ſcribentium opinionem Blancus illorum memor in dicto tract. de compromiſſ.q.3.nu.49.verbo aſſumens iudicium accuratiſsime concludit.

29 Itidem regula quamuis ſit minorem alienare prohibitũ ei cõpromittere pariter prohiberi,ac ſicut immediate nequit,ita & pariter actũ per quẽ ſequi alienatio poſsit,facere eum minime poſſe,vt gloſa eſt notab.in l.itẽ quia ff.de pactis in l.codicillis §.matre,vbi Bar.ff. de lega.2. & in l. ſi ita quis §. ea lege in verbo intereſſe ff. de verbor.obligat. quam eſſe apud omnes approbatam in conſ.110.nu.11.Natta inquit,quẽ & Ioannem Bapt.Ferrettum in conſil. 202 nu. 15.Rol.à Vall.in conſ.84.in fi.lib.1.Cçphal.cõſ. 55.nu.14.ſimiliter lib.1.Deciũ in conſ.445.nu. 27. conſ.475.nu.41. conſ.479.nu. 4.vbi in proprijs minorũ terminis , & in conſ. 502.nu.3. & alios Simoncell.in tract.de decret. in contract. minorũ refert lib.1.ti.3.caſu 3.nu.7.& 8.fol.58. vbi hãc huius dicti eſſe inquit rationẽ,quod intacta potius ab initio iura minoribus ſeruare expediat,quã poſt cãm vulneratã remediũ iuxta tex.querere in l.vlt.C.in quib.cauſ.in integr. reſtit.non eſt neceſſ.iſtud in conſ.39. & in conſ. 282.idẽ Dec.fatetur Titaquell,in tract.de legibus connub gloſ.3.q.19.& alij quorũ in prçfata deciſ.Peruſ.47.nu 13.& in deciſ. 2.nu.1.cũ ſeq. & num.11.Ioſeph.Ludou meminit Menocb. in tract de arbitrar.iudic.lib 2.centur.2 caſu 171. nu 43.Grat.conſ.155.num.20.vol.2.Capyc.deciſ.9 .& Viuius illos referens in deciſ.22. num. 21.lib.primo.

30 Prçfato nihilominus ſtatuto exiſtente nõ ſolum poſſe, ſed abſque ſolemnitatibus in rerum minoris alienatione requiſitis minorem ad cõpromittendum teneri pluribus hoc ſectãribus relatis in deciſ.21.nu.10.11.12.&13. Benintend. atteſtatur,veram opinionem hanc eſſe dicens , per Marant.notata cõueniunt in ſupracit. iud. praxi par 6.actu 2.nu 8.cum ſeqq quem inſpicias,& hanc poſt Bar.in cõſ 40.lib.2.poſt Alex. in conſ.62 num. 17.lib.7. poſt Decium in conſ. 44 & poſt Lanfrãch in ſupracit.tract de arbitr. par.vlt.q.48.contrariũ ſentientes improbatos , ex eodem Bartolo in l.1 C ſi aduerſ.dot. & in l. ſi mater C ne de ſtatu defunct.ex Baldo, Aretino,Caſtrenſe,Salyceto,& Alexandro in l.vlt.C. de in integ.reſtit.minor.veram eſſe opin. & ita obtinuiſſe dicente,ac ex Blancho in dicto trac. de compromiſſ. q.3.nu. 39. Rolando à Valle in tract.de Lucro dot.q.44.nu.9.cũ ſeq. Armono, in cõment.124.Mãdoſio in tract.de ætate min. q.8.& alijs quãpluribus verã,vt diximus in praxi receptã,ac magis cõem eſſe ſcribentiũ opin. iuribus, & rationibus relatis Simoncell. in ſupracit.tract de decret.in contract.minor.lib.2. tit.6.inſpect 8.nu.84.cum ſeqq. fol.96. quẽ inſpicias affirmat , quod vtiq; dũmodo minor cũ tutoris,ſeu curatoris authoritate cõpromittat, intelligendũ eſſe, ex Speculat in tit. de arbitr.§. reſtat verſ quid de minor.Hoſtienſe in ſumma, eo.ti.in §.de qua re verſ.quid de minore, & alijs in præfato q.3 nu.40.fol.247 Blanc.aſſeuerat,ſicut non abſimiliter in eorũ executionem , quæ pater fecit minorẽ,& pupillũ,ſine aliqua legum ſolẽnitate cõplere cõpromiſſum poſſe, ex tex.in l.1.§.1.& l.magis puto,§.ſi fundum,§.ſi pupillus ibiq; ſcribentes,ff de reb.eorũ in conſ.87.nu 4. lib.1.Guidus Pancir.atteſtatur,qua quidem in re,ne exemplo careas poſt Tiraq in tract de legibus connub.gloſ.8.nu. 184.cum ſeqq.Boccatium ad conſtit Piceni,vt minorum gloſ. 8. videas nu.65.fol 167.

31 Similiter,quamuis tutor de pupilli re cũ clauſula de iure, & de facto cõpromittere nequeat etiam iudice ſuam taliter compromittendi authoritatem interponente,ac alijs intercedentibus ſolemnitatibus in rerum minoris alienatione à iudice requiſitis,vt in conſil 11 per Ruyn. numero quarto libro 4 per Decium in præfato conſil.39.colum.ſecunda num quarto omnino videndum,cuius in conſil.76.numero 12. cum ſeqq.Roland à Valle meminit lib primo,& per

Ioſephum Ludou. in præfata deciſ. Peruſ. 3. nũ. 12. attamen, vbi ſtatutum præfata cum clauſula de facto compromittendas eſſe coniunctorũ cauſas decerneret, quale illud eſt ciuitatis meæ Beneuentanæ ſupra relatum in tit. de compromiſſo in princ. lib. 2. clarè hoc diſponens, de iure tutorem, & de facto, necnon data arbitro facultate de vnius iure accipiendi, & alteri dandi compromittere omnino poſſe ex Baldo in dicta l. ſi plures lectura 1. in 4. notab. ff. de pact. in ſæpius citato tract. de compromiſſ. dicta quæſt. 3. num. 54. Blanc. affirmat, & in præfata deciſio. Peruſ. 45. num. 5. Ioſeph. Ludou. quos inſpicere non prætereas.

32 Prædictaque, quando de rebus immobilibus ſeu mobilibus, quę ſeruãdo ſeruari poſſunt, cõtrouerteretur conſiderãda eſſe ſcire conuenit, ſecus ſi de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ageretur; quo caſu nullo accedente decreto valere cõpromiſſum tex. probat in l. lex quæ tutores, vbi Barto. & alij C. de adminiſtr. tutor. Caualc. in tract. de tut. num. 126. & gloſ. in l. 1. Bart. & Bal. C. ſi aduerſ. tranſact. quorum in ſupracit. lib. 2. tit. 6. inſpect. 8. nume. 77. fol. 95. Simoncell. meminit eo loci in fine per argumentum à maiori, dum talium bonorum alienatio permittitur, compromiſſum permiſſum quoque cenſeri aperte declarans.

33 Ac ad pleniorem prędictorum declarationẽ, pupillorum tutores, & curatores; vt de re minoris immobili quæ ſeruando ſeruari poſsit valide compromittũt, nullatenus omnibus ſolemnitatibus in talium rerum minoris alienatione à iure requiſitis excluſis, & ſepoſitis à Menoch. in dicto caſu 171. à Vinio in deciſ. 22. lib. 1. plena manu notatis, vt in præfata deciſ. 21. Benintend. exiſtimat, nec omnibus adhibitis, vt in eod. caſu 171. num. 4. Menoch. declarat aliorũ memor, cui circa id nullatenus aſſentior eſſe existimo compromittendum, ſed tutoris tantum in hoc authoritatem diximus, ac iudicis decretum ſufficere in præfato nu. 44. ab eodem Menoch. relatus, & in ſupracit. inſpect. 8. num. 87. in fine Simoncell. ſequitur, & communem hanc eſſe ſcribentium opinionem Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 285. reſtatur nume. 20. cuius aliorumque Viuius in præfata deciſ. 22. eſt memor num. 20. lib. 1. idque etiam in caſu ſtatuti affines ad compromiſſum cogentis minores, ipſorumque tutores, & curatores, iudicis decretum in compromittendo adhibere quod teneatur ad Patauini ſtatuti per ipſum relati interpretationem. cui ciuitatis meæ Beneuentanæ ſtatutum ſimile circa id eſſe diximus, Blanc. ſupra proxime relatus eſſe admonet notandum.

34 Quod dummodo dubia de pupilli cauſa cõpromiſſum fiat, iuſtaque aliqua, ac neceſſaria cauſa exiſtente procedere ſciendum eſt, quoties enim obſcura pupilli ſunt iura, nec de facili rei pupilli ꝓſecutio fieri poteſt, ſicut tutori talli caſu tranſigere permittitur, ac de pupilli iure illicum quo tranſigit remittere, ita & pariter compromittere tutori licere poſt gloſam in l. pactum curatoris ff. de pact. in dicto conſ. 40. in fine lib. 2. per tex. Bar. affirmat, in l. interdum §. qui tutelam, & in l. ſi de pignore §. ſi tutor ff. de furt. iuncta l. pręſes C. de tranſact. & in conſ. 47. lib. 1. ac ad damna tutorem, & intereſſe teneri, quoties non in caſu dubio, ſed in claris compromiſſum, aut tranſactionem fecerit, nec propterea pupillo præiudicare, ex quo rem pupilli ſaluam fore iurauit, ex Rolando à Valle in conſil. 76. no. 3. 4. & ſeq. vol. 1. Caualcanus in præfato tract. de tut. & curat. num. 55. affirmat, ac valide de tranſactione ad compromiſſum argui poſſe in l. ſi cauſa cognita C. de tranſact. communiter ſcribentes aſſerunt, & in l. 1. & in l. poſt rem ff. eod. titu. & Dec. in c. ſi quando col. 1. de off. deleg. quorum in conſ. 26. nu. 2. Berous meminit vol. 3. ipſamque tranſactionẽ cõtractum dici innominatũ, ex Curtio in l. ſiue apud acta, poſt gloſ. ibi, & Baldum C. de traſact. communem in ſupracit. conſ. 79. nu. 60. & 61. lib. 1. Roland. à Vall. eſſe teſtatur ſcribentium opinio.

35 Formamque decreti quam interponere tali caſu iudex debet taliter in ſupracit. caſu 171. num. 45. Menoch. deſcribit iuſta ſcilicet, vt lite cognita cauſam potius ad lites, nec non graues expenſas inde orientes euitandas, quam quod coram ordinario iudice cauſa tractetur compromittẽdam eſſe iudex decernat compromiſſo ipſi conſentiat, ſuamque authoritatem, & decretum cum tutoris, ſeu curatoris præſentia interponat, immo tutori iudice mandante, vt ſtatuti forma attenta compromiſſum faciat, illum iudicis iuſſum, & pronunciationem decreti vim de compromittẽdo, & efficaciam habere, ac compromiſſum poſtea etiam ex interuallo factum ſine vlteriori, ac ſine alio decreto ſuper immobilibus valere argumento notatorum in l. omnium C. de teſtamen. & ex notatis, per Ioannem Bapt. Caccialup. in tract. de tranſact quæſt. 7. nu. 7. in præfata inſpect. 8. nu. 89. fol. 96. à tergo Simoncell. aſſeuerat.

36 Ac in ſpecie ex eodem Menoch. in ſupracit. caſu 171. & in dicto num. 45. in fine decretum, tempore quo cõpromittitur adhiberi ſatis conferre, nec iterum laudi tempore eſſe illud interponendum, ex Socino ſen. in conſ. 52. col. 1. lib. 4. & ex Blanco in dicta quæſt. 2. affirmat nu. 9. verſic. tertio comprobatur rationes huius dicti in præfata 8. inſpect. num. 76. fol. 95. Simõcell. enarrat, eo loci inſpiciendas, & poſt Baldum in l. præſes C. de tranſact. Romanum in l. 1 nu. 34. ff. de arbitr. Socinum in l. 1. §. item acquitimus nume. 15. ff. de acquir. poſſeſſ. Decium in l. ſingularia num. 11. ff. ſi cert. pet. poſt Alexandrũ in conſ. 129. num. 15. lib. 7. poſt Ioannem Marc. Riminal in conſ. 178. nu. 5 lib. 1. & poſt Lanfrãc. in ſupracit. tract. de arbitr. par. 3. §. iuſta in prin.

quorum

quorum meminit, ex Caccialupo in ſupracit. tract.de tranſact.quæſt.7.num.6.communiter iſtud ſcribentes tenere aſſerit.

37 Illudque non abſimiliter notandũ venit, Rectori, vel Eccleſiæ prelaro, ſuper Eccleſiæ rebus, illis præſertim, quæ citta capituli conſenſum,& tractarum, ac citra ſuperioris authoritatẽ alienari nequeunt compromittere neutiquam licere, communem Hoſtieſ.in c.pe uenit, & in cap. cum tempore de arbitr. eſſe enarrat ſcribentiũ opinionem, ſicut,& clericis, quos quamuis ſuper rebus proprijs,& Eccleſiæ fructibus iã perceptis compromittere poſſe non ambigatur, ſuper fructibus tamen futuris, ac Eccleſiæ iuribus ſine ſuperioris authoritate neuriquam compromittere licere ex Specul.in ſupracit.ti.de arbit. §.reſtat verſ.ſed nunquid,& §.fuir verſ.ſed nunquid prælatus in fi.& alijs in communium opinionum tract.capit.77. communem hanc Turzan.eſſe firmat ſcribentium opinionem, notata per Iodoc. conueniunt in ſupracit. Enchirid. parium verbo arbitria,& contractus in fine per Romanum in conſ 175.nume.3.& in conſ.369. numero 8. & per Mandoſium eo loci in Addit. alios recenſentem.

38 Vtque rali compromiſſo præſati ſtatuti virtute locus ſit, partium alterani illud petere omnino requiri, neque partes ad compromittendum ex ſe compellere iudici licere, ac aliam partem quando compromiſſum petitur eſſe citandam Alexandro in conſ.82. col. 2.in 1. vol. relaro in ſupracit.par.6. ſuæ praxis iudic. ſecũdo actu num. 1.& in dicta reg.36. Duen.in prima limit.quod communem vtique iuris regulam reſpicere videtur, partes nullo modo ad cõpromiſſum faciendum adſtringere iudicem poſſe aſſerentem, vt in l.quidam exiſtimauerũt, ff.ſi cert.pet. per Caſtrenſ.Alex. & Iaſonem, Bartolum in l. furti §. qui iuſſu poſt gloſam ibi ff.de his qui not. inf. per Romanum in præfato conſ.4 o.nume.1. Alexandrum in l. 1. §. & poſt operis ff. de oper.nou. nũciat. & per Afflictum in deciſ.149.nume.6.& eo loci Viſillum in addit.num.8. cum ſequent. hoc multimode limitantes quos inſpicias; quibus limitationes iſtas additas facere nõ prætereas, iudices ſcilicet, ad compromiſſum factum prorogandum arctare, & adſtringere partes poſſe inxra per Franchum videndum notata in c.ſuper eo il 2 in fin.de appellat.itẽ lis, vbi diuturna, ac ambiguis ex probationibus intricata extaret partes ad compromittendum eogere iudicem decere, ex textu in c.placuit 90.diſtinc.diuturnos litigatores inuitos etiam ipſos excommunicando epiſcopum concordare poſſe diſponentem, poſt Abbatem in c.ſuper quæſtionum eodem loci nu.11. circa finem verſ.& cum prędictis, Felyn.hoc affirmat de offic.deleg.idem in conſ. 125. columna tertia.Dec.ſentit,& alij quorum in deciſ.9.Grammat.meminit nu.1.

39 Præſatique ſtatuti diſpoſitione attenta etiã poſt litem coram iudice conteſtatam, necnon vſque ad publicationem in cauſa factam excluſiue compromiſſum quod petere liceat ex Baldo in l. ff.de tranſact.& ibi Iaſone in 4.notab. Caſtrenſe in procem. C. in princ col.1.ad fin. & alijs in deciſ.48.nu.fin. Capyc.fatetur, facta verò publicatione, ſecus quando ſcilicet omnium teſtium atteſtationes tam ſuper principali negotio examinatorum, quam ſuper reprobationibus perſonarum ac dictorũ, publicatæ; teſtiũ atteſtationes extitiſſent, quo caſu plene,& totaliter liquida res, & clara effecta eſſe dicitur, nõ autem ſtatim quod ſuper principali negocio teſtes examinati publicati extiterint, etſi ad teſtes reprobãdum datus terminus fuiſſet, ita Beroo omnino videndo in conſ.16.per totũ, & ſignanter num.10.lib. notab. admonente, ſed in terminis præſatæ Regni Neapolis pragmaticæ aliter in præſata deci. 48.num 4. Capyc. ſentit ſolum ante termini dationem, & ſic ante litem conteſtatam compromiſſum peti poſſe dicens, in cauſa vero appellationis petere compromiſſum nullatenus licere, vbi in cauſa principali petitum illud non fuiſſet in dicto 2.actu, Maranta explicat nu 31.quo loci, ex Caſtrenſe in conſil. 320.hoc firmat vol.1.in prin. cuius in ſupracit. reg.36.14.limit Duen.meminit, idem in præſata l.ſi cauſa cognita in vlt col.Alex.tenet,& Iaſ. ibidem C.de tranſact & in l. ita demum, idem Iaſ.num.6.verſ.ſeptimo per illum tex.& verſic. ſed aduerte in fine C. de procurat. vbi quando in appellationis cauſa ſumus poſt tamen litem conteſtatam hoc procedere aſſerit, quicquid tamen ſit, ad eum ſtatum cum interpoſita appellatio rem reducat, in quo primæ inſtantiæ tempore litis conteſtatione facta reperiebatur dicta l. ita demum C. de procurat.cũ concord. per Romanum cumulatis in conſ. 381.nu.2.& ibi Mãdoſ.in addit.lit.b.& in tract de attentat.per Lãcellot. 2.par.cap.12 de attentar.appellat.pend. in præſat.num.120.fol.204.& Villalob.in collecta communium opin.lit.a nume.109.verſ.appellatio reducit, & alijs pluribus, communem hãc eſſe explicantem ſcribentium opinionem, cumque vſque ad publicationẽ in prima inſtantia compromiſſum, vt diximus peti poſſe ſcribentes atteſtentur, iſtud in appellationis cauſa, non licere mirabilis eſt limitatio, ac publicatis atteſtationibus nullatenus ſupracitati ſtatuti virtute compromiſſo locum eſſe ex Baldo in ſupracit.l.1. ff.de tranſact Alexandro in conſ. 82. col. 2. & Borrello in ſupracit. pragmatica odia §.2.gloſ.2.num.26.in deciſ.131.num.7 lib.1. Viuius atteſtatur; quod qualiter intelligendum ſit ex Beroo ſupra proximè declarauimus.

40 Gradus item qualitatem à ſtatuto requiſitã, ad compromiſſum, vt cogi coniũctus poſsit eſſe in ſpecie probandã in conſ.83.col 1.lib... Alexãd.aſſeuerat,& Dec.in conſ.13.nu.5. quorum

in ſu-

in ſupracit.deciſ.37.nu.fi.Magon. meminit, & Tiraq.in tract.de retract.conſangu.alios plures recẽſens,§.1.gloſ.16.per totum & ſignanter nu. 6.& ſeq.dictaque gradus qualitas qualiter probanda ſit,ac illius probandi modum poſt text, in c.licet il ſecundo de teſtibus in conſ.146.lib. 3.Corn.edocet,& Dec.in conſil.524.& 595.illudque ſimiliter eſt notãdum, quod iudice cõpromittendam eſſe cauſam decernẽte appellare à tali decreto, quod liceat in c. cum ceſſante num.58.de appellat.Franch.affirmat,ſententiã hanc quod fiat cõpromiſſum,vel quod non fiat interlocutoriam diffinitiuæ tamen vim habentem eſſe declarans in tract.regularũ hoc Duen. firmat reg.52.fallẽt.10.& latius Blãc.& plenius in ſupracit.tract.de compromiſſ.quæſt.5.num. fin.per totum fol.431.cum ſeqq. vbi ex multorum authoritatibus,rationibus,& iuribus à iudicis decreto compromittendam eſſe cauſam pronunciantis appellationem dari, notab.enarrat,& clarius in quæſtio.5.numero 8.folio 431. Quo loci communem hanc eſſe inquit ſcribentium opinionem.

41 Sic & pariter quamuis arbitris dimiſsis alteri ex compromittentibus iudicem ordinarium compromiſſo pendente adire,ac coram iudice, etiam ſuper eadem re compromiſſo non obſtãte aduerſarium conuenire liceat, ac ſoluta compromiſsi pœna valide in cauſa ad vlteriora iudicem procedere poſt tex.in l.non diſtinguemus, §.compromiſſo cũ ſimil.ff.de arbitr.poſt Baptiſtam à S.Blaſ.in tract.de arbitr & arbitrat. in 2. par.in prin.quæſt.51.poſt Alexand. in conſ.72. nu.7.verſ.non omitto lib.3. & poſt alios plures in tract.de attent.Lancell.ad dicto capit.15.de attentat.pendente compromiſſo nume.7.cum ſeqq. & tam ante,quam poſt ſententiam ab arbitris ſoluta pœna recedere quod liceat,ex textu in l.ſi quis rem ff.de arbitr. in l. fin. gloſa inquit verbo cum apud C.de teſtibus,attamẽ vbi voluntarium eſſet compromiſſum pluribus in prçcitat.num.7.cum ſeqq.adductis rationibus hoc procedere Lãcellot.aſſeuerat, ſecus vbi neceſſarium illud eſſet, ac ſtatuto cogente confectum quo caſu ex Blanco quẽ ſupra retulimus, iuriſdictionem, cum arbiter habeat, ac tale per compromiſſum ordinarij iudicis iuriſdictio ſuſpendatur eodem Blanco teſte, vbi ſupra in 6. quæſt.princ.num.17. ordinarium ad iudicem, nullatenus tali caſu recurrere licere, immo iudicem ipſum,& partem ad eum recurrentem attentare, ac arbitrum iuriſdictionẽ, vt diximus habentem per iudicem,& partem attentata, reuocare poſſe clare probat, & concludit, ſed ad pleniorem præfatorum cognitionem tam Blanchum in præfato tracta. de compromiſſ.quæſt. 7.num.17.& plenius in præfata quæſt.6. per totum diſtinguentem, & declarantẽ quã Lancellottum,vbi ſupra per totũ,& ſignanter nu.110. cũ duobus ſeqq. inſpectos omnino facias, & in num.180.cum pluribus ſeqq.quo loci non ſolũ cõpromiſſo facto hoc procedere aſſerit, ſed ſeo etiã caſu quo cõpromiſſum,ſtatuti virtute petitum ſolum fuiſſet ſolã hanc petitionẽ ex Baldo in l 1.C.ſi quacunque præd.poteſt.in totũ ordinarij iuriſdictionẽ,prӕterquã in ipſius cõpromiſsi executiuis ſuſpendi dicens, vt quia captis pignoribus,ſeu alijs remedijs partẽ cõpromittere renuentẽ grauare ad cõpromittendũ oporteret,ac quoad cauſam ipſam definiendã in caſu cõpromiſsi, ex ſtatuti forma petiti, iudicis minus ligari,ex Alexandro in conſ.72.num. 5. lib.3.& alijs in tract.de in litem iur.§. 47. Phanuch.affirmat,& quamuis indiſtinctè, vbi cauſam iudex compromittendã eſſe pronunciauerit vlterius in cauſa ipſa ſe intromittere non licere, alias quæcunque geſſerit nulla remanere, ex Alexandro in dicto conſ.72.vol.3. Viſill. ad Afflic.in præfata deciſ.46.nu.18 quẽ inſpicias, teſtetur,nihilominus ex eiuſdẽ Alexandri conſilio nu.7.verſ.non omitto iſtud tunc procedere,vbi corã iudice adito ad proceſſum impediẽdũ oppoſitum de cõpromiſsi pendentia fuiſſet alias tali exceptione non oppoſita, val.de iudicã procedere in ſupradicto cap.15.nu.164 Lancellot fatetur, quod ex eodẽ Alexandro in dicto conſil.72.nu.7.lib.3. tunc locũ habere exiſtimo,vbi alter,ſecus ſi idem et iudex,qui cõpromittendã eſſe cauſam pronunciauit adiretur, quẽ licet de compromiſsi pendentia non opponatur nulliter procedere cum Vrſillo,vbi ſupra ſentio,& dũmodo poſt pronunciationẽ ipſam, quod cauſa compromittatur iudici ad vlteriorem procedẽti, partes nullatenus conſentiant, vt in dicto nu.7.per Alexand. quem inſpectum ſimiliter facias.

42 Nullatenus itidẽ cõpromiſſo locũ eſſe, ſcripturam,vbi publicã,& liquidã altera pars haberet inſtrumentũ,puta ſententiã,vel obligationẽ Bar.inquit,& Iaſ in l.eleganter ff.de condit.indeb.Duen.in dicta reg.36.limit.7.per quẽ alij recenſentur,& Viuius in deciſ.231.nu.6.in fin. lib.1.quo loci illa tacta quæſtione,nunquid apochã trino teſte notatã,ac fidẽ facientẽ habens, cogi ad compromittendũ poſsit ad Annibalẽ Troiſium in cõment.præfatæ pragmat. odia litium nu.77.& ad Ioannẽ de Monte Sperello, in conſ.25.vol.1.ſe remittit,quod ad inſtrumentũ de breui liquidandũ in deciſ.48. Capyc. extendit,ac ne iſtud omittatur,quãdo de breui quid de facili ſeu cito liquidari poſſe dicatur eſſe iudicis arbitrio commiſſum,ex Cyno in 4. quæſt. poſt gloſam in l.fi.C.de compenſ. & alijs pluribus in conſ.166.nu.6.lib.2.Alex.quẽ videas aſſeuerat,etſi,partẽ ad cuius fauorẽ introductum hoc apparet, proprio fauori renunciari poſſe in cõſ vlt nu.15.lib.6.idẽ Alex. atteſtetur cuius in deciſ. Peruſ.16.nu.12.Ioſeph. Ludou.meminit quẽ, & infra c.ſeq.notata videas nu.38.in fi. qđ de præfati ſtatuti Beneuentani declarationẽ in

tit.de cõpromiſſ.in fine præfatis in caſibus non eſſe compromiſſo locum clare diſponentis notare conuenit, necnon prædicta quando clara, & aperta inſtrumenta ſunt procedere declaratur, ſecus quãdo dubia aliquo modo exiſterẽt, quo caſu ſub ſtatuti diſpoſitione ila manere in ſæpius relato tract. de compromiſſ. quæſt.4.nu. 5.fol.195.Blanc.fatetur, & in dicta deciſ. Peruſ. 26.Ioſeph.Ludou.num.7.& 8. vbi cauſam ſemper eſſe ait compromittendam, ſiue facto intricato, ſiue iuris dubio articulo exiſtente, quod quidem iuris dubium, ex Corneo in conſ.390. nume.19. lib.tertio, facto quod intricatum ſit parificari aſſerit, quod clarius vt intelligas in dicto tract.de compromiſſ.in ſupracit.quæſt.4.in princ.col.1.2.& 3.fol.287. Blancum inſpicias; ſed priuſquam præfatis in caſibus non eſſe compromiſſum faciendum iudex decernat, liquidũ eſſe inſtrumentũ conſtare quod debeat ex Alexand.in proximè citato conſ. 166.2.vol. Vrſill. ad Afflict.in ſupracit.deciſ.46.num.8. quem inſpectum facias declarat, dictumque Alex. conſ. ad pleniorem iſtorum cognitionem inſpicere, non prætereas.

43 Immo inſtrumenti guarrentigiati, & executionem paratam habentis occaſione, ac exceptionum occaſione, quę contra tale inſtrumentum prætenderentur compromiſſo facto ad ipſius inſtrumenti executionem, & pro contentis in eo etiam pendente compromiſſo, dummodo de ſatiſfaciendo, ſecundum quod laudatum fuerit cautio præſtetur iudex quod ordinarius deuenire poſsit in l.pecuniam in vlt. notab.ſub num.12.ff.ſi cert.pet. Socin. inquit norandum hoc. & in practica ſignãdum eſſe, & ita ſe in ciuitate Senarum per inſignem Doctorem Ioannẽ de Anan.conſultum vidiſſe dicens, cuius in dicto cap.15.numero 171.& ſequent.fol.348.Lancellot.meminit.

44 Comprobãtur ſupranotata, quia ſicut de rebus iudicatis tranſigi nequit l.poſt rem ff.de tranſact.& dicta l.ſi cauſa cognita C.eod. tit.& vtrobique Bar.ita & pariter neque compromittere tali caſu licere, ex quo declarare, & liquida contra ſtatuti mentem litem exiſtere requirentis, ac de cauſa de qua lis nullatenus fieri debet compromiſſum fieret idem Blanc. in præfata quæſt.4.num.3.& 4. per totum, & ſignanter in verſ.non obſtat quod ſubrogantur fol. 290. cũ ſeqq.notab.aduertit, ac de eo de quo lis nõ eſt, neq; futuræ litis timore exiſtẽte compromittere nullatenus licere in l.2.tex.probat C. de trãſact.in ſupracit.c. expoſita de arbit. & vtrobiq; ſcribentes, & in l.1.ff. de tranſact. neque notarij verbis litem inter partes exiſtere aut extitiſſe narrantis ſtari, niſi vere lis adeſſet liteſque nihil quod fingere operetur ex Angelo in l.cum lis ff.de tranſact.in tract.cautel.caut.41.Cœpol. affirmat, qualiter compromiſſum, ſeu trãſactio, vt ad omnia, ac etiam ad deciſa per ſententiam extendatur fieri debeat, idem Cœpol. in caut 220. perdocet quem inſpicias de compromiſſo etiam, & tranſactione quoad differentias ex teſtamento pendentes, vt legitime, & valide fiant, plene diſcurrentem & Becciuni pleniſsime in conſ.108.lib.1.cumque non valere tranſactionẽ niſi viſis cognitiſque teſtamenti verbis in l. de his clare tex. probet ff.de tranſact teſtamenti, nihilominus notitiam, & in eo contentorum quandocunque tranſigentes habuiſſe ſatis eſſe, etſi exacte propter tranſactionis cauſam teſtamentum nõ inſpexerint, communem Thobias Nonius in conſ. 41. nu. 19. eſſe ait ſcribentium opinionem, idemque, vbi his verbis partes in tranſactione vterentur viſis, ſcilicet cognitiſque teſtamenti verbis validam eſſe tranſactionem dictiſq; verbis in hoc caſu ſtari, ex Ruyno in conſ.107.col.2.vol.1.in trac.de priuil.iuram. priuil.100.in fine Seraph. inquit præſumptiue, item teſtamenti notitiam partes habuiſſe ſufficere eodem loci num.9.Seraph. inquit per totũ quem declarantem inſpicias, ſed quatenus vbi ſupra Nonius num.27.etiam teſtamenti verbis non inſpectis ratione iuramenti tranſactionem ſuſtineri aſſerit nullatenus illi ſubſcribo cum l. de his ff.de tranſact. neque cum iuramento renunciari poſſe, ex Ruyno in dicto conſ.107. Rolando à Vall.in conſ.13.nu 27 volum.1. & alijs magis communem, Seraph in dicto priuil.100. num.4.verſ.ſed in contrarium eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem eo loci, & num.ſeq. declarantem, ac rationes afferentem inſpicere non prætereas, ac nullatenus, vt iterum paulo ante adnotauimus notarij verbis ſtari litem, ſcilicet inter partes exiſtere niſi lite vere exiſtente ex Decio in conſ. 351.479. 531 & 587.Guidus Pancirol.in conſ.44.affirmat num.15. & nu.24. vbi etſi in trãſactione loqui Decium aduertat, idem tamen in compromiſſo obſeruari ex Cagnolo concludit in l. 2.num.83.& 84. C.de reſc nd.vendit.ex Ioanne Andr.in addit. ad Speculat.tit.de arbit. in princ. ex Lanfranco in ſupracit.tract.de arbitr.ſimiliter in princ.ſub nu. 6.& alijs, ſed quamuis compromiſſum ſuper rebus iudicatis ſtante iuramento in compromiſſo appoſito valere in præfata caut. 41. Cœpolla affirmet, & in ſuis Memoral. Cotta in memor. verbo compromiſſum il 3.in fin.his tamẽ Becc. in conſ 49.num.23.& 24.illa præcipue ratione contradicit, quod dum de rebus iudicatis compromiſſum factum non valet dicta l. poſt rem, ita, & pariter neque ſubſiſtere iuramẽtum poſſe ex quo iuramentum quando ipſo iure nullus eſt cõtractus nihil iuxta gl. operari ait in auth. ſi qua mulier C. ad Velleian. & ideo vtrum ex notatis per ipſum Cœpollæ calculus ſubuertatur cogitandum relinquimus, ac quæ paulo ante de re iudicata notauimus, vbi ſentẽtiæ, & rei iudicatæ renunciatum extiterit limitantur, ac rei iudicatæ compromiſſum, vt tali caſu valeat

renun-

Digitized by Google

renunciari omnino debere communem Rom. in conſ.369.nume.15 verſ. & concludunt omnes eſſe enarrat ſcribentium opinionem, ac rei iudicatæ renunciari ad hunc effectum poſſe, necnon compromiſſum. & laudii valere ex Baldo in l.iuriſgentium §.ſi paciſcar per illum tex. ff.de pact eodem Baldo in l.elegantet in princ. ff.de condict. indeb. & in l.1.col.2. C. quando prouoc.non eſt nec.verſ. quæro an in compromiſſo,& alijs in conſ.39. nu 1. Decius affirmat, ſententiæ renunciationem fieri ſpecialiter debere declarans, veluti tali ſententia non obſtāte,itque,vt ſententiæ renūciatum dicatur clauſulam illam in compromiſſo apponi,vt lis de omni eo quod laudatum fuerit eſſe intelligatur ſufficere, neque ſub hac generali clauſula rem comprehendi iudicatam ex plurium voto eodē loci relatorum notab. enatrar,ex quibus valde dubia quæ in conſ.375.nume. 2. circa fin. Dec. enatrat exiſtimare conuenit ſatis ſententiæ renunciatum dici explicans,ſententiæ quoties occaſione compromiſiſſe partes in compromiſſo diceretur,& eo magis,quia Roman in præfato conſ.369.num.15.per ipſum relatus cōtrarium, potius, ac expreſſam rei iudicatæ renunciationem fieri debere firmar,ſed de qualibet litē, & quæſtione compromiſſum, quod partes facere teneantur ſtatuto dictante verum præfaris in caſibus,& alijs á iure prohibitis partes compromiſſum facere teneantur,Papienſem in præfato libello quo agitur ad pęnam compromiſſi verbo poni num.9.inſpectum facias,etſi huius articuli deciſio ex Alexandri pariter verbis in ſupracit. conſ.166.nu.1.& 2.lib. 2. colligi poſsit.

45 Compromiſſum pariter ſiue voluntarium illud ſit, ſiue neceſſarium, nec cōpromiſſum dici,nec aliquo d ante ſecutam acceptationem operari,neque compromiſsi tempus ante arbitrorum acceptationem currere in l.ſi cum dies, in princ.verbo compromiſerint ff.de arbitr. gl. ſentit, ita quod licet fatālium curſus compromiſſo ſtānte á partibus facto iuxta tex.impediatur in Clemen.quamdiu de appellat.quod poſt alias declatationes á Blanco in pluties relato tract.de compromiſſ.quæſt.6.princip. cui titulus eſt, de effectu compromiſsi notab. per totū cumulatas fol.457.tam de cauſæ principalis inſtantiæ,quam de inſtantia cauſæ appellationis, plenē eo loci diſcurrente,vbi in arbitrum compromiſſum fieret,ſecus ſi in arbitratorem intelligendum eſſe in cōſ.284.Anchar.inquit á Maranta in Spec.aduocat.relatus verbo appellatio num.242.circa finem in magnis,nullatenus dictum tempus ante arbitrorum acceptationem impediri magis communem, Marſil.eſſe ſcribētium opinionem in ſingul.679.& alij á Gabrielio in communium opinionum tracta.relati teſtantur lib.ſecundo tit.de arbitr. concluſ.2. numero 16.quem eo loci per totum notab. declarantem inſpectū omnino facias,& in concluſ.4. num.2 prædictaque, vbi ad numerum dierum compromiſſum factū appareret,ſecus ſi ad certum diem ad Paſcham puta,vel quod per menſem compromiſſum duret ex nūc. vel ab hodie inchoandum procedere ſciēdum eſt, hoc enim caſu ſtatim tempus currere ex Felyno in cap. de cauſis col. .de off.deleg.& alijs pluribus in nu. 3.cum ſeqq.& in nu.17 in præſara concluſ.a.Gabriel.affirmat,ac iſtud in ſupracit. quæſt.1. nu. 34.in fin. fol.53.Blancus quē ſimiliter inſpicias ex Socino in conſ.29. ſectatur nu 42.vol 4.eodemque loci nu.35.& 36.de pluribus hoc reſpicientibus apriſsimè diſcurrit,ac in arbitrum electū compromiſſum,& arbitrum acceptare, eo ipſo cenſeri quod pręſens eſt,& patitur quādo eligitur,vel ſi eſt abſens tunc cum ſtatim ſciuit ſe electū,& non contradixit in conſ.81. col. 1 cerca mediū lib.5 Alex.ā. fatetur, vel quoties petitionē aliquā ab altera partiū productā admiſiſſet,vt per Anchar. in conſ.261 circa prin. & Alex.in conſ.84.circa fin lib.5.quorū in ſuis Memoral. verbo cōpromiſſum il primo, Cotta meminit, quem & Blancū in dicta quæſt. 1. nu. 36. hoc plenius declarantem inſpectos facere, non prætereas,& Menoch. in ſupracit. tract. de præſumpt.lib.2.præſumpt.76.in fi.

46 Sed ad paulo ante notatorum declarationē, ſcire iuuat quod ſi quis in cōpromiſſo ſententię latæ,vel alteri actui renunciauerit tacitam hāc renunciatio ipſa cōditionē habet,ſi cōpromiſsi facti virtute laudū arbitri protulerint, vt in ſupracit.l ſi diuerſa,C de tranſact.Bald.inquit ab Alex. poſt tex.in l. tale pactū §. qui prouocauit ff.de pact & in l.ſi ſuper poſſeſsione C. de tranſact.in conſ.52.in fine relatos lib.2. & in conſil. 22.vbi de hoc latius col.1 lib.1.quod clauſula, maxime præſeruatiua in compromiſſo exiſtente procedere quę per declarationis viam exponat quod nullum partiū iuribus illatū præiudicium per compromiſſum cēſeatur in deciſ.171. Rota inquit in deciſionibus Diuerſor. nouiſsimi pat.2.fol.107.quam inſpicias

47 Præfatoſque iuris arbitros,etſi habere eos iuriſdictionem dixerimus,attamen ſententiā per eos prolatā eis exequi non licere,ſed ad loci iudicē ordinariū hoc pertinere in l. á Dino Pio in princ nu.1.verſ 4.diligenter poſt gloſam ibi in verbo arbitrorū ſententias ab illis,qui eas dederunt exequendas eſſe diſponentē,in iuris arbitris loqui dicens,qui ex forma iuris communis iuxta tex.in l.apertiſsimi & l ſi C.de iudic l.arbitro, & l.arbitrio ſecundum vnū intellectū ff. qui ſatiſd.cog.& c.ab arbitris de off.deleg. in 6. vel ex ſtatuti forma atīnes,& coniunctos ad cōpromiſſum cogentis á iudicibus eligūtur in praxi iudic.in 2.& vltimo actu princ. nu.5. in fine, Maranta aſſeuerat fol.545.in magnis Baldo in dicta l.fina. in ſexto notab C de iudic.per eum relato,& Blancus in dicto tract.de compromiſ. quæſt 6.nu.4.verſ.5.facit fol.438. præfatos arbitros

bitros ſententias quas proferunt nullatenus ex textu exequi poſſe ait, in l epiſcopali C. de epiſcop.aud. idem circa id conſ.157.num. 2.lib.4. Ruyn. ſentit, nec illud ad plenionem præfatorũ cognitionem eſt aliquo pacto prætereundum, iudicem, ſcilicet, cui laudi ab arbitris lati executionem lex committit omnem eum cognitionẽ quæ circa executionem ipſam verſatur habere, ex Bartolo in ſupracit l.à Diuo Pio in prin. nu. 5.ff.de re iud.& Abbate in c. de cætero num.4. verſ.2.membro eod.tit.in tract.de arbitrar. iudic.lib.1.quæſt.37.num.9. Menoch. affirmat, & Auſrer.in addit.ad deciſ. Capellæ Tholoſ. 345. nume.1. iudicem dicens tanquam ſuperiorem poſſe in hoc caſu ſuper actus etiam nullitate argumento tex.in c.cum ab Eccleſiarum in fine, de off.ordin.quem citat pronunciare, ac in ciuitate hac ſententia ab arbitro prolata poſſe eam in alia ciuitate diuerſi Territorij, cui condemnatus ſubeſt executioni ex mero iudicis officio mandati abſque aliqua arbitri, ſeu iudicis loci in quo ſententiam arbiter protulit requiſitione in præfata l.à Diuo Pio, §.ſententiam ad fin. ff.de re iud.illa aſsignata ratione, quia æquitas hoc dictat nullamque iniuriam alium iudicem dum exequitur facere, ex quo exequi arbiter ipſe nequit Bar.inquit, cujus in comment.l. l.poſt rẽ ff.de re iud.fol.704.nu,30. Roder.Suarez.meminit quem videas.

48 Sed quia ex hoc articulo ad ciuitatis meæ Beneuentanæ ſupracitati ſtatuti declarationem in tit de compromiſſo quæſtio oritur non eſſe hoc prætereundum animaduerti, ſtatutum etenim prædictum lite orta, & in iudicium deducta, inter conſanguineos, & affines cõpromiſſum fieri cum diſponat pluries à cauſidicis, ex quo lis poſt litem tantum conteſtatam eſſe dicitur textu ſic admonente in c.ex parte il ſecũdo de verb.ſignificat.& hanc magis communẽ eſſe ſcribentium opinionem in l.cauſa C.de trãſact. Alexan.& Iaſ.fatentur, & aliorum memor Lancellot in tract de Attent.2.par.cap.4.de attentat.lite pend.in præfat.nu.7.& 8. fol.48. nũquid ſtatim actione propoſita, ac lite adhuc non conteſtata, vel poſt litem tantum conteſtatam præfati ſtatuti diſpoſitione attenta compromittere partes debeant in dubium reuocatum fuiſſe proſpexi.

49 At lite tantum conteſtata, & non prius eſſe, cauſam compromittendam vltra proximè relata plura vtique cõcurrunt, & primo quia dicta verba, & qualitates lite orta, & in iudicium, deducta pro forma à ſtatuto introductas fuiſſe, euidenter conſtat, ſtatutum enim de nouo aliquid certis cũ modificationibus inducẽs quicquid in ipſo exprimitur pro forma ſubſtantiali reputari in cõſ.431.n 1 & 2.Dec.tenet, & in cõſ. 455.n.7. Crauett in cõſ.181.nu.10.Soc.cõſ.92. vol. 4. & alij quorum Oſaſcus in deciſ.Pedem. 165.meminit nu.11.& maximè qualitatibus cõditionaliter appoſitis, vt quia ſtatutum ablatiuis abſolutis, vt in hoc caſu vtatur, vt in eadem deciſ.Pedem.num.12.& in deciſ.145. nume.6. quo loci & Viuium in deciſ.119.per totum lib. 1.plene de hoc diſcutientem inſpicere non pigeat, & quãdo, vt hoc etiam in caſu poſiti tales ablatiui per participium videntur, vt per Bart. in l.1.num.34.ff de condit & demonſtra. & per alios ab eodem Oſaſco in præfata deciſ.145. relatos nu.6.à qua quidẽ forma recedere nullatenus licere ipſamque eſſe ſpecifice ſeruandam in l.1.ff.de lib.& poſthum.ſcribẽr. ſentiũt & plenè Beccius, & notab.in conſ.12.nu.15. & cum pluribus ſeqq. lib.1. ac formæ quantumuis leuis, omiſsionem actum vitiare de communi in cõſ. 69.nu.72.circa fin.lib.1.Menoch.atteſtatur. ſtatutum item de iudicio mentionem faciens de judicio a litis conteſtatione incipiente intelligendum eſſe communem eſſe ſcribentium concluſionem in rubr ff.de iudic num.7.Sebaſt.Sapia atteſtatur ab Aſinio in iudiciorum praxi relatus §.1.cap.1.nu.14.fol.74 cuius aliorũque in ſupracit.tract. attentat. Lancellot.meminit. 2. par.ca 4.in præfat.nu.151. cum multis ſequentibus fol.59.

50 Itidem quando per ſtatutum iuriſdictio cõtra ius commune in iuriſdictionẽ non habentẽ transfertur formã ſemper tale ſtatutũ inducere gloſa inquit cõiter à ſcribentibus approbata in Clement.1.de iurepatr.vt ex Ancharano in conſil.25.& Felyno in c. cũ dilecta col.8.verſ.nonũ ſignum de reſcript.in ſupracit. tract. de cõpromiſſ.quæſt.1.Blancus inquit nu.28. verſ.præterea fol.48.arbitris ſolã notionẽ de iure cõmuni habentibus iuriſdictionẽ in hoc caſu ſtatutum conferre explicans, quod ex præfati ſtatuti verbis geminatis comprobatur litis, & iudicij mentioné facientibus, ex quibus enixã ſtatuentium mentẽ, & voluntatẽ oſtendi conſtat, ac lite tantũ conteſtata eſſe ad cõpromiſſum deueniendũ verba vtiq; geminata deliberare magis, & enixe prolata cẽſeri tex.eſt in l Baliſta, & ibi ſcribẽt. ff.ad Trebell.late in locis legalibus Eueral.in loco à vi geminationis & Viuius alios referens deciſ.380.num.10.lib.2.

51 Attamen in contrariũ, ac ſtatim actione propoſita præfatis non obſtantibus cõpromittendã eſſe cauſam ex in nu.16.prænotatis, quo loci fauorabile ſtatutũ hoc, ac litiũ inter coniũctos dirimendarũ fauore inductũ eſſe retulimus apparet, ideoque ampliandũ illud eſſe non autẽ reſtringendũ in conſ.69.nu 5.verſ.cũ igitur, & in conſ.75.imò, vbi odiũ, & fauorẽ ſtatutũ contineret illud fauorabile potius quã odioſum cenſeri magis communem in l venia nu,8.C.de in ius voc.idem Dec.eſſe enarrat ſcribentiũ opin. Quapropter ſtatim, & ante litem conteſt. eſſe compromiſſo locum ne ad talem terminum illud reſtringatur fateri conuenit.

52 Et hanc ſtatuẽtium fuiſſe mentẽ, ex alio ſta-

tuto

Digitized by Google

tuto in eodem lib. 2. in titu. de modo proced. in ciuil. vltimo conſtare facile poteſt, quo loci ex conuentorum cauillationibus in graue litigantium detrimentum etiam vltra annum circa litis conteſtationem diſputare litigatores aſſueuiſſe magnopere deteſtantur, & ideo ex ſola conuenti reſponſione ſiue neget conuentus, ſiue affirmet litis conteſtationem induci diſpoſuerunt, quapropter cum expreſſam litis conteſtationem quoad omnes cauſas ſtatuentes expulerint eam multo magis in præfati ſtatuti caſu expuliſſe annuere debemus: in ipſa vtique litis côteſtatione litigium extare proxime relatum ſtatutum animaduertit, dumque ſtatutum ipſum de compromittendo litium inter coniunctos dirimendarum fauore inductum diximus, ſtatim actione in iudicio propoſita côpromittendam eſſe cauſam non eſt ambigendum neve ad vnum finem inducta contrarium effectũ operentur, quod fauore C. de legibus c. maiores de baptiſmo & l. legata inutiliter ff. de adim legat. tenet hoc Dec. in conſ. 597. num. 8. & conſ. 625. num. 1 . à Deciſione Auenion. 56. relatus num. 8. ac ſtatutum vnum per alind declarari argumento textus in l. qui filiabus ff. de legat. 1. & ex notatis in l. vtrum ff. de petit. hæred. in conſ. . o. in fine Dec. enarrat.

53 E. eo iſtud comprobatur, quia dictum ſtatutum de compromittendo quod poſterius eſt, ſecundum ſtatutum anterius ſupra relatum litis conteſtationis quodammodo excluſiuum, diſtingui, & interpretari debere ex textu conſtat, in l. non eſt nouum ff. de legibus. & in l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de legat. 1. in conſil. 107. Alex. ſequitur num. 6. vol. 5. ſcribentes in l. ſciendum poſt gloſ. ib. ff. qui ſatiſd. cog. & hanc eo loci Iaſon. nu. 4. communem eſſe inquit ſcribentium opinionem, & in conſ. 54. Pariſ. nume. 19. vol. 2. quapropter litis conteſtatione penitus quaſi à primo ſtatuto exploſa nullatenus eã eſſe in poſteriori ſtatuto in conſideratione habendam facillime ex prænotatis conſtare poteſt, comprobatur hoc, quia ſi requiſiti, & interrogati ſtatuentes fuiſſent etiam ante litem conteſtatam, coniunctorum lites eſſe compromittendas eadem ratione, vt coniunctorum lites efficaciter dirimantur indubitate reſpôdiſſent, & ac illud quod in mente fuit ſtatuentium, quamuis verbis expreſſum non extiterint pro expreſſo haberi gloſa eſt in l. tale pactum §. fi. ff. de pact. & in ſtatutis hoc procedere poſtquam plus relatos iſtud ſentientes hanc magis communem eſſe ſcribentium opinionum in tract. communium opin. lib. 7. tit. de reg. iur. concluſ. 10. nume. 2. in fine Gabriel. affirmat, & in tract. de verbo. ſign. lib. 8. Gallin. nouiſsimè tenet lib. 8. cap. 5. num. 31. quos inſpicias.

54 Suffragatur etiam quia dum per dictum ſtatutum lites inter coniunctos, vt diximus prohibentur, litiſque côteſtatio litis exordium dicatur, vt gloſ. fin. inquit in dicto c. ex parte il 2. de verb. ſignif. & in c. vnico in gloſ. 1. poſt principiũ etſi aliter in l. Iulianus, ff. qui ſatiſd. cogan. gloſ. ſentiat, vbi ante finem tempus illud inſtantiæ, quod ante litem conteſt. litis exordium appellat textu relato in l. Pôponius §. ratihabitionis ff. de procurat. qui pro caſu de quo gloſ. loquitur bene facit, litis quoque conteſtationem cenſeri prohibitam ex vulgata regula conſtat quotieſcunque aliquid prohibetur omne alind pariter propter quod ad illud deuenitur prohibitũ cenſeri dictante vulgata l. oratio ff. de ſponſalibus cum ſimil. quod ex eo non abſimiliter deducitur, quia negocij principalis, apud iudicẽ hincinde facta narratio, necnon ſubſecuta reſponſio, ſiue negando, ſiue côfitendo, & animo in cauſa procedendi litis côteſtatio deſcribitur, vt eadem gloſ. 1. inquit in dicto c. vnico verſ. eſt autem litis conteſtatio de lit. conteſt. Bartolus, tenet hoc Bal. & alij in l. vnica C. eodem titu. & plene Io. Bapt. Ferrett. in conſ. 214. nume. 2. & ſeq. vol. 1. quorum in deciſ. 310. in princ. lib. 2. Viuius meminit, cumque verè, & propriè lis tũc conteſtata dicatur, vbi partium côſenſu verbis expreſſo iudici in iudicio procedendi, illudque per ſententiam terminãdi poteſtas datur, ac ex tali reciproco partium conſenſu, verbis expreſſo conuentionem quandam, & obligationem, ad ipſius iudicij obſeruantiam oriri non ſecus, ac in contractibus euenire ſolet in ſupracit. iudic. praxl §. 17. cap. 2. verſ. 5. etiam num. 2. folio 264. Aſin notab. explicet, litis conteſtationem, dum in cauſa poſt ipſam non proceditur, neq; iudici procedendi cauſamque per ſententiam, terminandi poteſtas datur, neque reciprocus, partium conſenſus neq; obligatio ad ipſius iudicij obſeruantiam oritur, imò contrarium dũ vna partium litigare diſſentiente ad arbitrorũ electionem deuenire oportet eſſe omnino fruſtratoriam nemo negabit, ac fruſtra illud fieri, cuius euentus nihil operatur in l. fin. ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſeruetur clare tex. diſpônit, & in l. hæc ſtipulatio, §. Diuus ff. vt legat. nom. caueat. Neuiz. ſequitur in conſ. 51. num. 18. & alij quorum Magon. in deciſio. Lucenſi 41. meminit numero 2.

55 Neque illud primo loco deductum obſtat, poſt litem tantum conteſtatam litem dici, cum in præfati ſtatuti terminis ad dictæ vocis efficaciam corrigendam non de lite ſimpliciter, nec de lite mota, vt in dicto c. ex parte de verb. ſign. mentionem ſtatutum faciat, ſed verbum illud orta ſimiliter adiungit, quod veram ac naturalem litis originem deſignat, verè etenim oriri, tunc quid dicitur cum primum apparet; vt in Carmine illo de ortu ſolis Vergilius inquit.

Exoritur, Phœbus perfundens, luce nitenti.
Et Maria, & Terras Stelliferumque polum.
Aſtraque ceſſerunt fulgentia crinibus aureis.
Et nox, ſydereas occulit atra faces. Et deinde.

Sol,

Sol, oriens curruſque ſuos, e gurgite tollens.
Oceani claro reddidit, orbe diem.
Flammiferumque iubar terræque, poloque, reduxit.
Et pepulit radijs aſtra repente ſuis.

Et in primo Georgicorum.

56 Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus illam corporis cœleſtis ſupra noſtrum hemiſpherium primam apparitionem ortum appellans Ambroſio Calep. teſte in dictiõn. verbo ortus: quam primum igitur partes coram iudice controuerterunt litem in caſu huius ſtatuti ortam dici, ne verbum illud orta, ſine operandi virtute remaneat, quod eſt prorſus euitandum clariſsimum eſt, ſyllabam enim ſuperfluam, neque legem, neque ſtatutum habere debere gloſa eſt in l.2. ff. quod metus cauſa & in c. ſolitæ in verbo tanquam de maiorit. & obed. & ita, legem eſſe interpretandã, vt verbum quodcũq; aliquid operetur, neve fruſtra appoſitum fuiſſe videatur in l. ait prætor la prima, ff de iureiur. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ. teſtantur, & ſcribentes in c. paſtoralis de appellat. quorum in repet. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. verb. omnia vel partẽ aliquam nu. 100. in fine Tiraq. meminit, ac verba ſuperflua nullatenus ſtare, ſed ſemper operari aliquid debere vltra tex. in l. ſi quando ff. de leg. 1. & in c. ſi Papa de priuileg. in 6. in rubric. Bal. t. not, C. de contrahen. empt. quæſt. 9 cuius opinionem à ſcribentibus eſſe communiter approbatam in patrocin. 39. nume. 11, Iacob. Marchell. Decij in cõſ. 48. memor atteſtatur, & quãuis à litis conteſtatione iudicium incipere diximus illud tamen, vt ab eo tempore perfecte, incipiat ac vt inſtantiæ partes obligentur intelligendum eſſe in ſupracit. praxi iudic. §. 6. c. 4. nu. 3. Aſin. affirmat, ſed proceſſum quoad alia, & iudicium omnino à citatione incipere Salycetum Caſtrenſem & alios omnes in rubr. C. de in ius voc. declarare fatetur: præfata comprobãtur, quia verbum illud lite non iudicialem ſolum, ſed extraiudicialem etiam litem ſignificat Alciaro teſte in l litis ff. de verbor. ſignif. ad quod vtique euitandum verba illa deſcripta, & coiuncta fuerunt, & in iudicio deducta, neve ſtatim quod extra iudicium partes altercãtur, ſed ſolum, vbi iudicialiter contendere incœperint compromittere cogantur, & in proprijs fere terminis litis ortæ tex. eſt in c. fin. extra de reſcript. indiſtinctè litem, & controuerſiam ortam in quolibet ſtatu illa ſit indubitate explicans, illudque in l. intra dies num. 5. ff de re iud. ab Alexandro relatum aptiſsimè prænotatis conuenit verba iſthæc eo loci explicans, quamuis ante litem conteſtatam agere quis non dicatur, ſed agere velle, vt in l. amplius non petitum ff. rem ratam hab. hoc tamen in actionibus in quibus lis eſt conteſtanda procedit, non autem in alijs in quibus lis neutiquam cõteſtatur; quo caſu cum litis verbum, ad litis conteſtationem non adaptetur de illa nullatenus intelligi aſſeuerat arg. l. 4. §. toties ff. de damn. infec. cum ſimil. eo loci per ipſum cumulatis, à ſimili igitur in caſu noſtro eum ad litem inter coniunctos, pluries, vt diximus excludendam compromittendas eſſe coniunctorum cauſas ſtatum caueat verba illa lite orta, nullatenus ad litis conteſtationem adaptari eſt omnino veriſsimum.

57 Quod ex eo non abſimiliter deducitur quod ſupra num. 39. ex Capyceo in deciſ. 48. in fine, etiam poſt litem conteſt. ac vſque ad cauſæ publicationem partem ad compromittendum cogi poſſe dicente adnotauimus, vnde dum an poſt litem conteſtatam iſtud liceat ſcribentes quærunt ante litem conteſt. eſſe apud omnes extra quæſtionem, & indubitatum affirmare omnino debemus, alias per ipſos aliter formata dubitatio fuiſſet, & nunquid ante litem conteſtatam hoc liceret in quæſtionem pariter deductum extitiſſe, vltra quod per argumentũ à fortiori, ſi poſt litem cõteſtatam per quam mutuo conſenſu partes ad iudicij obſeruantiam obligari diximus compromittere coguntur, ante litem conteſtatam hoc multo magis licere, quo tempore aliqua pro iudicij obſeruantia obligatio facta non apparet eſſe compromiſſo locum clariſsima res eſt, & indubitata, immo poſtulari ante litem conteſtatam compromiſſum debere ex Bruno in conſ. 18. num. 7. vol. 2. qualiter hoc procedat vtiliter declarante ex Borrello in ſupracit. pragmatica odia §. 2. gloſ. 2. nu. 25. in deciſ. 131. in fine Vrſill. explicat lib. 1.

58 Quapropter ſupra pro contraria parte notata non obſtare manifeſte demonſtratur, cunctaque argumenta poſt litem conteſtatam compromittendam eſſe cautam denotantia eſſe ſublata, nam quod lis poſt litem tantum conteſtatam eſſe dicatur, ex alijs in hoc caſu in eodem ſtatuto expreſsis, ceſſare diximus, & quamuis formam ex his inductam eſſe appareat, formã ipſam etiam ante litem conteſtatam compromittẽdam eſſe cauſam denotare explicauimus, illudque de conditione ex ablatiuis abſolutis reſultante ſimiliter ceſſare, tum quia per verba illa orta, & in iudicium deducta primam in iudicio partium comparitionem denotare diximus, quam etiam, quia tunc ablatiuos abſolutos per participium poſitos conditionem inducere magis communiter ſcribentes aſſeuerant, vbi futurum tempus, & id quod ſui natura omnino incertum eſt reſpiciunt; vt in ſupracit. deciſ. 145. num. 7. per Oſaſcum aliorum memorem in ſupracit. d. ciſ. 45. nume. 7. quod in hoc caſu neutiquam militat in quo talis incertitudo cõſiderari, vt ex ſe patet nullo modo poteſt, vltra quod non ſemper ablatiuos abſolutos cõditionem importare, ſed aliquando eos per modum ſuppoſiti ſtare in l 1, col. 1. C. quando non pet. par Bald. declarat, quem in rubr. ff. ſolut. matrim. communiter ſcribentes ſequutin annotat. ad l. vnicam. C. ſi de momentanea poſſeſſione fol.

ne fol. 24. num. 35. Vergin. de Boccat. aſſeuerat.

59 Cunctaque facilius complectendo, cum litē, & cauſam compromittendas eſſe præfatum ſtatutum, vt diximus diſponat, tā ante quam poſt litem conteſtatam compromittere affines, & coniunctos debere ex eo conſtat; nam de cauſæ mentionem ſtatutum faciens tam ante quam poſt litem conteſtatam, vt diximus illud intelligi debere Bar. poſt Cynum in ſupracit. l. cauſas, C. de tranſact. tam in prima quām in ſecunda lectura fatetur Maranta in ſupracit. iudic. praxi quinta par. princip. in fine nume. 66. & 67. folio 262. in magnis, vbi cauſam non aliter ipſius iudicij principium, & materiam eſſe ait, quam chaos illud omnium in mūdo principium fuiſſe conſtat, vt in Sacris Biblijs & apud Ouid. in princ. Metamorphoſ. illis in verſibus.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe.
Quem dixere chaos rudis indigeſtaque moles.

Et cætera quæ ſequuntur, & hanc in dicta l. cauſas in fine Curt. iun. communem eſſe atteſtatur ſcribentium opinionem eandemque magis cōmunem eſſe opinionem in supracit. iudiciorum praxi Aſin. recenſet in §. 18 cap. 11. per totum, & ſignanter num. 5. vbi ſtatuto dictante, quod ſi alicuius aduocatus Reipublicæ cauſa abſit, neutiquam vſque ad illius reditum in cauſa procedatur, etiam ante litem conteſtatam aduocato recedente in aduocati reditum eſſe cauſam, differendam iuxta prænotata concludit.

60 Arbitrorum item quos voluntarius appellamus duas eſſe ſpecies ſciendum eſt, quorum alterum arbitrum ſimpliciter appellari, quem de partium conſenſu eligi, & in eum ſub pœna per ſtipulationem compromitti ex Speculat. liquet in tit. de arbitr. §. 1. verſ. & eſt, alterum vero arbitratorem quem amicabilem compoſiturem dici, ac illius partes in litem de facto potius quam de iure, ac ſine aliquo iuris ordine terminandā conſiſtere ex eodem Speculat. conſtat in dicto §. 1. ver. arbitrator ex Bartolo in l. ſocietatem, §. arbitrorū, ff. pro ſocio in l. ſi quis arbitratu, vbi alij ſcribentes ff. de verb. oblig. & in l. ſi de meis §. recepiſſe nume. 5. ff. de arbitr. illum arbitrum eſſe dicenre, qui an alteri aliquid alter datutus ſit, videt; illum vero amicabilem compoſitorem qui abſque ſua ſententia partes ad concordiam reducit, arbitrumque ad litem decidendam: arbitratorem verò ſuper diſcordijs in contractu vel quaſi contractu ortis eligi in ca. cauſamque num. 8. ante finem extra de elect. Panormit. notat, etſi Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 2 nu. 18. aliter diſtinguere videatur, quē inſpicias, & paulo inferius notata num. 62.

61 Ac in arbitraturem compromiſſum factum, contractus vim habere in ſupracit. l. ſocietatem §. arbitratorū ff pro ſocio Bar. aſſeuerat, & in d. tit. de arbitr. Speculat. §. finitur, illudque ad hæredes tranſire in ſupra relata l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. nu. 23. Alex. explicat, etſi in arbitrū cōpromiſſum factum regulariter alterius morte expiret, & annulletur, nec cōpromiſsi iura de hæredibus mentione non facta in hæredē tranſire ex textu liquet in ſupracit. l. diem proferre, §. 1. & l. ſi interpellatur, ff. de arbitr. & in c. fin. extra eod. tit. & plene Blanc. & notab. in ſupracit. tract. de compromiſſ. quæſt. 7. in princ. à num. 1 vſque ad nu. 9. fol. 479. ſed in arbitratorem compromiſſum factum ad hæredem, quod tranſeat ſciendum, ſcilicet herede, & patiente ipſo verò volente, & contradicente, ſecus poſt tex. in l. fundi, ff. de acquir. poſſ. in conſ. 27. Berous tenet num. 7. vol. in eodem loci ſtume. 2. vbi expreſſe cōpromittentes alterius morte finiri cōpromiſſum conuentione cōuentione hoc in caſu ſtandum eſſe, ac illud quod ſui natura eſt ad hæredes tranſitorium ex partium conuentione effici non tranſitorium ex textu ſoluto, & ibi gloſa in l. ſi pactum, ff. de probat. l. Aurelio, & l. non ſolum §. tale ff. de liberal. leg. ac è contra, quod tranſitoriū non eſt ex partium cōuentione expreſſaque prouiſione tranſitorium fieri, ex textu in quibus l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ff. de verbo. oblig. & ex alijs per ipſum in eodem cōſ. circa id per totū notatis, & per Oſaſcū in deciſ. 76. per totū, & ſignanter nu. 4. & 7. vbi morte regulariter ſocietatem ſolui explicat, neq; ipſam ad hæredem quamuis ita conuenerit tranſire: illud tamen circa prænotata non prætereundum ſcilicet arbitri effectum ad heredes, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint, & quamuis mentio de eis nullatenus in ſententia facta fuerit tranſire tex. eſt gloſ. ibi, & Bart. in l. quamuis ff. de arbitr. ſicut, non abſimiliter lucrum, & damnum quodcunque ex re communi per ſocietatem effecta etiā, poſt ſocij mortem ſi proueniat commune illud tum ſocij hæredibus cenſeri ex gloſſa conſtat in l. verum §. in hærede verbo emolumentū ff. pro ſocio quam in deciſ. Pedem. 76. num. 4. communiter, Oſaſc. eſſe aſſerit à ſcribentib. approbatā.

62 Et quamuis arbitratorē in iure non reperiri, in lib. 4. Miſcellan. c. 18. Coraſ. teſtetur cuius addit. ad Marant. in ſupracit. par. 4. praxis iudic. 14. diſtinct. meminit in lit. c. præfatam nihilominus diſtinctionem inter arbitrū, & arbitratorē paſſim ſcribētes ſequi, illoſque arbitratores dici, qui non ſuper re litigioſa, ſed inter partes, vt componant, vel diffiniant accipiūtur, ac ut omni iuris ordine prætermiſſo, prout eis æquum videbitur inter partes componant, vel diffiniāt veluti, vt inter cohæredes hæreditatē, ſeu alias, inter ſocios rē arbitrio boni viri cōem diuidāt, poſt tex. in l. ſocietas, ff. pro ſocio in praxi Romanæ Curiæ lib. 6. c. 3. nu. 3. Veſtr. affirmat, & in addit. ad Papienſ. Maſuer. in ſupracitato libello pœna cōpromiſsi verſ. tanquam in arbitros addit. 1. in fine, ipſorūque arbitratorū arbitramentū tranſactionē dici poſt ſcribētes in d. l. ſi quis arbitratu, ff. de ver. oblig. in conſ. 82. nu. 7. vol. 4.

Alexand.

Alexan. teſtatur large tamen ante laudum partibus approbatum, & impropriè, vere tamen, & proprie ratificatione ſecuta, vt per Decium notab. in ſupracit. conſil. 60. nume. 3. quodque cum arbitratore lis eſſe non dicatur, in conſ. 169. num. 1. lib. 3. Bal. aſſerit in præfata deciſ. 2. par. c. 15. de attentar. pendente comprom. à Lancellot. citatus nu. 116. fol. 344.

63 Neque abſoluendi arbitratores, neque condemnandi poteſtatem habere in leg. 1. C. de vſu, & vſufru. leg. idem Bal. atteſtatur, & in §. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt. & Angel. in leg. prima, §. Marcellus in fi. ff. ſi cui plus quam per legem Falc. diam, à Hieron. Gabriel. in conſil. 43. relati numero primo lib. 1. & num. ſecundo, arbitratores; ibidem ex Bartolo in dicta l. ſi quis arbitratu num. ſeptimo, Iaſone numero 21. & ibidem alijs omnibus, Baldo in cõſ. 8. in fine volum. 3. & Lanfranco in tracta. de arbitr. membr. 5. quæſt. 1. ſine aliqua partis citatione arbitrari poſſe ait, ac ipſis tertium incertum eligendi ex gloſa, & Doctor. in c. penul. de arbitr. Zabarell. in conſ. 86. & Lanfranco de arbitr. dicto membro 5. quæſt. 1. facultatẽ eis præſtari poſſe affirmat; itẽ quamuis arbitralis ſententia die in honorem Dei feriata proferri nequeat. l. ſi feriatis, ff. de arbitr. arbitratores tamen ex quo ipſorũ pronũciatio vim obtinet trãſactionis tam de iure ciuili, quam canonico valide tali die pronunciare, quod liceat in l. ſi de meis, §. ex compromiſſo in fine, ff. de arbitr. Bar. aſſeuerat, Bald. & alij in c. conqueſtus extra de ferijs, & nouiſſima Viuius in deciſ. 55. nu. 3. lib. primo fol. 78.

64 Ex quo ad ſuſpicionis materiam ad quam tẽdimus quamuis ab arbitratoris perſona antequam arbitretur non eſſe recedẽdum, ex textu conſtet in l. fin. C. de cõtrahen. empt. & in dicta l. ſi quis arbitratu, ibique ſcribentes, ff. de verbor. obligat. & Viuius in deciſ. 271. lib. 1. hoc tamen niſi ſuſpicionis cauſa ſuperueniat eſſe intelligendum poſt textum in ſupracitata l. non diſtinguemus. §. cũ quidam ff. de arbitr. ex textu in dicto c. inſinuante de off. deleg. Franc. in c. cum ſpeciali num. 36. de appellat. affirmat, nullamque inter arbitrum, & arbitratorem circa recuſationis articulum extare differentiam vltra tex. in præfato, §. cum quidam ex Ioanne Bapt. in ſupracit. tract. de arbitr. lib. 9. cap 7. columna fin. in fine, & Bapt. à Sancto Blaſio in ſupra relato ſimiliter tract. de arbitr. par. 1. numero 78. verſ. quadrageſimo in eodem nume. 36. Franc. enarrat, etſi ſecus in arbitratore ex eodẽ Ioann. Bapt. à Sancto Blaſio, vbi ſupra Lancellot. in ſupracit. 2. par. cap. 15. de attent. pend. cõpromiſſ. nu. 158. cum ſequentibus procedere, & hanc ibidem nu. 160. communem eſſe dicat ſcribentium opinionem, ac eodem loci etiam compromiſſo pendente ex cauſa poſt cõpromiſſum ſuperueniente arbitrum recuſari poſſe ſubdit, vel vbi antiqua cauſa eſſet, nouiter tamen cognita, vt in locis legalibus per Euerald. in loco à iudicijs ad arbitria col. 3. verſic. decimooctauo iſtud non nego valde dubiam præfatam communem reddi opinionem ex ſcribentium voto in dicto c. cum ſpeciali num. 36 à Franco relatum, ac ex eo quia etſi non leuis ſit in iure ciuili ſcribentium altercatio, nunquid à perſona electa non declarante recedere liceat de æquitate tamen canonica recedere ab huiuſmodi perſona poſſe, & ad boni viri arbitrium recurrere in c. ſunt nonnulli 1. q. 1. Archid tenet, & Abb. in c. extra de decim & iuri canonico ſtandum eſſe in tract. de æquir. canon. Bonacoſ. nouiſsime in concluſ. 66. ex Pariſ affirmar. in conſ. 131. num. 5. vol. 4. cuius Menoch. aliorumque plurium in conſ. 93. nu. 28. cũ ſeqq. meminit lib. 1.

65 Quapropter rei vendicatæ pretio in tertij nominati arbitrium collato, ſi per aliquem ex cõtrahentibus ſtet quominus ille arbitretur à perſona ſecundum Iaſonem in dicta l. ſi quis arbitratu in 2 notab. recedi, & quamuis perinde, ac ſi ipſe tertius arbitratus eſſet habeatur, ratione tamen incertitudinis pretij iudicem, vt illud declaret recurri Alex. eo loci col. 3. fatetur, & facta venditione pro pretio à duobus æſtimando, vno ab emptore, altero à venditore eligendo quo caſu validum emptionis, & venditionis cõtractum exiſtere Bar. & Caſtrenſ. in l. ſi merces, in princ. ff. locati teſtantur, tali ex contractu cõditionali ad hominem pro parte ſua eligendum agi contra venditorem poſſe ex textu in l. Labeo ff. de contrah. empt. in rubr. C. eo. tit. Bald. notat quæſt. 8. hominemque venditore eligere renuente, ab ipſius perſona recedi, ac iudicem, qui pro eo eligat recurrere licere in dicta l. ſi quis arbitratu nu. 6. Bar. aſſerit, æſtimatorem omnino à venditore eſſe dicens eligendum aut pro eo à iudice, & Hieron. Gabriel in d. cõſ. 64. quem nu. 6. & 7. per totum more ſuo notab. an emptio pretio ſeu rei quantitate incertæ perſonæ remiſſa valeat diſcutientem videas, Bartolũ, Baldum, Iaſonem, Alexãdrum, & alios in dicta l ſi quis arbitratu quando hoc in caſu à perſona recedere liceat ampliſsime declarantes, Menochium omnino in dicto conſ. 93. lib 1. per totum & D. Vincentium de Franch. in deciſ. 23. nu. 3. & nu. 6 par. 1.

66 Sed compromiſſo in duos tanquam arbitratores facto nullatenus ad tertij electionẽ, ipſis diſcordãtibus deuenire iudicẽ poſſe in c. 1. col. 2. verſ. ſed hic ab extra dubitatur in rubr. de inueſt. in mar. fac. in vſib feud. Bal. affirmat, ita à quibuſdã ſapientibus pridie, & bene reſponſum fuiſſe dicens, illa, quia proxenetarũ ad inſtar arbitratores rediguntur adducta ratione, in quibus nullatenus de tertij electione tractari ſolere ait, Baldũ Aret. in conſ. 99. colum. fin. in prin. commendat, & ſequitur, & poſt Felynum in capitulo ſuſpicionis circa princ. de off. deleg. alios

referētem hoc ad declarationem l. item ſi vnus §. vltimo, ff. de arbitr. quo loci de tertij electione per arbitros fienda diſponitur memoria dignum eſſe in Memorialibus verbo compromiſſum l'ultimo, Cotta, qui videatur aſſeuerat, fol. 115. & Franch. in ſæpè citato capitulo cum ſpeciali num. 11. verſic. ſed aduerte de appellat. Quod in ciuitate mea Beneuentana ſtante ſupracitato ſtatuto in tit. de compromiſſ. libro 2. nullatenus obſeruatur, diſponit enim præfatum ſtatutum, quod in duos compromiſſo facto tanquam arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores, in ipſorum diſcordia ad tertij electionem ordine ipſo ſtatuto deſcripto, deueniatur.

67 Arbitrorum voluntariorum poteſtatem proſequendo, neque actionem, ex arbitri ſententia condemnatoria oriri, neque abſolutoria exiſtente ſententia exceptionem niſi homologatione ſecuta ex textu conſtat in l ſecunda, C. de arbitr. quod vbi pacto nudo factum compromiſſum fuiſſet procedere ſciendum eſt ſine iuramento, & ſine pœna: quo caſu nullo exiſtente remedio ad homologationis remedium recurritur, niſi expreſſe laudum à partibus approbetur actionem producat, ac illud executioni ſtatim mandetur, vel ſi tacite per decem dierum lapſum, ex quo quidem lapſu tacita cum reſultet homologatio, executioni laudum poſt decem dies demandari gloſ. inquit notab. in capit. per tuas in verbo ratum habere extra de arbitr. hoc per tex. affirmans in l. cum antea, C. eodem titulo cuius in ſupracit. libello quo agitur ad pœnam, ex compromiſſo verbo Franciſcus numero ſecundo, Papienſ. meminit. Boer. in deciſion. 284. numero 25. in fine, & numero 26. qui omnino videatur, & pro intelligentia dictæ l. cum antea in conſ. 33. Berous numero ſeptimo, cum ſequentibus lib. 3. præfatam tamen diſtinctionem in Iudæorum laudis prorſus excludi, ac quocũque homologatione, & tacita, & expreſſa circumſcripta incontinenti Iudæorum laudum executioni, quod demandetur, ex Guliel. de Sazar. in l. Iudæi C. de Iudæ. per illum text. Roder. Suar. in dicto commentar. l. poſt rem notab. 8. in fi. fol. 524. à tergo enarrat, & quamuis Alexandrum in apoſtilla ad Bart. in dicta l. cum antea, C de arbitr. amplectētem referat, ex præfato tamen textu neutiquam hoc probari inquit, à contentis tamen in dicta apoſtilla, non eſſe cenſeo recedendum, quam nouiſsime in deciſ. Pedem. 253. refert. Teſſaur. & amplectitur num. 6. in princ. fol. 277. ac laudi certam ſcientiam præfatæ, vt homologationi locus ſit, requiri, ex notatis per Crauett. liquet in conſil. 197. ad fin. laudi ratificationem etiam iuratam, niſi laudum ratificanti lectum ſit, ex Caſtrenſe in conſilio 465. colum. penultima lib. 1. & in conſ. 182. columna ſecunda libro 2. nullatenus nocere aſſerentem.

68 Præfataque de iure ciuili procedere ſciendũ eſt, ſecus vero de iure canonico, cuius diſpoſitione attenta, cum actionem nudum pactum pare re, clarum ſit ſecundum communem canoniſtarum opinionem, cuius in capitulo primo num. 4. de pact. Felyn. meminit, & ibi noua addit in. b. ad intereſſe de iure canonico, ſine alia homologatione agere quod liceat in ſupracit. ca. per tuas columna ſecunda in fine, Panormit. affirmat, pœnaque in compromiſſo appoſita ad pœnam, ſi contra fiat, certi conditione ex ſtipulatu agi in l. 1. tex. probat. C. de arbitr. l. cum pœna & l. fin. ff. eodem tit. & gloſ. in cap. dilecti verbo per pœnam eodem tit. pena verò non appoſita, etſi actio non detur ad intereſſe tamen agitur, quia ſententiæ non paretur l. diem proferre, §. vlt. ff. de arbitr. & l. fina. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & propterea timore intereſſe, ſicut metu pœnæ arbitri ſententiæ parendum eſſe, ac compromiſſum ſine pœna valere contra vulgares aliter exiſtimantes in dicto verbo, Franciſcus in libello, quo agitur ad pœnam, ex compromiſſo, num. 2. in fi. Papienſ. aſſeuerat.

69 Sed pœna in compromiſſo appoſita ſi ſuper vnum ex litigatoribus arbitri ſententiæ, ſeu arbitratoris non pareatur, cui pœna applicanda veniat in ſupracit. deciſ. 284. num. 27. Boer. querit, ac ex textu in l. arbiter intra per illum tex. licet data ſit arbitro poteſtas in aliqua pœna condemnandi, tam fiſco, quam parti applicanda partem illam quæ parti applicanda venit ſolum deberi, nec iuri accreſcendi in pœnis locũ exiſtere ſubdit, de cuius dicti veritate Iaſonem in l. re coniuncti nu. 219. ff. de leg. 2. inſpectum facias, ſed pœnam in dubio intereſſe loco adiectam cenſeri, ex Ioanne Andr. in reg. bona fides in Mercul. & Alexandro in conſ. 66. ſecundo volum. in deciſ. 16 in ſi. Benintend. atteſtatur, pœnamque eatenus hodie exigere licere quatenus cum intereſſe concurrit, & non vltra, ſic iuris canonici æquitate diſponente in c. cum dilecti de arbitr. & in c. ſuam de pœnis Abbas affirmat quam Neapolitanum ſequi Senatum in deciſio. 135. Afflict. teſtatur, & Grammat. in deciſio. 58. Carau. ſuper ritu 168. nu. 6. Vrſillus ad Afflictũ in dicta deciſ. 135. nu. 5. circa finem textum referens in l. ſeruus ea lege ff. de ſeru. export. in conſ. 69. idẽ Grãmat. nu. 76. in ciuilib. Cagnol. in l. ſi quis maior nu. 152. C. de trãſactio. Hypolit. Bonacoſ. in tract. de equit. canon. concluſ. 111. & Maranta in diſputat. 7. num. 26. plures alios recenſens, & communem hanc eſſe aſſerẽs ſcribentium opinionem, vtque de præfatis omnibus plenius inſtruaris Menochium in trac de arbitrar. iudic. lib. 2. Centur. 3. caſu 269. per totum, & ſignanter nume. 21. & 22. inſpectum facias in deciſ. Lucenſi 51. Magoninm nu. 5. quem per totum dictam deciſionem ſimiliter inſpicias, & Viuium in deciſ. 59. lib. 1.

70 Cum pœnæ itẽ adiectione cõpromiſſo facto

clauſula

clauſula illa rato manente pacto ſimiliter appoſita, & expreſsè arbitri laudum, & tacitè per decem dierum lapſum homologari in ſupracitata leg. diem proferre, §. ſtari ff. de arbitr. iuxta textum in præfato capitulo per tuas extra eodem titulo, Bartol. concludit, cuius opinionem magis communem ſcribētes approbare in l. ait prętor, ff. de re iud. Alex. atteſtatur, eodē loci numero 12. à Iaſ. relatus, quem notab. loquentem, & declarantem inſpectum facias, quod in arbitratore neutiquam procedere, cuius arbitramentum expreſſe tantum, quod homologare liceat, ex eodem Iaſone in conſil. 16. lib. 1. addit. vlt. ad Papienſ. firmat in ſupracit. libello, quo agitur ad pœnam ex compromiſſo, verbo in pœna, & plene Viuius in deciſ. 276. colum. 1. in princ. par. 2. quem, & paulo infra notata videas num. 74.

71 Idem, iuramentum operari ipſumque in cōpromiſſo appoſitum actionem producere, necnon præfatæ clauſulæ rato manente pacto, vim, & efficaciam habere in l. ſi quis maior, C. de trāſact. communiter ſcribentes concludere in ſupracit. verbo appellatio, in praxi iudic. nu. 264. in Magnis Maranta inquit, valde hoc cum paſſim hodie in compromiſſo iuramentum apponatur notandum eſſe dicens, quod plenius, vt intelligas, in ſupracit. cap. 15. de attentat. pend. compromiſſo num. 174. fol. 149. Lancellotum, inſpectum facias Boerium in prȩfata deciſ. 284. nu. 26. Marantam omnino in ſupracit. nu. 264. & in tract. de priuileg. iuram. Seraphinum priuil. 112. per totum.

72 Ac pœna in compromiſſo appoſita regulariter, nec appellare, nec ad arbitrum boni viri laudum reducere, neque reclamare, ab arbitri ſententia licere, ſed metu pœnæ ipſius ſententiæ, parendum eſſe textus eſt in dicta l. 1. C. de arbit. & in dicta l. diem proferre, §. ſtari ff. eodem tit. quod ſtante laudi, ſeu compromiſsi nullitate limitatur: nam contra laudum veniētem ſen compromiſſum, quod nullum ſit in pœnam nō incidere in conſ. 32. num. 1. lib. ſecundo Alexan. poſt Bartolum, & gloſam atteſtatur in l. ſi patronus ex debita, ff. ſi quid in fraud. patr. neque peti, ex laudo nullo executionem poſſe ex text. in l. ſi cum multa, & leg. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudic. in conſ. 141. in principio, Ludouic Roman. aſſeuerat, & hanc etiam in caſibus in quibus actio ex compromiſſo oritur, poſt Iaſonem in l. nemo poteſt, numero 56. in prima lectura, Alexandrum ibidem numero 19. & in l. arbitro, ff. qui ſatiſ. cog. in dicto verbo, & quandoque appellatur numero 270. Maranta teſtatur communem hanc, vt diximus contra Bartolum contrarium aſſerentem eſſe dicens, ſcribentium opinionem, quam de iure canonico non procedere ſcire conuenit, quo attento, ab arbitri ſententia, quod appellare liceat, poſt Huſtienſem, & Anton. in capitulo quintaualis de iureiur. Ioannem Andream, Panormit. & alios in capitulo ſecundo de arbitr. communem pariter eſſe hanc ſcribentium opinionem, & in practica obſeruari, ex Alexandro in dicta l. nemo poteſt nume. 21. in tractat. communium opinionum ſecunda par. opin. 18. verſic. ſed limitatur, Viuius affirmat.

73 Prout, ab arbitrorum iuris ſententia, ex forma legis, iudicis, ſeu ſtatuti neceſsitate electorum, quod appellare liceat, ex Loffredo in deciſ. 467. & alijs idem Viuius in præfata opin. 18. in fine communem eſſe declarat, ſcribentium opinionem, eādemque fere omnium votis relatis, tam pro communi, quam contrarium ſentientibus, veriorem eſſe opinionem, ipſamque ſibi placere in ſupracit tract de compromiſſ. quæſt. 10. num. 10. 11. & 12. cum ſequentibus fol. 715. Blancus fatetur, maximè vt in dicto numero vndecimo, vbi ex arbitri ſententia, actionem oriri, vel plenam laudum roboris firmitatem obtinere, ſeu quod executioni laudum demandetur ſtatutum diſponeret, vt in ſupracit. ciuitatis meæ Beneuentanæ ſtatuto, §. qui tres clarè diſponitur, ex Alexandro in conſil. 244. nume. 12. lib. ſexto iſtud affirmans textum referente in l. ſtatuas, ff. de acquirend. rerum dominio per Bartolum notata l. iuris gentium, §. prætor ait in prin. ff. de pact. & alijs in locis, & hanc magis communem eſſe, ſcribentium opinionem in l. fin. C. de in integr reſtit. minor. num. 7. in fine idem Alex. atteſtatur.

74 Et ne miſſum iſtud fiat laudum per homologationem in rem, quod tranſeat iudicatam in l. 1. Dynus, & Barto ff. de re ind. affirmant, ac tacitam, & expreſſam æquiparari homologationem, actio ex laudo vt oriatur in ſupracitato conſilio 13. libro 3. & nu. 7. Berous, quem inſpicias affirmat, & in dicto commentar. l. poſt rem Suarez, ff. de re iud. notab. 8. fol. 523. nu. ſecundo poſt princip. pariaque cenſeri confirmare, & homologare, ex Goffredo in ſumma in titu. de arbit. § effectus, & ex Grato in libro ſecundo reſponſo 133 nu. 1. in præfato priuil. 112. nu. 2. Seraph enarrat, ac prȩfatum verbum homologatio Græcum eſſe poſt Cottam in verb. homologare additio ad Papiēſ. in ſupracit. verbo Franciſcus addit 2 affirmat.

75 Reditúque ad paulo ante notata faciendo in arbitratore illiuſque arbitramento reductioni, ad arbitriū boni viri, vſque ad annos triginta, locū eſſe in deciſ. 232. Affli. teſtatur, cuius aliorūque memor in præfato verbo, & quandoque appellatur nu. 124. communē Maranta hanc eſſe ait ſcribentium opinionē, eandemque cōmunem Viuius nouiſsimè in præfata deciſ 276. fatetur nu. 5 lib. 2. quod vbi enormiter arbitrator læderet procedere, ſecus ſi in modico, quo caſu illius arbitrio ſtandum eſſe, ex Abbate in conſil. 77. col. vlt. verſic. circa primum libro ſecundo de cōmuni in addit. ad conſ. Rom. 261.

lit.c. Mandoſ. atteſtatur, eodemque loci Marāta
in num. 267. ex Abbate in ſupracit capitu. 2. de
arbitr. in fine, in arbitri ſententia reductioni ad
arbitrium boni viri locum nullatenus eſſe ait,
ac multos tam in arbitri quam in arbitratoris
ſententia reductioni ad arbitrium boni viri lo-
cum eſſe dicentes decipi ſubdens, ex quibus nul
latenus decem dierum ſpatio, ſed annorum tā-
tum triginta tacitæ homologationi quoad ar-
bitratoris ſententiam locum eſſe appareat, &
vbi ſupra numero 125. Maranta quem inſpi-
cias aduertit.

76 Sed quia præfatæ Beneuentanæ ciuitatis ſta-
tuti m tam arbitri quam arbitratoris laudum
appellatione, ſeu ad boni viri arbitrium redu-
ctione, non obſtante executioni demādandum
eſſe diſponit: pro huius igitur articuli clariori
cognitione illud eſt in primis notandum regu-
lariter ſcilicet præfatam aduerſus laudum ad
boni viri arbitrium reductionem etiam quod
reductioni ipſi renunciatum cum iuramēto ex-
titerit competere enormi ſtante, ſeu enormiſſi-
ma læſione, & hanc magis communem eſſe,
ſcribentium opinionem in dicto verbo, & quan
doque appellatur num. 127. Maranta ſentit latè
in tractatu communium opinionum Gabrielus
hoc explicans libro ſecundo tit. de arbitr. con-
cluſ. 3. columna 1, & 2. & numero 31. & 36. Vi-
uius in deciſ. 276. num. 6. 7. & 8. libro ſecundo,
vbi verba quantumuis ampliſſima reductio-
nis ad arbitrium boni viri renunciationem con
tinentia ſub arbitrorum cōfidentia ad illorum
beneuolentiam captandam appoſita iuxta tex.
cenſeri ait in l. ſcribentes iurauerit ff. de oper.
libert. & in c quanto de iureiur. ac ex Butrio,
Abbate, Imola, & alijs, in capitulo quintauallis
eodem tit. communem hanc eſſe teſtatur ſcri-
bentium opinionem, & in tract. de priuil. iura-
men. Seraph. priuil. 136. ex Grato hoc in conſil.
30. columna 1. lib. primo, & Abbate in conſ. 44.
par. 1. etiam caſu quo per ſtatutum præfata ad
boni viri arbitrium reductio ſublata extitiſſet,
ſeu alijs modis de quibus ipſi loquuntur am-
pliantes, ac quolibet ſtatuto non obſtante ap-
pellationem quantumuis, & recurſum prohi-
bente, iuramentiſque non obſtantibus, ſiue ho-
mologationibus, ante laudi ſcilicet prolationē
adhibitis, vt in deciſ. Luc. 27. nu. 6. in fi. & nu. 7.
Ioſeph Ludou. nō illepide aduertit, ac alijs qui
buſcumque remedijs non obſtantibus ſemper,
& quandocunque recurſum ab arbitrorum ſen
tentijs haberi poſſe quando enormis ex eis, ſeu
enormiſſima læſio reſultaret ex Ancharano in
conſ. 207. Romano in conſ. 90. Cœpolla in cau-
tela 93. Ferratio cautela 8. Decio in conſil. 39.
Grato in ſupracit. conſ. 30. lib. 1. & in conſ. 118.
col pen. lib. ſecundo, Socino iun. conſ. 48. nume
ro 51. lib. 1. Pariſio conſ. 45. num. 31. & 32. & nu
mero 47. lib. 1. & alijs magis communem Io-
ſeph. Ludou. in præfata deciſ. Lucenſi, 27. num.
1. & ſeqq. eſſe enarrat, ſcribentium opinionem,
ac huiuſmodi ſtatuta præfatæ reductionis pro-
hibitiua tacitam hanc conditionem, ſi dolus, la-
ta culpa, ſeu enormis læſio à laudo abſit, de cu-
ius quantitate iudicis arbitrio ſtari ex Caſſado
ro deciſ. 1. num. 3. de empt. & vendit. addētibus
ad Roman. in conſilio 168. Menochio de arbitr.
iudic. libro ſecundo centur. 1. caſu 73. & Rimi-
naldo iunior. in conſilio 106. numero quarto in
præfata deciſ. Lucenſi 98. nume. 29. Magon. af-
firmat, idemque ex Pariſio in conſ. 44. nume. 7.
lib. 1. & conſ. 24. num. 159. lib. 2. Capella Tholoſ.
deciſ. 277. Guid. Pap. quæſt. 219. Boerio deciſ.
284. Turzano in tractat. communium opinio-
num opin. 137. Ruyno in conſil 135. num. ſecun
do lib. quinto, & alijs in præfata deciſ. Luc. nu-
mero quinto, Ioſeph. Ludou. aſſeuerat, atque
hoc eodem capitulo inferius notata videas nu-
mero 116. cum ſeqq. ac talem ſtatuentium men-
tem, & intentionem fuiſſe credendum eſſe Ma-
gon. vbi ſupra ex Riminal. ſubdit in conſ. 355.
lib. 2 Decio in conſ. 11. conſ. 536. in conſil. 587.
Lanfranco de arbitr. concluſ. 3. numero octauo
Contardo de moment poſſeſſ. limit. 10. numero
ſecundo, & ſeq. Riminaldo iun. in ſupracit. con
ſil. 106. & alijs.

77 Neque abſolutionem à iuramento eſſe tali ca-
ſu neceſſariam, ex Alexandro in conſ. 125. co-
lumna prima libro 1. Corneo in conſil. 258. col.
finali libro quarto, & alijs pluribus, vbi ſupra
num. 38. Gabriel. enarrat, & Rol. à Vall. in conſ.
59. num. 27. lib. 2. & hanc magis communem
idem Ioſeph Ludou. in præfata deciſio. Lucenſi
27. num. 19. in fine cum ſeqq. eſſe inquit ſcriben
tium opinionem, Pariſiumque in dicto conſilio
44. numero 16. lib. 1. abſolutionem à iuramen-
to neceſſariam eſſe dicentem, & de communi
teſtantem ita eſſe inquit intelligēdum, vt ipſius
opinio enormiſſima ſtante læſione nullo modo
procedat, etſi in eadem deciſ. num. 22. ob ani-
mæ periculum, & ad cautelam etiam enormiſſi
ma ſtante læſione abſolutionem à iuramento,
petere bonum eſſe, & laudabile, ex Socino iun.
exponat in conſ. 48. numero 29. libro primo, ac
ad arbitrium boni viri reductionem ampla qua
cunque, & ampliſſima renūciatione non obſtā-
te nō ſolum quādo in dolo, verum etiā ſi in lata
culpa arbiter fuiſſet peti poſſe, ex Baldo in leg.
penultima, C. de arbitr. & alijs in tract. attenta-
torum, 2. par Lancellot. firmat capitulo duode-
cimo in titulo de attentat appellat. pend. limit.
octaua numero 36. fol. 261. immo enormiſſima
ſtante læſione reductione laudum non indige-
re, ac adeo nullum eſſe, vt neque prætoris de-
creto, quin peti in integrum reſtitutio poſſit,
confirmari valeat, ex eodem Pariſio in conſilio
89. num. 48. libro primo, & alijs ſupra relatis in
præfata deciſio. Lucenſi 27. numero ſecundo,
cum ſequentibus. Ioſeph. Ludou. aliorum ſimi
liter memor aſſeuerat.

Neque

78 Neque paratam laudum habere executionem etiam quod iuramento vallatum compromiſſum exiſteret, ex Bartolo in ſupracit. l. ſocietatem, §. arbitrorum in l. fin. C. de cõtrah. empt. & in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obligat. Roder. Suarez in l. poſt rem, ff. de re iud. notab. affirmat fol 523. cuius aliorumque in ſupracitata deciſ. 26. nume. quarto, Teſſaur. meminit, quem eo loci notab. declarantem, & plene per totum diſcutientem inſpectum facias, ac eodem Bartolo in præfato, §. arbitrorum, & in l. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. relato, Ioanne Baptiſt de Sancto Blaſ. in tractat. de arbitr. differ. 71. & alijs, neque arbitratoris ſententiam paratam habere executionem in ſupra relata deciſ. 276. columna prima libro ſecundo maxime vbi aduerſus laudum à d boni viri arbitrium petita reductio fuiſſet, numero ſexto, & ſeptimo, Viuius fatetur.

79 Ipſoque recurſu, necnon ad boni viri arbitrium reductione pendente laudi, quod executio impediatur, ex Baldo in l. tale pactum, §. qui prouocauit col. fin. pen. quæſt. ff. de pact. Pariſio in conſilio 45. numero 49. libro primo, & conſ. 24. nume. 149. & ſeq. libro ſecundo, Aemiliano Ferrar. in conſil. 47. nu. 18. de communi teſtante, & alijs in præfata deciſ. Lucenſi 27. numero 43. & ſeq. Ioſeph. Ludou. aſſeuerat, & Lancellor. in dicto tract. de attentat. 2. parte cap. 16. cui titulus eſt de attentat. reduct. ad arbitrium boni viri pend. quo loci num. 10. poſt quinque relatas plurium opiniones diuerſimode procedẽtes inter ipſarum opinionum varietates, ad arbitriũ boni viri reductione pendente nullatenus arbitri ſententiam exequi, vt prænotauimus licere veriorem eſſe, & frequentiori ſcribentium calculo approbatam opinionem, ex Francho aſſerit in c. dilecto numero 39. de appellat. ex Boerio in dicta deciſ. 284. num. 24. & ſeqq. & ſub nume. 26. circa fin. Cardinalis motiuo reſpondenti in c. expoſita de arbitr. non eſſe hoc iure cantum eo loci aſſerenti ex Lanfranco in deciſ. 461. Alexandro in conſ. 4 . nu. 7. lib. 6. in conſ. 119. numero 17. lib. 2. & conſ 63. numero quarto, & ſeq. lib. 3. ex Pariſio in ſupracit. conſ. 45. nume. 60. lib 1. & alijs.

80 Neque id reductione ſolum, ac recurſu ad boni viri arbitrium pendente procedere, ſed tẽpore etiam ad reductionem ipſam petendam durante, & quando infra tempus ſumus, illam petendi, ex Socino iuniore in conſ. 27. num. 35. lib. 4 iſtaque. quòd petita ſit reductio, & quod tempus illam petendi pendeat à pari procedere dicente in præfata deciſ. Lucenſi 27. num. 41. & ſeq. Ioſeph. Ludou. atteſtatur, attamẽ de præfata Socini declaratione in ſupracitato capitulo decimoſexto numero 25. & ſequentibus dubitare Lancellor. videtur, dum ſingularem eſſe explicat hanc Socini declarationem illa dubitationis aſsignata ratione, quia tẽpus intra quod præcitatam reductionem petere licet, non decendium ſecundum vnam opinionem, aut annum ſecundum alios eſſe inquit, ſed triginta annorum ſpatium ſecundum magis communem ſcribentium opinionem ab eodem Socino iun. in conſilio 104. relatam ſub nume. 10. libro quarto, quod temporis ſpatium expectare nimis vtique moroſum eſſet, ac tædio plenum immo tempore non limitato, vſque ad annos, quadraginta hanc vigere facultatem in addit. ad Papienſ. in ſupracit. libello quo agitur ad pœnam, ex compromiſſo verbo Franciſcus addition. vlt. in fine Maſuer. affirmat, & de communi teſtatur.

81 Cumque ſupra ex Grato in conſilio 30. columna prima, & alijs ſtatuto non obſtante appellationem, ſeu recurſum prohibente à laudo reclamari poſſe dixerimus, laudum nihilo nus executioni tali caſu etiam parte reclamante mandari poſſe, ex eodem Grato poſt alios in conſilio 34. ſub numero 14. verſiculo nam & hæc verba libro primo, vbi ſupra numero 51. Lancellotus aſſerit, quod hac cum diſtinctione eſſe exiſtimo intelligendum, vt eo caſu, recurſu, appellatione, ſeu reductione non obſtante laudum executioni mandentur, vbi læſio, ſiue aliud quid quod contra laudum proponitur, altiorem indaginem requireret, quo caſu per malitiam deduci hoc præſumitur, ſicut à ſimili Doctores de ſententia loquentes, vbi aduerſus ipſam nullitatis exceptio quæ altiorem, requirat indaginem opponeretur per malitiam ipſam opponi præſumunt, ac ſententiæ executionem neutiquam retardari aſſeuerant, ſecus vero ſi incontinenti, ac ex eiſdem actis de læſione, & grauamine pars quæ reductionem petijt docere vellet: quo caſu fraudis, atque calumniæ ſuſpicione ceſſante laudi executionem retardari, ex notatis per ſcribentes demonſtratur in leg. quarta, §. condemnatum ff. de re iudicata, & per Doctores de Rota in deciſione tertia de exceptionibus in nouis in deciſione ſecunda de litis conteſtatione in antiquis, & deciſione octaua numero ſecundo de reſtitutione ſpoliatorum, ſimiliter in antiquis nullitatis exceptionem executionem tali caſu retardare aſſerentes, ac ex Alexandro in conſilio trigeſimotertio in fine libro primo, alijſque pluribus communem eſſe hanc ſcribentium opinionem in tracta. de nullitat. in titulo quot, & quibus modis nullit. numero trigeſimoſecundo, Vantius atteſtatur, Ripa in dicto § condemnatum numero vndecimo communem hanc pariter eſſe ſcribentium opinionem, Hieronym Gabriel. in conſilio 40. numero 8. libro primo, vbi euidentem nullitatem, ac ex eiſdem actis apparentem, executionem impedire, & retardare de receptiori ſcribentium opinione, teſtatur, quorum aliorumque in ſupracitat. de attentat. tractatu ſecundæ partis capitulo 17.

de attentat.nullit.peud. Lancellot. recenſet numero 98. folio 570. & in proprijs reductionis terminis Ioſeph.Ludou. in ſæpius citata deciſ. Lucenſi 27.numero 50.cum ſeqq.illa motus ratione.quia laudum quod ſtatuti virtute executionem meretur ſententiam,quod iterum paulo ante adnotauimus,ex Barbat.in conſilio 18. poſt textum in l.penultim. ff. de arbitr. Ruyno in conſilio 11.nu.12.lib.4.& alijs appellari enarrat,ac præfata diſtinctione attenta in conſ. 85. col.1.lib.5.eundem Ruynum eſſe exiſtimo intelligendum contra laudum à ſtatuto executionem paratam habens,nouationis exceptionem opponi poſſe aſſeuerantem quem inſpicias, cuius Ioann.Bapt.Ferret. in conſil. 129. meminit num.9.lib.1.

82 Ex capite, item enormiſsimæ tantum læſionis præſtatam ad boni viri arbitrium reductionem atque recurſum concedi, non autẽ ex alijs exceptionibus quibus ſponte partes in compromiſſo renunciaſſent,ſiue ſtatuto ſic diſponente remiſſæ apparerent,vt in præcitato Beneuentanæ ciuitatis ſtatuto quo neque nullitatis exceptionem opponere aduerſus laudum licere clare cauetur,vt ſi laudum abſque partium citatione ad ſententiam audiendam prolatum fuiſſe opponeretur,quoties partibus etiam non citatis ſententiam proferendi arbitris,ſiue à partibus, ſiue à ſtatuto data facultas, ſeu licentia fuiſſet,cui quidem citationi renunciari poſſe,ex Cumano in conſ. 8. & alijs qui dicto conſ. ſubſcripſerunt in præſata deciſ. Lucenſi 27. num. pariter 27 Ioſeph.Ludou.ſentit ibidem ſubdẽs in num.28.neque ex alterius ſolemnitatis defectu poſſe laudo cõtraueniri,vbi in compromiſſo in ampliſsima forma nullatenus laudo contrauenire partes ipſæ promiſiſſent, Ruyno in conſ.quarto relato num.9.lib.ſecundo, & qualiter dictum ſtatutum nullitates excludens intelligendum ſit iterum infra numero 111. declaratur itidem Ioſeph. Ludou. & per partes, & per ſtatutum recurſui, reductioni, & appellationi læſio dummodo non adſit enormiſſi renunciari poſſe aſſerens, & vltra per Bartol.& ſcribentes circa hæc notata Bartolum in l.filiusfamilias,ff.de donar.inſpicias Corſetum in ſuis ſingular. ſingul. verbo compromiſſum, il ſecundo,& in tract.de compromiſſ. Blancum quæſt 1.num.24.

83 Sed quatenus nullitatis exceptio altiorem indaginem requireret executionem per eam non retardari ex Ripa,& Vantio in locis proximè relaris,vbi ſupra Lancellot.numero 94. communem eſſe ait ſcribentium opinionem, ſicut à ſimili,vbi aliquid contra laudum quod altiorem indaginem requirẽt opponeretur,cum per malitiam iſtud opponi præſumatur arbitrorum laudum ſeu ſententiam præſato recurſu, ac ad arbitrium boni viri reductione pendente, exequi poſſe eiuſdem nullitatis exemplo allegato in præfata deciſio. Lucenſi 27.numero 47. Ioſeph.Ludou.aſſeuerat,ac eodem loci numero 56.& ſequentibus,tunc in fraudem executionem differendi præfata proponi ait,quando ad allegatorum elucidationem teſtes quis producere vellet,ac eodem loci numero 53. & ſequentibus illam in præfati ſtatuti terminis exceptionem executionem retardare inquit, per quam laudum proferentem arbitrum non fuiſſe deduceretur, vel quod vltra in compromiſſo contenta ſententiam arbirer tulerit, ſiue quod poſt inſtantiæ lapſum pronunciauerit Ancharano Regienſe in id relato in quæſt.famil.26.nume.5.& num.11.par.1.

84 Eademque præmiſſa diſtinctione, quod laudi executio paratam, ex ſtatuti forma executionem habentis reductione pendenre denegetur, quando longum reductionis cauſa tractatum, non requirit,ſed incõtinenti, veluti infra duos menſes, ex alicuius ſimiliter ſtatuti forma terminanda eſſet in dicta ſecunda parte capitulo decimoſexto numero 40. Lancellotus aſſerit, alias ſecus,ac reductione etiam pendente executionem fieri poſſe eodem loci numero trigeſimoſeptimo,& ſequenti ex Angelo in conſilio 172.& Barbatia in præfato conſil. decimooctano illa hoc firmat ratione, quia quando ſtatutum dat laudo executionem ab executione reductionem petens appellare in effectu videtur, appellationis ſpecies reductio tum dicitur dicta l non diſtinguemus §.cum quidam ff.de arbitr.quam quidem appellationem ab executione regulariter, quoad effectum præſertim ſuſpenſiuum non admitti ait.

85 Eodemque loci numero quadrageſimoprimo,cum ſequentibus, ex eodem Angelo in ſupra relato conſil. 172. idem eſſe enarrans, vbi partes in compromiſſo,vt iterum,& plenius inferius notatum inuenies prænotatæ reductioni renunciaſſent, qua ſtante renunciatione reductionem neutiquam petere licere enarrat, niſi ex eodem Angelo in eodem conſ. declarans, grandius grauamen per laudum illatum extitiſſet,ac immodica læſio,vt eo loci ipſe inquit, vel niſi de arbitri dolo conſtare aliquo modo poſſet:quo caſu,ſiue dolo ſtante,ſiue enormi læſione, renunciatione in compromiſſo etiam cum iuramento facta non obſtante, iuxta latè per Angelum,& eleganter,vbi ſupra notata reductionem dari enarrat.

86 Item, vbi ex ſtatuto, aut partium conuentione, ſeu vt diximus reductionis renunciatione laudi executio non retardatur cauere illum, teneti, ad cuius fauorem, & inſtantiam fit executio de omnia reſtituendo in caſu retractationis,ſeu reuocationis ipſius laudi ex Bertach. in repet. verbo executio numero 90.in deciſio.26. numero 4.poſt principium Teſſaur. atteſtatur, & Ioſeph.Ludou.in præfata deciſ. Lucenſi. 27. numero 46. ac ex textu hoc in capitulo ſciſcitata de

tata de in integr reſtitut. in præcitaro capit. 16.
num. 8. Lancell. in quarta ex quinque opinioni-
bus quas recitare retulimus aſſeuerat, quod ex-
preſſe in ſupracit. ciuitatis meæ Beneuentanæ
ſtatuto diſponitur, tam arbitri laudum dicente
quam arbitratoris paratam, vt iterum adnota-
uimus appellatione, ſeu ad arbitrium boni viri
reductione, non obſtante habere executionem,
præſtita tamen per eum, ad cuius inſtantiam
laudum exequitur cautione de omnia in caſu
quo retractatum, ſeu reuocatum laudum exti-
terit reſtituendo.

Et quamuis æquiparationem paulo ante, &
87 infra inter reductionem, & appellationem ex-
tare dixerimus æquiparationem, tamen hanc,
per omnia non procedere, ex Cardinale in di-
cto c. expoſita de arbitr. cuius Panormit. in ſu-
pracit. c. quintauallis nu. 41. meminit, ac ex Boe-
rio in dicta deciſ. 274. ſub num. 25. in aliquo nõ
conuenire in dicto c. 16. num. 22. & ſeqq. folio
354. Lancellot. aſſerit, ex eo diuerſitatem depre
hendi poſſe dicens quod intra decem dies ap-
pellatio interponenda venit autb. hodie C. de
appellat. reductionem vero quatenus in arbitra
toris arbitramento ſumus infra annos triginta,
vt paulo ante notatum extitit petere quod li-
ceat, appellationis itidem cauſam ſecundam
cauſam eſſe ait, & propterea ſi de ſecundis cau-
ſis ſtatutũ loquatur in appellatione tantum lo-
cum habere aſſerit, ſecus in reductione à laudo
eſſe dicens, quam primam cauſam, non autem
ſecundam eſſe, ac ſtatutum tali caſu ex Baldo in
conſ. 169. num. 6. lib. 3. neutiquam procedere,
neque locum habere inquit, ac reductionẽ diſ-
ſimiliem potius appellationi quam ſimilẽ cen-
ſeri ex Baldo in c. cum ſpeciali de appellatio. &
alijs in deciſio. Lucenſi 51. numero 19. Mago-
nius affirmat.

88 Illamque inter præfatos actus differentiam,
non prætercam, quod quamuis in appellationis
cauſa teſtibus in priori iudicio ſolemniter, &
legitimè productis, & receptis perpetuo ſtan-
dum eſſe ſit omnino clariſſimum, teſtibus tamẽ
coram arbitris examinatis ſi teſtes ipſi viuen-
tes adhuc ſint, præciſe eis, & omnino partem,
contra quam depoſuerunt ſtare non teneri, ſed
eos iterum, vt teſtimonium dicant, quod poſtu-
lare liceat textus eſt in l. fi. C. de teſtibus, idque
ſiue facta coram arbitris ipſorũ publicatio fue-
rit, ſiue non locum ſibi vendicante in c. præſen-
tata extra de arbitr. diſponitur: quæ iura, & Ca-
pyceum in deciſ. 47. plene hoc diſcutientem, in
ſpicere non prætermittas, ipſamque teſtium re-
petitionem fieri per extenſum tali caſu debere,
neque teſtes ſatis eſſe ad priora ſe referre dicta
illa ratione in cap. cum in ſua colum. 1. nume. 1.
ver. hoc autem limitatur extra de teſtibus Fely.
affirmat, cuius aliorumque in tract. de arbitrar.
indic. lib. 2. centur. 2. caſu 107. nume 7 fol. 189.
Menoch. meminit, quia non ſic diligenter corã
arbitro teſtes ſicut coram iudice interrogãtur
& quia corã arbitris facilius cum puniri teſtes
ab ipſis nequeant quam coram iudice mentiã-
tur, teſtibus vero defunctis, nõ aliter eis ſtãdũ
eſſe, ac ſi recepti coram iudice fuiſſent ſaluo ta-
men iure contra eorum perſonas, & dicta oppo
nendi in eadem l. fin. C. de teſtibus diſponitur.

89 Item ad arbitrium boni viri reductione pen
dente arbitri ſuſpendi executionem quotieſ-
cunque ante petitam ab alia parte executionẽ
arbitri laudum reduci petitum fuerit poſt plu-
res circa id relatos diuerſimode ſentientes, ve-
riorem banc æquiorem, ac frequentiori calcu-
lo approbatam eſſe ſcribentium ſententiam in
dicta 2. par. c. 16. num. 10. & 13. Lancellot. viden
dus fatetur iſtud ex Galleſio in tract. de forma
Cameræ quæſt. 3. quartæ partic. nu. 5. & ſeq. fol.
121. in paruis etiam in compromiſſo in forma
Cameræ ſtipulato procedere aſſerens, dictam-
que Cameralem obligationem laudo parendũ,
ac illud exequendum eſſe diſponentem illam
ſemper recipere conditionem, niſi aduerſus ip-
ſum ad boni viri arbitriũ reductio poſtuletur,
idque in compromiſſo ſpeciale cenſeri in præ-
fato tract. idem Lancellot. affirmat 2 par. capit.
4 de attentat. lite pend. limit. 15. num. 9. fol. 144.
& in eadem 2. par. cap. 20 de attentat. poſt inhi
bit. num. 8. fol. 442. & Magon. inſpiciendus in
deciſ. Luc. 98 num. 32. & ſeq. ac in dubio eſſe re-
ductioni deferendum poſt Socinum in conſ. 9.
nu. 3. lib. 2. & poſt Decium in c. vt debitus num.
18. de appellat. de communi in deciſ. 171. nu. 3.
in princ. nouiſſimè Corna. 13. atteſtatur.

90 Quod vt ſupra, & infra etiam notatum appa
ret, niſi ad arbitrium boni viri reductioni par-
tes renunciaſſent, neque enormis concurrat læ-
ſio limitatur, quo caſu petitæ reductioni defer-
re arbitrum, non teneri in libro primo de arbi-
trar iudic. quæſt. 70. numero 20. Menoch. atte-
ſtatur, ac effectum tantum deuolutiuum non
autem ſuſpenſiuum reductionem hoc in caſu
operari ex Grato in conſ 34. columna prima li-
bro primo in communium opinionum tracta.
libro ſecundo tit. de arbitr. concluſ 3. numero
octano Gabriel aduertit, ſicut à ſimili ſtante
appellationis renunciatione minime per appel
lationem executionem retardi text. eſt in capi-
tulo paſtoralis §. præterea de offic. delegati, &
in capitulo paſtoralis Franch. hoc fatetur de
appellat. idemque pactum, quod laudum exe-
cutioni demãdetur operari in conſ. 31. Venafr.
ſentit Vrſill. in addit ad Afflict. in deciſ. 132. nu-
mero quarto in fine. & in ſupracitato capitulo
16. Lancellot numero 31. & ſequenti quo loci,
reductione pendente ad laudi executionem, ſi
ita inter partes conuentum extitit, cum ex con-
uentione legem contractus accipiant vulgata
l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſit ex Corneo in conſ.
293. col. 5. lib. 3. & Blanco in tract. de compro-
miſſ. 6. quæſt. princ. num. 5. verſic. tertio quæro,

procedere licete clare aſſerit, ſicut pariter nec retardare laudi executionem, quoties decem poſt dies a die prolati laudi reductio peteretur Bald. tali pacto in l. nam, & poſtea in fine princ. ff. de iureiur. diſtinguẽdo declarat, quod aut reductio infra decem dies à die laudi promulgati petita extitit, & non eſſe tali caſu executioni laudum demandandum aſſeuerat, & ita in hoc articulo vnam ex opinionibus ſuis, cum rationibus procedere Socin. poſt ipſum inquit in l. Iulianus nume. 12. circa finem ff. de condit. & demonſtr. aut poſt decem dies petita reductio extitit, & non impediri tali caſu laudi executionẽ illa adducta ratione, quia reductio tali caſu appellationis ſpecies non dicitur, quam poſt decẽ dies interponere non licet, ſed ſupplicationem eſſe potius & querelam quam iuxta formam auth quæ ſupplicario, C. de precibus Imperat. offer. eſſe aſſerit executioni demandandam, & ita per ſolemnes Iureconſultos Bononienſes, & Paduanos, alias conſultum vidiſſe Socin. aſſerit, cæteras verò præcitatæ regulæ exceptiones à Lancellotto in ſupracit. capit. 16. à numeto 28. cum ſeqq. vſque ad finem notatas inuenies, quem inſpicias.

91 Præfatamque ad arbitrium boni viri reductionem ſpeciem quandam vt diximus appellationis dici tex. docet in ſupracitata l. non diſtinguemus, §. cum quidam ibi appellandi ſpecies, ff. de arbitr. quem tex. in rubr. extra de appellat num. 44. notandum eſſe Franchus ait, Balb. ſequitur in deciſ. 461. & Afflict. deciſ. 51. nume. 2. & communem hanc eſſe ſcribentium opinionẽ in dicta 2. par. capit. 16. de attent. reductione ad arbitr. boni viri pend. num. 19. fol. 354. Lancellot atteſtatur, & ideo coram reductionis iudice non poſitum poni, & non probatum probari iuxta tex. in l. per hanc, C. de tempor. appellat. in ſingul. 189. nume. 2. Roman. aſſerit, ac in his terminis in conſ. 45. Pariſium loqui conſtat nu. 94. lib. 1. à Ioſeph. Ludou. indebite in deciſ. Luc. 27. num. 59. confutarum illum deceptum fuiſſe dicente, dum ex nouiter deductis conſtare de læſione poſſe declarat, & an in reductionis cauſa ad arbitrium boni viri conteſtari litem opotteat, ita quod ea omiſſa iudicis reducentis ſententia nulla ſit primam Rotæ additionem videas in deciſ. 1. de reſtit in integr. in nouis per pulchre diſtinguentem, nec ſuperfluam prænotatam quæſtionem eſſe credas: in caſu enim nõ abſimili, ac nunquid ſententiæ iuſtitia reuideri eiſdem ex actis debeat, vel terminus in reuiſionis cauſa probatorius ſit petenti concedendus Rotam dubitaſſe Bononienſem in deciſ. 78. Benintend aſſeuerat, quem eo loci, necnon Bartolum in ſupracitata l. ſocietatem, §. arbitrorum num. 26. ff. pro ſoc. diſtinguentem inſpectum facias. Menochium in tracta. de arbitrar. iudic. quæſt. 72. lib. 1. plene declarantem, & Magoniũ in ſupra relata deciſ. Luc. 98. num. 24. & vbi ad probationes in iudicio factas arbitri, vel arbitratores ſe retuliſſent quamuis ex probationibus illis minime laudum comprobetur alijs ex probationibus in ſcriptis non redactis illud iuſtificari poſſe in deciſ. 113. libro 3. Cardin. Put. quem inſpicias enarrar.

92 Prænotatamque ad arbitrium boni viri reductionem ab appellatione ipſa deferre notare iterum non prætereas, ac ex eo præſertim, quia etſi poſſit procurator generaliter conſtitutus, ac appellare debeat, vt tex. docet in c. non iniuſtè de procurat. & Iaſ. in l. inuitus col. 1. C. eod. tit. quem declarautem videas, & Romanum omnino ad negotiorum geſtorẽ in ſingul. 473. hoc notab. ampliantem, ac quodlibet ſimplex mandatum ad appellãdum ſufficere, ex Capra in reg. 65. num. 5. & alijs communem Magon. in deciſ Lucenſi 51. num. 19. in fin. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem reductionem tamen ad arbitrum boni viri petere nullatenus abſque ſpeciali, & indiuiduo mandato ad illam petendũ procuratori licere in l. ſi procurator, ff. de cõditio. indeb. & in l. 2. §. ſi procurator ff. quod quiſque iur. clarè Bart. affirmat, cuius opinionem Caſtrenſem, Salycetum & alios præfatis in locis communiter ſequi in conſ. 25. vol. 3. num. 1. cum ſeqq. & nu. 13. illa ratione Berous fatetur, quia nunquam procuratori de illicitum faciendo mandatum datum cenſetur, neque id per quod in pœnam dominum incidere facere poſſet, vt eueniret, ſi cum pœna compromiſſo facto, & laudo ſecuto ad boni viri arbitrium reductionem procurator peteret, vt in locis ſupra citatis per Bart. & alios ex Caſtrẽſe ſubdẽs in dicta l. ſi procurator quod vbi abſque ſpeciali, & indiuiduo mandato aliquid procuraror vellet, per quod incurrere pœnã dominus poſſet hanc eſſe practicam aſſerit, quod dominum aduerſarius requirat an in eo quod procurator petit inſiſtere velit, vt in pœnam tunc ipſo affirmante, ex ratihabitione incidat, negatiue vero domino reſpondente procuratorem tanquam non ſpeciale, nec ſufficiens mandatum habentem repellendum eſſe, & ita ſeruari communiter affirmat, quem & Magonium in præfata deciſione Lucenſi 51. nume. 2. 3. & 4. plene declarantem inſpectos omnino facias.

93 Ipſumque iudicem pro reductione ad arbitrium boni viri aditũ, non de laudi tantum iniquitate, ſed de nullitate ſimiliter comperta pronunciare poſſe poſt Archidiac in c. à iudicibus 2. q. 6. quem in c. dilecto in fin. de appellat. Bal. ſequitur, & eo loci Butr. col pen in princ. & poſt Lanfrãc. in ſupracit. tract. de arbitr. par. vlt. 34. quæſt. Dec. in conſ. 39. in fin. quem alios referẽtem videas affirmat, Vinius aliorũ pariter memor in deciſ. 28 lib. 2. Vant. ante ipſum in trac. de nullit. tit. quot & quibus mod. nullit. nume. 19. fol. 48. iterum idem Viuius in deciſ. 271. nu. 6. eodem lib. 2. & Magon. quem in ſupracitata

deciſ.

deciſ. Luc. 98. à num. 1. vſque ad num. 12. plenè, & notab. declarantem videre non prætermittas.

94 Ipſamque ad arbitrium boni viri reductionē quamuis apud arbitratoris ſuperiorem diſcuti debere non autem apud iudicem rei in deciſ. 51. Afflict. ſenſerit, & Roman. in conſ. 268. cuius aliorumque in conſ. 235. Ioan. Bapt. Ferret. videndus meminit, ipſorum tamen opinionibus reprobatis iudicem illum, qui cauſæ iudex ab initio fuiſſet hanc habere cognitionem addit. ad Alex. in conſ 131. lib. 2. lit. à reſtatur hoc modo practicari aſſerens, & Bartoli opinionem in dicta l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio iſtud affirmantis magis communiter à ſcribentibus amplecti in conſ. 24. Rolan. à Vall. fatetur num. 7. lib 4. ac poſt plures relatas opiniones diuerſimode procedentes communem eſſe Bartoli opinionem, & veriorem nouiſſime Teſſaur. in deciſ. 14. teſtatur num. 5. illa adducta ratione, quia ad arbitrium boni viri reductione petita, ad priſtinum ſtatum res ducitur, ac arbitris officio functis idem eſſe, ac ſi nullum factum fuiſſet compromiſſum, ac cauſam coram litis iudice ordinario iuxta rex. in l. ſi rem ff. de arbitr. in illis verbis lite apud iudicē ſuo ordine peragenda tractaudam eſſe ait, ac minime cauſam ſuo ordine atrentis prædictis niſi coram cauſæ iudice ordinario tractari poſſe ex textu dicens in l. ordinarij C. de rei vendicat. & ſic non coram arbitratoris iudice, neque actoris, ſed rei, qui ordinarius eſt, & competens ſecundum communē regulam rei forum actorem ſequi debere dictantem ex textu in c. cum ſit generale de foro compet. cum ſimil. concludit, & ante ipſum Blanc. in ſæpius relato tractat. de compromiſſ. quæſt. 10. nume. 15. verſic. aduerte circa fol. 719. quem inſpicias, præfatamque reductionem infra quod tempus petere permittatur in ſupracit. libello quo agitur ad pœnam compromiſsi verbo, nec reductio Papienſem notab. loquentem inſpectum facias, atq; hanc circa prædicta, ſigna declarationem, ratione ſcilicet iuramenti in cōpromiſſo appoſiti etiam coram iudice Eccleſiaſtico reductionem ad arbitrium boni viri petere laicis licere in conſ. 63. lib. 3. Alex. quem inſpectum facias teſtatur.

95 In cauſis item pupillorum, viduarum, aliarūque miſerabilium perſonarum pro laudi ad boni viri arbitrium reductione ordinario iudice omiſſo Principem, vel Senatum adire poſſe in conſ. 76. num. 33. cum ſeqq. lib. 1. Rol. à Vall. explicat. Rebuff. in tract. de arbitr. gloſ. 10. num. 4. & ita Pedemontanum Senat. ſæpè ſæpius decreuiſſe in dicta deciſ. 14. nu. 9. verſ tertia exceptio Teſſaur. ait, quem aliter etiam declarantem inſpectum facias, illudque circa prædicta neutiquam prætereas, quod ſicut quæ à Principe profertur ſententia vim legis habet l. fin. C. de legibus ita, & pariter à Principe vel ab eo, qui iura Principis, ac condendæ legis facultatem habet laudum iuris ordine ſeruato prolatum legis vim habere in conſ. 79. num. 59. 60. 61. & numero 78. libro 3. idem Roland. à Vall. fatetur alios recenſens.

96 Prædictaque compromiſſo exiſtente voluntario procedere ſciendum eſt, ſecus in neceſſario ex legis, vel ſtatuti forma quale in ciuitate mea Beneuentana extare ſupra pluries adnotauimus non enim tali caſu, qui appellationis eſt iudex reductionis eſſe iudicem Vrſill. in addit. ad præfatam Afflicti deciſio. 51. concludit, cum quo Blanc. in præfato tractat. de compromiſſ. quæſt. 10. concordat num. 15. verſ. aduerte circa fol. 719. coram loci iudice ordinario illa ratione in hoc caſu reductionem eſſe aſſerens petendam, quia ſiue ordinarij tales arbitri, ſiue de legati ſint eos ex Bartolo, & alijs in c. ſuſpicionis de off. deleg. in ordinarium iudicum locum ſubingredi eos aſſerit, quibus ordinariorum iudicum locum intrantibus ad eos, quod reuertantur tanquam ad iudices ſuos aſſerere neceſſarium eſſe inquit, vel quod potius à delegato iuxta textum in l. 1. ff. quis, & à quo appell. ad delegantem ipſum recurratur, etſi in ſupracitat. Neapolis Regno præfata pragmat. odia litium ſic diſponente loci iudicem à quo laudum profertur adeuudum eſſe prouideatur, cuius quæ ſint partes in ſupracit. verbo, & quandoque appellatur nu. 275. & ſeq. Maranta enarrat, hoc ſiue neceſſarium, ſiue voluntarium ſit compromiſſum procedere explicans idemque de iure Regio apud Hyſpanos caueri ex Nunes in tracta. de exequen. mand reg. ca. 1. verſ & ex his in foro noſtro in ſupracit. deciſ. 14. num 9. verſ. ſi. Teſſaur. enarrat.

97 Quæſtionis ſimiliter apud ſcribentes eſſe ſolet nunquid à ſententia in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri per iudicem lata quæ laudi confirmatoria ſit appellare liceat, cumq; variæ hincinde ſcribentiū fuerint hoc in articulo opiniones arduam propterea eſſe hanc de iure cōmuni quæſtionem in ſupracit. deciſ Lucenſi 37. nu. 8. Magon. fatetur, ac poſt plures tā affirmatiuam, quam negatiuam opinionem tenentes à Benintend. in deciſ. Bonon. 15. relatos de mente Lanfrāci de Oriano in ſupracit. tract. de arbitr. par. 3. quæſt. 22. verſ. adde quod iſtam partem, vnam, vel aliam opinionem tenentem, non peccare enarrar, licet pro affirmatiua concluſum tandem fuiſſe dicat, necnon iuxta gloſ. in l. qui reſtitnere, ff. de rei vendicat. eſſe appellationi locū magis tutā hanc veriorem, & magis communē eſſe a it ſcribentium opin. prout veriorem ipſam, Ioann. Bapt. à Sancto Blaſ. in ſupracitat. de arbitr. tractatu quæſt. pen. inquit, eandemque magis commun in communium opinionum, tractat. lit. R. verbo reductio num. 14. Villolob. aſſerit, ac ipſam veriorem magis communem, ac à peritioribus approbatam Mandoſ. ad Roman. in conſ. 291. exiſtimat addit. 1. etſi Blācus in ſupra-

in ſupracit. de compromiſſ. tractatu quæſt. 10. num. vo. fol. 7 r. eo caſu nullatenus eſſe appellationi locum diſtinguendo explicet, vbi contra partem quæ reductionem petijt reductionis iudex pronunciaſſet, ſecus ſi contra partem illam quæ reductionem minime petijt, cui appellare, quod liceat concludit, præfatamque diſtinctionem in ſupracit. deciſ. 15. in fin. ſequendam eſſe, & amplectendam Benintend. affirmat, & hanc, magis communem eſſe ſcribentium opinionem in lib. 2. Variar. reſolut. cap. 12. nu. 5. Couar. atteſtatur, cuius in ſupracit. conſ. 261. Romanum aliter tamen diſtinguentem videas, necnon Papienſem in ſupracit libello quo agitur ad pœnam ex compromiſſo, verbo nec reductio, & additionē ibi lit F. in verbo contrarium, & quamuis in cōtrarium, ac à ſententia ſuper reductione lata appellari, ac iterum illius reductionem ad boni viri arbitrium peti poſſe magis communem in ſupracit. conſ. 45. nu, 93. lib. 1. Pariſ eſſe dicat, ſcribentium opinionem, attamen opinionem hanc nullatenus præfatæ contradicere, immo illi cōuenire ex notatis per Boerium conſtat in ſupracit. deciſ. 284. ſub num. 26. verſ. quod intelligo, & per alios à Lancellot. in ſupracit. cap. 16. relatos num. 28. cum ſeqq. fol. 355. quoad effectum deuolutiuum tantum appellare iſto caſu licere cōcedentem, ſecus vero quoad ſuſpenſiuum ad quem finem appellare nullatenus licere, ac appellatione pēdente exequi quod ſententiam liceat ex Boerio, vbi ſupra, & Francho in cap. dilecto num. 39. in fine de appellat. in præfato num. 28. & ſeqq. aſſeuerat, etſi ab opinione iſta ipſe diſſentiat, quem à præfato nu. 28. vſque ad fin. per totum plenè omnia explicantem inſpicere, non prætereas: ſcire ſimiliter circa prædicta cōuenit, quod licet Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 5. ff. de verbor. oblig. in cauſa reductoria ſuccumbentem ad pœnam in compromiſſo appoſitam, & ſub qua arbitrorum ſententiam ad boni viri arbitrium, non reducere promiſit, indiſtinctè teneri dicat ex Baldo nihilominus in l. ſi iudex nu. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & alijs Bartoli opinionem communiter reprobari additio ad Villalob. in tracta. communium opinionum affirmat lit. C. poſt numerum 116. in fine in præfato §. duo fratres numero 3, Angelum referens eundem Bartolum contrarium conſuluiſſe aſſerentem, cuius opinionem, eo caſu procedere vori ſum, vbi læſione in laudo non exiſtenre reductionem quis petijſſet, ſecus verò enormi ſeu enormiſsima ſtanre læſione quo caſu præfatam promiſsionem de reductionem non petendo non nocere ſupra adnotauimus, illamque ſemper in ſe conditionem eam continere dummodo enormem laudum, læſionem non contineat, ex quibus præfatum Beneuentanę ciuitatis ſtatutum ſemel tantum, ad boni viri arbitrium reductionem eſſe diſponens concedendam non inutiliter declaratur.

98 Neque illud ad pleniorem huius articuli cognitionem prætereundum eſſe cenſui, quod in duos arbitros compromiſſo facto facultate in caſu diſcordiæ tertium incertum eligēdi eis conceſſa nullum eſſe compromiſſum, & inualidum tex. eſt in l. item ſi vnus, §. ſi in duos ff. de arbitr. ſecus eſſe vbi certus eſſet tertius illa aſsignata tatione diſponēs, quia in primo caſu diſſentire in tertij electione arbitri poſſunt, ſecus in ſecundo in quo cum certus tertius ſit, & in compromiſſo nominatus nullàtenus in illū adſumendo diſſentire arbitri poſſunt, ſed quatenus ſimpliciter in duos compromiſſum fieret valere compromiſſum, ac ipſis diſſentientibus, ad tertium eligendum eos cogi poſſe, cuius authoritati pareatur text. in eadem l. item ſi vnus, §. fin. vbi gloſ. fin & ibi Bar. præfatos text. quaſi inuicem aduerſantes non illepide concordant, compromiſſum in caſu dicti §. fin. ſimpliciter factum fuiſſe dicentes, nec arbitrorum diſcordiā in eligendo tertium in hoc caſu conſiderari, cū per iudicem in vnum concordare, ac tertium eligere arbitri cogantur, ſed in ſupracit. §. ſi in duos data arbitris tertium in certum eligendi, facultate à Prætoris arbitrio partes in totum receſsiſſe eodem loci in principio Bart. inquit, circa huius tertij electionem aduertendum eſſe ſubdens, quod tertiū nequiquā partes, ſed arbitri ipſi eligere cogantur, quem alia quoque huc tendentia aſſerentem, & explicantem inſpectum facias.

99 Item quamuis ex textu dicti §. ſi in duos, & c. innotuit, extra cod. in duos vt diximus, vt tertium in caſu diſcordiæ incertum eligant compromitti nequeat, hoc tamen in arbitratoribus non procedere, ac eis tertij incerti eligendi facultatem dari poſſe, ex Baldo in l. 1. C. de his quę pœnę nom. Ioannem Menoch. referēte in rubr. de elect. in 6. in ſingul. 164. Roman. aſſerit eaſum ſecundum gloſæ lecturam rotundum eſſe de hoc dicens in c. eum à nobis extra de arbitr. Gabriel. in conſ. 43. num. 2. lib. 1 & quamuis, ex textu in ſupracit. l. 3. §. tam etſi in ptin. nemo arbitrum ſuſcipere ab initio cogatur, tertium tamen in ſupracitato caſu ab arbitris electum ad munus ad quod eligitur recipiēdum cogi poſſe ex tex. in l. ſancimus la prima, C. de aduoc. diuerſ. iudic. gloſ. fin. in fin. affirmat in ſupracit. l. item ſi vnus, §. finali quam eo loci Bar. ſequitur quem videas.

100 Cumque ad Prætorem, vt diximus arbitros diſcordantes in quos iuxta tex. in dicto §. finali ſimpliciter compromiſſum extitit, vt tertium, cuius authoritati pareāt cogere pertineat hinc non licere arbitris deducitur partibus ipſis, vbi diſcordes eſsent tertium vt eligant mandare eo quia nouum ex hoc reſultaret compromiſſum, tum quia in cōpromiſſo iſtud minimè diſponitur, quam etiam quia quoties aliqua circa ſubſtantialia mutatio fit, nouum fieri dicitur

compro-

compromiſſum iuxta per Bar. notata in l. ſi dominium, ff de furt. cuius aliorumque in ſupra relato conſ. 43. num. 15. & 21. circa fin. Gabriel. meminit, nec ſponte ſua ſine iudicis iuſſu hoc facere arbitros decere, ex præfatis pariter conſtat ac ex textu in ſupracit. l. non diſtinguemus §. quæſitum verſ. item ſi iubeat, quo loci, Paulus Iureconſ. inquit item ſi iubeat alium ſibi coniungi, cum id in compromiſſo non ſit non dicit ſententiam; nam ſentẽtia debet eſſe de re compromiſſa, de hoc compromiſſum non eſt, & in proprijs terminis ex dicti verſic. item ſi iubeat, authoritate non valere quod contra præſcriptam formam factum extitit in ſupracit. deciſ. Auenion. 142. concluditur nu. 2. circa fin.

101 Et quoties tertius iſte per iudicem, vel eius, officio miniſtrante deputatur conſultorem, eũ dici, ac teneri arbitros, ſeu arbitratores eius cõſilium ſequi, ſecus vbi partes, vt quia ſic cautũ in compromiſſo extitit, tertium ipſum elegiſſent, quo caſu tertium electum arbitratorem cenſeri, nec alios duos ad illius conſilium ſequendum adſtringi, ſed duorum concordiam, eſſe omnino neceſſariam, ex tex. in dicta l. item ſi vnus, §. item ſi in duos. Bartolo in dicta l. ſi dominium, necnon ſcribentibus relatis in dicto c. ſuſpicionis de off. deleg. & Ioanne Bapt. in ſupracit. conſ. 43. num. 23. Gabriel. affirmat, idem eo loci eſſe ſubdens, vbi ab arbitris facultatis vigore eis in compromiſſo conceſſæ tertius eligeretur, quo caſu à partibus ipſis electum tertium cenſeri, & conſultorem exiſtimari, ex Angelo in conſ. 152. concludit, & Ioanne Bapt. in dicto lib. 1. cap. 5. col. 12. & fin.

102 Itidem non eſſe cenſui prætereunda ab addit. ad Bartolum notata in præfata l. itẽ ſi vnus lit. b. verbo iſte electus, quo loci. Baldi conſilio incip. factum ſic proponitur conſulendum relato poteſtate inquit duobus arbitris procedendi, & terminandi data, ipſique duo arbitri, eo quod diſcordes ſint, de partium voluntate tertiũ eligant tertio illi terminandi arbitrium, vt ſibi videtur cõceſſo, ac facta per arbitros, & partes promiſsione de ſtando ſententiæ ipſius tertij, & acquieſcendo duobus primis arbitris, à diſcordia diſcedentibus, ac demũ concordantibus legitime eos abſque tertio, immo ipſo non aliter requiſito, & quod magis eſt, contradicente ſententiam illa ratione proferre, quod liceat, quia per præfati tertij electionem primi arbitri nullatenus facultate ipſis præſtita priuati cenſentur, ſed ſolum iuxta gloſam in dicto §. ſi in duos in caſu diſcordię prouiſum, & ſtãte quod omnes tres arbitri ſint, duorum ſententiam ex textu in l. ſicut ff. de arbitr. valere, & præualere, neque quod partes, & arbitri, illius ſententiæ ſtare promiſerint obſtare inquit, necnon promiſsionem hanc illam in ſe habere conditionẽ niſi primi arbitri iuxta iuris diſpoſitionem concordes extiterint, præfatamque igitur additionem, & ſequentem in lit. c. alia huius tertij munus concernentia plenè & notab. explic autem inſpectam omnino facias.

103 Dataque per partes poteſtate arbitris tertiũ in diſcordiæ deputandi teneri arbitros ad tertiũ eligendum, qui officij, vt dictũ eſt particeps ſit, nec conſultorem eis, cuius conſilium ſequantur eligere licere, alias mandati finibus exceſsis nulliter eos agere cum partium confidentiam, de arbitris tantum, ſeu arbitratoribus electis, ſi concordes eſſent, & in caſu diſcordiæ de ipſorũ vno, & tertio, ab ipſis eligendo ad conſultorem nullatenus tranſire, neque ipſum comprehendere ad tex. in dicta l. 3. §. 1. l. non diſtinguemus, §. quæſitum, l. Labeo in princ. & in l. item ſi vnus, §. 1. & §. item Pomponius, ff. de arbitr. ac ex Bartolo in l. 1. §. ſi plures quæſt. 6. ff. de exercit. act. Angelo in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtitu. & Lanfranco in ſupracit. tract. de arbitr. membr. 5. quæſt. 1. in præfato conſ. 43. num. 21. quem eo loci, cũ ſeqq. inſpicias Gabriel. atteſtatur, quod in arbitris ſtatutarijs ac ſtatuti virtute electis, conſanguineos compromittere cogentis nullatenus procedere notandum eſt, hos enim ſicut iudices decet conſultorem, & aſſeſſorem eligere decere, ex Franco in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem num. 4. poſt tex. ibi de reſcript. in 6., Calcaneo in conſ 38, num. 11. Crauetta in conſ. 140. nu. 5. & alijs in ſupracit. deciſ. Auen. 142. nu. 2. quam inſpicias concluditur.

104 Ac in duos. vt prænotauimus compromiſſo facto tertium in caſu diſcordiæ eligendi facultate ipſis conceſſa, neque ad tertij electionem deuenire arbitros poſſe, neq; vbi electus tertius fuiſſet valide aliquid ab eo fieri poſſe niſi prius de duorum diſcordia, ac parte in hoc citata legitime conſtito poſt Alexandrum in cõnſ. 48. num. 12. vol. 7. & in conſ. 124. nu. 10. vol. 2. Dec. in conſ. 475. hoc fatetur nu. 40. in conſ 632. ſub num. 13. & conſ. 340. ſub nu. 40. Vant. in tracta. de nullit in tit. de nullit ex defect. iuriſd. ordin. in fine Pariſ. in ſupracit. conſ 45. num. 19. & ſeq. volum. 1. & conſ. 124. nu 142 vol. 2. Hieron. Gabriel. in ſupracit. conſ. 43. num. 20. lib. 1. arbitros ante diſcordiam, & ſic ante conditionis euentũ hoc in caſu nulliter agere, ac tertio nullatenus diſcordia ceſſante opus eſſe ex Socino item in conſ 54. lib. 1. Corneo in conſ. 210. col. 2. vol. 2. & Ioanne Bapt. in ſupracit. de arbitr. tract. lib. 10. in fine clare affirmat, necnon ex diuerſis ipſorũ arbitrorum ſcripturis in quibus diſſentire arbitros appareat de diſcordia conſtare quod dicatur ex Decio in conſil. 34. columna fin. verſicul. vltimo non obſtat, & ex Natta in conſil. 567. in fine nouiſsime in commun. opinion. tractat. Ioſeph. Ludou. in concluſ 14. affirmat illat. 152. fol. 14. ipſumque tertium ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione aut prætore cogente electum ab omnibus arbitris diſcordando iudicare ſolum poſſe addit. ad Bart. inquit in ſupracit. l. item ſi

vnus,

Digitized by Google

vnus,§.principaliter lit.c.& hanc magis commu
nem eſſe ſcribentium opinionem in tract.com-
mun.opin.lib.2.tit.de arbitris cõcluſ.4.Gabrie-
lus,quem alios referentem, & declarantem in-
ſpectum omnino facias aſſeuerat.

105 Etſi in ciuitate mea Beneuentana ex ſupraci
tati ſtatuti diſpoſitione in tit. de compromiſſo
§. quities,& alijs duobus.§§. præcedent.neuti-
quam iſtud obſeruari conſtet,poſt enim conceſ-
ſam à ſtatuto arbitris facultatem in tertium
eligendi in caſu diſcordiæ vnum ex præfatæ ci-
uitatis iudicibus ordinarijs,quatenus de tertio
concordes ipſæ partes non fuiſſent arbitris ipſis
in nominando in tertium vnum,ex ordinarijs,
ciuitatis iudicibus diſcordantibus licere vni ex
Iudicibus ipſis ordinarijs,tertium partibus, nõ
ſuſpectum eligere diſponitur,quod partibus ad
notam ſuſpectorum dandã monitis rite adim-
pleri ex ſupra cap.4.num 2.& 4.notatis clare
liquet,quo iuci ad eligendum de confidentibus
neutiquam arctari iu icem,ſed ſuſpectos euita
re,ac illos non eligere ſatis eſſe ex textu notatũ
fecimus in ſupracitato cap.ſtatutum 5.aſſeſſorẽ
de reſcript.in 6.Franch. hoc firmat in cap. cum
ſpeciali nu.37.de appellat.illudque pariter con
tra iuris diſpoſitionem in §.qui tres diſponitur,
vt primi duo arbitri partium differentias vna
cum tertio exponant ac ex ipſis duorum altero
diſcordante conſenſum ſufficere,& vbi tres om
nes diſcordarent ciuitatis Locumtenentem ele
ctum,cum ipſis intelligi, ac eum cum vno, vel
duobus,ex tribus ipſis ſe concordare ſatis eſſe,
caueturque omnia ad ſupracitati ſtatuti Bene-
uentani de arbitrorum diſcordia mentionem,
facientis declarationem notare conuenit, ac in
dicto cap.cum ſpeciali per Franchum notata
num.13.ex gloſa concludentem à iure in arbi-
tris volũtarijs compulſionis fiendæ reſpectu di-
ſpoſita,vt in vnam ſe ſentẽtiam concordent, vel
tertium,vt eligant,diſpoſita in arbitris pariter
neſſarijs locum habere,quem inſpicias.

106 Cumque in huius cap.principio, omnem ar-
bitrorum poteſtatem,ex compromiſſo pendere
dixerimus hoc propterea notare nõ prætermit
tas,quod etſi nihil laudum operari,niſi de com
promiſſo appareat,neque ex longi tẽporis cur-
ſu etiam annorum mille illud præſumi in leg.1.
C.de reb.alien.non alien.& in l.2.C.ſi ex falſ.in
ſtrum.Bal.& Salyc.atteſtentur,Alex in conſilio
1.num.19.vol.4.Dec.in conſ.447. Afflict deciſ.
368.num 9.& alii quorum in deciſ. Pedem. 38.
num.5.Oſaſc.meminit,vbi in fine in l.admonẽ-
di nu.112.in 2.lect.Iaſone relato, ff. de iureiur.
neque ad præfatæ poteſtatis probationem ſup-
pletorium iuramentum præſtare licere aſſerit,
attamen poſt plures diuerſimodè circa id ſen-
tientes relatos ex Caſſadoro in deciſ.3. de pro-
curat.tam compromiſſum quam mandatum
de compromittendo ſtante temporis antiquita
te præſumi aſſerente ipſius opinione attenta
compromiſſum ſtante temporis antiquitate
præſumi communem Viuius in communium
opinionum tract opin.207.par.1.& magis æquã
hanc eſſe affirmat ſcribentium opin. quàm no-
uiſsime eodem Caſſad. relato, & Curtio ſen. in
conſ.77.columna ſecunda in tract. de præſum-
ptionibus lib.ſecundo præſumpt.33.nume.35.
Menoch.ſectatur.

107 Item quoties partibus præſentibus,& homo-
logantibus ſententiam arbiter protuliſſet præ-
notata limitantur,necnon laudi executionem,
tali caſu quamuis de compromiſſo non docea-
tur,quod petere liceat,ac ex homologatione
ipſa cõpromiſſum oriri poſt Angelum in l. ſciẽ-
dum,ff.de verbo.obligat. Socinus illius ample-
ctẽdo opinionem in conſ.220. affirmat volum.
2.& in con.204.col.2.vol.4.in deciſ.117. Afflict.
num.5.& eo loc. Vrſill.in addit.num.2.Alex.in
84.num.2.vol.5.quem,& Symonem de Pret. in
conſ.76.numero 18.vol.1.de communi teſtan-
te in ſupracit deciſ.131.refert Viuius, & ſequi-
tur lib.1.& in tract.communium opin.Villalob.
lit.c.nu.116.in fin.

108 Sed læſione vltra dimidiam concurrente lau
di homologatione,& approbatione non obſtã-
te cum omnia remedia aduerſus tranſactionem
competentia contra laudũ quantumuis appro-
batum locum ſibi vendicent,& remediũ ſignan
ter l.2.C.de reſcind.vendit.ſic Bartolo cæteriſ-
que in l.ſi quis cum aliter ff.de verbor. obligat.
declarãtibus,& Decio plene,& notab. in ſupra-
citato conſ.60.num.4.hanc magis communem
eſſe opinionem aſſerente à qua in conſulendo,
& iudicando non eſſe inquit recedendum,& ſi-
cut vera tranſactio dubio litis euentu conſide-
rato per dictæ l.2.remedium retractatur, ita
& pariter laudum homologatum à tranſactio-
ne ipſa nihil differens retractare,quod permit-
tatur clare concludit,idque pluribus hoc sectã-
tibus relatis in dicto conſ.44.nume.23.lib. pri-
mo Guid. Pancir.quem inſpicias ſectatur,iura-
mentum itidem de non veniendo contra lau-
dum legati occaſione latum, & ab eo, qui purũ
legatum putabat præſtitum legato ipſo condi-
tionali exiſtente ex quo iuramentum illud per
errorem præſtitum apparet nullatenus præiu-
dicare ex Socino in conſ.25.vol 4.Rol.à Vall.in
conſ.13.affirmat nu.31.lib.1.

109 Falſam, itidem cauſam laudum ab arbitris,
prolatum vitiare in conſ.435.nu. 14. & 15. De-
cius aſſerit,& in conſ.24.Pariſ.nu.146.lib.2. im
mo indebiti condictione, vel condictione, ſine
cauſa dominium ex laudo ratificato, & iurato
repeti poſſe,vbi illius virtute facta bonorũ diui
ſio fuiſſet ipſa deinde erronea apponente text.
eſt in l.ſi poſt diuiſionem,C.de iur & fact.igno.
quam legem in diuiſione laudi virtute facta
locum habere in conſ.42.Soc.iun.reſpondit nu
me.43.& 44.in fin.lib.1.ipſius memor,Menoch.
in conſ.91.affirmat nu.61.& 62.lib.1. Corneum

hoc in ſpecie ſenſiſſe dicens. in cõſ.278.col. vlt. verſ.ſedcontra prędicta lib.4.ac Beroũ aliter in cõſ.2.nu.33.cũ ſeq lib.2.ſentientẽ refellit,ac ipſius conſultationi clarum tex. repugnare ait in l.ſi ſoror in fine,C de collat. de diuiſione ex arbitri laudo facta loquentem, nec præiudicare, ſi alter diuidentium errore læſus extiterit diſponentem,niſi limitat illa exceptio quæ ad errorem deregendum allegatur coram arbitro iam deducta fuiſſet,& ab ipſo reiecta, cui reiectioni partes poſtea diuidendo acquieuiſſe cenſentur,ipſamque exceptionem veram non eſſe faterí,neque eam in aliquo obeſſe ita dictam l.ſi ſoror Salicetum in fine intellexiſſe ſubdens & ibi clarius Alexandrum in fine pariter in ſimili citantem,l quod in diem,§.1. ff.de compenſat. & l ſi autem, §.vlt. ff. de negot geſtis nihilominus Menochium in loco ſupracitato per totum omnino videas,& Cornazzanum in decíſ.135.col.1.

110 Cumque conſultorem arbitris eligere minime licere ſupradixerimus quoties eis in caſu diſcordiæ tertium eligẽdi facultatem partes præſtitiſſent, propterea ſciendum eſt quod ſtante, clauſula in compromiſſo, vt ſecundum talis conſilium arbiter pronũciet,quia neque aut inique pronunciandi libertatem hoc auferre videatur ad conſilium ſequendum arbitrũ non adſtringi,ac dictam clauſulam pro non adiecta haberi ad tex.in l.ſi in lege ff.locati in titu. de arbitr. Speculat.firmat §.ſequitur verſ. ſed quid ſi dicẽte,quæ opinio quamuis à Ioanne Andrea eo loci in addit.reprobetur,arbitrum in hoc caſu cõſilium habere, non autem illud ſequi cogi dicens,cuius aliorumque aliter circa id ſentientium in tract.de conſil ſapient. Paces Scala, eſt memor lib.1 cap. vlt attamen hanc omnium eſſe ſentẽtiam ad conſilium ſequendũ arbitrum non adſtringi,idem Paces in eodem tract lib.3. cap.25.in fine notatum facit,& Burſat.in conſ. 90.num.51.lib.1.communem hanc pariter eſſe enarrans ſcribentium opinionem, ſed Bartolũ in dicta.l.item ſi vnus, §. inde Pomponius ff. de arbitr.inſpectũ facere non prætereas, hanc poſt plura per ipſum relata diſtinctionem faciẽtem eo caſu validum compromiſſum cenſeri aſſerẽs arbitrum de talis conſilio pronunciare debere continens, cum arbiter conſilio habito neutiquam illud ſequi teneatur, ſecus ſi quod eam arbiter ſententiam proferat quam ille dixerit,ſeu conſuluerit contineat,vel de talis conſenſu, ſeu prout tali placuerit ex quo liberã hoc caſu pronunciandi facultatem arbiter non haberet, idẽ in ſupracit.tract.de nullit.ex def. iuriſd. nume. 152. verſiculo item ſi hoc fuiſſet folio 111. Vant. affirmat, nullum itidem compromiſſum eſſe ſcias illa in ipſo conditione appoſita ſententiam,vt arbiter certam proferat,ſecus vero in arbitratore, cuius reſpectu validum exiſtere cõpromiſſum ex textu in l.1.§. & poſt operis ff. de non.oper.nunciat.addit.ad Bart. inquit in ſupracit.l.item ſi vnus, §. principaliter lit.I. cuius in ſingul.ibi Roman.meminit, & in conſil.141. verſ.nec huic ſententiæ,vbi videas.

111 Ac ſtante præfati ſtatuti diſpoſitione de tertio in caſu diſcordiæ modo quo ſupra dictum fuit eligendo,quamuis de nullitate dici ſtatutũ ipſum prohibeat,necnon nullitate reiecta exequi laudum poſſe diſponat, vbi tamen arbitri, aliter quam in dicto ſtatuto cauetur,à cuius forma recedere non licere ſupra hoc eodem capitulo num.49.dictum fuit,circa tertij aliorumq; ibi deſcriptorum electionem obſeruaſſent dici de nullitate poſſe, ac nullitatem ex tali capite, oppoſitam militare ex quo in illa generali nullitatum excluſione nunquam nullitatem ex poteſtatis defectu arbitro attributæ reſultãtem ſublatam cenſeri in eadem ſupra relata deciſ.Auenion.142.num.4.ex Angelo aſſeritur in l.non erit,§.dato,ff.de iureiur & in conſ.249.ex Abbate in conſ.44.num.1.lib.1.& ex Decio in conſilio 434. num.7.& 8. ac nullitates ex actis apparentes,& quæ notorium faciunt adhuc præfato ſtatuto non obſtante militare eodem loci ex Ripa alijſque ſcribentibus ſubnectitur in ſupra cit.l.4.num.29.ff.de re iud ex notatis per Alex. in conſ.105.num.4.lib.5.per Decium in conſil. 78.num.7.& per alios ibidem relatos, illaſque, item nullitates quas incontinenti ſe pars probare offert ad tex.in l.ille à quo. §. ſi de teſtamento,ff.ad Trebell.& in l.2.& fin.C.de edicto Diui Hadr.toll.ex Panormit.in c.cum ſuper eo de offi.deleg.& in c.ſuſcitata de teſtit.in integr. ex Decio in cap ex parte il ſecundo in 7 Fallent.de off.deleg.& in conſ 424.num.6.& ex Crauet.in conſ.207.nu.7. in præſata deciſ. Auenion. quo loci iſtud ſcribẽtes communiter ſequi aſſeritur, clariſsime quam inſpicias deducitur, & in ſuis ſingular.Corſetum in ſing.verbo exceptio il primo,& il ſecundo, vbi tunc in hoc caſu ſtatuto exceptiones tollente, non obſtante ad legitimã exceptionem incontinenti, vt dictum eſt probãdam eſſe,quem admittẽdum,vbi calumniæ, ſeu malitiæ præſumptio contra ipſum non militaret,alias ſecus,quẽ inſpectum facias explicatur.

112 Iludque pariter notatum facere nõ omittas nullum ipſo iure,& inualidum eſſe laudum abſente parte quamuis citata prolatũ, vt per text. in dicta l.diem proferre, §. ſi quis litigatorum, ff.de arbitr.in conſ.67.nu 1.verſic ſecundo quia lata Roman.enarrat,& propterea arbitrorum, ſententiam prout in Cedula pronunciantium, non valere,in ſupracit.tracta de arbitr. Ioannes Bapt.fatetur lib.11.cap.16.nu.9.à Ludou. Lana, in tract.de teſtam.formul.relatus nume.33.fol. 7. niſi etiam partibus abſentibus in cõpromiſſo arbitros,vt fieri paſsim conſueuit pronunciare poſſe dictum appareat in l.ſi quis ex conſenſu col.1.circa finem.C.de epiſcop. audient. Caſtrenſ.inquit.& Abb.quem declarantẽ,ac iſtud in arbitratore ſublimitantem in conſ. 33. nu.6.

verſic.

verſic.ad tertium dubium par. 2. ſublimitãtem inſpectum facias,vel niſi de ſtando omni laudo iuramento mediante in compromiſſo partes, promiſiſſent,ex iuramenti enim priuilegio arbitrorum tali caſu ſententiam ſuſtineri, ex Lupo in c.per veſtras,§ fin.nu. 30. de donat.inter uir. & vx.in tract. de priuileg. iuram. Seraph. affirmat priuil.16n.fol.736.

113 Longiuſque quam decebat vagati finem tandem prænotatis vt imponamus,cum ad partes etiã iuris arbitros eligere pertineat, vt poſt text.in cap. ſecundo requiris Franch.ibi nume. 5.de appellat.aſſirmat,ſiue cóiunctim illos, ſeu communiter partes elegeriut, ſiue diuiſim, vt quia vna pars vnum, alia verò alterum iuxta text.eligat in ſupracit.c.cũ ſpeciali de appellat. ex cuius diſpoſitione miſſum,vt iſtud neutiquã fiat clarè in præfato ciuitatis meæ Beneuentanæ ſtatuto in tit.de compromiſſ. in princ lib.2. prenotata confundi liquet,& non bene,dum partes ad duos communes amicos vnum pro quolibet eligendos cogi diſponitur, quoties enim vna pars vnum,altera alium elegit, non communiter, ſeu coniunctim, ſed diſiunctim, electionem fieri,ex tex.in dicto cap.cum ſpeciali clariſsime patet arbitrum ab altera parte electum iuſta concurrente cauſa,quod recuſare liceat,gloſa inquit in c.legitima eodem tit. de appellat in 6.ſecus verò in electo ab ipſa parte recuſante, quem niſi noua ex cauſa,vel veteri incognita tamen, & de nouo ad eligentis notitiã deuẽta recuſare neutiquam licere poſt textum, & gloſ.in ſupracit.cap.inſinuante de off deleg. gloſa eſt notab in c.ſtatutum §.cum autem verbo recuſet de reſcript.in 6.Riminald.ſen.in cõſil.469.hoc firmat num.1.& 2.lib.3.ac præfatis, quæ infra cap. 12. nume.10. de paribus Curiæ adnotauimus omnimodo conueniũt, & quamuis Dec. in c. poſtremo colum. 2. de appellat, cuius in conſ.31.num.24.lib.3. Roland. à Vall. meminit arbitrum ſolo iuramento recuſare licere dicat,illius dictum in iuris arbitro ab alia parte electo,ac de iure ciuili,non autem de iure canonico quo attento cauſam ad arbitrum iuris,ſicut ad delegatum recuſandum requiri,cui talem arbitrum æquiparari diximus intelligẽdum venit, & vltra regulam iudiciorum ad inſtar arbitria redacta cenſeri dictans in ſpecie, Caualc.hoc affirmat in deciſ.72.alias 28. in tit. de contract.num.107.quo loci de arbitris iuris communiter electis loquendo,vel caſu quo electi diuiſim fuiſſent, ſed partes in ipſos conſentijſſent actis coram ipſis,ſine proteſtatione factis eos tanquam ſuſpectos,ſed ijſdem ex cauſis recuſare licere ait quibus recuſare iudices licet, & dũmodo cauſa noua ſit,quia de nouo ſuperuenit,& quatenus antiqua eſſet,de nouo vt paulo ante dictum fuit,ad notitiam deueniſſet, ac vſque ad concluſionem in cauſa, non autem poſtea recuſare præfatos iuris arbitros licere dicens,'quem, & in ſupracitato conſilio 469 libro tertio, Riminaldum ſenior. inſpectum facias, vbi larè.

114 Ex quibus,& illius dicti declaratio reſultat, alterius partis conſanguineum,ſeu familiarem, arbitrum eſſe poſſe dictantis,l.quin etiam, & l. pen. vbi Bald ff.de arbitr.& Rom.in conſ.68.filium etiam in cauſa patris arbitrum agere poſſe explicans tale dictum, vt procedat, quando conſanguineum,ſeu familiarem ſcienter partes elegiſſent,& voluntarie,ſecus,ſi ignoranter, vel quoties vna pars talem arbitrum elegiſſet, nec in ipſum pars altera conſenſerit,quo caſu pars, quæ non elegit,vel quæ poſt electionem conſanguineum alterius partis,ſeu familiarem eſſe arbitrum cognouit, ſeu conſanguinitate ipſa, ſiue familiaritate ſuperueniente, recuſare ipſum licere in ſupracit.l.pen. Bal.notat, Speculatorẽ referens in tit.de recuſat.§.fi. verſ. ſed nunquid conſanguinei,& Roman.in proxime relato cõſ. nu.7.qua recuſatione ſtante conſanguineum, ſeu familitiarem arbitrum neutiquam eſſe poſſe ac extingui compromiſſum ex prænotatis apparet,ac per ipſum ſententia prolata, eam doli mali exceptione ſubmoueri iuxta text. in pluries citata,l.non diſtinguemus,§.cũ quidã,ff.de arbitr.in pluties relato tractat. de compromiſſ. quæſt.7.nu.17.fol.503.Blanc. quem alios referẽtem videas affirmat, quod niſi arbiter vtriuſque partis conſanguineus, ſeu familiaris eſſet declaratur, hoc etenim caſu parem affectionis cauſam ſuſpicionem tollere, nec recuſare arbitrum ſic electum licere iuxta tex.in l.nõ ſolũ, §. de vno ff.de ritu nuptiar.in præſata l.pen. Bald. explicat,& ſcribẽtes in c. poſtremo de appellat. locum hoc,vbi pari gradu vtrique parti arbiter attinet, ſecus ſi vni in primo alteri in vlteriori gradu, & quã o quam in partẽ, magis inclinet diſcerni nequit declarantes, vt in l. qui iuriſdictioni per Iaſon.nu.9.verſ.ſeptimo fallit, & ibi Dec.nu.17.ff de iuriſdict omn.iud & alios quorum in tract de arbitr.iudic.centur.2 Menoch. meminit caſu 153.num 8.

115 Item iſtud, ſecundũ Franch.in dicto c. poſtremo nu 14. de appellat. in Monacho Cartuſienſi,ſeu alio bonæ obſeruantiæ religioſo limitatur,quẽ ratione conſanguinitatis recuſare nullatenus licere aſſerit,cõmunem hanc eſſe dicens ſcribẽtium opinionẽ, quod in ſupracit. de compromiſſ.tractatu quæſt 2.nu. 59. in Monachis illius tẽporis, ſecus in hodiernis, e Imola in dicto c.inſinuante de off.deleg. & alijs procedere Blanc aſſeuerat,ac eodem loci nu.6 in Papa ſimiliter limitat,quem,nec conſanguinitatis prętextu recuſari poſſe,ex glo.inquit in c.1.in fi. de conceſſ.præb.Ioanne Andr.& Abbate in ca. querelam de elect.& alijs.

116 Cumque plura arbitrorum materiã concernentia, non inutiliter adduxerimus, ſequentia quoque hanc eandem materiam reſpicientia

neutiquam

neutiquam candide lector oculis ſubijcere pigeat, nullis ſcilicet vnquam verborum vinculis in compromiſſo appoſitis quominus aduerſus laudum magna ſtante laudi iniquitate, ſeu læſione reductionem ad arbitrium boni viri, petere liceat euitari poſſe, vt in conſ. 21. per Dec nu. 6. vbi de communi, quem omnino videas, Boeriũ in ſupracit. deciſ. 284. num. 18. Ferratium cautela 8. Alexandrum conſil. 139. lib. 7. & alios plures ab addit. ad dictum Decij cõſilium cumulatos, lit. b. verbo nulla plenè in communium opinionum tractatu Gabriel: & notab. lib. 2. tit. de arbitr. cõcluſ. 3. regulam deſcribens, ampliationes & declarationes, Menoch. in trac. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 73. in princ. Magon. in ſupracit. deciſ. Lucenſi 98. num. 30. vbi de magis communi, Seraph. in tract. de priuileg. iuram. dicto priuil. 136. omnino videndus, Viuius nouiſsimè in ſupra relata deciſ. 386. nu. 36. lib. lib. 2. & in ſupracit. conſ. 32. Berous col. 1. lib. 3. quo loci nullam amplam quantumuis renunciationem nullaſque clauſulas in compromiſſo appoſita quomodocunque ampliſsimas, valdeque pregnantes nullaſque quorumcunque verborũ in compromiſſo appoſitorum cautelas, neque remedium aliud quodcunque à partibus compromittentibus excogitatum, ac literarum cambij pro laudi obſeruantia depoſito facto de quo ipſe loquitur, non obſtante, neque iuramentum, vt prænotauimus, quin partes reductionem huiuſmodi petere poſsint impedire.

117 Ac enormem laudi iniquitatem, ſeu læſionẽ illã eſſe ſcias quando in ſexta parte debitæ quãtitatis facta læſio reperitur, vel hoc tanquam à lege non determinatam, ac læſionis quantitatẽ eſſe iudicis arbitrio remittendam duaſque iſtas principales opiniones magis communes cenſeri, necnon frequentiori ſcribentium calculo cõprobatas in ſupracit. conſ. 30. in fi. Decius alios referens affirmat, ac prima quã retulimus opinione exploſa poſteriori de iudicis arbitrio loquenti pluribus hoc ſectãtibus relatis in dicto caſu 73. nu. 5. Menoch. quem inſpectum facias, aſſentitur, eandemque in ſupracit. deciſ. 98. nu. 29. Magon. cuius ſupra num. 89. iterum meminimus amplectitur, & plenè Ioſeph Ludouic. & affluenter de hoc in ſupracit. deciſ Lucenſi 27. à numero 30. diſcurrens, vſque ad numero 38. læſionem eſſe enarrãs enormiſsimam quoties vltra illius dimidiam de quo cõtrouertebatur læſus vnus ex litigatoribus fuerit, Thobia Nonio in conſ. 68. num 5. per ipſum relato, & Menochio in quæſt 69. num. 17. lib 1. idem ex Ruynõ in conſ. 11. affirmans in fine lib. 4. & in conſ. 109. col. 4. lib. 1. & alijs, quoties quis in tota ſumma, ab arbitris læderetur, quo caſu non enormiſsime tantum, ſed in totum læſum litigatorem dici clare aſſeuerat.

118 Neque illud eſſe cenſui prætereundũ, quod arbitris compromiſſum prorogandi facultate, in compromiſſo conceſſa, quamuis partibus abſentibus, & ignorantibus compromiſsi prorogatio arbitris ſecundum Romanum, & alios permittatur in l. 2. ff. de re iud. poſt tex. in l. diem proferre in prin. ff. de arbitr. attamen ex Baldo in l. eos §. Apoſtolos C. de appellat. notificandã eſſe partibus prorogationem teneri, alioquin dolose eos, hoc non acto proceſsiſſe videri, ipſamque prorogationem litigantes non adſtringere, nec valere in ſupracit. §. Apoſtolos Bal. idẽ atteſtatur, & alij plures quorũ in conſ. 99. Becc. meminit nu. 19. etiam ſtante pacto, quod partibus abſentibus, & ignorãtibus prorogationem eis facere liceat, ex Ioanne Bapt. in tract. de arbitr. lib. 7. ca. 2. col. 1. verſ. quid rurſum erit, prorogationis notificationem eſſe omnino aſſerẽs faciẽdam, ex Baldo in ſupracit. §. Apoſtolos notificationem hanc, quæ iuris eſt naturalis partium facto neutiquam tolli aut excludi poſſe dicens ex Oriano in ſupracit. de arbitr. tract par. 1. verſ. pro rogatio nu. 32. etiã ſi intimationi, de ipſa prorogatione faciendæ, expreſsè partes renunciaſſent hoc procedere ſubdens, ac Iaſone in l. nec quicquam, §. vbi decretum nu. 58. ff. de off. proconſ. & leg iſtud itidem aſſirmante relato, niſi eodẽ conſ. nu. 28 quod arbiter prorogationem intimare, non teneatur dictum, & cautũ ſit, Beccius limitat, ſed vt plenius hoc intelligas in ſupracit tract, de compromiſſ. quæſt. 7. per totum, & queſt. 9. circa princ. Blancum inſpectum facias. Boerium in ſupracit, deciſ. 283. num. 38. Romanum in ſingul. 273. Marſil. ſingul. 173. & 633. Maſuetium in addit. ad Papienſ. in pluries relato libello, quo agitur ad pœnam ex cõpromiſſo verbo infra duos mẽſes addit. 1. in fine, & alios plures in addit. ad dictum Romani ſingul. relatos, ac arbitris ſimpliciter progandi poteſtate in compromiſſo conceſſa, ſemel tantũ quod progationem facere liceat, in conſ. 70. nu. 3. lib. 2. Alexand. ſentit.

119 Item compromiſſum pluries progãdi poteſtate arbitris attributa, ſeu per verba illa toties quoties bis tantũ fieri prorogationem poſſe ex textu in l. vt. [illegible] merus ff. de teſtibus, & in l. libertas, §. poſt annu, ff. de manumiſſ. teſtamẽ. deciſ 419. verſic. ſin autem Balbus affirmat, & vbi pluries & pluries prorogandi poteſtas arbitris concederetur de quatuor tãtum vicibus intelligi ſubdens dictionem pluralem geminatã, ex Bartolo in l. gemina arbor. ff. arborum furtim Cæſarum de quarta eſſe explicans intelligẽdam, de plurimis vero vicibus, progãdi facultate expreſſa ex ſuperlatiui natura iuxta gloſam ſingularem in §. & quod ſæpe, verbo plurimorũ in authent. de triente & ſemiſ. de tribus prorogationibus diſponere concludit, pluraque de compromiſsi prorogatione, per Bart. in l. dies cautioni in princ. ff. de damno infect. & alios eodem loci notata videas in l. qui bona, §. fi. & in l. ſi finita in princ. eodem titu. per Iaſon. in l. finali

num.

num. 17. C. de Sacroſ. Eccleſ. in dicto tract. de compromiſſ. per Blanc. queſt. 7. fol. 511. cum ſequentibus, & per Franchum in c. ſea nobis numero 7 cum ſeqq. de appellat. vbi notab. quodque arbiter compromiſſum prorogandi poteſtatem habens ad viginti annos illud, ſeu ad vitam nullatenus prorogare valeat in conſ. 70. Alexã. explicat num. 1. libro 2. immo per duos menſes verbi gratia, ſi compromiſſum duraturum fieret ſemel, bis, ter, ſeu pluries, prorogandi facultate arbitris conceſſa, non enim in infinitum hoc intelligi, ſed duabus tantum vicibus compromiſſum prorogare arbitris licere in dicta l. qui bona §. huic ſtipulationi numero 11. & 12. Alex. aſſuerat, Marſil. ſingul. 52. & alij quorum addit. ad Alexand. in ſupracit. conſilio 70 lit. b. memor extitit.

120 Ipſamque prorogationem de partium arbitrorumque voluntate factam in veritate fuiſſe, per teſtes probare, quod ſufficiat, neq; eam per actorum notarium apud acta in ſcriptis redigẽdam eſſe requiri, ex quo ea quæ ſolo conſenſu perficiuntur, quoad effectum, & validitatem, ſiue apud acta, ſiue extra, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis fiant, nihil iuxta text. intereſſe in l. ſiue apud acta, & in l. non minorem, C. de tranſact. cõmunem Vcnaſt. in conſ. 31. nu. 18. & ſeq. eſſe ſcribentium opinionem atteſtatur, ſed quatenus eodem loci ſimplici de hoc arbitrorum relationi credi exponit. ipſoſque arbitros, vbi de iure eis, & de facto, ſeu in ſcriptis, & ſine ſcriptis data procedendi poteſtas fuiſſet, de hoc teſtificari poſſe, vt Bartolo enarrat in auth. niſi breuiores in fine, C. de ſentent. ex breuic. recitand. cuius, & aliorum hoc aſſerentium, magis communiter receptam eſſe inquit opinion. ipſi nullatenus aſſentior, ex Cyno enim eodemque Bartolo, & Baldo in l. ne in arbitris, C. de arbit. Innocẽtio, & alijs in c. cum à nobis de teſtibus contrarium ſentientibus præfatam Bartoli opinionem cõmuniter improbari ſupracit. addit. ad Villalob in communium opinionum tracta. lit. c. poſt numerum 116. verſ. quæ opinio poſt Felynum in cap. quoniam contra num. 3. de prob. at. de communi ſimiliter atteſtantem clare explicat, etſi ad Bartoli opinionem tuendam arbitratoribus in his, quæ parui ſunt præiudicij, credi ſolum exponat, iudicem audire abſurdũ eſſe dicens, plene coram ſe probatum fuiſſe exponentem, immo modum ex hoc, ne quis vnquam in reductionis cauſa obtineat, addit. ad ſingul. Romani 52. reſurgere inquit, quo loci, Pignolat. in vltima addit. poſt alios relatos, ſcribentes ſignanter refert in ſupracit. c. quoniam contra de probat. vbi Decium in num. 7. verſ. & ſubijcit, & Abbatem inſpectos omnino facias, & in conſ. 88. Alexandrum nu. 32. lib. 2. & quamuis in communium opinionum tractatu Viuius par. 1. opin. 25. Bartoli inhæreat opinioni tanquam magis communi, quia ex ibidem per ipſum notatis minime eum cuncta ponderaſſe apparet, à præfata opinione Bartolo contraria, congrua, necnon ſatis apta ratione munita, & quæ à nemine exploditur recedendum non eſſe indubitate exiſtimo.

121 Idque ex generali regula, cujus pluries meminimus cõprobatur, arbitria, ſcilicet iudiciorum ad inſtar redacta eſſe, actaque iudicij clarũ eſt per ſcripturam, & in ſcriptis ſecundum Bartolum probari debere in l. ne arbitrorum num. 9. C. de arbitr. & quamuis Bal. in l. geſta nu. 13. de re iud. teſtibus etiam acta iudicij probare licere enarret, illius tamen dictum communi ſcribentium calculo reprobari in ſupracit. c. cum à nobis num. 13. Felyn. atteſtatur, & maxime vbi locus eſt inſignis in quo notariorum extare copiam præſumi in conſ. 74. Alex. inquit nu. 9. lib. 1. quod etiam ſi iudex lite pendente de geſtis coram ſe teſtificari vellet ne duplici officio fungatur in dicto cap. cum à nobis Felyn. inquit, & alij quorum in tract. de inhibit. queſt. 40. fol. 15. & 19. Mandoſ. meminit, hoc tamẽ plenius, vt intelligas eundem Felyn. in dicto capit. quoniam contra num. 7. inſpectum facias, Aſinium in praxi iudic. §. 14. cap. 5. per totum fol. 230. alios referentem, & latius declarantem Socinum in regu. 5. & Blancum in pluries relato tract. de compromiſſ. quæſt. 9. per totum, & ſignanter nu. 46. cum ſeqq. fol. 62.

122 Quodque in arbitratorem potius quam in arbitrum factum compromiſſum cenſeatur, ac arbitratorem potius quã arbitrum quem præſumi in l. nõ codicillum, Bal. tenet C. de teſtam. Bar. in l. ſi ſeruus plurium, & in l. fin. ff. de legat. 1. & alij per Nattam in conſ. 2. relati in fine lib. 1. & communem hanc eſſe ſcribentium opinionem in tract. de præſumpt. reg. 1. Alciat. atteſtatur præſumpt. 37. in fine, cuius in communium opinionum tract. Villalob. meminit lit. c nu. 115. & poſt Romanum in ſingul. 315. relatum in decis. Peruſ. 47. tenet hoc Ioſeph. Ludou. nu. 5. eandem communem in c. cum ex officij nu. 12. in fine, & nu. 62. de præſcript. Felyn. aſſeruit, Ruyn. in conſ. 161. ſequitur nume. 7. lib. 4. & alij plures, quorum Menoch. noniſsime in ſupracit. tracta. de præſumpt. meminit lib. 2. præſumpt. 77. per totum, vbi poſt Diuerſorum opiniones diuerſimode circa id exiſtimantes hanc in num. 7. ante fin. magis receptam eſſe exponit ſcribentium opinionem quã maximè procedere ſubdit, quãdo ex perſonæ qualitate in quã cõpromittitur, tanquam arbitratorem illũ electum fuiſſe, colligitur, vt in caſu per Baldum relato in c. 1. §. inter pares, de lege Corradi, ſi quis in aduerſariũ ſuum compromiſit dicente in eum illa ratione tanquã in arbitratorẽ potius compromiſiſſe cẽſeri ait, cum velle litigare non præſumatur dũ in aduerſarij manibus ſe ponit, & quem tanquã amicum non autem tanq̃ litis diſceptatorem, arg. l. creditor, §. penult. ff. mandati, elegiſſe cẽ-

ſetur,

ſetur, cuius, vbi ſupra nu. 9. Menoch. meminit, & ante ipſum, Alciat. in præfata præſumptione 35. in fine.

223 Ex eodem Baldo in l. 3. ff. de teſtam. milit. iterum eodem loci num. 10. Menoch. declarans ex Felyuo in c. eum ordinem nu. 12. de reſcript. in c. præſentata nu. 7 de teſtibus, & in ſupradicto cap. cum officij num. 32. de præſcript. ac ex Alciato in dicta præſumpr. 35. nume. 2 eo caſu præcitatam traditionem locum non habere, quando laudum tanquam ab arbitratore prolatum, neque valere poſſet, neque ſuſtineri, quo caſu tanquam arbitrum eum cognouiſſe, & iudicaſſe præſumi enarrat, ſicut è contra, quoties, tanquam ab arbitro latum laudum non valeret tanquam arbitrarorem cognouiſſe eum, & iudicaſſe eſſe inquit præſumendum, ſed Menoch. hanc, & alia referentem inſpectum facias.

224 Neque illud prætereundum eſſe cenſui arbitrum, ſcilicet neutiquam ordinario iudici agi licere, vt text. probat in l. prætor, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & in l. ſed & ſi in ſeruũ, §. ſi qs iudex, ff. de arbitr quod decem per rationes in ſupracit. tract. de compromiſſ. quæſt. 2. num. 41. comprobar, quem inſpectum omnino facias cõmunem hanc eſſe aſſerentem ſcribentium opinionem, & quinque notab. modis limitantẽ iſtã inter alias per eum deſcripta limitatione in iudicem, ſcilicet ordinarium compromittere ſolũ tanquam in arbitratorem iuxta glo. licere in dicto, §. ſi quis iudex quod etiam approbari communiter, addit. ae Papienſ. fatetur in ſupracit. libello, quo agitur ad pœnam ex compromiſſo in verbo, tunc vertentis. Roman. in ſingul 161. nu. 3. & Præpoſit. in c. fames 3. q. 7. cuius Villalob. in communium opinionum tracta. in ſupracit. lit e. meminit num. 126. in princ. prout de iure canonico in iudicem ordinarium compromittere tanquam in arbitrum licere, ex Alexandro in ſupracit. l. 1. §. & poſt operis in primo notab. ff. de oper. noui nunciat. & alijs communem in ſupracit. quæſtione ſecunda nu. 47. verſ. quod dictum Blanc. omnino videndus eſſe pariter affirmat ſcribentium opinionem.

225 Similiter quamuis iudicis ſententiam plura continentem capita ſeparata approbare in aliquibus capitibus liceat, & ab ipſa iuxta tex. in l. etiam §. primo, ff. de minor. cum concordan per Boer. in deciſione 73. relatis, & per Franchum, & ſcribentes in capitulo ſi duobus de appellat. in aliquibus appellare, in laudis tamen per arbitros prolatis etiam de diuerſis rebus ſuper vno eodemque compromiſſo, ſecus eſſe, ac non licere tali caſu ratione indiuiduæ compromittentium voluntatis pro parte laudum approbare, & pro parte non argumento textus in l. Pedius §. primo, ff. de arbitr in ſupracitata deciſione 173. numero 4. Dominus Vincentius de Franch. explicat, ſed nunquid arbitrorum ſententia ſuper vna re ſola, cum quæſtio de pluribus ſit pronunciantium teneat, poſt Bartolum in l. quid tamen numero tertio eodem titulo in dicto conſilio 43. libro primo numero decimooctauo Gabrielium inſpicias, inualidam eſſe arbitri ſententiam cunctis partium contentionibus per ipſum non determinatis, ac omnes ſcribentes in præfata l. quid tamen iſtud fateri, aſſerentem, pluresque notab. diſtinctiones in dicto libello, quo agitur ad pœnam, ex compromiſſo, per Papienſem relatas inſpectas facias in verbo dimittendum, & Beroum omnino in quæſtione famil. vigeſimatertia per totum, & ſignanter nume. 9. & 10 quando arbiter plures cauſas ſibi commiſſas tam ſpecialiter, quam generaliter vna ſententia terminare debeat, declarantem, illamque notatam declarationem facias, arbitratorem, cuius largiſsima poteſtas eſt ſuper vna re tantum, vel ſuper vno capitulo, cæteris omiſsis pronunciare valide poſſe, cumque plures in id, & notabilia tendant quæſtiones Blancum omnino latiſsime de hoc in ſupra citato tractatu de compromiſſ. quæſtion. nona numero 59 60. & 61. folio 645. cum ſequentibus diſcutientem inſpicias, ſed quatenus ad iudicem attinet validam iudicis eſſe ſententiam, ſuper vno ex pluribus articulis ſeparatis prolatam, poſt Bartolum in ſupracitata l. etiam §. primo, ff. de minor. Baldum in l. in hoc iudicio, ff. familiæ hercifcundæ, & poſt Decium in leg. eius qui, ff. ſi certum petatur communem, Paces Scala in tract. de conſil. ſapient. lib. quarto capitulo quarto verſiculo diuerſorum tamen eſſe fatetur ſcribentium opinionem, quem & in dicta leg. quid tamen Bartolum inſpectum omnino facias.

226 Ac pro laudi iuſtitia, & rectitudine ab arbitro prolati, præſumi, ſicut pro iudicis ſententia præſumitur poſt Ioannem Andream in addit. ad Speculat. in titulo de arbitr. §. ſequitur in dicta leg. idem Pomponius, §. recepiſſe, & §. idem quæro, ff. de arbitr, in l. vnde ſi Neruæ, ff. pro ſocio, & in l. vltima columna penultima verſic. vndecimo quæro, C. de contrahend. emptione, Bald inquit, Alexand in l. ſciendum numero vigeſimoſecundo, ff. de verborum obligatione in conſilio 119. numero 13. libro ſecundo, & in conſilio 43. columna prima libro ſexto, Decius in conſilio 375. numero primo. Pariſ. in conſil. 45. numero 98. & conſilio 89. numero octauo, libro primo, & in conſilio vigeſimoquarto numero 153 libro ſecundo. Gabriel. in ſupracitato tractatu communium opinionum libro ſecundo titulo de ſentent. concluſ. quinta numero 14 & Crauettam in tract. de antiquit. tempor. prima parte in ſeptima particul. incip. quid in libro officialis numero 15. poſt Calderinum in conſ 5. columna prima verſ. & in hoc teneo in tit. pe arbit. & in conſ. 10. in tit. de rerum permutat. hoc multo magis procedere; explicans, quando arbitri ſummæ homines exi-

ſterēt honeſtatis quorum aliorumque plurium
iu libro ſecundo de præſumpt. Menoch. memi-
nit præſumpt.76. columna 1. & 2. & ſignanter
num.4.in principio: quo loci receptiſsimam
hanc eſſe exponit ſcribentium opinionē, ac lau-
dum iniquum eſſe alleganti probandi onus,
quod incumbat, ex Baldo in l.nec quicquam
§.vbi decretum, ff.de off.proconſ.& leg.& in l.ſi
de meis in fine, ff.de arbitr.& alijs pluribus in
ſupracit.c.quoniam contra num. 37.de probat.
plene Felyn. hoc declarans aſſeuerat, & ita in
almo Rotæ auditorio fuiſſe deciſum in deciſio.
113.nu.1. lib.3.Card. Put. ipſe aliorum ſimiliter
memor atteſtatur.

127 Idem in arbitratoris laudo, quod ſit aliquid
ac ritè illud, & recte ſimul latum fuiſſe, ac bene
omnia, & ſolemniter diſcuſſa præſumi, Dyno in
conſil. 19.relato in conſ.8. Bald.affirmat in fine
lib.3.Alciat.in tract.de præſumpt. regu. 3.præ-
ſumpt.12.vbi numero primo communem hanc
eſſe aſſerit ſcribentium opinionem, & Decius in
ſupracit.cap quoniam contra numero 41.cuius
aliorumque in prænotata præſumpt 76. nume.
11.& ſeq.lib.2.Menoch.meminit, idem in conſ.
375.num.1.Dec affirmat in conſ.389.nume. 8.
conſ.420.in fine conſ 491.num.3. verſ. & in ca-
ſu, & conſ.587.in princ.cuius in conſ.99.nume.
2.memor Beccius exiſtit, eodem loci nume.20.
& 21 hoc dupliciter declarans, primo quoties
ſumus in dubio, quo caſu eſſe inquit pro laudo,
vt diximus præſumendum, ſecus ſi certus caſus
eſſet, & clarus, vt quia compromiſsi fines exceſ-
ſiſſe arbitrum appareat, vt in ſupracit reg.3.Al
ciat.inquit præſumpt.12.nu.6.vel quia, ex com-
promiſsi, & laudi inſpectione pluribuſque, non
leuibus præſumptionibus manifeſta laudi nul-
litas oſtendatur Alexandro in id conſ.119.rela-
to num.21.lib.2.Decio in dicto conſ.587. nu.9.
in fine & alijs, ſecundo quoties fuerit à laudo,
reclamatum hanc poſt alios ſcribentes, eo loci,
relatos ex Decio in dicto cap. quoniam contra
nu.31.& ſeq.communem eſſe explicans ſcriben
tium opin. D.Nicolaus in praxi iudic.affirmat.

128 Et ideo quoties in arbitri, ſeu arbitratoris
ſententia re ipſa dolus, vel ex propoſito interue
niret contra ex tali ſententia agentem doli op-
poni exceptionem poſſe in l.ſi planè ff. de petit.
hæredit Bart.notat, & in ſæpius citato libello,
Papienſ.quo agitur ad pœnam ex compromiſ-
ſo in ſupracit.verbo liceret in princ.& in verbo
ſeq num.2.in fine.idque ſiue pretio.ſiue aduer-
ſarij dolo, ſiue arbitri concurrēte procedere in
ſæpius citato tract.de compromiſſ. quæſt.9.nu.
25.fol.599.Blanc.enarrat, ac dolum re ipſa,
quoad actus annullationem à dolo, ex cōſilio,
ſiue ex propoſito.nihil differre ſcribentes, ma-
gis communiter ſentire in deciſ. Pedem.41.nu.
2.Oſaſch. teſtatur, & Seraph. latius hoc in ſu-
pracit. tract. de priuileg. iuram.declarans pri-
uil.83.nu.97.cum ſeqq.

129 Ortaque inter arbitrum, & partem inimici-
tias, ipſaq; parte, ne arbitrium arbiter proferat
proteſtante, quoties contra, ſic proteſtantem ar
biter proteſtatione ſpreta pronunciaret, non ali
ter de laudi iniquitate probatione facta, ex quo
laudum iniquum eſſe ius præſumit obſtare ex-
ceptionem in d.l.non diſtinguemus, §.cum qui-
dam, ff.de arbit.poſt tex.ibi Bald.inquit, à Fely-
no relatus in cap.ſuborta de re iud.nu.6. quod
eodem loci, Bald.eſſe admonet notab. & menti
tenendum, ſed Barbat.in hoc in tract. de Card.
legat.à lat.3.quæſt. prin num.3.videatur, Con-
rard.de moment.poſſeſſ. limit. 10. cuius inſcri-
ptio eſt ratione doli iudicis nu.19 ex eo iudicis
dolum præſumi dicens, quoties ille capitalis ip
ſius erat inimicus contra quem ſententiam pro
tulit, ac doli exceptionem contra ſententię exe-
cutionem hoc in caſu petentem ex Ploto in tra
cta.de in lit.iur.§.6.nu.10.& alijs competere
affirmat, quod quoties partis culpa inimicitia
ſuperueniſſet in dicto tracta.de compromiſſ.q.
7.num.14.fol.502.& nume.15. Blanc.limitat, ex
Bartolo in præfato §.cùm quidam dictæ l. non
diſtinguemus, nec rumpi compromiſſum, imò
partem pœnam tali caſu caſu incurrere affir-
mans, necnon ex Alberico in eodem §. cum
quidam textum in argum.allegante in l.ſi mer-
ces §.culpæ ff.locati, & in his ff.ſolut.matr.

130 Ex eo item laudi nullitas reſultat, quando
laudum eadem die qua compromiſſum factum
fuit prolatum extitit, tali etenim caſu, ex tempo
ris breuitate cauſæ cognitionē adhibitam, non
fuiſſe, ac nullum propterea laudum remanere in
c.1.in fine Bal.inquit de inueſt. de re àlie. facta
in vſib.feud.& Rol.à Val.ipſius memor in ſupra
cit.conſ.76.nu.23.lib.1.ex Iacobo Butrigar.in l.
prolatam, C.de ſentent.& interlocut.omn. iud.
arbitro nullatenus immediate poſt cōpromiſ-
ſum, etiam quod plena cum poteſtate factum
cōpromiſſum appareat pronunciare licere ſub-
dens, eo quia quod ita ordine omiſſo fulminet
contra ius eſt, maxime quādo laudum parte ab
ſente prolatum extitiſſet, neque pars illud ho-
mologaſſet, ac Socino in conſ.66.relato col.1.&
in conſ.87.col.pen.vol.4.& Ruyno in conſ.129.
col.2.& fi.vol.5.idem in ſupracit conſ 44.nu.19.
lib.1.Guid.Pancir.etiam, quod infra triduum
poſt factum cōpromiſſum arbitri pronunciaſ-
ſent aſſeuerat, arbitris electos ipſos fuiſſe infra
talē terminum notificari vix potuiſſe enarrans,
Menoch.nihilominus circa id in tract.de arbit.
iud.alios referentē in lib.1.q. 42 & plene decla-
rantem inſpectum facere libeat, Mādoſ.in trac.
ſeu praxi commiſſ.forma 9.verſ.in ſtatu, & ter-
minis Franch.in c.dilecto nu.160.de appellat.&
Teſſaur.omnino in deciſ.Pedemō.253.nume.7.
quo loci eo caſu laudum die compromiſsi latū
nullum eſſe inquit, & inualidum.vbi arbitros de
cauſa inſtructos non fuiſſe, neque tam breui
tempore, partium iura cognoſcere potuiſſe

conſta-

conſtaret ſecus ſi ante factum cõpromiſſum partium iura cognouiſſnet, quod arbitris partiũ iura diligenter, & ſingularim in laudo ipſo enarrãtibus probari explicat, ac eiſdem arbitris poſtea omnia controuerſiarnm capita determinanribus, vel vbi cauſa coram primis arbitris iam multos per dies inſtructa fuiſſet, ac inde ſecundi arbitri ſuper illis eiſdemque actis poſtea pronunciaſſent, ita pulchte Socinum ſeniorem in conſil. 121. columna 3. libro 3. & conſ. 66. colum 2. lib. 4. determinaſſe explicans, idque prę ſertim arbitris ipſis iuris probis exiſtentibus, procedere ſubdens, vt in eiſdẽ terminis nouiſſime poſt Socinum Menochius in tracta. de præſumpt. inquit lib. 2. præſumpt. 76. numero 5. & duobus alijs ſequent. & vbi in laudo ſe inſtructos arbitri aſſererẽt, quorum quidem aſſertioni, quod inſtructi de cauſa fuerint eſſe fidem adhibendam ex Socino, & Zabarella, à Menochio vbi ſupra relatis, & ex Gabrielio in titu. de ſenrent. concluſ. 6. numero 10. & ſeq. vbi ſupra Teſſaur aſſeuerar.

131 Sicut & pariter quamuis pro iudicis decreto præſumi poſt tex. in l. Herennius §. Caia, ff. de euict. in l. ab ea parte, 2. reſponſo, ff. de probat. & in leg. manumiſsio per liberos, ff. de manumiſſ. vind. in tract. de præſumpt. Alciat. teneat regu. 3. præſumpt. 10. Gabriel. in tract. communium opinionum in rit. de ſent. concluſ 5. in princ. & Simoncell. alios plures recenſens in tract. de decret. in contract. minor. lib. 3. ti. 7. inſpect. 3. nu. 41. vbi communem hanc eſſe ait ſcribentium opinionem, dummodo in eodem nume. 41. in fine declarans, interpoſitum per maiorem decretum appart, ea debitæque in eo iuris ſolemnitates enunrientur, eandemque magis receptã eſſe ſcribentium opinionem; Menoch. in ſupracit. tract. de præſumpt. atteſtatur præſumpt. 75. numero 12. attamen quando decretum præcipitanter interpoſitum fuiſſe apparet neutiquam pro decreto præſumi, ex Anch in conſ. 72. pro eo decreto minime præſumi dicente, quo eodẽ tempore minori datus eſt curator, & alienationi bonorum eſt autthoritas interpoſita in ſupra cirata præſumptio. 75. numero 35. poſt Simoncellum in dicto tit. 7. numero 45. Menoch. alios plures recenſens, quem inſpicias aſſeuerat, & Crauettam omnino in conſ. 153. col. 1. etiam ad Principis ſententiam hoc extendentem, quam ex temporis breuitate annullari aſſerit.

132 Laudumque ſub conditione, immo pluribus ſub conditionibus proferri poſſe in l. ſi ſuper, C. de tranſact. Bald. tenet, necnon de laudo pluribus ſub volnntarijs condirionibus cõpulatiue poſitis prolato per alteram partem adimplendis non poſſe ad inſtantiam adimplere debentis executioni contra alrerum mandari, nec ex eo agi niſi illum prius omnes laudi conditiones adimpleuiſſe conſtet, Berous in conſ. 31. lib. 3. quem ibi per totũ videas notab. ſentit, & ideo Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 4. præſumpt. 35 nu. 2. quamuis arbiter inquit ſententiam ferre nequeat condemnatoriam quãtitate ad quã condemnauit non expreſſa, nec ei ex poſt facto, emendare ſententiam liceat, poſt textum in l. quid tamen, §. Pomponius ff. de arbitr. Butr. in ſpecie reſpondit in conſ. 50. à Menochio in ſupracitato tract. de præſumpt. libro 2. præſumpt. 77. relatus num. 11. circa finem, attamen ſi in ea quantitate talis arbiter hodie condemnaret, quam deinde ſubſequenti die declaraſſet valere laudum, & cenſeri eum tanquam arbitratorẽ pronunciaſſe, ex quo ſub reſolutiua, ſeu ſuſpenſiua conditione, vel alio modo ſicuti contractus celebrari ſolent, & poſſunt proferre arbitramẽta licet, ex Ancharano in conſil. 208. Cardin in conſil. 31. Socin ſen. in conſ. 124. num. 8. libro 1. & ex Decio in cap. præterea il ſecondo col. pen. de appellar in præfara præſumpt. 77. nu. ſi clarè Menoch. declarat.

133 Illudque ſimiliter in terminis præſati ſtatuti notãdum eſt non principalem cauſam ſolum eſſe inter coniunctos compromittendam, ſed cauſæ etiam articulum incidentem, vel emergẽtem, ita quod vna partium compromiſſum fieri petente, alia vero negãre, ac rem eſſe liquidã dicente, vel deciſam, de hoc etiam articulo, an fieri, vel ne compromiſſum debeat fieri compromiſſum debere, ac cognitionem hanc vtrum liquida res ſir, & an fieri compromiſſum debeat ad iudicem non ſpectare in ſingul. 467. Marſil. enarrat, & hanc tam in l. ſi qnis in conſcribendo, C. de pact quam alijs in locis communem eſſe ſcribentium opinionem hoc ad cauſas de indicum manibus extorquendas nos edocentiũ in dicto tract. de compromiſſ. quæſt. 4 num. 21. verſic. in contrarium autem in fine fol. 317. Blãcus quem in dicto num. per totum notab. declarantem videas atteſtatur.

134 Quod eo quidem caſu procedere intelligendum venit, vbi probabile ſuper incidenti in facto dubiũ emergeret, alias ſecus, quoties enim cauſa litem prorelandi articulum hunc compromittendum eſſe peteretur ex Corneo in conſil. 290. col. pen. & fin. vol. 1. & alijs, non eſſe cõpromiſſo locum, atque hoc modo Decium in cõſil. 44. eſſe intelligendum in tract. de in litem iur. §. 4. nu. 45. cum ſeqq & ſignanter in nume. 49. Plot. affirmat, idem vbi nullũ facti dubium, neque miſturam articulus haberet, ſed in iure ſolum dubium eſſet iſta ratione procedere explicans, quia in his, quæ iuris ſunt clara ſemper eſſe, res dicitur, quẽ videas, ſed quoties ne miſſum iſtud fiat dubium iudicij cõcernens ſupereſſet, etiam ſuper eo eſſe cauſam compromittendam, ex Caſtrenſe in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. ita in facto obtentũ in deciſ. 170. Afflict. atteſtatur, hac per ipſum queſtione relata, qđ obtẽto p̃ creditorẽ à iudice mãdato de ſuũ debitorẽ cõſanguineum capiẽdo tanq̃ de fuga

ac debitore capto minus legitimam fuiſſe capturam opponente, quodque an captura nulla ſit ſtante conſangu nitate ſupracitatæ ptagmaticæ virtute articulus hic compromirti debeat cteditoreque non eſſe articulum hunc compromittendum illa tatione replicante, quia hoc dubin ſtãte an aſſecurari iudicium debeat, interim fugam debitor attipere poſſet eſſe articulum compromittendum, ac de ſtando iuri cauete debirorem debete Sacrũ Concilium Neapolitanum decreuiſſe refert, quodque ſi arbitri aſſeuerãdum eſſe iudicium decernerent coram eis de ſtando iuri renouanda cautio veniret.

135 Item licet extraiudicialis confeſsin nullatenus ſine cauſæ expreſsione probet, vt tex. inquit in l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat. & l. generaliter, C. de non numeta. pecu. iuncto cap. ſi cautin de fid. inſtrumen. quia hoc iudiciali in confeſsinne non procedit, in qua iudicij calntẽ cauſæ defectum ſupplere tex. eſt in l. voluit, in princ. & §. fi. ff. de interrogat. act. in l. fin. notata ſuffragantur, C. de confeſsis, & in c. fin. extra eodem tir. idem in arbitro ſecundum gloſ. penult. procedere ſciendum eſt in l. 1. ff. de interrogat. action. textum in l. pen. citantem, C. de arbitr. ad fin. quam, etſi in ſing. 399. parum facere Roman. dicat, attamen gloſam ipſam tanquam à nemine improbaram ſequitur, alinſque dictam glnſ. ſequentes, Pignolar. eo loci in addit. referr, eãdemque tanquam verinrem, quoties iudicis ad inſtar, arbirer iuris ordine ſeruato proceſsiſſer confeſsionẽque recepiſſet, & ipſe poſt Alex. ſequirur in conſ. 13. col. 2. lib. 1. & poſt Afflictum in deciſ. 178 num. 10. quem notab. declarãtem, & diſtinguentem inſpectum facere non prætereas, & ibi Vrſillum in addit nu. 11. ex Felynn in ſupracit c. præſentata extra de teſtibus eo caſu, confeſsionem coram arbitro non valere explicantem, vbi cõfeſsio ipſa dare ad arbitrium, ſeu arbitrum non pertinente facta fuiſſet, vt qnia ſe furrum commiſiſſe corã arbitro, quis fateretur.

136 Itidem quamuis in l. 1. num. 13. in princ. ff. de iudic. Cagnol. communem eſſe dicat ſcribentium opininnem, qnod compromiſſum in Regem factum, Ducem, ſeu Principem illa ratinne neutiquam in ſucceſſorem tranſeat, eo quia ex quadam confidentia compromiſſa fiunt, quam compromittentes in ſucceſſore forſitan non habent ſicut in Rege, habebant, ſeu Duce iuſto, & prudenti, attamen ex Decio, in c. quoniam Abbas columna fi. de off. d eleg. & alijs contrariam opinionem eſſe inquit veriorem, eo quia dignitatis potius quam perſonæ contemplatione compromiſſum factum cenſetur, quam quidem dignitatem in ſucceſſore durare nec eſſe aliter extinctam niſi partes inquit perſonam potius, quam dignitatẽ reſpexiſſe conſtaret, ex his hoc quæ in compromiſsi narratiua enarrata fuere, apparere poſſe ſubdens, ipſum igitur alios citãtem inſpectum facere non prætereas.

137 His illud ſubnectere decet, quod licet ad ſucceſſores, regulariter compromiſſum non tranſeat, neque ad hæredes, vt text. eſt in ſupracit. l. diem proferre §. 1. & l. ſed ſi interpellatur. §. fina. de arbitr & c. fin. extra eodem tit. à prælato tamen ſuper ipſius Eccleſię re comptomiſſo facto etiam ſucceſſoris nõ facta mentione ad ſucceſſorem compromiſſum tranſire tex. probat, & ibi Abb. in c. pręſentata de teſtibus, quod etiã ſi nomine proprio prælati expreſſo compromiſſum fieret procedere, eodem loci col. 1. Aret. adnotauit idque etiam ſi inter eccleſiam, aut prælatum ſuper re Eccleſiæ, & priuatum aliquem compromitteretur, quo caſu quãuis ad illius priuati hęredes compromiſſum, vt dictum eſt minime trãſeat, illud tñ ad prælati ſucceſſorẽ tranſire, cum Eccleſiæ nomine quam nunquã mori nec morte extingui tex. clarus eſt in c. liberti 12. q. 2. & c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. contra Aretinum, ibi aliter, & contrarium ſentientem, ac dictum tex. in c. præſentata in compromiſſo inrer duas Eccleſias facto, non autem inter Eccleſiam, & priuatum, ne inequalis contractus ſit procedere aſſerentem, Couarr. in c. requiſiti num. 5. de teſtam. concludit præfatam legem, ſed ſi interpellatus, §. fin. vnde rationem ſui dicti Aret. detrahit, quoad hæredes inæquale exiſtere compromiſſum non conuenire explicans, quãdo ex partium conuentione inæqualitas procederet locũ habere exponit, ſecus in hoc caſu eſſe ſubdens, lege ipſa inæqualitatem hanc dictante eodemque loci Couar. nu. 4. verſ ex his, ex Abbate poſt tex. ibi in c. dilecti col. 2. de foro compet. in re Eccleſię competenti actum Eccleſię nomine, ſiue nomen proprium, ſiue appellatiuum exprimatur Eccleſiæ nomine geſtum cenſeri ait hanc communem eſſe enarrans ſcribentium opinionem Bartolus refert poſt tex. ibi ad hoc, vt ipſe inquit expreſſum in l. poſt mortem §. 1. ff. quando ex facto tutor, ſed ad pleniorem iſtorum intelligentiam in numero 3. & 4. eodem loci Couar. inſpicias.

138 Illud item in præfati ſtatuti terminis coniũctos ad compromittendum cogentis tanquam notatis dignum non reticeam, nullatenus ſcilicet ſub præfati ſtatuti diſpoſitione cauſam, quę criminalis ſit comprehendi, vt ex textu in ſupra cit. l. non diſtinguemus, §. Iulianus ff. de arbitr. Bar. eo loci Bal. Alberic. & alij ſentiunt Caſtrẽſ. in l ſi quis C. de epiſcop. audienr. & in conſil. 82. Alex. col. fin. vol. 1. quod vbi cauſa criminaliter, moueretur locum habere, ſecus ſi ciuiliter, quo caſu criminalem cauſam ciuiliter tamen motã dicto ſtatuto ſubiacere, eamq; de iure compromittendum eſſe poſt Abbatem in c. irrefragabili, §. cæterum col. 3. de off. ordin. & alios in deciſ. numero tertio, Afflict. inquit, ac vbi pœna pecuniaria parti applicanda agereretur, vt poſt text. in l. quid ergo, §. ex cõpromiſſo, ff. de his qui notãtur infamia, & ibi Alberico, Baldo, & Caſtrenſe, ex Bar-

& Bartolo in dicto §. Iulianus, & alijs in ſuprarelato tract. de compromiſſ. quæſt. 4 nume. 26. fol. 324 Blanc. enarrat, idem locum ſibi hoc vendicare ſubnectens, vbi partim accuſatori, & partim publico pecuniaria pęna eſſet imponenda, magis dignum, quod eſt publicum, minus dignum ad ſe iuxta text. trahere dicens in l. quæ religioſis ff. de relig. & ſumpt funer. cui text. ſimilis eſt in capitulo quod in dubijs extra de conſecrac. Eccleſ. vel altar. ac tunc cauſam miſtam criminalem compromitti non poſſe aduertens, quando tam partis pœna, quam fiſci vnica ſententia imponitur ſtatuti exemplo aſsignato hoc diſponente, quod aliquem in poſſeſsione turbans in libris centum condemnetur, quarum dimidia partis ſit, alia fiſci: tunc enim ne cauſæ continentia diuidatur non permitti priuato compromittere & quia magis dignum ad ſe, vt dictum eſt minus dignum trahere Blanc. concludit ſecus eſſe exponens, vbi pęna per ſtatutum ſeparatim imponeretur, vt quia dicat ſtatutum condemnetur in libris quinquaginta fiſco, & in alijs quinquaginta turbato, quo caſu ex Ripa in rubr. extra de iudic. columna penultima numero 101. & ex Mattheſ. in ſingular. 70 de parte priuati compromittere licere clare affirmat.

139 Ac ad pleniorem pręfatorum cognitionem tūc de criminali cauſa criminaliter, vt diximus intentata compromitte e non licere ſciendum eſt, quoties compromiſſum in arbitrum fieret, & ita textum in ſuprarelata l. nō diſtinguemus, §. Iulianus procedere eodem in loco Oldrad. enarrat, ſecus eſſe dicens in arbitratore: quo caſu validum cenſeri compromiſſum iuxta tex. in ſupracitata, l. quid ergo, §. ex compromiſſo ff. de his qui not. inf. poſt Oldradum Alberic. de Roſate eo loci aſſeuerat in princ. ſiue ciuiliter de crimine, ſiue criminaliter agatur in aliquem tanquam in arbitratorem, & amicum communem compromittere licere clarè affirmans, eodemque Alberico in dicto §. Iulianus in fine relato, Oldradi opinionem cōtinue ſeruari dicēte, & ita fieri, eandemque communem, & in praxi receptam exiſtere opinionem eamq; ſibi placere in conſ. 326. per totum, & ſignanter nume. 3. & 4. maxime in Summario Ioann. Bapt. Ferret. atteſtatur, & poſt varias ſcribētium ſolutiones præfatis iuribus inuicem quodammodo aduerſantibus adhibitas præfatā Oldradi, vt alijs potiorem, non ſolum ſibi placere, ſed eam ex notatis per Hoſt & Ioann. Andr. in cap. fina. in principio de rer. permut. pariter comprobat, ex Romano in conſil. 173. in fine, & Petro de Anchar. in conſil. 23. & in conſil. 98. illud probantibus, & tenentibus textum ſcilicet in capit. contingit de arbitr de cauſis ſpiritualibus compromiſſum in laicum fieri prohibentem quatenus in arbitratorem compromiſſum fieret non procedere, ac in laicum, vt in arbitratorem compromiſſum etiam hoc caſu quod facere permittatur, & hanc ex Alexandro in conſilio 91. columna prima, & ſecunda ex Decio in cap decernimus in 1. notab. de iudic. & ex Iaſone in l quoties columna penultima, C. eodem titu columna pen. & communem, & in praxi receptam eſſe teſtatur opinionem, ipſum tamē in toto præfato conſ inſpectum facias, & Blancum, vbi ſupra plene hoc diſcutientem.

140 Neque ſpolij cauſam, quoties violentia in eo arguitur, & cauſa ipſa criminalitati incaleſcit eſſe compromittendam in ſupracit. deciſio. 84. nume. ſecundo, Afflict. affirmat, cuius Lancellot. in tract. de attentat tertia parte capitulo 24. quæſtio. 25 numero 4. fol 507. memor exiſtit, quo loci plene per totum, an attentatorum cauſa compromiſsibilis ſit plene diſcurrit, & quamuis ex pluribus com. romittendam eſſe attentatorum cauſam concludat, & in numero 42. petiti compromiſsi exceptionem attentatorum reuocationem ad inſtantiam partis per iudicem faciendam regulariter retardare, & in numero 21. ex regula illa de omnibus cauſis fieri compromiſſum poſſe dictante, quæ expreſſe non prohibentur, Blanco in præfato tract. de compromiſſ. relato in quarta quæſtione princ. numero 19. poſt principium fol. 316. eodem loci Lancellotus numero 44. eo caſu quando ipſe attentans huiuſmodi compromiſſum peteret hoc non procedere limitat, ſecus in numero 36. eſſe dicens, in illo qui attentata paſſus eſt. De pœnis, item maleficiorum præteritis, ſecus vero de futuris compromittere, quod liceat illa ratione, quia quis pro pœnis præteritis ſe obligare poteſt, & ad conferendum in pœnam maleficij ſubſequentis ad text. in l ſi area §. finali, ff de fideiuſſ. & ex Baldo in conſil. 97 volumine quinto in dicta quarta parte num. 26. in fine fol. 325. Blanc concludit & Vrſill ad Afflict. in ſupracitata deciſione 84. ſimiliter in fine, ſed vt plenius, qui caſus compromiſsibiles ſint, inſtruaris Marantam in Speculo aduocatorum inſpicias in ſexta parte ſecundo actu, cui titulus eſt de compromiſſo late de hoc loquentem fol. 8. cum ſequenti in Magnis Duen. in tract. regulatum regu. 36. Blancum in dicta quæſtione principio etiam per totum, Lancellotum in dicta quæſtio. 25. & Vrſillum ad Afflictum in ſupracit. deciſ. 85. num. 4.

141 Et quoad quæſtionem illam non parum à modernis in tractatibus de inuentario controuerſam, poſt Corneum in conſil. 31. 3 volumine. an quid per hęredem cum beneficio legis, & inuentarij compromiſſo facto promiſsione in illo contenta de parendo laudo, laudo ipſo ab arbitris prolato inuētarij exeptionem ei opponere permittatur, ex Corneo in dicto conſilio trigeſimoprimo, in illo caſu conſultante, in quo hæres ſe cum beneficio legis, & inuentarij hęredem eſſe mentione facta teſtatoris defuncti

Digitized by Google

ſuncti debitum bona fide confeſſus eſt, ac cum clauſulis & renũciationibus adhiberi ſolitis, ac cum bonorum omnium præſentium & futurorum obligatione ad illud ſe obligauit non licere hæredi inuentarij beneficio, ſe iuuare nouiſſime Dominum Vincentium de Franch. alios, hoc ſectantes recenſentem in deciſione 323. parte ſecunda numero tertio concludere apparet ac opinionem hanc contra hæredem plurium Doctorum authoritates pro ſe habere explicantem, etſi Monticulo contrarium ſentiente relato, quando caſus eueniret eſſe multũ ſuper hoc articulo cogitandum aſſeueret, ex Minadoo ſubdens in deciſione 13. in compromiſſo neceſſario hæredem præfatis in terminis inſolidum nullatenus teneri, etſi rationes quibus ad id tenendũ mouetur etiam in compromiſſo, quod voluntarium ſit militare dicat: ipſum igitur in tota præfata deciſ. hoc perbelle diſcutientem, & declarantem inſpectum facias.

142 Supremamque notatis manum imponendo illud ſimiliter eſt notandum, quod quoties de prælati agitur electione ad electionem compromiſſo mediante deuenire electores ſolẽt, ac ſub illa forma ſignanter, vt illum eligere compromiſſarij teneantur, in quem maior capituli pars illorum de capitulo votis ſcrutatis ſecrete conſenſerit, & ſigillatim, vt in c. dilecti de elect. & cap. cum expediat eodem titulo, & latè in ſumma Ang. verbo electio verſ. ſecunda forma, cuius Redoan. in tract. de Symon. memor exiſtit parte ſecunda cap. 33. nume. 17. folio 220. à tergo, formamque hanc eſſe cęteris præſtantiorem, ex eo clare demonſtratur, quia etſi ad huiuſmodi compromiſſi validitatem omnium conſenſus requiratur, adeo quod vni ſoli ne cõpromiſſum fiat illud impedire illa ratione permittitur, quia nequis voce ſua priuetur, ſingulorum int reſt, quod à ſcribentibus communiter affirmari in cap. quia propter §. vel ſaltem numerò 2. & 6 de elect. Panormit. aſſeuerat, & hoc vbi ſimpliciter compromiſſum fieret locum habere in præfato cap. cum expediat ante finem Franc. enarrat, attamen quoties ſub præfata forma, vt ſingulorum voces perſcrutentur compromiſſum fieret, cum alijs non præiudicet licere maiori parti, quamuis alij contradicant tali pacto compromittere, & valere electionem tali ex compromiſſo factam dummodo dignus eligatur in prȩſato capitu. cum expediat in fine, ex Lapo Franch. affirmat ex Dominico eodem loci notabilem ex hoc haberi limitationem ad gloſam in ſupracit. c. quia propter in verbo vice omnium aſſerentibus.

145 Item in eodem §. vel ſaltim dicto numero 6. poſt principium ſupranotata de vnius contradictione locum habere Panormitan. intelligit, quoties à principio aliquis de collegio contradicente, ſecus vbi per totum collegium compromiſſo facto, qui vocandus nõ erat ſuperueniret, quo caſu non eſſe compromiſſum retractãdum communiter ſcribentes ſentire eo loci teſtatur, notabilemque Hoſtienſis declarationem refert, ſi tres ſunt de collegio dicentis, & duo tertio cõtradicente compromittere velint, duorum ſtari iudicio quod debeat, eo quia duo duas collegij partes faciunt argum. c. ſcriptum & ca. licet de elect. & quia neceſsitas legi nõ ſubiacet, ex quo propter collegiatorum paucitatem ſeruari ſcrutinium minime poſſet, quod dictum ſatis æquũ, & communiter cum eo tranſire Doctores aſſerit, etſi de tali dicto pluribus circa id relatis ſe dubitare Panormitanus aſſeueret, quem inſpicias, ac compromiſſum de eligendo prælatum, poſſe fieri in extraneum à collegio in capit. cauſamque, idem Panormit ſentit in nume. 2. illud eodem loci ſubdens numero 4. quod dantes alicui poteſtatem eligendi Prælatum ſeu alium officialem intellexiſſe de idoneo cenſeatur, & ideo electo idoneo non exiſtente electum recipere non tenentur, nec in mandato generali venire, quod indignum eligant argum. l. ſi procurator ff. de condict. indebit. & in cap ſi compromiſſarius de elect. in 6. factaque electione de digno licet de digniori fieri potuerit non vitiari, in l. cum quidam la ſeconda ff. de legat. 2. Bartolum notare Sebaſt Sap. in addit. ad Abbatem vbi ſupra lit. b. concludit, & latius in deciſio. Rotæ 16. num. 6 in deciſionibus diuerſorum nouiſſ. par. 2. quam perbelle declarantem, & alios referentem inſpectam omnino facias.

144 Idemque Panormit in cap in cauſis in fine eodem tit. de elect. illam tangit quęſtionem, nũquid ſi vnus ex compromiſſarijs ſit excommunicationis vinculo innodatus tota electio vitietur, & concludere ſcribentes cõmuniter ait non tenere aliorum electionem publice eo excommunicato exiſtente argum. ca. ſi. de procurat. & c. ad probandum de re iud. idem eſſe dicens, ſi occulte excommunicatus eſſet, nec maior pars in non excommunicatis remaneat, vt quia duo erant compromiſſarij l. Pedius in arg. relata ff. de arbitr ſecus vbi maior pars in alijs remaneret quo caſu electionẽ eſſe validã affirmat, prout nullã pariter remanere electionem de eo, qui idoneus putatur factã, aut quia tacite qualitates requiſitas ſe habere profeſſus eſt, aut quia id tacuit, quo expreſſo minime facta electio fuiſſet ex textu in l. 2. C. de diuerſ. offi. lib. 12. in l. ſi aliquid C. de ſuſcept. & Anch. lib. 10. & alijs ſimilib. in cõſ. 216. nu. 3. Rom. aſſeuerat, nullã ſimiliter eodẽ loci nu. 4. electionẽ eſſe dicens, quoties in plures, vt electionẽ faciant cõpromiſſum extitit, & electionis pronũciatio ab omnibus facta appareat per vnũ ad tex. in c. ſicut de elect. in 6. electionis pronunciationẽ eſſe exponens faciendã ipſamque electionem eſſe ſolemniter publicandam eamque clandeſtine factam ipſo iure nullam exiſtere in ſupracit. c. quia propter, §. electiones Panormit. aſſerit, qui videatur.

Ac in

145 Ac in huius c. finalibus verbis illud ſciendũ eſt tranſactionis exceptionem, & laudi homogati litis finitæ exceptionem dici ex textu in c. 1. cũ ibi notatis de lit. conteſt. in 6. in l. cauſas, vel lites C. de tranſact. & in l. fin. C. ſententiam reſcindi nõ poſſe, ac exceptionẽ hãc litis ingreſſũ impedire ex eodem tex. in dicto c. 1. de lit. conteſt. in 6. in conſil. 326. nu. 1. Ioann. Bapt. Fetter. qui videatur aſſeuerat.

146 Quodque arbitris non ſolum verba laudi obſcura declarandi facultas dari poſsit, ſed illa etiam certo caſu quandoque mutandi, & corrigendi in conſ. 139 num. 42. & ſeq. libro 2. Burſat. atteſtatur, eiſque aliquod ſimiliter reſeruare in ſententia licere ex Speculat. ſubdit in titu. de arbitr. lib. 2. §. fin. in fin. verſ. ſi actum eſt, ex Ancharano in conſ. 11. & ex Apoſtilla ad Bartolum in l. quid tamen nu. 2. verbo corrigere, ff. de arbitr. eodemque loci Burſat. nu 44. ſententiæ declarationem, ſeu verborũ illius citra expreſſam reſeruationem ex iuris etiam diſpoſitione, à duobus, vel tribus arbitris declarantibus ex Bartoli doctrina in l. nc arbitris num. 11. C. de arbitr. Archidiaconi in c. ex his, 11. q. 3. Felynus in c. qualiter & quãdo nu. 28. de accuſat. & alijs fieri poſſe ſubdit, hanc tamẽ declarationem, ſemel tantum virtute recuſationis in ſententia factæ ad text. in c. cum in multis de reſcript. in 6. eſſe ſubnectit, arbitris permiſſam, & communẽ hanc in l. quicquid adſtringendę, ff. de verb. oblig. eſſe concludit ſcribentium opinionem, quẽ alios citantem aliaquę huc tendentia referentem in ſpectum facias.

SVMMARIVM.

1 *Merus executor cognitionem aliquam non habet, neque iudicis partes vindicare ſibi debet, nec partem, ad executionem faciendam, citare tenetur ſecundum magis communem ſcribentium opinionem, vbi per eundem iudicem, ſuper eadem re, ac contra eundem perſonam exequeretur.*

Ille propriè executor dicitur, qui ſententiam de alio iudice latam, exequitur.

Executoris appellatione delegatus comprehenditur ſtatuaria excepta diſpoſitione, qua attenta delegati appellatione executor non continetur.

Vilisſimum meri executoris officium dicitur, nec elegantia dignum iuriſdictionis.

2 *Regulariter ab executore non appellatur.*

Minimè ſuſpectus ille dici poteſt, qui nihil proprio motu, ſed ſuperioris mandato facit, ac exequenti non autem committenti actus attribuitur.

A pronunciatione de exequendo appellare non licere, magis communis eſt ſcribentium opinio.

3 *Ab executore, qui modum in exequendo exeedit, quod appellare liceat communis eſt ſcribentium opinio, & quando modum executorem excedere dicatur, plene declaratur.*

Ante decretum de exequendo, ſeu ante executionem ipſam legitimas exceptiones executionem impedientes eſſe opponendas, vt legitima appellatio dicatur, communis refertur.

Non entium nullæ ſunt qualitates, & infra nu. 155. circa finem, & exceptio niſi opponatur minime prodeſt.

Friuolæ appellationi, & à iure prohibitæ non eſſe deferendum communi voto ſcribentes aſſeuerant.

Legitimis oppoſitis exceptionibus, ac facta per partem oblatione illas incontinenti probandi iudex qui illas incontinenti probandi iudex, qui illas non admittit, grauare dicitur, ac appellare tali caſu licere communis eſt ſcribentium opinio.

Legitimas hoc caſu, vt quis exceptiones opponere dicatur verbalem nõ ſufficere oblationem, ſed reali opus eſſe, quodque illas ſe incontinenti probare realiter offerat, teſtes vel inſtrumẽta ſecũ habendo aſſeritur.

Semel tantũ ab executore, & non vltra appellare licet.

Quando modum executor excedere dicatur remiſsiuè.

Caſus non reperitur in quo reſpectu exceſſus appellare non permittatur.

In qualibet mundi cauſa in qua modus exceditur appellare licet.

Ad iudicem à quo an modus in exequendo exceſſus fuerit cognitio ſpectat.

Executor mandatum excedens iniuriarum iudicio tenetur actumque ipſo iure nullum facit.

4 *Dolum in exequendo executore committente, vel quoties pars per dolum ſententiam obtinuiſſet appellare ab executione licet*

Quando irreparabile eſſet damnum ab executione proueniens appellare ab executione permittitur.

De eo ſolum de quo iudicatum ſuit executio fieri poteſt, ac primæ ſententiæ eſt executionis ſententia conformanda.

In bonis à ſententia condemnatoria diuerſis executione facta tanquam facta præter iudicis intentionem reuocari debet.

Tertius ex hac immiſsione præter iudicis intentionem facta ſua ciuili poſſeſsione non priuatur.

Colono à iudice violenter eiecto ciuili ſua poſſeſsione minime dominus priuatur, ſecus vbi à priuato colonus eiiceretur.

Tertio ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis rei ſuæ poſſeſsionem per alium captæ, quamuis illi adiudicatæ apprehendere propria authoritate licet.

5 *Executore condemnatoriam ſententiam male interpretante appellare ab ipſo permittitur.*

Ad ducatos decem condemnatus non de ducatis cameræ, ſed de ducatis paruis intelligitur.

Ad decem frumenti corbes in ſententia condemnatũ ſi poſtea executor ad æſtimationem condẽnaret male eum pronunciare aſſeritur, & ratio affertur.

6 *Exceptiones merus executor non admittit, neque probationes.*

Exceptiones merita cauſæ reſpicientes executor non admittit, ſecus vero exceptiones executionem concernẽtes, & niſi iudex ille, qui exequitur ſuperior eſſet iudicis requirentis, & numero ſeq. vbi qualiter hoc procedat declaratur.

Fraudis, ſeu nullitatis ſententiæ exceptionem admittere executorem poſſe non ad effectũ, vt ſuper ea pronunciet, ſed ad ſuperiorem negotium vt tranſmittat communis ſcribentium opinio refertur.

Iudex alterius territorii, nunquid de ſententiæ nullitate, & aliis per partem contra quam executio petitur oppoſitis cognoſcere poſsit remiſsiue.

Quamuis iuriſdictione vti executor minime debeat, informationem tamen executioni ſuæ conuenientem, à partibus extraiudicialiter, & ab aliis aſſumere debet, ac ſuperſedere debet, ſi cauſa rationabilis, hoc ſuadeat.

Exceptiones ſubreptiones continentes admittere executor tenetur.

Quamuis exceptiones contra ſententiam executor non admittat, exceptiones tamen defectus poteſtatis ſuæ, aut committentis concludentes admittere debet.

Quando ex eiſdem actis de ſententiæ iniuſtitia, ſine aliqua probatione notorie conſtat opponere de tali iniuſtitia coram executore licet, ac executionem ipſam impedire, ac etiam parte non opponente abſtinere tali caſu ab executione iudicem debere communis eſt ſcribentium opinio.

Merus etiam executor. ſi cauſa rationabilis ſuadeat, ſuperſedere debet.

7 Quicunque ſit iudex, qui ſententiam exequitur, an iuſte primus iudex, vel iniuſte eam tulerit nullatenus cognoſcere poteſt, immo etiam, quod iniuſtam ſciat ſententiam exequi debet.

Iudex qui exequitur, quid pronunciatum ſit, non autem quid pronunciari debuit cognoſcere poteſt.

Sententia in rem iudicatam tranſita executionem paratam habet, & pro veritate habetur.

Nouationis exceptio ſententiæ in rem iudicatam tranſitæ executionem impedit.

8 Quoties ab executore modum in exequendo excedente appellatur, exceſſus, & grauaminis cauſam, nō in genere, ſed in ſpecie eſſe in appellatione exprimendam communis eſt ſcribentium opinio, alia opinione communi pariter hoc in genere, quod exprimere ſufficiat dictante confutata, & num. ſeq.

9 Specificum, & indiuiduum mandatum, vt appellare ab executione liceat requiritur, & quæ ſit ratio, deducitur.

In cauſa appellationis executioni ſuccumbens, quinquaginta librarum argenti pœna mulctatur, neque generale mandatum cum libera ſufficit, vt appellare ab executione liceat, neque ſi mandatum ad appellādum ab omni ſententia quis habeat, quod de iure canonico non procedere declaratur, quo attento mandatum ad appellandum ab omni ſententia habere ſufficit.

Ratione legis ceſſante ceſſat lex.

11 Executorem niſi modum in exequendo excedat recuſare tanquam ſuſpectum non licere communis ſcribentium opinio refertur.

Executorem etiam de partium conſenſu datum modum in exequendo excedentem recuſare licere opinio refertur de qua author dubitat, & qualiter ſuſtineri poſſit declarat.

Quoties iudex de partium conſenſu datus recuſatur temeraria recuſatio exiſtimatur, & nume. 35.

Ab executore etiam de partium conſenſu electo, quoties modum in exequendo excedit appellare licet.

In vno executor dum grauauit in alio ſuſpectus, & merito dici poteſt.

Sicut iudicem in quem conſentii, ex noua, & ſuperuenienti cauſa recuſare poſſum, ita & executorem, quē non fore grauaturum exiſtimaui, poſtea grauantem recuſare licet.

12 Executor, quotieſcunque grauare poſſet eum recuſare, tanquam ſuſpectum licere communis ſcribentium opinio refertur.

13 Literarum beneficialiū executor, neq; in poſſeſsionem prouiſum immittere, nec beneficii poſſeſsionem dare, niſi citato poſſeſſore valet omnium attenta, ac receptiſsima ſcribentium opinione eumque, quia grauare poſſeſſorem poſſet recuſare, tanquam ſuſpectum licet.

Vnicuique generaliter, ſine legitima cauſæ cognitione nolle poſſeſsionem dimittere licere deducitur, non obſtante, quod clauſula in literis Papæ adſit contradictores.

Literarum beneficialium executor oppoſitore, ſeu contradictore apparente aſſumere iudicis partes poteſt.

14 Clauſula in Papæ literis, ſi idoneus, vel dignus ſit, neque ſuſpendit, neque gratiam conditionalem facit.

Dicta clauſula, ſi dignus, quod inſtructionem quandā potius quam conditionem faciat communis ſcribentium opinio refertur.

Executorem iudicis partes aſſumentē, recuſare licet.

15 Superſedere executor tenetur, ac vtrum cōditio, & executionis petitæ caſus, parte, de cuius præiuditio agitur citata euenerit cognoſcere poteſt.

Executoris etiam extraiudicialis actus parte de cuius intereſſe agitur, non citata illi minime præiudicat.

De cauſa cognoſcere executor poteſt, quoties nulla alia cognitio præceſſit, & vbi ad beneficium conferendū ſi illud vacat eſt executor deputatus cognoſcere de vacatione poteſt.

Miſſus executor ille dicitur, qui ad aliquid exequendum de quo prius per committentem, neque cognitū fuit, neque deciſum deputatus fuit, & ille, qui ante materiam, quæ exequi petitur, cum partibus liquidatam eſt deputatus.

Meri executoris partes ſunt alio non cognito exequi, miſſi vero an idoneus impetrans ſit, & an veritatē in precibus expreſſerit prius cognoſcere poſtea vero exequi.

Miſſus executor iuriſdictionem habens nullitatis exceptiones, & cognoſcere, & decidere poteſt.

Quando cognitione non procedente executio committitur, vt de precum veritate cognoſcatur commiſſa ſaltem cognitio cenſetur.

Executionem ad conferendum meri facti non eſſe, ſed iuris communis ſcribentium opinio refertur.

16 Clauſula in Papæ literis exiſtente, ſi idoneus repertus erit, vel ſi vitæ laudabilis eum reperies probandam eſſe hoc caſu idoneitatem, magis recepta eſt ſcribentium opinio, prędictaque clauſula, & conditio de prima approbatione, vel reprobatione intelligitur.

Semel examinatus, & reprobatus, nec admittendus eſt vlterius nec examinandus, ac finis ex reprobatione ipſa impoſitus negocio, cenſetur.

Quoties non idoneus, idoneus pronunciatur, & è contra declarationi etiam contra veritatem ſtandū eſt.

17 Clauſula in reſcripto exiſtente, ſi tibi eum eſſe idoneū conſtiterit vera idoneitatis probatio requiritur, idē ſi verba illa reſcriptum contineret ſi per ſolertem inquiſitionem eſſe idoneum tibi conſtiterit.

18 Vbi ſi idoneus eſt, reſcripti verba tantum continerent ſola iuris præſumptio tali caſu ſufficit: quod tunc procedere intelligitur, vbi de bonitate intrinſeca vitā concernente, ſecus vbi de bonitate extrinſeca ſcientia puta, & ſimilibus ageretur.

19 In reſcripti parte diſpoſitiua clauſula exiſtente, ſi idoneum tibi eſſe conſtiterit, vel ſi idoneum reperies, ſiue ſi idoneus eſt, idoneitas non præſumitur, ſed probatio requiritur.

Literarum ſcientia multo labore acquiritur, nec in homine præſumitur.

Non propterea, quod ad clericatum quis promotus fuit idoneus præſumitur.

Præſumptionibus, & coniecturis idoneum quem eſſe conſtare poteſt, vt quia alias examinatus tanquam idoneus, & approbatus fuiſſet,

20 In proœmio reſcripti verbis illis exiſtentibus laudabilia pueriles ætatis indicia, vt ſi de dignorū teſtimonio accepimus, veriſimiliter colligitur, quod ſuccedētibus annis in virum, te debeas producere virtuoſum,

Digitized by Google

ſum, adhuc prudentiam, & idoneitatem probandam eſſe deducitur.

Procemia finalem cauſam demonſtrant.

Tunc Summi Pontificis verbis narratiuis eſt credendum, quoties coram ſe, vel à ſe ipſo facta, Pontifex narrat ſecus ſi ab aliis, vel quoties ſibi eſſe enarrat affirmatum.

Executor, ad prouidendum, & conferendum ſtatim atque contulit officio functus dicitur.

21 *Clauſula in reſcripto exiſtente vocatis vocandis, vel illa dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quis de executore index efficitur de iure, & alterius poſſeſſione cognoſcit.*

Præfata exiſtente clauſula ſubreptionis vitium opponi nequit, ac vt ſuſpectum hoc caſu recuſare executorem licet.

22 *Merus executor, qui citare inchoauit, via illa omiſſa procedere, ſine citatione poteſt.*

23 *Vltra menſem duo beneficia retinens incompatibilia ipſo iure illis priuatur Apoſtolicæ Sedi reſeruata dicuntur, ac in illorum poſſeſſione apprehendenda, nec ab eo cui collata ſunt, neque ab executore eſt citandus, nec tanquam ſuſpectus executor tali caſu recuſari poteſt.*

24 *Recuſare tanquam ſuſpectum teſtamentarium executorem, licet executor ad piam cauſam exequendam conſtitutus, etiam nemine recuſante ſententia mediante remoueri poteſt.*

Conſocio, tali caſu curatoris officium, ſi illum habet accreſcit, alias alter per epiſcopum ad piam cauſam exequendam conſtituitur.

25 *Inſtrumenta eſſe executioni mandanda in omnibus Italiæ partibus ſtatuto cauetur.*

Inſtrumenta etiam liquida nullatenus de iure communi paratam habere executionem communis ſcribentium eſt opinio.

Inſtrumentum à ſtatuto executionem, obtinens eſt ſtricte inter pretandum.

Executor quilibet, quando eſſe aliquid exequendum pronunciat citare partem tenetur.

Inſtrumentum eſſe contra aliquem executioni mandandum, quod pronunciare iudex debeat, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod vbique de conſuetudine non ſeruari, aſſeritur.

Præfata iudicis pronunciatio, diffinitiua ſententia dicitur.

Quoties ad creditoris libitum debitorem per inſtrumentum guarrentigiatum obligatum capi poſſe ſtatutum caueret in executione non eſſe neceſſariam citationem exponitur.

26 *Suſpectos iudices euitandos eſſe naturalis ratio dictat.*

Licere debitori in inſtrumento guarrētigiato inito in formula camerali, vel iuxta formam ritus, Magnę Curiæ Vicariæ obligatum, iudicem coram quo cōtra ipſum executio petitur recuſare iuribus, & rationibus demonſtratur, & nu. 46. cum ſeqq. vbi diſtinguitur, & plene diſcutitur.

27 *Plenam publicum inſtrumentum, & indubitatam facit fidem, ac illi omnino ſtandum eſt, notoriam probationem inducit, & manifeſtam veritatem apparentem continet, nec fori diſceptatione indiget, rem liquidam facit & manifeſtam, ac probationem euidentiſſimam ſecundum cōem ſcribentium opinionē.*

Pro inſtrumento iuris eſt præſumptio, niſi plenis apertiſſimis ac concludentibus probationibus contrariū appareat, quod etiam in inſtrumento paratam executionem non habente procedere communis eſt ſcribentium opinio, dummodo in actis regiſtratum inſtrumentum appareat.

28 *Probatio probata inſtrumentum dicitur, ac vim diffinitionis cauſæ publicum inſtrumentum habet, ac ampliſſima exceptionum omnium renunciationes continet inter quas recuſationis exceptio cōprehenditur.*

Exceptio recuſationis omnium declinatoriarum prima exceptio dicitur.

29 *Notoriam rem inſtrumentum facere, & manifeſtam, communis eſt ſcribentium opinio.*

Scriptura ſemper loquitur, ac notorium facit, facti permanentis.

Scriptura eſt humanorum actuum fidele ſeruans teſtimonium prætentorum loquax, obliuionis inimica.

Recuſationem ex cauſa notorie falſa, & fruſtratoria, reſultantem, licite iudex reiicit.

Non in inſtrumentis ſolum, & priuilegiis, ſed in quolibet alio probationum genere non eſſe notorietati locum, quoties dubia ex partis oppoſitione probatio redderetur communis ſcribentium opinio refertur.

Ex negatione res ſit dubia, quoties negatio eſt facti, non apparētis, quę clara per confeſſionem redderetur.

Procurationis inſtrumento à procuratore oſtenſo, licet illud aduerſarius neget, ex ſola hac negatione res nequaquam dubia redditur, nec propterea ad cauendum procurator adſtringitur.

Eo caſu per negationem dubia res redditur quando probabilis eſt negatio, ſecus improbabilis.

Aut res eſt liquidanda, & tunc rem dubiam negatio facit, aut liquidata res eſt, & negatio tali caſu rem dubiam minime facit.

Negatio per calumniam euidentem, vel abſque calumnia, cum probatio eſt in promptu de contrario rem dubiam minime facit.

In notoriis res negatione dubia non fit.

Probatio qualibet probationem in contrarium recipit.

Nullam aduerſus inſtrumentum opponi exceptionem poſſe ſtatuto diſponente omnis adhuc exceptio legitima quam incontinenti ſe quis probare offert eſt, admittenda.

Teſtes contra inſtrumentum quantumuis publicum, recipiuntur.

Teſtes contra inſtrumentum inductos omni exceptione maiores eſſe debere communis eſt ſcribentiū opinio.

Duo in hac caſu quando ciuiliter, tres vero quando criminaliter agitur teſtes requiruntur.

30 *Tam in bonis quam in perſonam debitoris creditore petente fit executio, & duo hæc remedia tanquam ad vnum finem tendentia cumulari poſſunt.*

Cumulationem permiſſam regulariter cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

Perſonæ captura, non ſolutio eſt, ſed compulſio.

31 *Creditori debitoris res executas, quaſi in pignus tenere licet.*

Debitoris bona pro debiti quantitate creditori ſi alius vltra non offerat adiudicantur.

Rem in pignus captam, & executam in licitatione, emere, ſicut alteri extraneo creditori permittitur, quod tunc procedit, quando emptor non inuenitur, alias ſecus.

Debitore ne bonorum executorum emptor inueniatur, impediente creditori à principe ipſorum bonorum dominium per literas iuſto pretio, ſibi quod decernatur petere permittitur.

Iudici rem ipſam executam inſolutum creditori adiudicare licet, & hoc caſu eſt creditoris cautela, vt proteſtetur, quod per illam dationem inſolutam, neque ab hypotheca, neque à fideiuſſorum obligatione recedere intendit, alioqui re euicta, & debitore ſoluendo non exiſtēte hoc non ſine creditoris periculo eueniret.

32 *Creditorem, cui omnia debitoris bona obligata inſolidum,*

dum cenſentur, vnam rem etiam contra tertium agendo eligere poſſe magis communis eſt ſcribentium opinio, quod vbi ſuper certis bonis familiæ aſſociationem creditor obtinuiſſet limitatur, quo caſu pro eadem quantitate variare minime licet, nec ſuper aliis bonis primis omiſſis aſſiſtenti im petere.

Inſtrumenta paratam habere executionem ſtatuto diſponente etiam pro tacita hypotheca, ex inſtrumento reſultante executionem inſtrumentum habere, & ſtatutum militare communis eſt ſcribentium opinio.

Fauore dotis tacita ſtipulatio à lege inducta executionem ſicut ſtipulatio in inſtrumento expreſſa meretur.

Recuſationis exceptionem inter dilatorias eſſe primam communis eſt ſcribentium opinio.

Poſt concluſum in cauſa apponere recuſationis exceptionem, non licere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Plus eſt cauſam eſſe diffinitam, quam in ipſa concluſum eſſe.

33 Omnium exceptionum, & defenſionum iurata renunciatio recuſationis exceptionem includit,

Specialis iuramentum expreſſionis vim habet, idem generalem prouiſionem, quoad omnia genere illo contenta operari quantum ſpecialem, quoad illam ſpeciē quoad comprehenſionem, & excluſionem communis ſcribentium opinio refertur.

34 Statutum de exceptione generaliter loquens, tam recuſationem quam aliam quamlibet exceptionis ſpeciem includit.

Sub genere ſpecies vere, & propriè continetur.

Si ad omnes dilatorias exceptiones, proponendum datus ſit terminus nullatenus poſt terminum opponi recuſatio poteſt.

Quando in materia ſumus odioſa exceptionis appellatione recuſatio non continetur.

Quod per legem fieri poteſt per pactum etiam fieri poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

35 Liquidum inſtrumentum dicitur quando quaecunque oppoſita exceptione tergiuerſari nequit.

Liquidum eſſe inſtrumentum à iudice, quod declaretur, non requiritur.

Liquidum, quid eſſe, vel de proximo liquidandum paria eſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Quando, & quomodo liquidum inſtrumentum dicatur, & qualiter ex illiquido liquidum fiat remiſſiuè.

Satis eſt inſtrumentum in quanto ex quali liquidum eſſe etiam ſi non ſit pecunia æſtimatum, vt tot modii frumenti, tot dolia vini.

36 Oligatio penes acta confecta firmior eſt, & validior, paratamque habet executionem.

Penes acta obligatus perinde habetur, ac ſi eſſet condēnatus, ac obligationem hāc etiam die feriata factam, valere, & exequi licere, magis communis eſt ſcribentium opinio.

Obligatio penes acta à notario vaſallo ad Baronis fauorem in Regno Neapolis facta valida eſt, quamuis Regni capitulum, ad Baronis fauorem, notarium, qui vaſſallus ſit inſtrumenta conficere prohibeat, ac nullam fidem facere diſponat.

In eadem Curia in qua obligatio penes acta celebrata fuit abſque partis citatione exequitur, ſecus in alia Curia, & vbi anni decem tranſiti eſſent, quo caſu, nec in eadē Curia, abſque partis citatione exequitur.

37 In actis iudicialibus non eſſe teſtes neceſſarios communis eſt ſcribentium opinio, obligationem vero penes acta in quibus teſtes non ſunt neceſſarii declaratur.

Iudicis declarationem, & ſubdelegationem per ſolam Notarii ſcripturam ſine teſtibus non probari communis eſt ſcribentium opinio, niſi limitatur iudice præſente, vel mandante fierent.

Mandatum apud acta iudice præſente, & mandante ſcribi in actis factum ſine teſtibus valet, & fidem facit.

38 Inſtrumenti liquidatio per quodcunque probationis genus fieri poteſt.

In liquidatione per creditorem facienda partis citatio requiritur.

Liquidationis negotium executiuum non habet priuilegium, ſed omnes ordinarii iudicii exceptiones recipit, dummodo non contra inſtrumentum, ſed contra liquidationem ipſorum tendant.

Recuſationis exceptionem dum liquidatio fit opponere licere exponitur.

Ad compromiſſum faciendum ſtatuto ſic diſponente, vbi ex inſtrumento liquido ageretur, vel de breui liquidando coniunctus non adſtringitur, idem ſi ad legatum ex teſtamento coniunctus ageret.

Pro legatis, & fideicommiſſis executorie, quod agere liceat communis eſt ſcribentium opinio.

Coniuncto inſtrumentum executiuum habente recuſante non eſt locus cōpromiſſo, ſecus cōpromiſſum quod fiat ipſo annuente.

Proprio fauori renunciare cuicunque licet.

39 Statuto, quod in cauſis cum conſilio ſapientis procedatur diſponente etiam in executionis cauſa ſapientis peti conſilium poteſt, vbi citatio, & diſcuſſio in illius expeditione requiritur.

In liquidationis cauſa compromiſſum, quod fiat, opponi poteſt.

Quoties de inſtrumento exequendo agitur, de facto ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ac omnis iuris ciuilis ſolēnitate ſublata communi ſcribentium attenta opinione proceditur, ac iuris gentium ſolummodo ſolemnitates ſeruare oportet.

Quoties inſtrumentum non eſt liquidum, nec de breui liquidandum venit recuſationis exceptionem opponere licet.

40 Inſtrumentum in quo ad certam ſummam centum præſtanda ſe debitor obligauit clauſulam quamuis ſaluo meliori calculo promiſſio contineat liquidum dicitur.

Societatis inſtrumento continente ſocio ſortem capitalem eſſe primo reſtituendam pro ſorte capitali exequendum inſtrumētum venit, & demum calculus inter ſocios diſcutiendus.

Liquidum locationis inſtrumentum dicitur certam penſionis promiſſionem continens, quamuis inter locatorem, & conductorem de mercedis remiſſione facienda eodem in inſtrumento conuentum appareat, quoties quid & quantum remittendum veniat eſt incertum.

Rei ad menſuram per inſtrumentum venditione facta, ad rationem viginti pro qualibet pertica menſuratione reſeruata, vtque pro perticarum modo augeri pretium & diminui debeat certum, vbi pretium expreſſum fuiſſet liquidum inſtrumentum cenſetur.

Pro centum vēditione facta, & pro illo pluri, quod per duos communes amicos per partes eligendos extimabitur profectum, ex quo certum habet pretium inſtrumentum cenſetur.

Quoties vtrum vendita res fuerit ſolum controuertitur teſtes de ea deponentes, non aliter de pretio mentione facta concludenter deponere cenſentur.

41 Iurium reſeruatio in ſententia facta illius executionem non impedit, & an allegata melioramentorum exceptio executionem impediat remiſſiue.

Certæ ſummæ condemnationem ſententia continens, quamuis clauſula ſaluo meliori calculo in ſententia le-

Digitized by Google

tiâ legatur liquida, quoad ſummam expreſſam ſententia dicitur.

Stantibus melioramentis in re factis nunquid ad executionem impediendam retentio detur, vel ſaluo melioramentorum iure ipſius rei ſit facienda relaxatio, remiſsiue.

42 *Tutores, & alii, qui rationem reddere tenentur antequam ex integro ratio per eos reddita appareat, & ante datorum, & acceptorum liquidationẽ bona in inuentario deſcripta reſtituere, quod teneantur, magis communis ſcribentium opinio refertur, & nu.ſeq.*

Liquidum per illiquidum, quoties de breui liquidari poteſt retardatur.

Iuramentum ſpecificè ad factum obligare communis ſcribentium opinio refertur.

Antequam rationum libro calculus imponatur multa conſideranda, & indaganda veniunt.

Duplici modo contra eum, qui rationem reddere tenetur agi poſſe explicatur.

43 *Inſtrumentum nõ liquidum, cuius tamen liquidatio in proceſſu fieri poteſt executionem merere communis eſt ſcribentium opinio, quod quando in intereſſe, & ſimilibus ſorti principali acceſſoriis ſumus procedere magis communis eſt, & verior ſcribentium opinio, ſecus vbi intereſſe principaliter peteretur, quo caſu poſt ſententiam liquidationem fieri non permittitur.*

45 *Sententia ad intereſſe condemnans, executionis tempore liquidandum poſtquam in rem tranſiuerit iudicatam, tunc à ſententia per quam intereſſe liquidatio ſit appellare licet, vbi nouum per eam grauamen inferretur, & vbi in appellatione in quo iudex liquidando exceſſerit declaratur, alias quod nihil in hoc caſu appellatio operetur.*

Vrſillus ad Afflictum in deciſ. 45. num. 2. declaratur.

46 *Recuſationis exceptio tunc à debitore per inſtrumentum obligato opponi poteſt, quando poſt celebratum inſtrumentum ſuſpicionis cauſa ſuperuenirer, quod qualiter ſit intelligendum declaratur.*

Exceptioni poſtea ſuperuenienti renunciaſſe quis, non cenſetur.

Generalis renunciatio iura futura minime cõprehẽdit.

Illi exceptioni quam ſibi competituram quis ignorabat renunciare non cenſetur.

Iuramentum ad ignorata in facto conſiſtentia non extenditur.

47 *Si ſi quis ſine aliqua exceptione ſatisfacere iureiurando promiſerit de iniuſta non autem de iuſta exceptione intelligitur, & verba quantumuis generalia ad honeſtatis cauſam ſecundum communem ſcribentium opinionem reſtringuntur.*

Iuramentum conſenſus defectum nunquam ſupplere, nec vbi conſenſus deficit obligare communis eſt ſcribentium opinio.

48 *A iuramento noua accedente cauſa recedere licet, ac illam iuramentum continet conditionem, ſi res in eodem ſtatu permanſerint.*

Qui vbicunque inuenietur conuenire poſſe ſe obligauit locum tanquam ſibi non tutum recuſare non prohibetur, nec talis clauſula de loco intelligitur in quo conueniri poſſe non fuiſſet ſpecialiter promiſſurus.

49 *Ad ea expreſſa renunciatio, quæ ſibi quis competere neſciebat nullatenus porrigitur.*

Debiti notorietas iudicis ſuſpicionem non tollit, ſed notorietas cauſæ friuola, & fruſtratoria ſuſpicionis allegata.

50 *Nullam aduerſus inſtrumentum opponi exceptionem poſſe ſtatuto diſponente liquidum inſtrumentum nõ eſſe opponere licet.*

Inſtrumentũ, quod liquidum non eſt eſſe executioni demandandum communis eſt ſcribentium opinio.

Si quid in certo termino ſoluendum venit terminus niſi poſt factam liquidationem non currit.

51 *Certæ cauſæ reſpectu, dilatione conceſſa antequam cauſa illa perfecte non ſit impleta currere dilatio, non incipit.*

Emptor, qui infra certum tempus dare pretium promiſit tempus ipſum donec rem emptam venditor non tradiderit non currere communis eſt, & recepta ſcribẽtium opinio.

52 *Pacto in inſtrumento exiſtente etiam ante factam liquidationem executionem fieri poſſe illam conditionem conuentio hæc in ſe habet dummodo a iudice ſuſpecto executio non petatur.*

Aliquid tale eſſe ſeu pro tali haberi inter ſe differunt.

Stricte ſtipulatio interpretatur, neque extenſiuam interpretationem recipit.

In grauibus non eſt locum fictionibus.

Prout quod illiquidum eſt ſtante partium conuentione executione conceſſa debiti poſtea liquidatio eſt omnino facienda.

Expedit malo occurrere, quam poſt cauſam vulneratum remedium quærere.

53 *Vbi non eo tempore quo petitur executio, ſed poſtea inſtrumentum produceretur, quia executiuè tali caſu agi non dicitur recuſare iudicem licet.*

Inſtrumenti executionem nullatenus poſt decennium peti poſſe ſtatuto prohibente in modum tamen probationis, via ordinaria dato libello, & lite conteſtata produci inſtrumentum poteſt.

Statuto quod aliquo tempore elapſo ſolutum debitum præſumatur diſponente, illud tanquam peccati nutritiuum non valere communis opinio refertur, & quid ſi illud Summus Pontifex confirmauerit remiſsiuè.

Statuto expreſſe eum mala fide præſcriptionem permittente inualidum illud cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

Præſcriptioni in merum creditoris odium debitum petere negligentis inducta minime renuntiare debitori licere verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio, quod in præſcriptione ſtatutaria decurſura, ſecus in iam decurſa procedere declaratur.

Actionem ad annos quadraginta, quod iuramentum perpetuet communis ſcribentium opinio refertur.

55 *Illud quod venditæ traditionem præciſe teneatur, vbi inſtrumento mediante paratam habente executionẽ facta venditio extiterit qualiter procedat declaratur.*

Dari quid promiſsio, vel tradi cõtinens, ſi dandi, ſeu tradendi facultatem promiſſor habet ad dandum, vel tradendum cogi eum præciſe poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

Impoſsibilium nulla eſt obligatio.

Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit.

56 *Creditor iudicem à quo exequi inſtrumentum poſtulauit, ex noua cauſa, vel veteri nuper cognita licite recuſat.*

In alicuius fauorem inducta, non ſunt in ipſius odium retorquenda.

A iudice inſtrumentum exequendum non eſſe, ſeu executionem non merere pronunciante appellare, permittitur.

Vbi alias inſtrumenti, ſeu ſententiæ petita, & inchoata executio fuiſſet, ex temporis diuturnitate executionem ipſam effectum habuiſſe præſumitur, neque vlterius ex tali inſtrumento, aut ſententia moleſtandus debitor venit.

A ſolitis, & ab eo quod fieri conſueuit. validum eſt argumentum.

Caput

Digitized by Google

Caput Octauum.

AD ſimplicem deueniendo executorem recuſare merum executorem tanquam ſuſpectum non licere multa concurrunt, & præcipue i lud, quia cognitionem executor hic aliquam non habet, neque ſibi indicis partes vindicare debet l.ſi vt proponis C.de execut.rei iudic neque partem regulariter ad executionem faciendam citate, vt poſt tex.in c.paſtoralis §.quia vero de off.deleg.Rota inquit in deciſ.15.in tit.de dol.& contum.in nouiſ.Ioannes Bapt.Villalob. in tractat.cõm.opin.verbo executio nu.135.vbi communem hanc eſſe aſſerit ſcribentiũ opin. & de magis communi, Gabriel.lib. 2. communiũ concluſ.in tit.de citation.cõcluſ.1.29. ampliat. num.121.cum duobus ſeq.co caſu hoc procedere intelligens, vbi per eundem iudicem ſuper eadem re, ac contra eandem perſonã exequeretur cuius in conſ.225, nu.85 in fin & ſeq.lib.2. Burſat. meminit.Duen.regu.94.qui ampliat, & limitat gloſ.Pariſ.tit.1.§.6.gloſ.6.num.5.& 6.ſol. 162 à tergo, Matanta in Speculo aduocat. par. 6.vltimo actu num.16.cum ſeqq. quem diſtinguentẽ videas, & Ioann.Bapt.Aſin.in praxi iud. §.21.c.4.per totum, & ſignãter in 2. limitatione ſine citatione præfatis in caſibus executionem fieri poſſe declarantẽ, vbi ſuper executione cognitio præceſsiſſet, alias ſecus, pſum tamen cũcta latius explicantem inſpectum facias omnino gloſam Pariſ in loco proxime relato & in cõſil.20.Hondedcum nu.45.illumq proprie executorem dici, qui ſententiã ab alio iudice latã exequitur iuxta tex in l.executorem, C.de execut.rei iud.cum alijs ſimil in c.ſi quis contra clericum nu.5.de foro compet. Abb.affirmat eod. loci in prin.& in fine, delegatum executoris appellatione comprehendi aſſerens ſtatutaria excepta diſpoſitione, in qua quia ſtrictè verba intelliguntur executorem delegati appellatione, contineri explicat.ac viliſsimũ meri executoris officium cenſeri, nec elegantia dignum iuriſdictionis ex tex.in l.fina.ff.de iud.in c. cum ſuper Bal.inqnit col.3.de re iudic. cuius in Milleloq. 719.poſt prin.p.2.Caball.meminit, quẽ videas.

2 Neque ab executore regulariter appellari, poſt tex.in l ab executione C.quorum appellat. non recip.in c.quod ad cõſultationẽ Felyn.hoc ſectatur nu.22 cũ ſeqq.de re iud.Socin.reg 33. Duen.regu. 41. vbi octo recitat limitationes, & Franch.in c.nouit nu.2.de appellat. quo loci illum minime ſuſpectum dici poſſe ait, qui nihil proprio motu, ſed ſuperioris mandato facit, ac mandanti, & committenti non autem exequenti actum attribui in terminis in conſ. 122. nu.3.Cranet affirmat, & Caball.ĩ Milleloq.716. nu.i.p.2.neq; à pronũciatione de exequẽdo, qđ appellare liceat, etſi licere aliq dicãt, vt gl.ĩ d.l. ab executione inter cæteros putat, & in cõſ.113. Alex.col.ſi lib 5.cõem hanc eſſe aſſerẽs ſcribentiũ opin.vnde pro cautela, ne à tali pronunciatione appellare liceat poſt Cæpol.in cautela 43. quod ſnĩa poſtq̃ in iudicatum tranſita fuerit ſine pronunciatione aliqua realiter exequaẽ familia ad pignora capiendum, vel admittẽdum in poſſeſsionẽ bonorum à iudice victori cõceſſa in ſupracit.reg.33.limit.5.Soc.docet.Nihilominus, quia à pronunciatione de exequẽdo leges appellare non permittunt, & hãc receptiorẽ eſſe ſcribẽtiũ opin.in conſ 71.col.4.lib.1. Corn. affirmat, Alciat.in l.1.§ ſi quis ita ff de verb.oblib.Dec.in d.c.nouit nu.2.de appell.Caball.Milleloq.717.vbi ſimiliter de cõi duplicẽ aſſerẽs rõnẽ; quia litium non eſſet finis, & quia ſi ab ipſa facti executione appellare non conceditur, multo minus à pronunciatione licet, quæ vt dictum eſt minime grauat, & alij, quorum Grauat. ad Veſtr.lib.7.meminit c.3.nu.43.& 44. vbi hanc, ex eodẽ Alex.q contrariũ cõſuluit magis cõem pariter eſſe ait ſcribentium opin.quẽ rõnes circa id afferentẽ in cõſ.95.nu.4 5.& 6.lib.2. inſpectum facias, Rol.à Vall.in conſ.41.nume. 5. lib. 2 vbi plene, & de magis cõi, quem Contard. inſpiciendus in tract.moment.poſſeſſ.limit. 9.citat, & ſequiẽ nu.31.cũ ſeq.Seraph.ĩ tract.de priuil.77.nu 58.vbi ẽt de magis cõi plene Lancellot.de attẽtat.2.p.c.12.de attẽtat.appellat.pẽd. limit.53.nu.16.cum ſeqq.fol.722. & Magon. in deciſ.Luc.48. nu 3. cum ſeqq. cautelam præfatam patum neceſſariam eſſe conſtaẽ.

3 In executore hoc limitaẽ modum in exequendo excedẽte à quo appellare qđ liceat poſt tex. in ſupracit.c.nouit gloſa ſequiẽ in c. nſam eo.ti. de appell.& cõem hãc eſſe ſcribentium opin. in deciſ.341.Balbus atteſtatur, & alij, vbi ſupra per Lancellot.relati nu.22 & 23. ad quorum quidẽ intelligentiã, vt ad fin.appellãdi exceſſus executionis modus dicaẽ, vtq; iudex, & executor modum excedere cẽſeatur corã iudice, & executore añ cõmiſsionẽ, ſeu decretum de exequẽdo, ſiue añ executionẽ legitimas exceptiones executionẽ impediẽtes opponere qđ oporteat requiri, qđque ad executionẽ poſtea, ſeu ad executionis cõmiſsionẽ iudex procedat in cõſ.32. nu.16. & 17 lib.3. Berous inquit cõem hãc eſſe aſſerẽs ſcribentiũ opin.ac eodẽ loci nullis legitimis appoſitis exceptionib.q̃ opponi potuiſſent illas admittere iudicẽ noluiſſe illa per eũ aſsignata rõne dici nõ poſſe ſubdẽs, qa nõ entiũ nullæ ſunt partes nec qualitates, necnõ quia exceptio, niſi opponaẽ minime prodeſt l.1.& 2.cum ibi notatis ff de except.cũ ſimil.nõ ſufficere ſubdẽs, qđ in appellatione ab executione poſtea interpoſita legitimæ exceptiones opponanẽ, cui appellationi tanq̃ friuolæ, & à iure prohibitæ non eſſe deferendum cõem pariter eſſe cõcludit ſcribentium opin. ac nullatenus eo ipſo, qđ pars exceptiones quãtumuis legitimas oppoſuit ex illarũ

non

Digitized by Google

non admiſsione grauarī, aut appellare partem poſſe ī nu. 23. & 24. aſſeuerat, ſed vt lītima hmōi appellō dicaī, & deuoluat legitimas, vt qs opponat exceptiones, ac incōtinēti ſe illas ꝓbare offerat oīno teqri, taliq; caſu ſi iudex non admittit, gfauare qđ dicaī, & appellare liceat, talēq; appellationē lītimā dici, & nō friuolā illiq; deferēdū eſſe, alias ſecus, cōem ī c. īterpoſita de appell. eſſe enarrat ſcribētiū opin. ac ex Io. And. ibi neutiq̃ verbalē ſufficere aſſerit oblationē, ſed reali opus eſſe, vt. ſ. lītimas qs exceptiones opponat illaſq; ſe incōtinēti probare realiter offerat, ſecū puta teſtes habēdo, vel inſtrā ꝑ ipſum iudici oblata, qđ plenius, vt ītelligas Bero. ī ſupracit. cōſ. à nu. 14. vſq; ad fi. ꝑ totū īſpectū facias, ac ſemel tm̄ tali caſu, & nō vltra, qđ appellare liceat ī q̄ſt. famil. 131. nu. 3. poſt prin. idē Bero. affirmat, late Veſtr. in praxi Rom. Cur. lib. 7. c. 5. nu. 12. ī fi. Caball. in d. Milleloq. 716. nu. 5. qui videaī, etſi ī fi. ſemel & iterū appellare ab exceſſu vidiſſe aſſeueret iterū Bero. in cōſ. 32. nu. 7. lib. 3. & alij vbi ſupra nu. 26. à Lācell. relati, & qn̄ modū executor, excedere dicaī in d. c. qđ ad cōſultationē gloſ. fi. explicat, Iaſ. ī l. à Diuo Pio, §. ſi pignora in fi. ff. e. tit. de re iud. & Alex. ī d. cōſ. 95. n. 6. verſ. nec ī d. lib. 2. quē ī nſpectū facias, ac altero de quatuor modis hoc cōtingere in l. ab executore col. 2. ff. de appell. Bar. declarat, quē ſimiliter īſpicias, & ī d. cōſ. Rol. nu. 6. decēq; modos ī tit. de ſent. execut. art. 7. gl. 14. Rebuff. enarrat, & Fely in ſupracit. c. qđ ad conſultationē nu. 20 in deciſ. Lucēſi 18. nu. 12. & 13. à Magonio relati, caſum nullatenus dari eo loci dicēte in quo reſpectu exceſſus appellare nō ꝑmittaī Caball. in p̄ſato Milleloq. 716. nu. 2. in fi. & in loco ſupra proxime citato, Lancell. nu. 24. in qualibet mūdi cā in quā modus excedit appellōnē admitti dicēs hoc in executore ampliās apoſtolico, à quo vbi modū excederet ēt appellare licere teſtaī, & in nu. 29. ad iudicē à quo an modus in exequendo exceſſus fuerit cognitionē ex Beroo ſpectare ſubdēs ī d. cōſ. 32. nu. 18. imò executorē mandatū excedētē iniuriarū iudicio teneri, idē Caball. in Milleloq. 721. quē not. declarantē videas enarrat, nec nō actū ipſo iure nullū facere ex tex. ī d. c. qđ ad cōſultationē, & in c. cū dilecta de reſcript. in deciſ. 31. num. 7. Viuius inquit lib. 1.

4 Dolū itē in exequēdo executore cōmittente, vel quoties pars ꝑ dolū ſnīam obtinuiſſet appellare ab executione, qđ liceat, ex Bal. ī l. 3. §. ſi executor ff. de neg. geſ. & alijs in ſupracit. Milleloq. 716. nu. 3. Cabal. aſſerit, ac eodē loci n. 4 ex tex. in l. 2. ff. de appell. ex Fely. ī c. cū ſup nu. 11. de re iud. Dec. in cōſ. 73. & alijs plurib. qn̄ irreparabile eſſet dānū ab executione proueniēs appellare ſimiliter ab executione licere exponit, ac de eo ſolū de quo iudicatū extitit, executio qđ fieri poſſit, ac primæ ſnīæ eſſe executionis ſnīam conformādā poſt text. in ſuprarelata l. ab executione C. quorū appell nō recip. ex Bar. in l. cū qui ff. de his quib. vt indign. Anania ī cōſ. 5. & alijs ī Milleloq. 718. in fi. idē Caball. atteſtaī, ac alijs in bonis à ſnīa condēnatoria diuerſis, ſeu in bonis tertij executionē factam tanq̃ factā p̄ter iudicis intētionē, qui in bonis tm̄ condēnati, nō aūt tertij poſſeſſoris executionē cōmiſit rōne ceſſantis cōmiſsionis, quia exequēdi in bonis tertij cōmiſſionē executor nō habuit, & quia citatus poſſeſſor nō extitit textu relato in l. cū miles, §. 1. ff. ex quib. cauſ maior Croto in l. 1. §. nūciatio nu. 76. ff. de nou. oper nūciat. Ruyno ī cōſ. 17. nu. 7. vol. 5. & cōſ. 24. col. 1. & fi. vol. 4. & Gozadino ī l. ſi pacto quo pęnā in 2. notab. C. de pac. reuocari executionē debere ita Anch. ī cōſ. 292. col. 2. ī prin. verſ. 2. qa Crauett. in cōſ. 235. col. 2. in fi. Alex. in l. clā poſsidere, §. q ad Nūdinas, ff. de acq. poſ. & Ruy. cōſ. 49 nu. 11. vol 4. ſentiērib Rol. à Val. in cōſ. 5. lib. 2. nu. 18. in fi. & nu. 10. cū ſeqq. affirmat ſua ciuili poſſeſsione tertiū p̄ſata ex immiſsione minime priuari ex Innoc. ſubdēs ī c. qm̄ frequēter §. qđ ſi ſup verbo nominare extra, vt lite non cōteſt. Colono à iudice violēter eiecto ciuiliter poſſeſsionē dn̄m nō amittere aſſerēte ſecus, vbi à priuato colonus eijcereī textu in l. 3. relato, §. ſi ſeruus, ff. de acq. poſ. Bal. ī cōſ. 149. vol. 3. Alex. in l. ſępe nu. 45. ff. de re iud. ī cōſ. 52. vol. 1. & Soc. in cōſ. 158. col 4. vol. 2. ex Bal. in eodē conſ 149. in fi. Alex. in cōſ. 52. col. 3. ī prin. vol. 7. Crauett. in d. cōſ. 235. col. 1. in fi. Imol. in ſupracit. l. à Diuo Pio, §. ſi poſt addictū, ff. de re iud. & alijs, tertiū ēt ratione ſuæ ciuilis poſſeſsionis propria authoritate rei ſuæ poſſeſsionē per aliū captæ quāuis illi adiudicatæ app̄hendere licere ſubnectēs.

5 Ac quoties male condemnatoriā ſnīam executor interpretareī ab executore, qđ ſimiliter appellare liceat in d. Milleloq. 718. eadē p. 2. Caball. aſſerit, ſi quis Maceratæ dicēs in ducatis decē condēnatus appareat, & executor de ducatis Cameræ interp̄tatus fuerit male eū interp̄ratū fuiſſe ſtāte cōſuetudine, qua attenta quoties de ducatis agiī de ducatis paruis Anconitanis viginti æſtimatis arg. l. nūmis ff. de leg. 2. & c. olim de cēſib. eſſe inqr intelligēdū: itē ſi in ſnīa ad decē, v. g. frumēti corbes cōdēnatus qs fuiſſet executore poſtea ad ęſtimationē cōdēnāte male eū pronūciaſſe illa rōne inter cæteras in deciſ. 68. nu. 1. & 2. Boer. in d. Milleloq. 718. à Caball. relatus ex Anania inquit in p̄ſato coſ. 5. quia ſequereī qđ ſcđa ſnīa ſup æſtimationis executione lata prius executa ęſtimatio remaneret q̃ illius cōdēnatio contra iuris cōis diſpoſitionē, vt in l. 2. C. de execut. rei iud. & l. ſi cū nulla, ff. de re iud.

6 Supranotatis ſimiliter cōuenit quia neq; exceptiones merus executor, neq; probationes admittit, vt ex Speculat. in tit. de actione, ſeu petit. §. ſup petitionib. verſ. ſed qd ſi añ, & alijs ī tract. ad formul. Cameral. oblig. c. fin. Galleſ. affirmat nu. 9. & in ſupracit. tracta. de priuil. iur Seraph. priuil. 77. nu. 11. & nu. 79 & 80. quē poſt Fely. in d. c. paſtoralis §. quia vero nu. 5. inſpicias de of. deleg. de mero, & miſto executore, eo loci tractātē, ac limitationes, quoad vtrūque, & declarationes

tiones aſſerētē,& late ibidē Panor.& Imol. poſt
Butr.ī c. ꝓpoſuit nu. 27. de cōceſ.pb.ī exceptio-
nib. principale negotiū cōcernētib. hoc ꝓcede-
re declarātē,eaſq; executorē admittere nō tene-
ri aſſerētē, ſecus vero ī exceptionib. executionē
ipſā cōcernētib.ac licere executori exceptiones
nō merita cāæ,ſed executionē reſpiciētis admit
tere,vt puta circa res in qb.ſnīa eſt exequēda ex
tex.ī d.l.à Diuo Pio,§.ſi ſup reb⁹,& eo loci ſcri-
bētib⁹,ff de re iud.Sal.ī l.etſi nō cognitio col.pe.
C.ſi cōtra ius,vel vtil.publ.Abb ī d.c.paſtoralis,
§.qa verò n.3.verſ.de 2.& eo loci Fel.n.16.de of.
deleg.& Aegid deciſ.196.in deciſ.33.Rota inqt
nu.1.ī deciſ.diuerſ.nouiſſ.p.2.& in d. Milleloq.
719.Cab.verſ.ſi vero, etſi de miſto eo loci execu
tore loquať execu torē pariter fraudis,ſeu nulli
tatis ſnīæ admittere exceptionē poſſe nō ad effe
ctū,vt ſup ea ꝓnūciet,ſed negotiū ad ſuperiorē,
vt trāſmittat poſt tex.ī c.de cętero de re iud.ī d.
§.qa verò n.5.Fel.inqt,Bar.Bal.& alij ī d.l.à Di-
uo Pio ī prin.ff de re iud.& ī l.ſi ptor,ſimiliter ī
prin.ff.de iud.& hoc ī dictis locis cōiter ſcribē-
tes tenere & ī d.c.de cętero de re iud.d.tit.1.§.6.
gl.Pariſ.refert gl.6.nu.6.circa fin.q̄ quis à pfata
cōi recedat opin.neq; cognitionē merū hre exe
cutorē de iure verius eſſe dicēs tā tex. ī d.l. ſi p-
tor q̄ alios,ī qb. ſe ſcribētes fundāt oppoſitū ꝓ-
bare,ac paſsim cōtra pfatā cōem opin in Galliæ
Tribunalibus obſeruari aſſerēs, attn̄ à pfata cōi
opin.recedi nō debere,vt cōuenit cōcludo, cui
notata ī addit.1.ad pfatā deciſ.Guid.Pap.574 q̄
inſpectā facias cōueniūr,ac pro pleniori pdicto
rū cognitione ſcribētes ī d.l à Diuo Pio,§.ſi ſup
reb⁹,ff.de re iud.videant,Alex ī l.q Romę,§.duo
fratres nu.42. & 43.ff de ver.obl.Caſtrēſ.ī l.cū fi
deicōmiſſū nu.2.ff.de cōfeſſ.Guid.Pap.& alij p
ipſū ī pfata deciſ 574 relati latiſsimè eo loci,de
iudice alterius territorij ſnīam reqſito nūqd de
nullitate ſnīę,& alijs p partē cōtra q̄ executio pe
tiť oppoſitis cognoſcere poſsit,& in iud praxi §.
31.c.19.Aſin.videas nu.2. Menoch. abūdāter in
trac.de arbitr.iud.iſtud tractātē q.38.p totū lib.
1.oīno vidēdū deciſ.Toloſ.34 & ibi Aufret.ī ad
dit.alios recēſentē,& plene declarātē, & cūctas
fere diſtinctiones pnotata reſpiciētes explicātē
Rom.ī cōſ.51.ſimiliter inſpiciēdū,& Nauarr. in
relect.c.cū cōtingat de reſcript.9.cā null. ī prin.
iſtud eo loci aſſerentē , qd̄ q̄uis iuriſdictione vti
merus executor minimè dēat, informationē tn̄
executioni ſuæ cōuenietē à partib.extraiudicia-
liter,& ab alijs aſſumere dēat,D.Ant. verba iſt-
hæc referēte p ipſū citato q̄uis à mero executo-
re iuriſdō excludať qn̄ iudicis partes n̄ aſſumit,
extraiudicialis tn̄ informatio ab eo nō excludiť
dēt ergo ſe ſup illo dubio īformare,ac exceptio
nes ſubreptiones cōtinēres admittere,& tūc aut
certus ex informatione reddiť, & exeq dēt , aut
dubius reddiť, & duplicē eū tūc hr̄e viā, vel qd̄
executor ipſe iudicis partes ī hoc aſſumat,vel ad
ſuperiorē,vt dictū ē negotiū trāſmittat, ſed ho-
die,ex eodē D.Ant.ſubdit practica eſt peſsima,
qd̄ ac ſi nullæ eēnt reſcriptorū clauſulæ,velo le-
uato ꝓcedūt,aliqd à partib. nō audiūt, nec ſe à
partib. informāt,qb⁹ ex pfato D.Ant.relatis aliæ
poſtea,vbi ſupra Nauar.ſubdit, ac eodē loci nu.
2.multa corā executore allegari poſſe ait q̄ audi
re executor ipſe teneť à Fel. poſt Abb. ī pfato c.
de cætero cumulata col.2.de re iud.& ī d. c. pa-
ſtoralis,§.qa vero de of.deleg.& in c. fi.à nu.22.
vſq; ad nu. 29.de pſcript. attn̄ ad pleniorē iſtorū
cognitionē Capell.Tholoſ.ī ſupracit.deciſ.345.
& ibi Aufrer.in addit.& Nauarr.oīno ī pfata no
na cā,hæc & alia not.explicātes videas,& Vant.
ī trac.de null.ti.corā quo poſsit,& dēat nullitas
ꝓponi nu.22.p totū,& ſignāter añ fi.ex Lapo in
2.alleg.Guid.Pap.ī d.deciſ.574. & Innoc ī c.du-
dū col.2.ī prin.de pſumpt.quos inſpiciēdos ad-
monet aſſerētē,qd̄ q̄uis exceptionēs executor cō
tra ſnīam nō admittat, exceptionēs tn̄ defectus
ptātis ſuæ,aut cōmittētis cōcludētes admittere
dēat,ſicut pariter qn̄ ex eiſdē actis de ſnīæ iniu-
ſtitia,ſine aliqua ꝓbatione notorie cōſtat oppo-
nere de tali iniuſtitia coram executore licere,ac
executionē ipſā impedire ī c. inter cæterâs nu.
10.cōcluſ.3.de re iud.Fel.inqt,& Bal.ī cōſ. 274.
vol 3.quorū ī cōſ 43.nu.46.verſ.2.qa, & nu.47.
Hieron.Gabr.meminit lib.1.eodē loci nu.48.ex
gl.in l.vbi pactū,C.de trāſact.& alijs iudicē hoc
caſu à ſnīæ executione ēt parte nō opponēte ab-
ſtinere debere enarrās,ac pfatā glo.à ſcribētib.
cōiter eſſe fateť approbatā,quodq; executor ēt
merus ſuperſedere dēat,ſi cā rōnabilis hoc ſua-
deat in col.290.Ioan.Bapt Ferret. inquit lib.2.
7 Et q̄uis quicunq; ſit iudex,qui ſnīam exequiť
nullatenus an primus iudex iuſte eā , vel iniuſte
tu erit ad ius litigatoris reſpectū habēdo,vel ad
ꝓpoſita,& ꝓbata corā eodē iudice,cuius ſnīam
exequiť cognoſcere poſsit,imò ēt qd̄ illā iniuſtā
ſciat exeq eū debere ex tex.in c. paſtoralis, §.qa
vero de off.deleg.in ſupracit.Milleloq.719.verſ.
ēt ſi ſciat Caball.aſſerit,& in præcit. deciſ. 345.
Aufrer.col.3.nu.6.verſ.addit tn̄ Siculus,iudicē-
que exequentē,qd ſit pronunciatū, non aūt qd
pronūciari debuit cognoſcere poſſe ex Bal.ſub-
dens in c.cū ſup col.fi.de re iud.attn̄ ex Ioan. Fa
bro in l.ſatis C.de falſis, hoc nō ꝓcedere ſubiū-
git,quoties iudex ille,qui exeqtur,iudicis reqrē
tis ſuperior exiſteret, quo caſu & de nullitate,
eū cognoſcere, ac ſnīam ipſam annullare poſſe
affirmat,hoc ēt ex Innoc.ī c,1.de off.ord. & ex
Iacob.in l.ſi ptor col 2.ff.de iud.quoties ex ſnīę
tenore de ipſius iniuſtitia liqueret ꝓcedere aſ-
ſerēs ſnīa itē in rē trāſita iudicatā,q̄uis executio
nē hr̄e paratā,ex tex. liqueat in l.4.p totū ff. de
re iud.ac ex eo,quia iuxta text.in l.res iud. ff.de
reg.iur.pro veritate habetur,attamen per noua
tionis exceptionē illius executionem impediri
caſus eſt ī l.2 C.de execut.rei iud.vbi Bal. col.2.
verſ.extra q̄ro à Io.Ba.Ferr.ī cōſ.129.n.9.relat⁹.
8 Cūq; ab executore modū in exequendo ex-
cedēre appellare licēre paulo añ deduxerimus,
vt valida tali caſu,& ltīma appellatio dicať, ī ea
graua-

grauaminis cām,& exceſſum eſſe exprimēdos,ī ſupracit.c.qđ cōſultationē col.pen.Panor.atteſtaē, Corn ī ſupracit. cōſ.71 col.4.ī fi.lib.1.& alij ꝑ Marāt.in Speculo aduocat.citati p.6.e.vlt.nu. 55.ex eo iſtud cōꝓbaē, nā regulare eſt, quoties in caſib.à iure prohibitis appellaē cām in appellatione eſſe exprimēdā ex Innoc.ī ſupracit.c.paſtoralis, §.ꝑterea de off.deleg.& alijs ī cōſ 324. nu.fi. Rom.inqt,nec ī genere tali caſu cām exprimere ſatis eē,vt ſi appello,qa iudex ī exequēdo exceſsit diceret, ſed ī ſpecie appello videlicet,qa ī hoc,vel in tāta quātitate iudex grauauit in ꝑfato c.qđ ad cōſultationē nu.12. verſ. vñ nō puro,Panorm.aſſeuerat,quod in ſuprarelata deciſ.18.num.14.& 15. Magon.nouiſsime ſequitur, ac ratione per ipſum aſsignata de communi, quem omnino videas atteſtatur.

9 Et quamuis in contrariũ tāmin genere,quod exprimere ſufficiat, imò hoc mō cautius agi, q̃ ſi nominatim, vel ꝓ certa,& determinata ſumma exprimereē,ex quo in ſpecie expreſsione facta,nō niſi pro mō exceſſus declarati executionē appellatio ſuſpēderet, ſecus ī genere aſſertione facta procedere aſſerēs,quo caſu rōne incertitudinis in totũ executionē,donec in quātũ iudex exceſſerit,ex euētu liqueat ſuſpēdi enarrat, & cōem hanc eſſe ſcribētiũ opin.in ſupracit.praxi Rom.Cur.lib.7.O&a. Veſtr. alios recēſens c. 3.affirmat nu.12.& Cōtard.ſimi liter aliorũ memor in ꝑfata limit.19.nu.32.nihilominus a Magonij opin.multorũ ſuffragijs roborata, cōiter à ſcribētib.recepta,& à Lucēſi Senatu,poſt articulum bene diſcuſſum tanquam veriorem amplexa non eſſe cenſeo recedendum, maximè quia Lacellot.in præfata limit.53.num.27.eiuſdē eſt opinionis, & Caball.d.Milleloq.716.in fi.

10 Vtq; alterius noīe lrīme in hoc caſu appellare ꝓcuratori liceat mādatũ ad lites,& cās eũ hr̄e nō ſufficere,ēt qđ ab oī ſnīa tā diffinitiua, q̃ interlocutoria,qđ appellare liceat mandatũ cōtineret,ſed mandatũ ad appellādũ ab executione ſpecificũ reqri illa aſsignata rōne ī ſupracit.cōſ. 43.nu.11.Rol.à Val.affirmat,qa appellās, & ī cā appellōnis executionis ſuccũbēs 50.librarũ argēti pęna mulctaē,vt in l.ab executione in fi. C. quorũ appell non recip.imò nec gñrale mandatũ cũ libera ſufficere,ex Alex. cōſtat in cōſ. 108. nu.6.añ fi.lib.6.& Soc.in cōſ.120.nu.6.verſ.2.rō vol.1.īdiuiduũq; mandatũ ad appellādũ ab executione qđ eſſe dēat,vltima addit.ad deciſ Capel.Thol.443 clare fateē,qđq; mandatũ ad appellādũ ab oī ſnīa hr̄e nō ſufficiat in ꝑfata limit. 19.n.36.Cōtard.tenet,qđ eo loci de iure canonico nō ꝓcedere not.declarat,quo attēto nullā pęnā cōtra appellātes ab executione ſtatutā eē aſſeuerat,ſicut de iure ciuili ſtatutā reperiri ī ꝓxime relato cōſ.Rol.explicat,& iō rōne legis ceſſante legē pariter ceſſare,ex tex. clarũ eſt ī vulgata l.adigere §.q̃uis ff.de iurepatron. cũ ſimil.

11 Ac ad viā, ſicut iqr adagiũ,à ſemita,vt redeamus executorē niſi modũ in exequēdo excedat, recuſare tanq̃ ſuſpectũ ñ licere ſicut ab ipſo,vbi modũ nō excederet,nec appellare ꝑmittit in deciſ.599.nu.1.p.2.Frāc.Marc aſſeuerat, & Balb. ī deciſ.341.ī gl̃o.ſe fundās in l.apertiſsimi ī verbo executorē,C.de iud.cōi ſcribētiũ calculo, vt ipſe inqt approbata, imò ēt de cōſenſu partiũ, executorē datũ, quod recuſare tali caſu liceat ī trac.de recuſ nu.24.verſ.73.cā,Aufrer.affirmat ex textu hoc deducēs in d c.ſup queſt.§.1.de of. deleg.cuius dictũ ex eo nō ſine dubitatione trāſire videē, qa regulariter,qñ iudex de partiũ cōſenſu datus recuſaē ex eodē Balbo ī deciſ.236.temeraria recuſatio exiſtimaē,ac expreſſe Aufrer. dictũ in c.cũ cōtingat de reſcript.10. cauſa nullitatis nu.6.à Nauarr.refellitē, & impugnaē ꝑfatā tex.ī c.ſup qōnũ, §.1.nullatenus Aufrerij cōcluſionē probare aſſerēte,ſed in illo ab executore ēt de partiũ cōſenſu dato q modũ in exequēdo excedit appellare,qđ liceat ſolũ haberi, nec aliquid eo loci de recuſatione cōtineri, etſi illa rōne Aufrerij concluſionē ſuſtineri poſſe dicat, qđ ī vno executor dũ grauauit ad tex ī c.ad hęc il 1.& c.ꝓpoſuitē de appell.ī alio ſuſpectus,& merito diciqueat,attñ illa aptior rō,cōcurrere mihi vr̄,qđ ſicut iudicē in quē cōſentij,ex noua, & ſupuenięti cauſa recuſare ſm Iaſ. poſſum in d.l. apertiſsimi nu.1.C.de iud.ita & pariter executorem,quem nō fore grauaturũ exiſtimaui poſtea grauantem eadem ratione, quod recuſare mihi liceat,& ſupra e.6.notata conueniunt num.5.

12 Ac ad pleniorē ꝑfatorũ declarationem, aut nullā merus executor iuriſdōnē hēt, & limitatā hēt executionē, & tũc qa nec grauare neq; modũ qn notorie conſtet excedere executor pōt,vt qa ad denunciandũ aliquē eſſe excōicandũ, ſeu ad citādũ,vel qd ſimile deputatus ſit, & recuſare ipſum tanq̃ ſuſpectũ nō licere in d c.nouit de appell.Frāch.inqt,& Abb.ī d.c.ſup qōnũ vterq; in nu.5.de of.deleg.ſecus verò ſi ad certũ actũ, eſſet executor deputatus,vt qa nuda teſtiũ examinatio cōmiſſa ſit,quo caſu, cũ occulte partē inſcribēdo grauare, necnon caute,ſeu callide interrogādo lędere poſſet,vel vbi ad expēſas,quę circa alicuius domus reiectionē,vel qd ſimile fieri potuerunt executor eſſet electus hoc caſu cũ arbitrij aliqd vltra nudum factũ mandatũ cenſeaē executorē tanq̃ ſuſpectũ,qđ recuſare liceat aſſeuerat,ac eādē diſtinctionē ī c.cũ ſpeciali nu. 35.de appell.idē Frāch.ſeqtur,& hāc cōem eſſe ſcribētiũ opin.ī relect ſuprāci.c cũ cōtingat 10. cā nullitatis nu.9. Nauarr. affirmat de reſcript.

73 In literarũ vero bñficialiũ executore cũ neq; in poſſeſsionē prouiſum īmittere,nec aliter bñficij poſſeſsionē executor dare niſi iuxta tex. ī c. licet eps ī fi de ꝓb.ī 6.citato poſſeſſore valeat, & hanc pluribus relatis de Card.ſignāter Zaba.in cōſ.132.nu.6.verſ.ſed dicimus,Abb.& Fel.ī c.fi. nu.24.in 2.fallēt.de ꝑſumpt Nauat.in repet. ad tex.ī c.accepta de reſt.ſpol.in 10.opposit. nu.6. & Mādoſ.in trac.de inhibitor.ī quæſt.46. nu.3. cōem Triuiſ.& receptiſsimā in deciſ.25.nu. 20, & ſeq.

& ſeq.eſſe teſtāt ſcribētiũ opin.quē ī tota d. de-
ciſ.not loquētē inſpicere nō p̃tereas recuſare eũ.
tanq̃ ſuſpectũ licere, q̃a grauare poſſeſſorē poſ-
ſet ī ſupracit.c.nouit nu.8.idē Frāch.aſſeuerat,
eodē loci in fi.quoties ad actũ executor, in quo
partē,q̃n clare cōſtet grauare nō poſſet deputa
ret,mō quo ſupra recuſare ipſum nō licere de-
clarās,alias ſecus,ac gñraliter, ſine lītima cāæ co
gnitione vnicuiq; nolle poſſeſsionē dimittere li
cere,nō obſtāte,q̄d clauſula adſit in Papæ lite-
ris cōtradictores ex Gemin.ī c.1.ī prin. col.3.de
cōceſſ.p̃b.li.6.Fel.ī c.cām q̃ de reſcript.& Rom.
in cōſ 482.ī 1.diſput.num.30.fol.559.ī Magnis
Marāta aſſerit, ac literarum beueficialiũ execu-
torē oppoſitore,ſeu cōtradictore apparēte aſſu-
mere iudicis partes poſſe ī deciſ.Rotę 6.nu.7.in
princ.de reſcript. in antiq habetur q̃ inſpicias.

14 Sed alicui,ſi idoneus,vel dignus ſit de bñficio
Eccleſiaſtico prouideri,Sũmo Pontif.mādante,
ex quo citatio nō eſt tali caſu neceſſaria,cũ neu-
tiq̃ ſuſpēdāt verba hæc,neq; gr̃am cōditionalē,
faciant,in oībus etenim literis ad bñficia datis,
clauſulā hanc,ſi dignus is eſt,cui cōcedunt, aut
in illis expreſſe apponi,vel iure ſic diſponēte ſub
intelligi tex.eſt in c.cũ adeo,& eo loci gl.fi.de re
ſcript.clauſulā hāc ēt ſi non exprimar ſubintelli
gi clare exponēs ſicut,& clauſula illa ſi p̃ces veri
tate nitāt c.2.eo.tit.de reſcript ac p̃fatā clauſu-
lā ſi dignus inſtructionē quandā eſſe potius, q̃
cōditionē Innoc.ab oībus receptus in c.fi.tenet
de p̃ſumpt & gl.in Clem 1.ēt cōiter approbata
de off.deleg.quorũ in relect. c. ſi q̃n de reſcript.
exceptione 11.nu.1.Nauarr.meminit,& in pra-
xi iud.Aſin.§.7.c.5.limit.7.iſtud bñ,eo loci de-
clarās executorē tali caſu recuſare nō licere ī ea
dē limit.9.ex Aſin.clare liquet, illā afferēte rō-
nē,q̃a de alicuius nō agiſ,p̃iudicio,q̄d oppoſito
re,ſeu cōtradictore, vt paulo añ adnotauimus,
nō exiſtente intelligēdũ eſſe, eſt oīno concludē
dũ,ſecus vero oppoſitore,ſeu cōtradictore exi-
ſtēte,vt ī p̃fata Rotæ deciſ.8.cũ iuxta ibi,& pau
lo añ notata,& p Alex.clarius ī cōſ.218.n.3.lib.
2.cuius ī c.ſeq.ī fi.meminim' iſto ēt caſu execu
torē iudicis partes aſſumētē, recuſare q̄d liceat
ambigēdũ nō vr̃, ac p̃fatā Rotæ deciſ. nunq̄d c.
ſtatutũ de reſcript.ī 6. in gratiarũ executore lo.
cũ hēat,plene p totũ diſcutiētē inſpectũ facias.

15 Q̄dq; ſupſedere executor teneat, ac vtrũ cō-
ditio,& executionis petitæ caſus parte de cuius
īntereſſe,& p̃iudicio agit citata euenerit, cogno-
ſcere poſt Abb ī cōſ.14.col.3.& 4.lib.2. ī c.cũ di
lecta nu.6 verſ.2.ſignũ de reſcript.& ī d.c.fi.col.
pen.verſ.2.q̃ro dē p̃ſumpt. Fel.aſſeuerat,execu-
toris actũ,eo loci ēt extraiudicialis parte,de cu-
ius intereſſe agiſ,nō citata illi nullatenus p̃iudi
care,ac nullũ,quoad illā exiſtere poſt Ale. ī cōſ.
45.p totũ lib.6.& poſt alios quorũ meminit, Io.
Ba.Ferr.ī cōſ.172.col.fi.not.affirmat,quē,& Abb.
ī c cũ nr̃is de cōceſ.p̃b.p totũ,& ſignāter col.pe.
& fi.īſpectos facias,& Menoc.oīno aliorũ memo
rē ī p̃fata q.38.n.3.& 4.quo loci,eo caſu d cā exe
cutorē cognoſcere poſſe inq̄t,quotieſcũq; nulla
alia cognitio p̃ceſsit, & vbi ad bñficiũ cōferēdũ
ſi illud vacatē executor deputat' de vacatione
cũ q̃uis executio mandeſ illa rōne cognoſcere
poſſe ſubdēs,q̃a cũ illa,ſine p̃ambula cognitio-
ne fieri nequeat cognitionē ēt iuxta tex.ī l.ad rē
mobilē,& l.legatũ,ff.de p̃cur.mādatā cēſeri ex-
plicat,& poſt alios,quos refert hāc executionis
cōmiſsionē,ex Bal.ī ſupracit.l.etſi nō cognitio,
C.ſi cōtra ius,vel vtil.publ.cōditionalē eſſe fir-
mat,cognitionēq; eſſe vtiq;neceſſariā Miſtũq; il-
lũ executorē dici,q ad aliq̄d exequendũ,de quo
pri' p cōmittētē,neq; cognitũ neq; deciſum de
putatus fuit iuxta gl.q̃ ī terminis,& magiſtralē
appellat ī c. dicēti §.etſi ñ cognitio ī verſ.cogno
ſcat 25.q.2.verba iſthæc referētē merũ voco exe-
cutorē,q poſt materiā p̃uia cāæ cognitione liq-
darā ad exequēdā ſn̄iam eſt datus ī cōſ.53.nu.1.
Io.Bapt.Ferr.declarat Ancha.referēs ī cōſ.240.
col.1.p Fel.notata in d.c.fi.cōcluſ.1. de p̃ſumpt.
& ī ſupracit.c.de cætero in 1.ſimiliter concluſ.
illũ,eo loci miſtũ executorē dici explicātē,q an-
te materiā,q̃ exeq petiſ,cũ partib.liq̄datā eſt de
putatus,quē iuxta tex.in d.l.etſi nō cognitio,C.
40 Ac ad pleniorem prænarratorum explicationem eo etiam caſu liquidum cenſeri inſtrumentum ſciendum eſt, in quo ad certam ſummam, centum puta obligatus, quis reperitur, quamuis cum clauſula, ſaluo meliori calculo obligatio concepta appareat, quoad centum enim in inſtrumento expreſſa liquidum dicta clauſula non obſtante inſtrumentum cenſeri in l. quibus diebus. §. quidam Tirio in fi. ff de condit. & demonſt. Soc. afferit, Decius poſt ipſum in l. pecuniam quam in 4. notab. ff. ſi cert pet. Grammat. in decif. 58. num. 11. Galleſ in ſupracit. tracta. ad formulam Cameral. obligat. tit. de vi inſtrumenti obligat. camer. num. 3. fol. 189 in paruis Vrſill, ad Afflict. decif. 205. nu. 7. de ſocietatis inſtrumento diſcutiens pecuniam ab aliquo pro capitali datam continente, & prius reſtitui permiſſam pecuniam, & ſortem capitalem primo reſtituendam eſſe dicens, & demũ inter ſocios, quod calculus fiat, & aliorum memor Seraph. in tract. de priuileg iuram. dicto priuil. 77. nu. 8. cum ſeqq. nume. 48. liquidumque locationis inſtrumentum dici certam penſionis prouiſionem continens, quamuis inter locatorem, & conductorem de mercedis remiſſione facienda eodem in inſtrumento conuentum appareat, quoties quid, & quantum remittendum veniat eſt in certũ. Machell. in ſuis patrocin. patrocin. 37. ex Socino affirmat in conſ. 128. lib 3. col. 1. de venditionis inſtrumento ad menſuram factæ locuente fundum tot exiſtere perticarum continente, certo tamen pretio expreſſo mille veluti, necnon ad rationem viginta pro pro qualibet petita illa adiecta pactione, vt cuilibet partium menſurationem petere liceat, vtque pro perticarum modo augeri pretium debet, & diminui liquidum illud certum & perfectum eſſe dicente, ſed quatenus ad hoc, locationis inſtrumentũ attinet, quomodo quando certæ ſummæ promiſſionem, & maioris, vel minoris menſuræ reſeruationem cõtinet liquidum illud dicatur in decif. 292. par. 2. D. Vincent de Franch quem plene declarantem inſpicias declarat, & omnino Caualcanum in tract. de tutore num. 163. & ſeq. aliorum memorem, ac pro centum venditione facta, & pro illo pluri, quod per duos communes amicos per partes eligendos extimabitur, perfectam, ex quo certum habet pretium cenſeri, Vrſill ad Afflict. in deciſio. 8 1. affirm it nu. 7. iſtudque ab his neutiquam alienum notatũ facere eandide lector, nec paruipẽdas, quod quãuis de eſſentia venditionis, ac de vẽditione, vt liquere dicitur pretij mentionem facere oporteat, §. pretium, & §. itẽ pretium inſtitut. de empt. & vendit. attamen quotieſcunque vtrum vendita res fuerit ſolum controuertitur, nec de pretij quantitate principalis eſt quæſtio, pretij quantitas nunquid expreſſa ſit, nec ne, nihil repugnare, necnon teſtium depoſitiones, non aliter de prætio, ſeu pretij quantitate mẽtione facta valere tali caſu, & concludere ex Alexandro poſt alios in l. ſi duo §. Marcellus, ff. de iureiur Bartolo in l. ſi quod ex Pamphila ff. de legat. 2. Afflicto in decif. 89. numero ſexto, & alijs in deciſione Peruſina 44. Ioſeph. Ludouicus, qui videatur afferit.

41 Neque reſeruationem in ſententia factam, illius impedire executionem in Epith. fideicom miſſ. par. 1. quæſt. 71. Marzar. quem declarã em & alios referentem videas enarrat, & Vrſill. in ſupracit. decif. Afflicti 205. num. 7 in princip ex Iaſone in conſ 15 1.4. volum. runc liquidam nnl latenus eſſe ſententiam afferentem cuiuſdam vbi pecuniarum ſummæ ad rationem, & computum reddendum condemnationem cõtineret, ſecus vbi certæ ſummæ condemnationem ſententia contineret: quo caſu quamuis clauſula ſaluo meliori calculo in condemnatione legeretur liquidam in tali ſumma ſententiam eſſe inquit, nihilominus Marzarium in ſupracitata quæſtione 71. & in quæſtio 66. de melioramentorum exceptione præfatis valde ſimili, ratiocinante, & an propter meliorament a in ſententiæ executione allegata rei retentio detur, vel ſaluo melioramentorum iure ipſius rei ſit facienda relaxatio inſpectum facere non prętereas Capyceum in decif. 17. Benintendium in decif. 77. nu. 13. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. nu. 14. Alexandrum, & alios in l. 4 §. ait prætor, ff. de re iud. Negulantium in tract. de pign. 4. membro 1. part. num. 12. Menoch. in remed. 15. recuper. poſſeſſ. nu 569 & ſeqq. & Contard. de moment. poſſ. q. 24. num 16. vſque ad nu. 33. de hoc late diſſentientes.

42 Quibus illud de tutore conuenit, & alijs, qui reddere rationem tenentur, quos ad ſummam certam in qua debitores apparent ad bonorum veluti traditionem, & reſtitutionem in inuentario deſcriptorum ante redditam rationẽ, & ante datorum & acceptorum reſtitutionem condemnari

demnari poſſe in conſ.24.col.antepen.vol.1.Socin. inquit magis communem hanc eſſe aſſerés, ſcribentium opinionem,& quamuis in conſilio 27.num.1 multas p rationes nullatenus ante redditam rationem ad illorum reſtitutionē teneri tutorem Crauett affirmet,illaque maximè quia tutorem poſsibile eſt eſſe pupilli creditorē eique repetere rationibus redditis,quod retinere poterat oporteret,& qui creditor erat, ad ſoluendum debitori condemnatus remaneret,quo nihil abſurdius,his nihilominus non obſtantibus illa aſsignata ratione,quia propter illiquidum exequi quod liquidum eſt non impeditur bonorum in inuentario deſcriptorum nullatenus executionem retardari, Rotam decreuiſſe Bononienſem in deciſ.90 in fine Bennintend. præfatum Socini concilium referens, atteſtatur,ac contrarium ſentientibus confutatis ipſius ſequitur opinionem,& quamuis in tractā.de tutore Caual.nu.214.cum ſeq poſt hæc ſcripta à me viſus Socino, Beniintendio, & alijs opinionē hanc ſectantibus relatis illud ſibi magis placere dicat,& veriſimum exiſtimet,quod vbi ſupra tempus inſtantiæ executionis petitæ reddere tutor rationem poteſt, ac illud à pupillo quod ſibi debetur infra tale tempus liquidare ad bonorum in inuentario notatorū reſtitutionem nullatenus teneatur,liquidum per illiquidum quotieſcunque de breui liquidari poſſe retardari aſſerés,eoque ſolum caſu, Socini, & Beniotendij opinionem, & calculum admittens,vbi dicta bona reſtituere tutor cum iuramento promiſiſſet iuramenti ratione tali caſu ad bonorum reſtitutionem ſpecifice obligantis ſecundum communem ſcribētium opinionem, à Beccio in conſil.80.num.11.libro primo relatam crediti compēſationem locum nullatenus habere,ac omino ad bonorum reſtitutionem tutorem teneri aſſerens.

43 Iuramento nihilominus circumſcripto, vbi camerali inſtrumento mediante per guarentigiam ſiue alia ſimili ſub forma ſe tutor obligaſſet, cum paratam huiuſmodi obligationes etiam ſine iuramento executionem habere, ex plene per Galleſ.notatis liqueat,in ſupracit.tractatu formul.cameral.par.1.quæſt.2. ac eadem in hoc ratione militante, liquidi ſcilicet executionem per illiquidum nullatenus impediri deductis per Caualc.non obſtantibus,ad bonorū, vt dictum eſt,reſtitutionem tutorem illa etiam ratione teneri eſſe cēſeo indubitatū,quia in eadem executionis inſtantia creditū ſibi debitum inſtantia ipſa minime impedita liquidare tutorē poſſe impoſsibile videtur, multa enim antequā rationum libro vnde crediti liquidatio dependet calculus imponatur conſideranda eſſe, & indaganda poſt text.in l.cum ſeruus, ff.de cōdit.& demōſtr.in cōſ.48.lib.1.per totū Gabriel. docet,ac longe plura ipſa dū ratio diſcutitur,vt in eodē tract. de tutore nu. 212.cū ſeq. ipſemet Caualc.inquit,latè Socini.in conſ.159.lib.2. Alciat.in conſ.427.Corn.conſil.196.lib.3.& alij à deciſ.Rotæ Genuæ 165.relati nu.7.cum ſequēt. & plene Menoch.in tract.de arbitrar.iudic lib. 2.centur.1.caſu 209.in quibus non breue temporis ſpatiū conſumere quod oporteat nemiē latet,& ideo ſtante ſupradicta tutoris obligatione de bonis in inuentario deſcriptis conſtituendis ſtatim eū ad illorum reſtitutionē teneri præfata magis communi ſcribētiū opinione attenta ſimpliciter diſponente,eſt indubitate concludendum,quod eo caſu eodē Beointendio teſte in præfata deciſ.90,num.1.in fine limitatur, vbi non ad bonorum reſtitutionem, ſed ad aliquid certum præſtandū ante rationes liquidatas ad miniſtratorem teneri, imò vbi ad aliquid præſtandū ante liquidatas rationes cōdemnaretur nullā exiſtere ſententiam tanquā petitis non cō formem afferente: duplici etenim modo cōtra illū,qui reddere rationē tenetur agi poſſe, vno rationem vt reddat,& reliqua reſtituat, alio ad certam vt condemnetur quātitatē ad quā administrationis occaſione ipſum teneri dicatur, poſt gloſam,& Bartol.in l.1. C. ſi aduerſus rem iudic Rotæ Genuæ 202.nu.1. inquit, quam & Afflictum,vt plenius hoc intelligas in ſupracit. deciſ.157. per totum & in fine præſertim, & ibi Vrſillum in addit. ſimiliter in fine inſpicere non prætereas.

44 Neque illud omittendum eſt,quod quamuis inſtrumentum illiquidū, cuius tamen liquidatio in proceſſu fieri poteſt executionem merere ex Iaſone in l.1.nu.31.ff.de edendo,Viuius in ſupracit.commun.opin.tractatu opin. 105.par.1. alios etiam recenſens communem eſſe affirmet ſcribentiū opin.hoc tamē,quoties in acceſſorijs ſumus locū habere intelligendū eſt in intereſſe, puta,& ſimilibus,ſuper intereſſe etenim non liquido principali ſorti acceſſorio , quod in executione liquidandum veniat concedi executionem poſſe veriorem Oſaſch & receptiorem, in ſupracit.deciſ.126 nu.9.verſ.contraria tamen, eſſe affirmat ſcribentium opinionē,ac eodem loco num.16.verſ.& tenendo hanc in fine, vbi clarius, ſi intereſſe vel fructus principaliter petantur nullatenus poſt ſententiam fieri liquidationem poſſe ſubnectit,ſecus ſi vt diximus acceſſorię petantur,ac bene pro frumento, & illius intereſſe,quanti plurimi valuit petitis conceſſam executionem fuiſſe explicat, ad pleniorē tamen præfatorum cognitionem totam præfatam Oſaſci deciſionem inſpectam facias, Decium in ſupracitato conſ.321.inter ius incertum vniuerſale,& ius incertum particulare diſtinguentem quē omnino videas, Rotā Genuæ in 1.deciſ.nu. 46.Couar.in variar.reſolut.tract.lib. 2. cap.11. Mynſingerum in ſingul.obſeruat.centur.2.obſeruat.6.Seraphinum in dicto priuil 77.nume. 38.cum ſeqq.alias notab.declarationes afferentem,& D.Hieronymum Laurent. in deciſione.

Auenion.

Auenion. 19. per totum, & ſignanter nu. 3. verſ. poſtquam eo loci pro intereſſe non liquido acceſſorie, petito conceſſam in Aueniono nſi Senatu executionem fuiſſe illa ratione aſſerētem, quia de illo in inſtrumento promiſſo tanquam de ſumma principali etiam reſpectu executionis faciendæ, & tanquam de inſtrumenti parte iudicandum erat præfatam igitur deciſionē inſpectam facere libeat, & an principaliter pótius, quam incidenter de alimētis ibi deſcriptis agatur introſpicias, ſi vtique non acceſſorie de illis, ſed principaliter eo loci agitur præfati Senatus ſuffragium ſupracitatæ magis communi ſcribentium opinioni ex diámetro repugnare, conſtat, & in ſupracit. deciſ. Lucenſi 78. Hieronymum Magon. à num 12. vſque ad nume. 16. alios plures de hoc loquentes, ac punctum declarantes referentem.

45 Notare, itidem nentiquā prętermittas, quod iudice ad intereſſe petitū aliquē condemnante executionis tēpore liquidandū, ſi poſt ſniam ipſam cōdemnationis in rem iudicatā tranſirā intereſſe iudex ad certam ſummam in centū puta liquidauerit, à tali ſententia intereſſe ipſum liquidante, quod appellare liceat ex Angelo in l. ſi cum exceptione, §. hæc autem actio, ff. quod met. cauſa & Felyno in dicto c. quod ad conſultationem de re iud. in deciſ. 35. num. 2. Vrſill ad Afflictum aſſeuerar, quod exceſſu in liquidatione exiſtente, & dummodo id in quo liquidando iudex excesſerit in appellatione declaretur, ad ea quæ ſupra num. 8. & ſeq. adnotauimus, & vbi nouum per liquidationem ipſam grauamē induceretur procedere ſcias, alias ſecus, neque appellatiónem his non concurrentibus aliquid hoc in caſu operari iuxta eodem loci notata, & ex notatis per Felyn. in loco proximè relato nu. 18. & hoc modo Vrſillum confuſe, vbi ſupra, & indiſtincte loquentem intelligere, & corrigere, oportere, eſſe cenſeo indubitatum, appellationemque hoc caſu pro modo exceſſus tantum operari, non autem in eo in quo exceſſum non extitit, ex Felyno proxime relato, & alijs in deciſ. 164. nu. 25 poſt medium nouiſsime Rotæ Genuæ concludir, quam per totum notab. aſſerentem, vt ſupra iterum notauimus inſpectam omnino facias.

46 Eoque præcipue caſu præfatæ recuſationis exceptioni locum eſſe ſciendum eſt, quādo poſt inſtrumentum celebratū ſuperueniſſet, vt quia odioſus alteri partium iudex euaſerit, ſeu quia alia poſt inſtrumentum iuſta ſuſpicionis cauſa, ſurrexiſſet, alias ſtāre omnium iudicum expreſſa approbatione coram quibus, ex inſtrumenti tenore conueniri debitorem poſſe arg. l. ſi conuenerit à contrario ſenſu, ff. de iuriſd. omn. iud. paciſci diximus, & maximè vbi illis ſe euidēter ſuppoſuiſſe recuſantem appareret, vt quia obligationis tempore in propria patria is, quem recuſans ſuſpectum dicit magiſtratum gerebat exceptionem hanc opponentē nullatenus eſſe audiēdum ſupra iterum notauimus, ſecus ſi alibi magiſtratum eo tempore iudex geſsiſſet, vel propria in patria obligationis tempore iudicē illum fuiſſe, quem recuſans ſuſpectum dicit veriſimiliter ignoraſſet, quibus quidem in caſibus ſupra de conſenſu iurato allegata, aliaque eo loci notata illa ratione neutiqnam obſtare cēſeo, nam exceptioni poſtea ſuperuenienti de qua cogitaſſe, quis non præſumitur renunciaſſe aliquē non cenſeri tex. probat in l. qui cum tutoribus in princ. vbi ſcribent. ff. de tranſact. generalemque renunciationem minime iura futura comprehendere, ſed præſentia tantum, etiam quod verba in illa generalia ex quibus cogitatum in genere videatur appoſita appareāt in l. pactum quod dotali quæſt 16. C. de collat. Bal. tenet, & alij quorum in ſupracit. concluſ. 4. in tit. de iureiur. nu. 8. Gabriel. meminit, illique ſimiliter exceptioni quam ſibi competiruram ignorabat, renunciare quem non cenſeri tex. eſt in l. mater decedens cum cōcord. ff. de inoff. teſtam. quod etiam iuramento intercedente locum obtinere quod ad ignorata in facto conſiſtentia, nullatenus extendi, vt veriſimile eſt in hoc caſu minime debitorem ſe recuſationis exceptioni renunciaturum cogitaſſe quā magni eſſe notauimus momēti, & qua mediante à ſuſpecti iudicis manibus eripimur per Seraphin. notata valde his congruentia ſuffragantur in ſupracirato de priuileg. iurament. tractatu priuileg. 119. numero quarto clarius priuileg. 74 l. numero 131. cum ſequent.

47 Sicut á ſimili ſine aliqua exceptione, aliquo ſatisfacere iurante de iniuſta intelligi non autem de iuſta exceptione qualé eſſe hanc pluries diximus in c. ex parte il 2. rex. probat de off. deleg & in dicto priuil. 74. Seraph. nume. 42. & 44. verba quantumuis generalia ad honeſtatis cauſam iuxta tex. in l. vt gradatim §, ſed & ſi lege, ff. de muoer & honor. eſſe dicens reſtringēda, idé in l. in prouinciali, §. ſi in publico num. 3. & 4. ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. ſectatur, vbi videas in l. quodcunque ff. de verb. obligat & in prælud. feudor. num. 97. & hanc in commentar. l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. in limit. nu. 155. communem Contard. affirmat ſcribentium opin. quāpropter generalib. verbis minime hoc operantibus, nec per ea in iudicem ſuſpectum, conſentire quem, cenſeri neque iuramentum circa id operari poſſe, quod cōſenſus defectum nunquam ſupplet in l. ſi quis pro eo nume. 15. ff. de fideiuſſor. Bar. inquit, cuius opinionem eſſe communiter receptam, Rota inquit in deciſionibus diuerſor. nouiſſ. deciſ. 3. nu. 6. par. 2. fol. 2. & in eodem tract. de priuil. iurami. Seraph. priuil. 59. affirmat nu. 10. ante finem, quo loci conſenſu deficiente nullatenus iuramētum obligare inquit, neque abſolutionem à iuramento eſſe tali caſu neceſſariam ex Corneo in conſil. 135. col 4.

Digitized by Google

col.4.vol.1. in eodem tract. Seraph. inquit priuil.61.num.6.

48 Concurrit etiam quia noua poſt præſtitũ iuramentum accedente cauſa diſcedere à iuramẽto licere, illamque ſemper in iuramento conditionem, ſi res eodem in ſtatuto permanſerint, & ſic ſi iudices in quos conſentijſſet, quem apparet odioſi non euadent, vel alia ex cauſa neutiquam ſuſpecti fiant conſiderari tex. probat in c. breui, & in c. quemadmodum extra de iureiur. & in l. quod ſeruius, vbi latè Iaſ. ff. de condictio. ob cauſ. quem & pro pleniori dictæ clauſulæ rebus ſic ſtantibus intelligentia ab Oſaſcho in deciſ. Pedem.91.num.14. cum pluribus ſeqq. cumulata videas, ex eo iſtud ſimiliter comprobatur, nam aliquo, vbicumque inueniatur conueniri poſſe ſe obligante adhuc ſi in loco ſibi non tuto conueniatur locum tanquã ſibi nõ tutum ei quod recuſare permittatur in l. cum res in princ. ff. de legat.1. Angel. tenet, & Alex. à Marſilio in conſ.81. relati nu.45. nec eo loci per Imolam notata obſtant iſta ratione à præfatis recedentem, quia euenire hoc potuiſſe cogitare promittens potuit, cum Angeli dictum eſſe verius in c. cum Romanus Canonicus num.1. ante fin. verſ. amplia etiam, ex notatis per Antonium de off. deleg. Fely. teneat, idem Anton. & Imola in ca.1. de iud. nunquam dictam clauſulam de loco, vbi ſpecialiter quis promiſſurus non fuiſſet intelligi dicentes, & Alexand. in leg. ſi conuenerit fallent. decima, ff. de iuriſdiction. omnium iudicum.

49 Ac ad ea renunciationem quantumcunque expreſſam, quæ ſibi quis competere neſciebat, minime porrigi in allegat.5. num.11. & num.17. Roder. Suarez vbi late, clare affirmat, nec illud obſtat inſtrumentum ſcilicet diffinitionis cauſæ vim habere, vt in conſil.31. Crauetta inquit num.7. & alij quorum ſupra memores fuimus, hæc vtique, & alia circa id allegata in inſtrumẽto ſolum quod purum eſt, & liquidum locum habent, ſecus in eo quod iuxta paulo ante numero 39. notata liquidare oportet, iudicẽ enim in liquidatione facienda, necnon executorem, grauare poſſe ſupra hoc eodem cap. num.12. ex Frãcho, & Abbate eo loci relatis adnotauimus quibus in conſ.21. num.25. & 26. lib.1. per Burſat. notata apprime ſuffragantur, ex Archidiacono in c. legitima de appellat. in 6. & alijs ibi relatis cauſæ friuolæ, & fruſtratoriæ ſuſpicionis allegatæ notorietatem, non autem debiti notorietatem iudicis ſuſpicionem tollere explicãtẽ.

50 Iudicemque quoties liquidum inſtrumentũ non eſt ſuſpectum allegare ac recuſare licere illud etiam vltra prænotata conuenit, quia ſtatuto nullam aduerſus inſtrumentum exceptionẽ opponi poſſe diſponente liquidum non eſſe inſtrumentum opponere quod liceat, poſt Bald. in dicta l.2. C. de execut. rei iud. & Bartolum in l. proinde, §. notandum ff. ad legem Aquil. tunc quando liquidum eſt inſtrumentum eſſe exequendum aſſerentem in ſupracit. deciſ.129. num.8. in fin. Oſaſch. enarrat, notata per Alexã. ſuffragantur in l. intra dies num.7. & 8. ff. de re iud. & per Teſſaur. in dicta deciſ. Pedem.26. aliorum memorem hoc plene diſcutientem, ac nõ eſſe illiquida executioni demandanda in conſ. 296. nume.11. lib.3. textu in argum. relato in l. vlt. C. de compenſat. & Baldo in l. cum teſtamento, C. de teſtam. manumiſſ. Corn. tenet, & hanc, communi calculo receptam eſſe ſcribentiũ opinionem ex Decio in conſ.322. num.3. conſ.618. num.5. & conſil.682. nu.9. & alijs in conſ.5. nu.6. & 7. Becc. affirmat eodem loci ante finem, ex Aretino in conſ.49. col. vlt. verſ. ſed terminus, ſi quid in certo termino ſoluendum ſit ante factam liquidationem minime terminum currere aſſerens.

51 Ex eo iſtud comprobatur, nam certæ cauſæ, reſpectu dilatione conceſſa ante cauſam illam perfecte impletam, quod currere dilationis tẽpus non incipiat in l. ſi cui legetur in prin. circa fin. Bart. inquit, & eo loci Bal. & Imola, ff. de leg.1. ad emptorem hoc inferentes pretium in certo termino dare promittentem tempus ipſum, donec rem venditam venditor non tradiderit, nõ currere aſſerentes, Corn. in notab. caſu loquens in conſ.245. num.6. & 7. lib.4. Guido Pap. in ſingul.871. late Tiraquell. vt ſui moris eſt in tract. de retract. conſang. §.1. gloſ.10. & 112. cum ſeqq. Iaſ. qui in dicta l. ſi cui legetur in prin. num.16. & 17. notab. loquitur, quem videas, & communem hanc eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem, & Petrus Carſia nouiſſime in his extrauag. deciſionibus dicto 308. fol.51. & Becc. vbi ſupra ante finem dicti nu.7. Loffredo in conſil.18. relato nu.2. nec perſonæ capturam pro debito illiquido, neque aliam executionem eſſe concludit, concludendam.

52 Quod pariter, vbi antefactã debiti liquidationem exequi inſtrumẽtum poſſe conuentum extitiſſet locum habere ſcire conuenit, quo etiã caſu certa cum diſtinctione ad executionẽ procedi poſſe in pluries citato tit. de liquidar. num.10. & 11. Galleſ. concedit hæc vtique conuentio illam habere debet conditionem à iudice, dummodo, qui ſuſpectus non ſit executio petatur, à quo dictæ conuentionis virtute eſſe executionẽ faciendam nullatenus creditorem cogitaſſe credendum eſt, prout à tali iudice hoc fieri poſſe, neutiquam ſpecialiter conueniſſet, nec iuramẽtum circa id ſuffragari eſt aſſerendum, quod cõſenſus defectum non ſupplere ſupra hoc eodem cap. num.47. circa finem notatum extitit, ac conuentionem quamlibet, ſi eodem in ſtatu res perſtant, & dummodo ſuſpicio in iudice ſuperueniat interpretari ex textu in c. breui de iureiur. cum concord. ſupra ſimiliter notauimus, ſicut neque illud quod hoc eodem cap. numero 35. dictũ fuit obſtat recuſationis exceptioni, quoties li-

ties liquidum inſtrumentum eſt, vel de breni liquidandum locum non eſſe, ibi enim enarrata tunc militare exiſtimo quando vere liquidum eſt inſtrumentum, quod ab hoc caſu valde differre eſt aperte manifeſtum, cum illiquidum reuera inſtrumentum ſit, ſed debitor hoc non obſtante, illud quod exequi liceat pactus fuit, & tale aliquid eſſe, & pro tale haberi inter ſe omnino differre poſt gloſam fin. in fine l. mercis la 2. ff. de verbor. ſignific. ex notatis per Aret. liquet in §. ſi quis agens num. 8. circa finem inſtitut. de action. de ſtipulatione loquentem, & obligatione quæ ſtrictè interpretari, nec interpretationẽ extenſiuam recipere ex tex. probat in vulgata l. quicquid adſtringendæ ff. de verbor. obligat. ac in iſtis grauibus locum non eſſe fictionibus per Balbum in deciſ 3. notata conferunt, aliaque item diuerſitatis ratio concurrit, quia poſt factam hoc in caſu executionem debiti omnino liquidatio facienda ſupereſt, vt eodem loci per Galleſ. nnme. 6. in fine, in qua iudicem grauare poſſe aſſeruimus, & ideo melius eſt ſuſpecti iudicis ab initio examen effugere, quam liquidationis faciendæ tempus poſt executionem factã expectare, & tunc recuſationis exceptionem opponete, quo forſan tempore carceratus debitor reperitur, & cui tunc per recuſationis exceptionem non ſine magno incommodo laboribus, & expenſis ſubueniretur, & ſatis ante vulnus illatum, malo expedit occurrere quam poſt vulneratam remedium quærere, vt tex. inquit in l. fin. C. in quibus cauſis in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. & l. 1. C. quando lic. ſine iud. ſe vendic. & deciſ. Auenion. 2. num. 8. verſic. etiam ſi reſtitutio poſt principium: quo loci in ſimilib fere terminis, quam videas, & Ouidij Carmina in lib. primo de remed. amor. ſuffragantur, & aptiſsime conueniunt.

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Si piget in primo limine ſiſte pedem.
Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi,
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Nam mora dat vires teneras mora percoquit vuas,
Et validas ſegetes, quod fuit herba facit.
Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus vmbras.
Quo poſita eſt primum tempore virga facit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli.
Nunc ad in immenſum iuribus aucta ſuis.

Et deinde.

Principijs obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala longas conualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.

Et demum.

Vidi ego, quod fuerat primo ſanabile vulnus.
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.

Quapropter non licere ſuſpecto iudici executioni inſtrumentum non liquidum mandare quamnis in eo etiam liquidatione nõ facta exequi quod illud poſsit adſit conuentio recuſationis cõtra ipſum exceptione oppoſita eſt omnino concludendum.

53 Dumque debitorem per inſtrumentũ liquidum iudicem nullatenus recuſare poſſe ſupradiximus, tunc ea procedere & locum habere eſt aduertendum, quoties eodem executionis petitæ tempore productum inſtrumentum extitit, ſecus vbi poſt petitam executionem inſtrumentum produceretur, quo caſu cum non ad executionem, ſed ad probationem productum dicatur & propterea in iudicio executiuo, eo quod exequi petitur deficiente neutiquam obtinere producentem poſſe poſt Bartolum in l. filius, ff. quod cum eo, & alios plures quorum in conſ. 300. num. 2. verſ. quoniam Roman. meminit, & ibi Mandoſ. in vlt. addit. & Pætus in praxi Capitol. fori lib. 3. cap. 2. num. 2. recuſari tali caſu iudicem poſſe, ſicut in alio quocunque iudicio in quo executiue non agitur recuſare iudicem licet non eſt dubitandum.

54 Cumque ex prænotatis duplici modo inſtrumenti virtute agere licere appareat, illud propterea non reticeam, quod ſi inſtrumenti executionem minime poſt decẽnium peti poſſe ſtatutum caueat, ex quo non probationi, ſed executioni ſolum ſtatutum obſtat, quamuis executiue, & in executionis modum produci inſtrumentum nequeat, in modum tamen, ac in vim probationis via, ſcilicet ordinaria dato libello & lite conteſtata produci inſtrumentum poſſe ex Baldo in l. 3. ff quod falſo tut. aut. in ſing. 141. Cremenſ. affimat, Felyn in c. fin. vbi plenè apoſtillator de præſcript. aliorum memor Mandoſ. in præfata addit. vlt. ad proxime relatum Romani conſil. 400 & Carauita ſuper ritu Magnæ Curiæ 267. num. 1. illamque in his terminis, à Baldo in dicta l. 3. declarationem notatã facias, quod vbi contra principale debitum ſtatutũ expreſſe diſponeret, nullatenus elapſo tempore, neque in vim probationis inſtrumentum, tali caſu produci poſſet quale Beneuẽti extat in lib. 2. ſtatutorum in ſupracit. tit. de exequut. inſtrum. §. 1. debitum poſt viginti annos ſolutum præſumi contrarinm niſi probetur clare diſponens, de cuius quidem ſtatuti viribus, & an validum illud ſit in l omnes populi nu. 24. ff. de iuſt. & iure, Bart. videas: quo loci ab his, quæ in l. ſequit. §. ſi viã ff de vſucap. & alijs in locis pro talis ſtatuti validitate ſequutus fuerat recedens, non valere illud aſſerit, ac ſtatutum hoc tanquã peccati nutritiuum nullatenns valere, Viuius in communium opinionum tract. cap. 276. libro 5. pluribus iſtud affirmantibus relatis, & Imola ſignanter in dicto §. ſi viam communem hanc eſſe enarrat ſcribẽtium opinionem; illud etiam in fine ſubdens ſtatutum valere præſuppoſito. in caſu illud in quo bona fides in præſcribente, concurreret eſſe expon t interpretandum nunquam in mala fide exiſtentem præſcribere ſubdens, quodque ſi ſtatutum expreſſe cum mala

fide

ſide præſcriptionem permitteret inualidum ibi
ind, quod cenſeatur communem eſſe concludit
ſcribẽtium opinionem, nihilominus, vt quęcũ-
que ſtatutum hoc reſpicientia plene calleas, &
pro plena maxime dicti ſtatuti ciuitatis meæ Be
neuentanæ à Summo Pontifice confirmati in-
telligentia deciſion. Auenionenſem 86. per to-
tum vere notandam inſpectam facias, imò prę-
ſcriptioni in merum creditoris odium debitũ
petere negligentis inducta renũciare, quod de-
bitor nequeat Balbo in tract. de pręſcript. 6. par.
te princ. relato quæſt. 6. & alijs veriorem, idem
Viuius in præfato communium opinionum tra
ctat. cap. 278. par. 1. & magis communem eſſe
affirmat ſcribentium opinionem in præſcriptio
ne ſtatutaria decurſum, ſecus iam decurſa hoc
procedere declarans, cui renunciari poſſe clare
concludit, quæ omnia ad præfati ſtatuti ciuita-
tis meæ Beneuentanæ declarationem notare
conuenit, & alia per Seraph. in tract. de priuil. iu
ram. notata priuil. 51. per totũ, & ſignanter nu-
me. 2. 7. & 8. quo loci huiuſmodi ſtante ſtatuto,
decem poſt annos debitum petere prohibente
illa ratione in debito iurato, locum non habere
ait, quia ſecundum Bartolum in l. nam & poſtea
§. ſed ſi is qui temporali, ff. de iure iur. Felyn. in
c. fin. num. 8. de præſcript. Crauettam in conſil.
71. num. 2. Gratum lib. 2. reſponſo 41. nu. 5. verſ.
ſecundo conſidero de communi teſtantem, &
alios quorum meminit, actionem ad annos qua
draginta iuramentum perpetuat, quem hæc, &
alia referentem, & plene declarantem inſpectũ
omnino facias, & Gabrielium in tractatu com-
munium concluſ. lib. 2. in tit. de iureiur. cõcluſ.
5. per totum late iſtud explicantem.

55 Et præfati inſtrumenti terminis paratam ha
bentis executionem, non recedendo Mainetij
dictum in l. quatenus cuiuſque colum. fina ff de
reg. iur. non reticeam vẽditorem iuxta per Bal.
in l. 1. ff. de action. empt. notata ad rei traditio-
nem præciſe teneri dicentis, vbi inſtrumẽto me
diante paratam habente executionem facta
venditio fuiſſet, ſed quatenus valde notandum
hoc exclamat, neque illud ſic notandum, & me-
moria dignum cenſeo, vt Mainer. exiſtimar, cu-
ius Petrus Garſia in ſuis extrauagan deciſion &
iuris dictis dicto 500. meminit; namque, etſi re
gula ſit factum promitentem non eſſe præcisè,
ad factum compellendum, ſed ſoluto per pro-
mittentem intereſſe liberari l. ſi quis ab alio, &
ibi ſcribentes, ff. de re iud. & l. ſi pœnam, & l. ſti-
pulationes, non diuiduntur, & eo loci Bar. quæ-
ſtio. 8. ff. de verb. obligat. attamen quoties, vt in
hoc caſu promiſsio quid dari, vel tradi conti-
net, & dandi, ſeu tradendi facultatem promiſ-
ſor habet qualitercunque etiã citra inſtrumen-
tum promiſsione facta ad dandum præcisè, vel
tradendum cogi venditorem poſſe ex text. in l.
vbi autem non apparet §. fin. ff. eod. titu. de ver-
bor. oblig. vbi ſcribentes omnes hoc tenere, &
Bartolum cæteroſque in dicta leg. ſtipulationes
non diuiduntur nume. 14. in conſ. 92. num. 62.
lib. 1. Menoch. atteſtatur, ac promiſsionem hãc,
merum factum tanquam annexam bonorum
cauſam habentem neutiquam cõtinere ſubdit,
ac Iaſone relato in dicta l. ſtipulationes nu. 35.
ex textu in l. in conuentionalibus in fine, ff. eod.
tit. de verbor. obligat. Bartolo ibidem nu. 39. &
Alexandro num. 36. venditorem ad rem præci-
ſe tradendam, ſi in ſua facultate eſt tradere ad-
ſtringi, & cogi poſſe, & hoc in dicta l. ſtipulatio-
nes ſcribentes omnes ſentire concludit, Boeriũ
in deciſ. 48. nu. 2. & hanc ex Tiraquello in tract.
de iure conſtit. par. 1. num. 34. communem eſſe,
aſſerit ſcribentium opinionem, & ideo traden-
di facultate concurrente, ſine inſtrumẽto ad id
venditorẽ, vt diximus teneri clarum eſt, & qua-
tenus tradendi facultatem promiſſor nõ habe-
ret quantumuis per inſtrumentum de promiſ-
ſione appareat ipſum cogi ad tradendum poſſe
ad tex. in vulgata l. impoſsibilium, ff. de reg. iur.
impoſsibile videtur, concurrit etiam, quia non
entium nullæ ſunt qualitates, vt in leg. eius qui
in prouincia, ff. ſi certum petat, & inanem om-
nino actionem eſſe quam inopia debitoris ex-
cludit tex, probat in vulgata l. nam is ff. de dolo,
cum ſimil.

56 Sed creditori inſtrumenti executionem petẽ
ti iudicem à quo inſtrumenti executionem po-
ſtulauit noua ſuſpicionis cauſa accidẽte, vel ve-
teri nuper cognita ad gloſ. in cap. inſinuante
in verbo poſtmodũ in verbo conſenſerit, & glo.
fin. de off. de leg. recuſare licere ambigendũ non
videtur, quęque de debitore diximus per inſtru
mentum obligato creditori nullatenus conue-
nire, ad cuius fauorem obligatio cæteraque re-
nunciationes, & promiſsiones, in obligatione
ipſa exiſtentes factæ apparent. & in ipſius fauo-
rem inducta, non eſſe in eius odium retorquen-
da vulgatus docet tex. in l. quod fauore, C. de le
gibus cum ſimil. necnon dum adæquari, recuſa
tionem diximus, & appellationem, vt in pluries
citato c. ſuper eo il ſecundo de appellat. ſicut eo
caſu, vbi negatiue per iudicem, ac inſtrumentũ
exequendum non eſſe, ſeu executionem nõ me-
rere pronunciaretur procedere appellationẽ, &
permitti poſt tex. in l. & in maioribus, C. de ap-
pellat. & poſt Angelum in l. quiſquis in final. ver
bis, C. quorum appellat non recip. ſe ſic practi-
caſſe multoties referentem in ſupracit. l. poſt rẽ,
ff. de re iudic. Roder. Suarez affirmat fol. 715.
num. 4. Tiraquel. in tract. *le mort* ſaiſit in 6. par.
declarat. 6. num. 3. & Lancellot de attent. ca. 28.
nu. 42. fol. 446. & alij per Berderod. in tracta. de
appellat. relati par. prima tit. 19. columna 266.
in princ. in ſimili caſu loquentes, ita & pariter,
immo multo magis ſupracitatæ l. fin. argumen-
to, C. in quibus cauſis in integrum reſtitut. non
eſt neceſ. circa finem, quoties iuſta aliqua ex cau
ſa creditor contra iudicem ſuſpicaretur recu-

ſatio-

ſationis exceptionem opponere poſſe neminẽ fore negaturum indubitate exiſtimo.

57 Ac illud à prænotatis neutiquam alienum omiſſum facere nolui, & de quo in foro nõ leues inter cauſidicos altercationes fieri animaduerti veluti ſi inſtrumenti liquidi executionem creditor petit, ipſe vero debitor inſtrumẽtum executum, & creditori ſatisfactum fuiſſe opponat, in eo ſatisfactionis exceptione fundata, quod alias in eius bonis executum ac tali ex cauſa in carcerem immiſſus fuerit, & quamuis bona exequuta, aut ſubhaſtata, aut vendita fuiſſe minimè appareat dum rerum executiuum, neque ſubhaſtationem, neque conditionem proſecutus creditor fuit, ac ipſius debitoris carcerati liberationem paſſus extitit ſatisfactum, quod creditori fuerit non leuẽ ex his exurgere præſumptionem inferebatur, maxime quia creditores debitorum ex carceratione nunquam aut raro paſſos fuiſſe vidimus, nec dimiſiſſe rerum executarum ſubhaſtationem, niſi de credito ſatisfactione obtenta, validum enim à ſolitis, & ab eo, quod fieri conſueuit eſſe argumentum tex. probat in l. quod ſi nolit, §. quia aſsidua, ff. de ædilit. edicto, & ibi Bal. & alij, & in l. certi condictio, §. ſi nummos, ff. ſi certum pet. vbi Bar. Iaſ. Alexan. cæterique cum alijs concordant ab Eneraldo in locis legal. affinenter, & copiosè cumulatis, in loco ab vſitato, ſeu à ſolitis in prin. attamen ad ſolutionem hoc in caſu præſumendam niſi temporis diuturnitate concurrente nullatenus prænotata ſufficere ex notatis conſtat per Anchar. ita in conſ. 39. concludentem, quod cum petita alias, & inchoata ſententiæ executio fuiſſet ex temporis diuturnitate effectum quod habuerit ne vlterius quis ex tali ſentẽtia moleſtari debeat præſumptio reſurgat alias ſecus, cuius in conſ. 375. nu. 4. Decius meminit, quem inſpicias.

SVMMARIVM.

1 *Ille cuius conſcientia oneratur, vti Deus cognoſcit, & ſine citatione, & ſine aliqua cauſæ cognitione ad exequendum procedit.*

Iudex, cuius conſcientiæ aliquid exequendum committitur non ſyndicatur.

2 *Conſcientia eſt cognitio cuiuslibet cordis ſui ipſius quã nemo ſcit, niſi ſolus Deus. Angelus item humanæ vitæ præſidens conſcientia eſſe dicitur aliorumque diffinitiones referuntur, & nu. 5.*

Alicui, vt ſecundum ſuam conſcientiam procedat, à Principe commiſſione facta, quod ita ſua cõſcientia dictat iurare debet, niſi limitatur nobilis ille magnæque excellentiæ vir eſſet, quem ad iurandum, nõ teneri aſſeritur.

3 *Iudicem, cuius conſcientiæ aliquid committitur, negotium, vt propria dictat conſcientia, ſine aliqua probatione, aut partium citatione expedire poſſe, nec ab eo reclamari, neque contrarium probare volentem audiendum eſſe aliqui opinantur, & numero ſeq. vbi declaratur.*

Vbi alicuius conſcientiæ, aliquid committitur, ab eo quod talis declarauerit reclamare neutiquam licet, illiuſque nullus aliue, ſed ſolus Deus eſt iudex in hoc mundo.

Conſcientia ipſa, in conſcientiæ foro iudex eſt, actor reus, & teſtis.

Poteſtatem, ſecundum conſcientiam iudicantium, ac aliorum quibus ſecundum liberam voluntatem iudicare licet latiorem cenſeri, ac ſecundum propriam conſcientiam proprio viſu, vel auditu informatam iudicare poſſe deducitur.

Conſcientia mille teſtes, ex Quintiliano.

In conſcientiæ foro pœnam ſine interpellatione debitor incurrit.

Cuncta Deus videt, & ſcrutator eſt cordium.

Recuſatio, & appellatio æquiparantur.

4 *Alicui cum clauſula conſcientiam tuam oneramus, delegatione facta perſonæ induſtria electa eſſe cenſetur, nec alteri negotium ſibi commiſſum, etiam quod Summi ſit Pontificis delegatus delegare poterit.*

Gratia in forma dignum arbitramur alicui à Summo Pontif. conceſſa illum, cui examinatio, & executio committitur alteri ex cauſa vices ſuas, etiam quod clauſula adſit, conſcientiam tuam oneramus committere poſſe deducitur.

Teſtamenti executor, qui pro ſua conſcientia exequi debet ſubexecutorem facere nequit, niſi certum aliquid committeret, & ab ipſo teſtatore declaratum.

Ad hæredes executoris officium communi attenta opinione non transmittitur.

Licentiam bona hæreditaria vendendi etiam ante aditam hæreditatem executoribus præſtare teſtatori licet.

5 *Verba illa conſcientiæ tuæ committimus boni viri arbitrium conceſſum fuiſſe denotant.*

Iudex non propriam conſcientiam, ſed publicam, communem, & lege munitam ſequi debet.

Sententiam ita ſecundum noſtram conſcientiam iudicamus iudice proferente de conſcientia ex actis reſultante, ac legibus informata intelligitur.

Vir bonus ille non cenſetur, qui ſine conſcientia eſt.

Vera conſcientia illa eſt, quæ ex legum fonte ſumitur.

Iudicem propria conſcientia mouere non debet, & legis conſcientia hominis conſcientiam vincit, quæ ab vſuna dicitur.

Secundum veram, & rectam conſcientiam procedere facere, & loqui iudex debet; alias in Gehennam ædificat, & pœnam à iure inflictam incurrit, cum clauſula ſola facti veritate inſpecta cauſa commiſſa de veritate, cui ius patrocinatur intelligitur, nec quem ex pacto nudo iudici tali caſu condemnare licet.

6 *Eo caſu iudici, cuius conſcientia oneratur, ſine cauſæ cognitione procedere permittitur, quando de cuius præiudicio agitur non extaret.*

Verbum hoc conſcientia boni viri arbitrium, non autẽ meram, & liberam voluntatem denotat, nec legem iudici tranſgredi tali caſu licet, ac de ea conſcientia quæ legibus munita ſit, non de ea quam ſibi quiſque facit intelligendum eſt.

7 *Lex poſitiua non nutriens peccatum etiam in animæ foro, & conſcientiæ ſecundum communem ſcribẽtium opinionem eſt ſeruanda, vbi nullam cum naturali æquitate habet diſſonantiam, dummodo ſuper veritate non autem ſuper præſumptionibus ſit fundata.*

Lex humana de his quæ apparent, non autem de occultis iudicat, lex vero conſcientiæ de his iudicat, quæ ſunt quamuis non appareant.

De occultis Eccleſia non iudicat, nec de occultis, Summus Pont. diuinare poteſt.

Iudicem

Iudicem cuius conſcientia oneratur recuſare licere deducitur, & num, 9. cum ſeqq.

8 *Gloſæ, & aliorum opinio per viam ſolum ſupplicationis dicentium, non autem per viam appellationis aduerſus illius declarationem, cui vt ſecundum conſciẽtiam iudicaret commiſſum fuit in foro pœnitentiali, in quo illud quod fit non prodeſt, nec nocet alteri procedit, & nu. ſeq. vbi iterum declaratur.*

In reſpicientibus iuſtitiam parua etiam attenduntur.

Contra alicuius voluntatem faciens illius conditionem quamuis meliorem faciat nocere dicitur.

Lucri ſpecies eſt ſuam explere voluntatem, etiam quod expletæ voluntatis exitus, contra implentem redundaret.

10 *A iudicis ſententia ſecundum conſcientiam iudicantis appellatione remota facilius tali caſu recuſationis exceptionem eſſe concedendam exponitur.*

Vt quis coram ſuſpecto iudice litiget Principem velle non præſumitur.

Vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum.

Rectum iudex arbitrandi arbitrium quando ſuſpectus eſt habere non dicitur,

Iudicem, cuius conſcientia oneratur legitima concurrente cauſa recuſare licere concluditur.

Appellatio, & recuſatio æquiparantur.

Aduerſus iudicis ſententiã, cuius cõſcientia oneratur.

Legitima concurrẽtẽ cauſa appellare licet.

Verbum hoc conſcientia qualiter à legum peritis canoniſtis, & Theologis conſideretur, quæ publica, quæ priuata conſcientia dicatur de differentia inter conſenſum, & qualiter verbum hoc in ſtatuto de alicuius conſcientia fieri aliquid requirente conſideretur remiſſiue.

11 *Clauſula in literis Papæ beneficialibus exiſtente ſi per diligentem examinationem idoneũ eſſe repereris, ſuper quo cõſcientiam tuam oneramus ex alterius examinis cauſa prouiſo noto exiſtẽte non eſſe eum quoad ſcientiam iterum examinandum, ſed quoad mores tantum aſſeritur, qui quotidie mutantur.*

Notus ille dicitur, qui in loco eſt oriundus.

An Papæ, alicui notorie indigno de beneficio prouideri mandanti obtemperandum ſit remiſſiue.

In beneficiũ, vel ordinum collatione doctor abſque examine promoueri tanquam notus poteſt.

Summo Pont. pro graduato ſcribente nunquam de idoneitate inquiri neque quod examini ſubiiciatur mandare ſummum Pontif. exponitur.

Præfata clauſula ſi per diligentem examinationem cõditionem inſert.

Graduatus in concurſu Parrochialis Eccleſiæ, examen iuxta Sacri Concilii Tridentini diſpoſitionem ſubire tenetur, ſiue graduati ſint alii concurrentes, ſiue non.

13 *Clauſula illa in Papæ literis exiſtente ſi idoneus ille, vel dignus ſit non eſſe quem tali caſu citandum, ac ſoli examinatori probationem concludere ſatis eſſe, ac conſcientalem potius commiſſionem hanc quam iudicialem cenſeri eumque monitionem potius, quã conditionem ſonare deducitur.*

Clauſula in delegatione apoſtolica exiſtente ſi tibi conſtiterit, vel ſi ſic reperies ita facias quoties de alterius agitur preiudicio conditionalem commiſſionem facit, ac non vocatis vocandis commiſſario procedente nulliter eum procedere magis communis ſcribentium opinio refertur.

Verba illa ſi ſibi conſtiterit, & verba ſi ita inueneris, nullatenus inter ſe differunt.

De clauſulę viribus conſcientię tuę committimus, remiſſiue.

14 *In foro animę delictum, & conſcientię, in dubio preſumitur.*

Teſtis ſecundum ſuam conſcientiam deponens, nihil probat.

Caput Nonum.

1 Illa item ſupra relatis ſuccedit quæſtio, vtrum illum, cuius in exequendo, aut iudicando iuris communis, ſeu commiſſionis, aut reſcripti forma attenta conſcientia oneratur, recuſare tanquam ſuſpectum liceat, & pro negatiua opinione, ac recuſare eum non licere vltra gloſ. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem verbo relinquatur de reſcript. in 6. hoc [illegible]ferentem illa ſuffragatur ratio, nam vt Deum illum cuius conſcientia oneratur cognoſcere, ac ſine citatione, & ſine aliqua cauſæ cognitione ad exequẽdum procedere in l. certum Bal. inquit col. 2. in fine C. vnde legitimi, & in l. neque natales col. vlt. C. de probat. cuius aliorumq; Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ meminit lib. 6. cap. 2. nume. 3. verſ. ſecundo nec parris, & Lapus in allegar. 15. in fine, ex dictis verbis conſcientiam tuam oneramus, exceptionem omnem excludi aſſerens; ſicut & omnem appellationem illius virtute, ac omnẽ iuris ſolemnitatem ſublatam cẽſeri. Mandoſ eo loci in vltima addit. ampliat, quodque præfato executori iuxta animi ſui motũ naturali æquitate regulatum, ac ſine iudicij figura, & de facto procedere liceat eodem loci, Mandoſ. quem inſpicias atteſtatur, neque ſyndicare iudicem licere, conſcientiæ cuius aliquid expediendum cõmittitur in deciſ. 221. Balb affirmat in prin.

2 . Per conſcientiæ pariter diffinitionem in c. ſtatutum in fine de hæret. in 6. ab Archid. poſitam, hoc probatur conſciẽtiam cognitionem cuiuſlibet cordis ſui ipſius eſſe dicẽtem, quam nemo ſcit niſi ſolus Deus, conſcientiam item Angelũ humanæ vitæ præſidentem eſſe in quæſt. 12. numero 4. & 5. Berous inquit, quem aliorum memorem inſpectum omnino facere nõ præteras & in illa oratione Cicero, quam pro Milone recitauit certiſſimam eius rei ſcientiam eſſe diffinit, quæ animo noſtro ineſt, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Magna inquit, eſt vis conſcientiæ iudices & magna in vtramque partẽ, vt neque timeant, qui nihil commiſerint, ac pęnam ſemper ante oculos verſati putent, qui peccarint, idemque Cicero in libro de ſenectute conſcientiá eſſe ait bene actæ vitæ multorumque beneficiorũ iucundiſſimam recordationem, etſi Diuus Thomas in ſumma par. 1. quæſt. 79. artic. 13. pro eo conſcientiam ſumat, quod cum alio ſit ſcientia actumque eam eſſe qui circa ea, quæ agimus teſtificatur ligat, inſtigat, accuſat, remordet, & reprehendit, in ſumma Syluester ſimiliter ſequitur verbo conſcientia, & alij, quos in comment.

ad con-

ad conſtitut. Picen. cap. vt minorum, gloſſ. 3. Boccat. citat; num. 1. 2. & 3. & num. 4. quo loci, ex eodem Diuo Thoma tripliciter actibus terminum hunc applicari exponit; primo quoties per conſcientiam fuiſſe aliquid, vel non feciſſe recognoſcimus; ſecundo quando eandem per conſcientiam faciēdum eſſe aliquid, vel non arbitramur Tertio quando bene aliquid, vel male factum eſſe per conſcientiam iudicamus, & ex Baldo in l. fin. C. de pœna iudic. qui male iudic. nume. 5. per Probum in addit. ad Ioannem Monach. relato in c cum æterni. num. 7. de ſentent. & re ind. in 6. triplicem eſſe exponit conſcientiam, vt apud ipſum diſtinguentem, quem inſpicias, & Nauarro, in Manuali confeſſor. relaro, ca. 27. num. 527. & ſeq. inter conſcientiam certam, dubioſam, & ſcrupuloſam, differentiam facientem, quæ certa ſit conſcientia, quæ vero dubioſa, & quæ ſcrupuloſa declarat, eodemque nu 3. in fine, conſcientiam cum alio ſcientiam, Bocca. eſſe ait, circa bonum, & malum in animo conſiſtentem quem ſolus ſcit Deus, quem tāquam prauarum noſtrarū cogitationum timere vltorem debemus, ſed pro his quæ rem de qua agitur uere reſpiciunt, ille cui aliquid ut ſecundum conſcientiam procedat committitur, quamuis eum ad partem citandam non adſtringi in praxi iudic. 6. 7. Aſin. teneat cap. 5. limit 7. nume. 2. & 3. & alij quorum paulo ante mentionem fecimus, nihilominus antequam pronuntiet quod ita ſua conſcientia dictat pro ſententiæ validitate, iurare quod teneatur alioqui quod actū fuerit non valere in conſi. 218. num. 8. poſt princ. lib. 2. Alex. inquit, Caball. in milleloq. 958. alios recenſens, Grauat. in addi. ad Veſt r. lib. 6 cap. 2. num. 5. & in deciſ. 25. Triuiſan. nu. 11. lib. 1. quod in nobili magnæque excellentiæ viro non procedere limitatur, cuius declarationi abſque aliquo iuramento ſtandum eſſe, ex Specul. in tit. de teſtib. §. reſtat, uerſic. decimo nono, & ex Belone in conſi. 49. nume. 13 in tract de priuileg. iuram. priuil. 2 num ſi. Seraph. poſt hæc ſcripta a me uiſus aſſeuerat.

3 Et quod vbicumque aliquid alicuius conſcientiæ committitur, alia probatio ſeu partium citatio neceſſaria non ſit, ac probationem ſoli iudici concludere ſatis eſſe ex quo commiſſio conſcientialis eſt, ac iudicem prout ſua cōſcientia dictat, expedire poſſe in alleg. 60. circa princ. Lapus tenet, & alij in dicto §. Aſſeſſorem per Franchum relati, ex Baldo, in l. 2. C. de fideicomm. commēdare, legem illud, & fouere quod ex conſcientia fit: qua attenta de iuris apicibus diſputare minime conuenit aſſerentē, quodque ab eo quod talis declarauerit reclamari nequeat, quia nullus alius, ſed ſolus Deus eſt iudex in hoc mundo, vltra Franchum vbi ſupra Bald. in rub. de iudic. affirmat, cuius aliorumque in tract. de iurepatro. 1. par. 2. lib. 3 art. decimæ quæſt. prin. num. 15. in fine ſol. 105. a tergo Lambert. meminit, ac in poli foro, & interiori conſcientiam ipſam, iudicem eſſe, actorem, reum, & teſtem ex eodem Baldo, in præfata rubr. de iudic. Lambert. eodem lib. 2. artic. 18. concludit. 9. quæſtio. princ. prima part. fol 93. huiuſque poteſtatem latiorem eſſe quam aliorum, quibus ſecundum liberam voluntatem iudicare licet, ac poſſe hunc ſecundum propriam conſcientiam, proprio viſu, vel auditu, informatam, iudicare in libello actionis realis verbo Summarie nume. 17. in fin. Papienſ. aſſeuerat; Hinc conſcientia mille teſtes, vt in libr. 5. inſtitut. orat. a Quintil. accepimus a Deciſione Auenion. 86. relatus numer. 4. in fine principij, & a Beccio in conſi. 44. nume. 11. in fine, & ideo pœnam in conſcientiæ foro ſine aliqua interpellatione debitorem incurrere in cap. extirpandæ, §. quia vero, colum. vlt de præben. Panorm. inquit & in c. excommunicationi de raptor. Alexan. in l. ita ſtipulatus num. 15. ff. de verbo. obligat. Felyn in cap. 2. nu. 5. de magiſtr. & Alciat in l. quicquid adſtringendæ, §. 1. num 7. uerſic. tertius ab eiſdem, ff. de verbo oblig quos in nona centur. de arbitrar. iud. caſu 498. num. 70. & 71. Menoc. recenſet, illam eo loci rationem eſſe explicans, quia cuncta Deus videt, & ſcrutator eſt cordiū, nullaque apud eum eſt excuſatio, nec contrariū probare tali caſu volentem audiendum eſſe poſt Gloſſ. in dicto §. Aſſeſſorem, in deci. 61. in fine de reſcript. in antiq. Rota inquit, & Barbat. in trac. de Cardin. legat. a lat. 2. quæſt. prin. num. 11. ver. tertio caſu, interpretatur, locum hoc eo loci habere intelligens, vbi is, cuius conſcientiæ aliquid committitur paruum, ſecus vero ſi magnum inferet, præiudicium: quo caſu probationem in cōtrarium admitti concludit, ſic gloſam ſingularem reputatam loqui dicens in Clemen. 1. verbo oneramus de iurepatron. ac reditum ad inſtitutum faciendo, ſicut in præfato caſu non eſt appellationi locus, ita & pariter nec recuſationi locum eſſe ex regula cōſtat, recuſationem æquiparante, & appellationem a textu, cuius ſæpius meminimus deſumptam in c. ſuper eo il 2. de appel. Idque Oſaſch. pariter notat, in deciſ. Pedemont. 84. num. 12. in prin.

4 Conuenit etiam quia clauſula hac in Commiſſione, conſcientiam tuam oneramus exiſtēre, electa perſonæ induſtria eſſe cenſetur, ita quod etiā ſi ſit Pontificis delegatus demandatum ſibi negotium, alteri ſubdelegare minime liceat, & ſi regulariter alteri ſubdelegare Principis delegaro licere ex textu liqueat in l. a principe C. de iud. et in l. vnica, C. qui pro ſua iuriſdict. vbi Glo. quam Caſtrenſ. ibi communiter eſſe teſtatur approbatam tenet hoc Guidopap. in deciſ 624. Boeri. in deciſ. 6. colum. fin. alios recenſens, qui videatur, Capyci. deciſ. 151. numer. 6. & alij plures quorum Vant. in tractat. de nullit. meminit in titul. de nullitat. ex defect. iuriſd. delega. numer. 26. pro ut neutiquam delegare hoc caſu delegato licere in capitu. cum in ueteri per illum text. de elect. Panormitan. aſſerit, Alexandr. in præfata

l. à iudice,& in l. more,ff de iuriſd. omnium iud. quorum aliorumque in l. quod quis,num. 3. hęc & alia circa id referens notabilia C. de procur. Iaſ. recordatur, Vant. in tract. de nullitat in præfato tit. de nullit. ſentent, ex def. iuriſd deleg. numc. 21 alijque plures à Menochio, in tra. de arb. iudic. relati, lib. 1. quæſt. 68. num. 12. fol. 57. Rota in ſupracit. deciſ. 18. de conceſſ. præb. in nou. vbi plene, & notab. & ſi eo caſu, vbi gratiam, iuxta formam dignum arbitramur alicui de beneficio Summus Pont. feciſſet, illum, cui examinatio, & executio committitur, alteri ex cauſa vices ſuas, etiam quod præfatam clauſulam conſcientiam tuam oneramus reſcriptum contineret, committere poſſe, ex Ioanne Andr. in c. ſi ſuper, de off. deleg. in 6. in deciſ. 63. alias 752. de conceſſ. præben. in antiq. eadem Rota teſtetur, Felyn. poſt tex. ibi in c. fin. num. 2. veſic. vltimo allegant, de off. deleg. ex Dominico in c. 2. de teſtam. in 6. teſtamenti executorem, qui pro ſua conſcientia exequi debet, ex quo eius perſonæ electa induſtria cenſetur, nullatenus ſubexecutorem facere poſſe explicans, & Iaſo. in ſupra cit l. Quod quis, num. 3. verſic. ſecundo, quod niſi certum aliquid, & ab ipſo teſtatore declaratũ executor ipſe committeret intelligitur, nudum, enim tantum hoc caſu miniſterium commiſſũ quod cenſeatur, in quo per ſe vel alium fiat, in aliquo, non referre, poſt tex. in cap. is cui de off. deleg. in 6. Archid. tenet, & Ioann. Andr. in c. fi. de teſtam eod. lib. Bal. in l. nulli, C. de epiſcop. & Cler Balb. in deciſ. 401. quem, inſpicias, immò, neque ad hæredes executoris officiũ tranſmitti in conſi. 69. num. 6 Roman. communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem aſſeuerat, cuius in deciſ. 305. num. 4. lib. 2. Viuius, nouiſſime meminit, plura ibi, de executoris munere explicans per totum inſpiciendus, ac licere teſtatori licentiam bona hæreditaria vendendi, etiam ante aditam hæreditatem executoribus præſtare, in deciſ. 41. num. 6. & per totum notab. Boer. explicat. Quapropter non eſſe in hoc caſu recuſationi locum, ex quo facile recuſatione conceſſa, ad cauſæ delegationem, ad tex. in c. cum ſpeciali, circa fin. de app. deuenire liceret, eſſe duxi concludendum.

5 In contrarium nihilominus verba illa, conſcientiæ tuæ committimus, boni uiri conceſſum arbitrium, fuiſse denotare poſt Gloſam ſupracit. in Clem. 1. in uerbo oneramus, de iurepatro. Iaſone in l. ſi quis arbitratu, num. 23. prope fi. ff. de verbor. oblig. ex Alexandro in conſi. 118. nu. 3. lib. 5. ac ex textu ſignanter, in c. non ſolum, de regul in 6. in illis verbis, vt conſcientiæ tuæ puritati non deſit iudicium rationis, in tract. de arb. iudi. lib. 1. quæſt 8. num 40. Menoch. atteſtatur, illam in num. 41. eſſe explicans rationem, quia conſcientia ſecundum Baldum in præfata, l. vltima, C. de pœna iud qui male iudi. ſenſus eſt ſanæ mentis, & in auth. ad hæc, verſic. ſed dubitatur, C. de vſur. conſcientiam animæ ſenſum eſſe dicentem, bonum, & malum cognoſcentis, & in num. 44. non propriam conſcientiam, ſed publicam communem, & lege munitam, ex tex. iuxta gloſſ in c Iudicem 3. quæſt. 7. ſequi iudicem debere declarat, ac iudice ſententiam hoc modo proferente ita ſecundum noſtram conſcientiam iudicamus, cum ſecundum acta & probata, non autem ſecundum conſcientiam iudicare iudicẽ decere vulgatus probet text. in l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præſid. cumque illa ad textum in l. quoties, ff de reb dub. cum ſimilibus ſit ſemper capienda interpretatio quæ actum valere faciat de conſcientia ex actis reſultante, & legibus informata eſſe hoc intelligendum in c. 1. Ripa inquit num. 35. de iudic. vbi in fine ex Baldo in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. & alijs in locis delegatione alicui facta, vt ſecundum ſuam conſcientiam iudicet valere ait delegationem, & de conſcientia iuribus informata eſſe hoc pariter intelligendum idem in ſupracit. l. vltima, C. de pęna iudic. qui male iudicauit, Bal. aſſerit, & Iaſ. in §. ſed iſte num. 139. de action. quo loci in nume. 110. poſt plures per eum relatos virum bonum eum non eſſe inquit qui ſine conſcientia eſt, quodque publicam quis ſemper conſcientiam, ac lege munitam, non autem priuatam ſequi debeat, poſt Afflict. in deciſ. 321. num. 1. illam veram conſcientiam eſſe dicentem, quæ ex fonte legum ſumitur quæ a Deo ſunt in deciſ. 79. num. 4. cum pluribus ſeqq. Oſaſc. affirmat, quem latè de hoc, & eleganter diſcutientem inſpectum omnino facias, & Curtium, in l. admonendo num. 381. & ſeq. ff. de iureiu. a Ludouico Zunto, in perpulchro reſponſo pro uxore nu. 913. relatum, eaque quod conſcientia quæ legis eſt hominis vincat conſcientiam, quam abuſiuam quando leges non habet appellari in eadem deciſ. 321. num. 2. Afflict. tenet, Didac. Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. nu. 5. & 2. & late Oſaſch. in dicta deciſione. 79. num. 47. & ſeq. Quorum in ſupracit. gloſſ. 3. nu. 6. circa fin. Boccat. meminit, iudicem ſecundum verã & rectam conſcientiam procedere facere, & loqui debere ſubdens alias in Gehennam ignis, quod ædificet, ac ex Rota in præfata deciſ. 18. num. 1. de conceſſ præben. in nouis, multa perlepide circa hoc cumulanda omnino inſpiciendã pęnam a iure ſtatutam incurrere inquit, & quatenus cum clauſula, ſola facta veritate, inſpecta cauſa committeretur, de veritate eſſe hoc intelligẽdum cuius patrocinatur in l. nemo, Bal. tenet, C. de ſent. & ideo iudici tali caſu ex pacto nudo condemnare quem non licere addit. ad Alexandrum explicat in ſupracit. conſi. 218. verbo committitur.

6 Ac eo ſolum caſu ſine citatione iudicem hunc & ſine cauſæ cognitione procedere poſſe qñ de cuius agitur præiudicio, non extaret in d. l. certũ in fine, C vñ legitimi, Rom tenet ab Aſinio in ſupra cit. iudiciorũ praxi relatus, §. 7. c. 5. limit. 6 nu. 1.

in fine

in fine cum ſeq. ex Baldo in l. fi. C. de ſur domin. impetr. verbum iſtud cõſcient a boni viri arbitrium non autem meram, & liberam voluntatẽ denotare explicans, ac eſſe citationem adhibendam, & neceſſariam, ex Bartolo in extrauag. ad reprimendam in verſ. ſine figura, & in verſic. videbitur, ac ex Bal. in l captatorias quæſt. 3. C. de teſtam. milit. quando iuxta ſuam conſcientiam alicui exequendum aliquid mandatur, vel quoties aliquid verbis boni viri arbitrium denotantibus committitur, legem iudici tali caſu tranſgredi nullatenus licere, ac verba illa de conſciẽtia de ea quæ legibus munita ſit, nõ autẽ de ea, quã ſibi quiſq; facit eſſe ſubdit intelligẽdũ iſtud comprobari exponens, quia in conſcientiæ foro ſtatuta etiam eſſe ſeruãda gloſa prima inquit in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut quam Bal. eo loci alibi non reperiri teſtatur, alios Caball. recenſens in Milleloquio 800. hoc ſequitur plenè Alexand. in dicto conſ. 218. num. 5. & ſeq. lib. 2. & alij plures à Viuio in deciſ. 107. relati nume. 18. & 19. lib 1. & Tiraquell. in trac. res inter alios acta limit. 5. fol. 15. ſi ergo, quem nullatenus inſpectum facere prætereas.

7 Quod quidem non ita ſimpliciter eſſe exiſtimo intelligendum, quia etſi legem poſitiuam, peccatum nutrientem in animæ foro, & conſciẽtiæ eſſe ſeruandam, vbi nullam lex cum naturali æquitate diſſonantiam habet, ex Ioanne And. in c. quanquam de vſur. in 6 poſt Beatum Thomam in prima par. prin. artic. 6. quęſt. 5. Abbate poſt Innocentium in c. quia plerique de immunit. eccleſ. Iaſone in l nemo poteſt 2. lect. nume. 205. ff. de legat. 1. & alijs communem hanc in cõſil. 49. num. 3. lib. 1. eſſe Beccius exponat ſcribentium opininem, nihilominus, vbi lex poſitiua ſuper præſumptionibus, non autem ſuper veritate contra præſumptionẽ exiſtente in conſcientiæ foro ſeruandam in eodem num. 3. verſ. nam vbi lex, idem Beccius affirmat, ita pulchras per rationes, Federicum de Senis in conſ. 81. probare dicens Abbatem in c. 1. col. 4. de conſtitut. & Archidiaconum in c. poſſeſſor de reg. iur. in 6. illaque præſertim, quia de iis lex humana, quæ apparent, non autem de occultis iudicat, legem vero conſcientiæ de ijs, quæ ſunt iudicare, quãuis non appareant, vere etenim ſolum Deum cõſcientiarum cognitorem eſſe ſcrutatorem, & iudicem neminem latet, & ideo nec Eccleſiam de occultis iudicare tex. eſt in c. erubeſcant 32. diſtinct. c. ſicut tuis de Simoni. & c. cõſuluiſti verſ. ſpontanea 2. q. 4. tenet hoc Bal. in conſ. 458. numero 2. & alij quorum in trac. de coniect. vltim. volunt. Meritiſsimus Cardin. Mantica lib. 1. meminit tit. 1. nu. 13. quo loci neque Summũ Pontificem Dei locum in terris tenentem ad tex. in c. vnico, vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferant diuinare poſſe, explanat, hac igitur opinione attenta dum cauſa cognita iudicẽ hunc procedere debere retulimus, quia lædere in cauſæ cognitione poſſet recuſare eum ſimiliter licere, poſt Franchum in cap. nouit ante finem de appellatio. ex aliorum ſimiliter teſtimonio liquet, quorum in præced. capit. numero 12. & ſequenti meminimus.

8 Quibus ſuperius allegata neutiquam repugnant, illudque ſignãter ab Imola, Geminiano, & Francho præſertim in dicto §. aſſeſſorem numero 5. & in rubr. de appellat. num. 11. relatum, vbi poſt gloſam in cap. ſignificaſti il primo de homicid. enormi tãtum data læſione, ac via ſupplicationis ſolum, & gratiæ miſericorditer iudicis officium implorando, quem audiri, non autẽ appellationis remedio aduerſus declarationem ſecundum illius conſcientiam factã, cui vt attẽta conſcientia iudicaret commiſſum extitit exponunt, & cuius iuramẽto ſtandum eſſe, ex Aſinio ſupra relato, & alijs adnotauimus, namque eo loci notata in foro poli, & pœnitẽtiali, in quo illud, quod fit, neque prodeſt alteri, neque nocet in repet. l. 2. ff de iureiur. nu. 82. verſic. ſed ibi cum eſt quæſtio, Baldus in terminis declarat, in quibus ſimiliter terminis in præfata allegat. 60. Lapus loquitur, & notabiliter, quod omnino videatur, & in prænotata limit. 5. Tiraquell. ante medium, nec in ſupracit. § aſſeſſorem nu. 6. in medio appellare tali caſu non licere Franch. affirmat, ſed præfatæ Clement. 1 gloſam declarando quamuis inquit appellationi iudex à quo minimè deferre teneatur ſuperiorem, tamen appellatum, quod male factum fuit, emendare poſſe enormi maxime ſtãnte læſione negare non videtur tenet hoc Card. in pręfata Clement. 1. de iurepatron. & Præpoſit in rubr de appellat. à Baldo in præfata deciſio. 231. in fine relati, dumque prænotata gloſa ad finem, vt ad ſuperiorem negotium deuoluatur, & vt emendari malefactum poſsit, appellationem, vt diximus concedit non eſſe appellationem omnino prohibitam apparet, ſed quoad effectum ſolum ſuſpenſiuum, Lãcellot. in tract. de attent. hoc amplectitur, 2. par. cap. 12. de attent. appellat. pend. limit. 10. num. 5. fol. 263. & num. 10. vbi poſt plures opiniones, nunquid à iudicis ſententia ſecundum conſciẽtiam lata appellare permittatur diuerſimode ſentientes, quoad effectum, vt dictum eſt deuolutiuum, quod appellare liceat, aſſeuerat, immo illorum opinione attenta, appellationem in hoc caſu prohiberi prorſus aſſerentium, vt Imola, & Gemin. in præfato, § aſſeſſorem atteſtantur, malefactum adhuc aut ſupplicationis via, ſiue alio ſimili remedio corrigere ſuperiori cõuenire, ex præfata gloſa ſimpliciter, & indiſtinctè à ſuperiore hoc in caſu corrigendum aſſerente in deciſio. 46 nu. 422. fol. 244. Caualc inquit, ac eodẽ loci in principio ex Tiraquell. de retract. conſanguin. §. quarto gloſa prima numero vndecimo aduerſus ea, quæ aliquins conſcientiæ committuntur, ex plurium ſcribentium voto ibi relatorum, & gloſa præcipue, in d. Clemẽt. 1. verbo

oneramus de iurepatron. quoties de magno aliquo agitur præiudicio contrariũ probare, quod liceat afferente concludit, & in loco proximè citato, Lancellotus num. 4. & 5. clare hoc, quem inſpicias affirmans.

9 Et quamuis Bal in l. 2. C. de ſentent. ex breuie. recit & alij, quorum in ſæpius relato, §. aſſeſſorem, Franch meminit, via iuſtitiæ, in hoc caſu, quem nullatenus audiendum eſſe ſentiant, quia ex quo conſcientię relinquitur illam quicquid partes dicant, vel ſentiant, ſequi oportet, nihilominus idem Bald. in l. 2. C. de rebus credit. à Francho, vbi ſupra citatus prænotata inter ea, quæ magni, & parui ſunt prȩiudicij diſtinctione attenta, quoties aliquid alicuius cõſcientiæ ſtatutum committit tunc de malitia, vel imperitia illius, querelȩ locum non eſſe ait, quando in his ſumus, quæ parui ſunt præiudicij his in terminis gloſam intelligendo in dicto, §. aſſeſſorẽ, ſecus, ſi de magno ageretur prȩiudicio, quo quidem caſu gloſam in præfara Clement. 1. procede aſſerit, vt que aliorum præfatas gloſas concordantium cognitionem habeas in ſupracit. addit. vlt. ad 15. Lapi allegat. Mandoſium ipſos referentem inſpicere ne ædeat, ſed dũ ſcribentes omnes publicam, vt ſupra dictum eſt conſcientiam, ac à iure eã regulari debere, ac certo modo, & quoad effectum ſaltem deuolutiuum appellari poſſe concludunt ſiue de magno, ſiue de paruo agatur præiudicio legitima concurrente cauſa recuſare iudicem hunc indiſtincte licere, non ſuſtentabilem ſolum, ſed veriorem quoque eſſe exiſtimo, opinionẽ in reſpicientibus etenim iuſtitiam parua etiam attendi, & cõſiderari tex. probat in l. & in maioribus, C. de appellat. & in l. ſi proprietarius, ff. de damno inf. & deciſ. Auenion. 127. nu 11. in medio, quapropter valde dubia mihi videntur in ſupracit. gloſ. 3. nu. 7. in fine, per Boccar. notata in his, quæ parui ſunt præiudicii querele locum non exiſtere, ac gloſam in dicta Clemẽt. 1. de iurepatron. verbo oneramus communiter in hoc approbatam exiſtere aſſerẽtem, leges etenim, quas ſequi iudicem debere, diximus, cuncta indiſtincte, & magna, & parua æqua lance reſpicere ſupra proxime retulimus, ac inde præiudicium deduci, quod contra partis voluntatem aliquid exequitur in l. fin. tex. docet, ff. de vſu & habitat. immo quid contra alicuius voluntatem aliquis faciens illius conditionem, quamuis faciat meliorem nocere, quod dicatur poſt tex. in l. vſusfructuarius nouum, ff. de vſufruc. in §. præterea verſ. huius autem inſtit. de action. & in l. vltima, C. de negot. geſt. cum concord. in l. diffamari ĩ ampliat. C. de ingen. & manumiſſ. nu. 100. & ſequen. fol. 32. ſuam explere voluntatem lucri ſpeciem per tex. eſſe dicens in l. ſi pignore, ff. de furt. ac ex gloſ. Bartolo, Baldo, Butrio, & aliis in l pen ff de cõdict cauſa data, etiam quod expletæ voluntatis exitus contra implentem redundaret hoc procedere ſubnectens, vltra quod illius iuramento, cui vt de conſcientia iudicet committitur ſtandum eſſe locum ſolum in pȩnitentiali foro habere, ex Baldo in repet l 2. nu. 82. verſ. ſed ibi cum eſt quæſtio notatum fecimus, ac magnũ à paruo præſtio notatum fecimus, ac magnum à paruo præiudicio veris exemplis diſtinguere eſt vtique difficillimum, dumque non priuatam iudicem, ſed publicam ac lege, & ratione munitam, vt maior ſcribentium pars amplectitur conſcientiam ſequi debere liquet, legitima ſuſpicionis cauſa exiſtente recuſare eum licere ambigendum nõ videtur, exceptionem vtique recuſationis non legitimam ſolum, ſed à iure naturali eſſentialiter, & ſubſtantialiter procedere ſupra c. 2. nu. 8. notauimus, necnon ſtante inter recuſationem, & appellationem æquiparatione, quo quidem argumento iuxta tex. in ſæpius relato c. ſuper eo il ſecondo de appellat. frequenter vtimur, quoties de alicuius agitur præiudicio appellare hoc caſu licere in conſ. 34. Ioann. de Anan. poſthæc ſcripta à me viſus vnacum Bolognino ibi in additio. notab. concludit tunc ab hoc iudice appellare non licere explicans, quoties de alicuius præiudicio non agitur, quem notabiles quidem rationes afferentem inſpectum omnino facias, necnon Iaſonem ample in §. ſed iſte, ac multa circa id notata digna nu. 419. cum pluribus ſequent. explicantem, & ſignanter nu. 420. & in præfata deciſ. 46. Caualcanum verbum illud cõſcientia in aliqua diſpoſitione, ſeu commiſſione appoſitum perſona, de cuius præiudicio agatur exiſtente de conſcientia à iure informata eſſe intelligendum, nec in præfata allegat. 60. aliud Lapum ſentire eo loci aſſerentem, quem caſu, quo de alterius non agitur præiudicio loquẽtem vnacum Baldo in ſupracit. l. 2. ff. de iureiur. retulimus, Caualcanum nihilominus hæc, & alia notab. differentem inſpectum omnino facias, Lancellotum in dicta 10. limit. & in tracta. de priuil. iuram. Seraphinum d. priuil. 2. poſthæc ſcripta à me viſum, alias circa id diſtinctiones facientem.

10 Sed præſuppoſito citra veri noxiam illam præualere opinionem, qua ab huius iudicis ſententia appellare non licere diſponitur, ex eo recuſationis exceptionem eſſe tali caſu facilius cõcedendum ſequitur, ne quis omni deſtitutus auxilio reperiatur, namque ſupra c. 2. nu. 18. circa medium, ideo Principi cauſam recuſatione remota committere licere retulimus, qui tolli defenſio abſolute, non videtur, cum ab iniqua iudicis ſententia qui recuſari nequit appellationis remedium ſuperſit, ſicut etiam vbi cauſa appellatione remota committitur, minime eam remota recuſatione commiſſam cenſeri eodem capitulo 2. num. vigeſimoprimo præfata adducta ratione ne omni quis exutus remedio remaneret dictum fuit, & quia Principem coram ſuſpecto iudice litigare, quem velle ad tex. in capitulo cum

tulo cum inter de except.non eſt prǽſumendum
& Panormit.tenet hoc in ſupracit.ca ſuper eo il
3.de appellat. ac per eundem Panormit. notata
faciũt in c propoſuit nu.2.cũ ſeq eo.tit.vbi poſt
multa, quæ refert iudicem quãdo notorium eſt
çrimen minime,vt ſuſpectum recuſare licere
denotantia etiam in crimine manifeſto locum,
ſibi hoc vendicare, quando graue illud non eſt,
ſecus ſi graue eſſet, nonnullorum ſcribentium
eſſe ait opinionem,à quibus recedendo oppoſi-
tum illa ratione aſsignata eſſe ſuſtinet tenendũ,
quia facilius in grauibus in quib.de maiori agi-
tur præiudicio ad tex in c.vbi periculũ de elect.
in 6.quam in leuibus recuſationem eſſe conclu-
dit cõcedendam, ſic à ſimili, quo magis remota
hoc in caſu appellatio cẽſetur, recuſationem,eo
magis ne ab ea quis excluſus omni exutus defen
ſione remaneat,quod non ſolum valde præiudi-
ciale, ſed pernicioſum penitus exiſteret conce-
dendam eſſe, & admittendam,ex prænotatis li-
quet, illud item ſuffragatur,quia iudicis dũ con
ſcientia oneratur,& dum ab illius arbitrio cun-
cta dependent, rectum iudicem arbitrandi iudi
cium quando ſuſpectus eſt habere,non cẽſetur,
vt in ſupracit.c.propoſuit nume.6.in fine, & nu.
8.idem Panormit.aſſeuerat, eo caſu in delictis
notorijs in facto proprio iudicem agere, quem
poſſe enarrans,quando illius delicti pœnam de-
terminaſſet lex,& decreuiſſet,ſecus ſi terminan-
da iudicis arbitrio pœna veniret quo caſu,quia
grauare poſſet recuſare eum ſucceſsiue licere ex
planat iterum, igitur iudicem hunc,cuius con-
ſcientia oneratur legitima concurrente cauſa re
cuſare licere concludo, ex eo iſtud comproba-
tur,quia cum appellationem,& recuſationem
adæquari ex tex.pluries adnotauerimus in d.c.
ſuper eo il 2. de appellat. ſicut appellationem à
iudicis ſententia,cuius conſcientia oneratur ali
qua exrationabili cauſa interpoſitam iuxta per
Cardin.notata in ſupracit.Clement.1.quæſt.16.
de iurepatr.admittendam eſſe conſtat à Lancel
loto in ſupracit limit.10.relatum num.12.ita,&
ſimiliter recuſationi locum eſſe quam cum cau
ſæ expreſsione fieri millies deduximus, & ex te-
xtu conſtat in c.cum ſpeciali cum ſimil.de appel
lat.omnino affirmare oportet,nihilominus Ca-
ualcanum,vt iterum ſupra proximè adnotaui-
mus in præfata decif.46.quam plura differentẽ
inſpectum facias,& Lancell. in ſupra relata 10.
limit.vtque cuncta plenius verbo hoc conſcien-
tia reſpicientia vnica lectione percipias,& qua-
liter illud à legum peritis,à canoniſtis, & Theo-
logis conſideretur,& declaretur,quæ publica,
quæque priuata conſcientia dicatur de differẽ-
tijs inter conſcientiam,& conſenſum, & quali-
ter verbum hoc in ſtatuto de alicuius conſcien-
tia fieri aliquid requirente conſideretur, aliaq;
hunc tendentia in ſupracit.commentat.ad con-
ſtit.Piceni,ſeu Aegidianas Virginium de Bocc.
gloſ.3.videas à nu.1.vſque ad 10.fol.33. & 34.

11 Neve miſſum iſtud fiat, quoties per Breue,
Summus Pont. cum clauſula alicui ſi per dili-
gentem examinationem idoneum eſſe repereris
ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, alicui
beneficium conferret, ſi idoneus alio in exami-
ne prouiſus,& ſufficiens habitus ſemel fuerit ac
notus epiſcopo ſit,& delegato non eſſe hũc alias
approbatum idoneumque repertum, quoad li-
teraturam,& ſcientiam ad tex.in c.de Petro.47.
diſtinct.& gloſa ibi in verbo ignota iterum exa-
minãdum,ſed bene quoad vitam,& mores, quæ
quotidie mutantur,niſi primo maiorem curam
ſecundum beneficium, & literaturam require-
ret textu relato in c.licet de off.deleg. Abbate in
accepimus num.6.verſ.opinio,de ætate, & qua-
lit.& alijs in deciſ.fin.29 num.10.Caualc.aſſeue
rat, illumque notum dici,& cenſeri ſcias, qui in
loco eſt oriundus,vt in deciſ.450. Capella Tho-
loſ.teſtatur,& ibi Aufrer.in addit.& nũquid Pa-
pæ alicui notorie indigno prouideri de benefi-
cio mandanti obediendum ſit,& obtemperan-
dum Capellam ſimiliter Tholoſ.in deciſ.489.in
ſpectum facias, eoque loci Aufretium in addit.
notab.declarantes.

12 Doctrinæque gradũ habentẽ in beneficij, vel
ordinum collatione ſimiliter tanquã notũ abſq;
exam.ne promoueri poſſe poſt tex.in ſupracit.c.
de Petro 47.diſt.Bal.i c cõſtitutus col.2.quo lo-
ci Abbas in 4.notab.& Dec.nu.3.de appell quẽ
& Lambert.plures declarationes afferentẽ illaſ-
que explicantẽ in tract.de iurepatron.lib.2.par.
1.quęſt.11.i prin.art.3.inſpicias fol.12.imò pro
graduato Sũmo Pont.ſcribente nunquã de ido-
neitate inquiri,neq; ipſum eſſe examini ſubijciẽ
dũ mandare ſolere,ſecus in alijs Felyno in ca in
alijs de præſumpt.relato,Staphil.in tract. de lit.
grat.& iuſt in 10 forma expect.nu.5. & in praxi
de reſcript. Rebuffo in forma pauper. pro gra-
duat.Iacob.Ben.in trac.de priuil iurecõſ p.10.
priuil.31.aſſerit nu.1.& 2.ꝑfatã clauſulã ſi ꝑ dili
gẽtẽ inqſitionẽ, ſeu examinationẽ apponi ſemp
eãque ex Gomez.in tract. expectat in fi & Bell.
in deciſ 668 conditionẽ inferre aſſerens,ſed gra
duato ad Parochialẽ eccleſiã concurrẽte examẽ
iuxta formã à Sacro Trident.Concil.ſeſſ.24. tra
ditã c.18 quod ſubire teneatur,vbi ſupra nu 6.
Ben.ſubdit nullã graduato iniuriã fieri aſſerẽs,
eo etenim cũ pariter graduato cõcurrẽte ad tex.
in l.verũ,§.itẽ quæritur,ſi minor ff.de minor.cũ
ſimil.conquaſſ ri priuilegia inquit,& quatenus
cũ alio,q minimè graduatus ſit cõcurreret,poſ-
ſe eũ inquit ſcientia beneficiũ aſſequi,quod gra
du aſſequi nequit,formãque in concurſu traditã
iuxta gl.in Clem.1.de vita & honeſt.cler. iuxta p
Alex.notata in l.1.col.vlt ff.de liber. & poſthum.
Dec.in cõſ 466.nu.19.& per Tiraq.de retract cõ
ſang.glo.21. nu.11. obſeruandã eſſe concludẽs,
cũque Lãbert an Ben.in loco ſupracit.in nu. 51.
cum ſeqq.vſque ad fin.notabilius hoc explicet,
ipſum hæc,& alia huc tẽdẽtia diſerte more ſuo

explicantem inſpectum facere non prætereas.

13 Necnon Summo Pontifice examinari aliquē mandante, ſi idoneus ille, vel dignus ſit, non eſſe, quem tali caſu citandum, ac ſoli examinatori probationem concludere ſatis eſſe acconſcientialem potius commiſsionem hanc, quam iudicialem, eamque monitionem potius, quam conditionem ſonare in leg. 3. C. vnde cognati, Bald inquit, cuius in conſil. 218 numero 3. & 4. libro ſecundo, Alex. meminit illius dictum qualiter procedat, videre apud ipſum licet, perbelle declarans, vt ſupra capitulo præcedenti plenius numero 14. cum ſeqnentibus notata videas, & in ſupracitato tracta. res inter alios acta Tiraquello in quarta limit. clauſulamque illam, ſi tibi conſtiterit, vel ſi ſic repereris ita facias in delegatioue à Summo Pontifice appoſitã, quotieſcumque de alterius agitur præiudicio conditionalem cenſeri, dictæque commiſsionis vigore factum, niſi cognitionem commiſſarius præmittat, illiſque de quorum intereſſe agitur vocatis, ex Innocentio, & alijs in cap. fin. de præſumptione, nullum exiſtere, & inualidum, magis cōmunem Alexand in præfato conſil. 218. numero primo eſſe ait ſcribentium opinionem, quem ac primam addit. ibi aliorum memorem inſpectum omnino facias, Lapum in ſupracit. allega. 15. & alleg. 61 quem tãquam indebite inter verba ſi tibi conſtiterit, & verba ſi ita inueneris differentiam facientem eadem additio in fine obiurgat, & reprchendit, deque illius clauſulæ viribus conſcientiæ tuæ committimus ad eũdem Alexand. in leg. ſi ſic ff. de legat. primo recurrete non tædeat.

14 Finemque prænotatis imponendo, quamuis delicta regulariter in dubio nō præſumi, ex tex. indubitate liqueat in l. merito, ff. pro ſocio animæ foro, & conſcientiæ culpam, vbi non eſt timere debemus tex. eſt in cap. ſecundo de obſeruat. ieiun. ac certius in dubio ſemper tali caſu tenendum eſſe iuxta tex. & ibi gloſ. in verbo dubia in cap. iuuenis de ſponſal. cum ſimil. in Epitome regularum crimin. Matthæus Iureconſ. inqnit, poſt eiuſdem tractatum communium opinionum impreſſo columna fin. verbo vbicunque fol. 347. ac teſtem de ſua conſcient a, vel ſecundum ſuam conſcientiam deponentem non probare, ex Iaſone in l. 1. numero 18. de inſt. & iur & Alexand in conſil. 74. numero nono volum. primo, quorum Canalc. in deciſ. 20. meminit num. 32. fol. 13. notatum facere non prætereas.

SVMMARIVM.

1 *Conſultor, & aſſeſſor ſynonyma dicuntur, ac vterque ad cauſam recte decidendam iudicem inſtruit.*

Aſſeſſor ille cenſetur, qui iudici imperito ab ipſius iudicis ſuſpicione, vt ei omnibus in cauſis aſsiſtat, ac de ipſius voto iudicet deputatus fuit, & nu. 12. & 13.

Iudices imperiti in cauſarum deciſionibus aſſeſſorum conſilio, qui ſcientia defectum ſuppleant, vti debent.

Aſſeſſore à ſuperiore deputato, ab aliis conſultoribus iudici conſilium habere minime licet, niſi quando ordinius aſſeſſor ſuſpectus eſſet.

Aſſeſſor in propria ciuitate propter ſuſpicionem ne quid gratioſe fiat quis eſſe nequit, ille vero conſultor dicitur, qui ſuper vna cauſa, vel cauſæ articulo à iudice aſſumitur.

Quoties, an appellationi deferre iudex debeat, dubitatur ab vno vel pluribus peritis conſilium petere; & cum illis id ſuper quo dubitat conferre iudici licet, iudici, etiam partibus inuitis veriori, ac communi attenta opinione ſapientis conſilium ſequi licet.

Valida commiſsio cenſetur delegato facta, vt cum tali conſilio in cauſa procedat.

Ibi ſalus, vbi multa conſilia.

Qui omnia cum conſilio agunt ſapientia reguntur.

Coſilium ſacra res, ex Platone, ac conſilio ſapientis magnam vinci militum manum, ex Euripide.

Partes ad ſalariũ pro habendo cōſilio exburſandũ iudici cogere quando à labore ſtudii ſe exhonerandũ, vel ad partium maleuolentiam euitandam hoc facit minimè licet.

Quando vna partium, vel vtraque ſoluere conſultoris ſportulas teneatur remiſsiue.

2 *Iudici tam ordinario, quam delegato ſuæ iuriſdictionis iuriſperitos ad ſibi conſulendum dummodo debitum eis ſalarium ſoluatur cogere licere deducitur.*

Doctor quilibet cogi ad conſulendum poteſt.

Omne officium vtilitate publicum, & authoritate neceſſarium officium cenſetur nec recuſare illud licet.

Salarium conſulenti debetur, quantumuis ſine labore, & ſine librorum reuolutione conſilium præſtetur, neque Regi gratis conſilium præſtare quis tenetur, Eccleſię etiam iuſtum vendere conſilium licet.

Princeps à priuato aliquid optans illud ſine iuſta mercede accipere nequit.

Iuſtum vendere conſilium aduocato licet, & iuriſconſulto.

3 *Inuitos & ignorantes æquiparari communis eſt ſcribētium opinio.*

Partes in conſultoris electione ad ſuſpectorum, & conſidatorum notam dandam admonentur, illudque, quod etiam partibus inuitis hoc iudici liceat qualiter procedat declaratur.

Vbi in iure exiſteret difficultas ad conſultoris electionem deuenitur, alias ſecus.

Quatenus ſapientis conſilium ſuper articulo iuris probabile dubium non habente peteretur contemnere illud licet, & ſententia ſpreto conſilio ſubſecuta, valet.

4 *Aſſeſſorem quem iudex deputauit, quo caſu ei reuocare liceat exponitur.*

Tam iudice quam aſſeſſore ordinariam ex ſtatuti forma iuriſdictionem habentibus contrariis per eos ſententiis prelatis iudicis ſententia præualet.

Propoſitum in melius, & conſilium mutare ſapientis eſt.

Retractationum librum Diuus compoſuit Auguſtinus.

Quotidie in nobis propter diuerſa fantaſmata diuerſas generari intellectiones ex Ariſtotele deducitur.

A ſapiente deciſiuo præſtito conſilio illud mutare non permittitur, & clauſula illa ſaniori, meliori, ſeu potiori ſaluo conſilio tali caſu appoſita inepta cenſetur ipſaque in voluntario conſilio modeſtiam quandam praſefert, ac honeſtatem.

Deus Optimus Maximus in melius ſententiã, quandoque mutat.

Decii opinio, & Cagnoli Principem, neque in melius mutare ſententiam decere reiicitur.

Secundam Principis iuſsionem eſſe expectandam, quo caſu conueniat deducitur.

Principis reſcripta contra ius, ſeu contra publicam vtilitatem niſi ſecunda emanente iuſsione admittere iudex non tenetur.

Legis vindicari C. de pœnis diſpoſitionem illo ſolum caſu, vbi iracundiæ calore ſententia lata fuiſſet procedere aliqui opinantur.

5 Aſſeſſoris officium, vt iudicantium imperitiæ ſuccurratur inuentum fuit.

Aſſeſſoris conſilium ſecundum communem ſcribentiũ opinionem ſequi iudex non tenetur, niſi ſtatuto expreſſe aliter caueatur, quo caſu ſequi conſilium iudex debet, etiam quod illud iniuſtum ſibi videretur.

Quamuis, vbi iudex de ſapientis conſilio ſententiam ferre tenetur ad illud adhibendum quando legis caſum in cauſa expreſſum habet adhibere non adſtringitur, ſtante tamen ſtatuto, quamuis legis caſum expreſſum habeat ad id cogitur.

Ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, quoties de conſilio ſapientis ſententiam ferre iudex tenetur, non ſolum ad conſilium requirendum, ſed ad illud ſub nullitatis pœna ſequendum iudicem adſtringi communis ſcribentium opinio refertur, quod in contractibus etiam, ac hominis diſpoſitione locum habere declaratur.

Per calumniam, & malitiam ſapientis conſilium, non ſolum petitum, ſed etiam à iudice obtentum, quamuis ſtatutum de ſapientis conſilio iudicare iudicem debere diſponat proceſſum non retardat, & hanc cõmunem eſſe aſſeritur ſcribentium opinionem.

6 Pluribus à iudice conſultoribus electis diſcordantibus quem vult quando pares ſunt iudex ſequi poteſt, alias maiorẽ partem ſequi tenetur, quod cum procedit, quãdo iudex ex ſtatuti diſpoſitione ſapiẽtis ſequi conſiliũ tenetur, alias ſecus cum minoris etiã partis conſiliũ tali caſu ſequi poſsit.

Si iudex pronuntio dicat, vt conſultum eſt, & duo adſint conſilia contraria nulla eſt ſententia.

7 Verbis à conſultore aliquem fore condemnandum, vel abſoluendum in conſilio prolatis iudice in ſententia, pronuntio ſecundum conſilii formam aſſerente de iuris rigore inualidam eſſe ſententiam ſecus de æquitate communis ſcribentium opinio refertur.

Cauſa alicui per iudicem commiſſa, vt à ſapiente quodam conſilio habito pronunciaret, cõſilio omiſſo pronunciatione ſecuta ſentẽtia ipſo iure nulla remanet.

8 Literarum ignarus, & imperitus communi ſcribentium opinione attenta iudex eſſe non prohibetur, ac loci conſuetudine imperitos iudices admittente ea tali caſu legis intentio eſſe cenſetur, vt à peritorum conſilio iudex ſecundum communem ſcribentium opin. non recedat, idem vbi conſilii particeps conſultor eſſet, vt in Sacro Rotæ auditorio, vbi cauſam proponent coauditorum conſiliis attentis iudicare debet;

Quamuis conditio illa, ſi Seia arbitratu Titii, aut eum ipſius conſilio nupſerit à lege reiiciatur, ſecus tamen ſi cum conſilio Titii, aut conſanguineorum, vt Seia nuberet teſtator diſponat, quo caſu, non reiici conditionem, ſed requirere conſilium, quod oporteat communis ſcribentium opinio refertur.

Factum à proteſtate de ſui aſſeſſoris conſilio factum præſumitur.

Magiſtratui iniuſte aliquid exequenti tam aſſeſſores, quam alii officiales, vbi reſiſtere non valent, ne in ſyndicatu teneantur, ei quod non conſentiunt proteſtari ſaltem debent.

Quando aſſeſſor in ſyndicatu teneatur remiſsiue.

Officialis quando conſilio non obſtante à ſapiente habito in ſyndicatu teneatur remiſsiue.

9 Pro conſilio à ſapiente habendo a partibus quæſtionis punctus formari debet quibus diſſentientibus ipſum formare iudex poteſt.

Ex puncti conſtructione à iudice facta partem læſam, nõ ſolum contradicere, ſed appellare etiam ei licere, & ita cautius fieri communis ſcribẽtiũ opinio refertur.

10 Illa cunctis melior eſt conſultatio, in qua à ſapiente, quid iuris, vt conſulte petitur, ac generalis talis conſultatio dicitur, & de omnibus dubitationibus, quæ ex actis colligi poſſunt.

Conſultus per dicta verba, quid iuris tam de eo, quod iuſtitiam, quam de eo, quod iuris ordinem reſpicit, & non de principali ſolum, ſed de omnibus etiam acceſſoriis conſulere debet, & niſi de omnibus conſilium reddat conſilium reddidiſſe non videtur.

Præfata conſultatio, quid iuris ad omnem conſultationem, quæ ex puncto colligi poteſt communi ſcribentium opinione attenta refertur. ac neutra partium ex ea in puncti formatione lædi poteſt.

Conſultatio illa, quæ qualiter ſententiam iudex ferre, cauſamque diffinire debeat, continet eſt valde reſtrictiua.

11 Conſultor, vel aſſeſſor iuriſdictionem habere non dicitur, nec qui interuenire tanquam conſultor debet, collega dici poteſt, quamuis officialium appellatione comprehendatur.

Aſſeſſores, & conſiliarii præter eſculenta, & poculenta munera accipere prohibentur.

Etiam iuris canonici diſpoſitione attenta ſolo calumniæ iuramento recuſare conſultorem licet, & quatenus ſuſpicione allegata non obſtante ad vlteriora, conſultor procederet; qualiter eum procedere explicatur.

12 Cõſultor in vna cauſa, vel ſuper vno cauſæ articulo nullatenus niſi citatis partibus, ac data ſuſpectorum, & cõfidatorum nota aſſumitur.

A conſultoris voto, quem requiſiuit fore iudicem receſſurum veriſimile non cenſetur.

Natura inſitum eſt ſuſpectos iudices euitare.

Suſpectorum, & confidatorum nota in conſultoris electione à partibus exhibita nullatenus conſultorem, niſi ex noua cauſa, vel veteri de nouo ad notitiam deducta recuſare licet, & cauſa tali caſu eſt coram arbitris probanda, maxime vbi modicus in loco extaret ſapientum numerus.

Modico in loco exiſtente ſapientum numero ad recuſandum neutiquam quis admittitur, niſi ab eo prius, quod per calumniam non recuſat iuramento recepto.

Ad partium confidentes eligendum, iudex non adſtringitur.

De nouo ſuſpicionis cauſam superueniſſe, item quod cauſa antiqua de nouo ad notitiam deuenerit, iuramento ſolo probatur.

Poſt proceſſum conſultori præſentatum, ſeu poſt conſilium per conſultorem ipſum præparatum, ſeu ſigillatum nullatenus conſultorem recuſare licet.

Poſt concluſum in cauſa conſultorem recuſare non permittitur, & an iudex ex aſſeſſoris facto teneatur remiſsiue.

13 A iudicis ſententia de partium voluntate electi prolata appellare licere communis ſcribentium opinio refertur.

Vbi partes conſilio talis electi ſtare promiſiſſent an eis reclamare tali caſu, vel appellare liceat remiſsiue.

Clauſula appellatione remota de partiũ conſenſu appoſita nunquid appellationi partis renunciaſſe cẽſeatur diſtinctio aſſertur.

34 *Laicum eccleſiaſtici iudicis aſſeſſorem agere poſſe, communiter ſcribentes ſentiunt, & nu. ſeq. quod quã do iudex, conſilium ſequi non tenetur procedere declaratur, & alijs modis, vt in nu. 16. 17. & 18. ſecus, vbi ſequendum eſſet conſilium, quo caſu, non ſolum ſtandum non eſt iudicio laicorum, ſed laicum inter clericos, vel in cauſis ſpiritualibus aſſeſſorem agentem, excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini, parte maxime opponente incurrere exponitur.*

35 *Quoties à iudice eccleſiaſtico, qui imperitus eſſet conſiliũ requireretur nullatenus illud niſi à clerico haberi poſſet.*

Clerici laicis infeſti ſunt, & à ſuſpectis non eſt conſilium recipiendum.

36 *De honeſtate ſaltem clericos potius, in eccleſiaſticis cauſis, ſi idonei reperiuntur eſſe in aſſeſſores eligendos, ex Andrea Siculo deducitur.*

Illum idoneum in eccleſiaſticis cauſis aſſeſſorem intelligi, qui in iure canonico, ſit peritus, ſecus ſi purus eſſet legiſta, quem recuſari poſſe, Decius aſſerit.

Quando grauis cauſa eſt, & difficilis etiã vtriuſque Iuris Doctor, qui groſſus ſit, & inſufficiens nullatenus in aſſeſſorem eſt eligendus, & vir doctus, & peritus, quamuis Doctor ille non ſit aſſeſſorem ei agere licet.

Doctorem aſſeſſorem eſſe debere ſtatuto diſponente plene illi ſatiſfit, ſi aſſeſſorem ſecum, quamuis, non Doctorem, ſed eminẽtis ſcientiæ, ac doctrinæ iuris peritum iudex ducat.

37 *Secularibus in cauſis generalis aſſeſſor clericus eſſe nequit in vna tamen cauſa eſſe non prohibetur.*

In vna criminali cauſa clericum Principis laici agere delegatum poſſe, cõis ſcribentium opinio refertur.

Ignorantibus dare conſilium, eſt opus meritorium.

38 *Epiſcopus, qui laicum in ſpiritualibus Vicarium conſtituit, verbum Vicarius impropriatur, & pro aſſeſſore accipitur, & hoc qualiter procedat declaratur.*

Caput Decimum.

1 QVia ſupra cap. 4. nume. 1. cum ſeqq. vſque ad num. 5. nonnulla de cõſultore explicauimus alia de hoc clarius ſubnectere, & plenius animaduerti, quapropter duo hæc nomina conſultor, & aſſeſſor, idem in effectu ſonare, nec non ſynonyma dici poſſe ſciendum eſt, ipſorum enim vtrumque ſiue conſultorem, ſiue aſſeſſorem ad cauſam recte decidendam iudicem inſtruere Symancus in tract. de cathol inſtitu tit. 41. num. 11. in princ. concedere cenſetur, aſſeſſores exponens, quos conſultores appellare ſolemus, & num. 13. pariter in princ. in illis verbis hi aſſeſſores, ſeu conſultores, & Pariſ. ante ipſum in tractatu de Syndic. verbo aſſeſſor cap. 1. colum. 1. ex quibus duas has voces confundi, ac vnum eundemque ſignificatum habere conſtat, ſed conſultorem in hoc tantum differre iudicio meo ab aſſeſſore videtur, vt ille vere aſſeſſor, & proprie dici poſſit, qui in omnibus cauſis vt infra plenius dicetur iudici aſsiſtit, cuius voto, maximè vbi ab ipſius iudicis ſuperiore deputatus eſſet, ipſeque iudex literarum ignarus, exiſteret, acquieſcere iudicem debere, ex notatis, per Ioannem Anton. de Nigr. in cap. Regni 44. fol. 113. à tergo clare liquet, & in cap. 23. nu. 103. in fine: quo loci, ex Geminiano, 20. diſtr. & in ſumma iudices imperitos in cauſarum deciſionibus aſſeſſorum conſilio vti debere, qui ſciẽtię defectum ſuppleant aſſeuerat, ſacrumque Neapolitan. Senatum officiales imperitos ad aſſeſſorem tenendum in cauſa inter vniuerſitatẽ, Caſtri noui, & illius Baronẽ decreuiſſe ſubdit, neque iudici tali caſu ab alijs cõſultoribus à Curia non datis, quod habere conſilium liceat niſi quando ſuſpectus ordinarius aſſeſſor exiſteret, idem Ioann. Anton. de Nigr. in c. Regni 45. explicat num. 8. verſ. & debent iuſtitiarij fol. 113. à tergo, non tamen in propria ciuitate aſſeſſorẽ agere quem poſſe, & hoc propter ſuſpicionem, ne quid gratioſe fiat, alias, quod puniatur, & quia nemo Propheta eſt acceptus in patria ſua in l. fin. Bart. inquit, ff. de off. aſſeſſor. illum vero cenſeri conſultorem, & appellari, quem ſuper vna cauſa, vel ſuper vnico cauſæ articulo ius dicens aſſumpſerit, vt quia ſi an appellationi deferre iudex debeat dubitatur, licere iudici tali caſu ab vno vel pluribus peritis conſilium petere, & cũ illis id ſuper quo dubitat conferre, Abb. inquit in cap. vt debitus nu. 28 ante finem, & ibi Franchus nu. 4. de appellat. ex Iaſone in l. 1. num. 18. ff. ſi quis caution. ſi ex ſe iudex ſapiẽtis ſequi cõſilium, velit, ei etiam partibus inuitis hoc licere ex Ang. exponens in l. 1. C. de relat. per gloſ. notab. hoc tenẽtẽ in l. arbitri, C. de ſent. ex breuic. recit & veriorem hanc, & communem eſſe ſcribentium opinionem in l. conſilij num. 16. ante finem, ff. de reg. iur. Cagno. atteſtatur, validamque commiſsionem delegato factam exiſtere clauſula in ea appoſita, vt cũ talis conſilio procedat ex Felyno, & alijs, in c. ſi pro debilitate de off deleg. Paces Scala in tracta. de conſ. ſapient. affirmat lib. 1. cap. 22. in fine, ac decere iudicem quando dubitat, & debere eum peritiores conſulere in eodem nu. 43. ex Bartolo in l. ſi poſtulauerit, ff. de adulter. Franchus affirmat, quem, & Menochium in tract. de arbitrar. iudic. hoc latius explicantem lib. 1. quæſt. 23. num. 1. fol. 23. & Pacem Scalam in dicto tract. de conſil. ſapiẽt. inſpicias cap. 20. & 21 lib. 1. vereque laudandus omnino eſt iudex, qui non vnius tantũ, ſed multorum cõſilia requirit, teſte enim ſapiente, erit ſalus, vbi multa cõſilia, & ſicut cogitationes diſſipantur, vbi non eſt conſiliũ, ſic vbi plures ſunt conſiliarij confirmantur, & qui omnia cum conſilio agunt ſapientia reguntur hinc Plato in Theage ſacram rem eſſe conſilium dixit conſilioque ſapiẽti magnam vinci militum manum ab Euripide dictum Polybius ſcribit, cumque plures Ariſtoteles inquit ad conſulendum conueniunt, & vnuſquiſque virtutis partem habet, ac prudentiæ, ſiũt in vnum collecti, quaſi homo vnus, qui multos pedes habeat, multas manus, multoſque ſenſus, vt alij aliam partẽ cuncti au-

tem

tem cunctas diſcernant quorum dicto titu. 41. num. 11. verſic. erit enim Symanc. meminit, & Oſaſc ex præfatis, nonnulla recenſens in deciſionum Pedemont. prooemio nu. 7. non tamen hoc caſu partes cogere ad ſalarium pro conſilio habendo exburſandum iudici licere, quoties ad ſe à ſtudij labore exonerandum, vel ad partium maleuolentiam euitandam faceret in deciſione 222. Baldus enatrat, eo loci, quando vna partium, vel vtraque ſoluere conſultoris ſportulas teneatnt, notab. explicans, quem, & in deciſ. Peruſ 74. num. 2. Ioſephum Ludouic. inſpicias Pacem Scalam in ſupracit. tracta. de conſil. ſapient lib. 3. cap. 11. & lib. 1. cap. 21. in fi. pulchre diſtinguentem, & declarantem, & in deciſ. 72. Caualcan. nu. pen. in fi.

2 Ac ſuæ iuriſdictionis iuriſperitos cogere ad ſibi conſulendum, quod iudici permittatur in l. 2. ff. de public iudic. Angel. affirmat, in delegato etiam hoc procedere explicans à Paride in tract de ſyndicatu relatus verbo aſſeſſor cap. 2. numero 4. in principio, tenet hoc Decius in l. inuitus num. 6. ff. de reg. iur. quemcunque Doctorem ad conſulendum cogere eum poſſe iuxta gloſ. explicans, quam notab. appellat in l. 2. verbo cõſenſum, C de proxim. ſacror ſcrinior. lib. 12. poſt textum in leg. ſancimus la prima, & ibi Bartolum, & alios, C. de aduocat. diuerſ. iudic. regula hoc dictat omne officium vtilitate publicum, & authoritate neceſſarium officium dici, ac illud recuſare nullatenus licere, vt in eadem, l. inuitus, per Decium in fine, & per Scalam in præfato tract. lib. 3. cap. 7. in principio, quod debitum, dummodo ſalarium conſulentis præſtetur procedere ſciendum eſt, quantumuis ſine labore, & ſine librorum reuolutione conſilium præſtaretur, vt in tit. de ſalatio per Speculat. §. ſequitur num. primo, & ibi Ioannem And. optimam rationem afferentem, idque etiam ſi pro fiſcali cauſa conſilium peteretur procedere, cũ neque pro Rege gratis quis pręſtare conſilium teneatur, ex Innocentio in c ſicut il ſecondo, numero 2. extra de iureiut. & Paride aliorum memore in dicto tract. de Syndic. §. poteſtas num. 2. & 3. ſuper ritu Magnæ Curiæ 99. nume. 6. & 7. Carauita inquit, ex eodem Innocentio in c. nõ ſatis de Symon & in c. 1 de magiſtr. ac textu relato in §. oportet, & §. illud in Authen. de mand. princip & §. ne autem in Authent. de iudic. eccleſiæ etiam iuſtum vendere cõſilium licere affirmat, ex Iſernia in tit. de Capitan. qui Curiam vendid. in fine, Principẽ aliquid à priuato optãtem, ſiue ſalario illud, ac ſine iuſta mercede accipere non poſſe ſubdens, ac licere Aduocato, & Iureconſulto iuſtum vendere conſilium, & patrocinium tex. probat in c. non licet. 11. quæſt. 3. & in c. fin. 13. quæſt. 5. illumque aſſeſſorem proprie nuncupari ſciendum eſt, quem, qui iudicãdi poteſtatem habet ſibi, vt in cauſarum omniũ cognitione aſſideat aſſociat, ac ad recte decidẽdum cauſas inſtruat, vel qui ab ipſius iudicis ſuperiore ad tale munus exequendũ electus extiterit, Speculatore teſte in tit. de aſſeſſore, §. 1. cuius deciſio Auenionenſ. 142. meminit nu. 3. in princ tex. probat in l. 1. ff. de off. aſſeſſ & in l. 1. C. de aſſeſſor & in delegato locum iſtud ſimiliter habere, quem etiã partibus inuitis, ex officio aſſumere conſultorem poſſe in dicto c. ſtatutum, §. aſſeſſorem num. 1. in prin. de reſcript. in 6. & in c. intimaſti num. 1. de appell. Franch. affirmat Fely. in c ſuper quęſtionũ, §. verum nu. 9. de off. deleg. & Rota Auenionenſ. in d. deciſ. 142. nu. 2. quam alios recenſentem inſpectam facere, non prætereas.

3 Nihilominus, non quia inuitis partibus conſultoris electionem iudici facere permittitur, partibus etiam ignorantibus iſtud ei licere annuendum eſt, etſi regulam in l qui poteſt inuitis, ff. de regu. iur. hoc diſponentem habeamus, vbi latè Cagnol. per totũ, & præſertim nu. 4. & 7 quo loci inuitos, & ignorantes parificari communem eſſe enarrat ſcribentium opinionem, ex Francho enim in cap cum ſpeciali nu. 40. Capyceo in deciſ. 138. & alijs, quorum ſupra capit 4. num. 2. mentionem fecimus partes in conſultoris electione ad notam ſuſpectorum dandam, & confidatorum eſſe monendas eſſe in iure clariſſimum adnotauimus, immo vtrique parti confidentem aſſeſſorem eſſe debere in c. quoniam contra de probat. verbo recuſationes num. 50. Lanfrãc. de Oriano aſſerit, cui ex notatis in præfato c 4. numero 2. neutiquam ſubſcribo, illudque etiam partibus inuitis iudici hoc exequi licere poſt ipſarum partium monitionẽ, & poſtquam ſuſpectorum offerre notam denegauerint, ſeu aliter electioni faciẽdæ contradixerint intelligendum venit, quo quidem caſu partibus inuitis iudici, ex officio, vt ſupra electionem facere, non autem ab initio conceditur, & ante partium admonitionẽ, ac eo caſu ad conſultoris electionem eſſe deueniẽdum, vbi in iure exiſteret difficultas, & militaret, alias ſecus, & ita ſupracitatum §. aſſeſſorem in conſ. 38. col. 3. Calcaneum intelligere in conſ. 140. num. 5. Crauetta affirmat, immo quatenus ſapientis cõſilium ſuper articulo iuris probabile dubium, non habente peteretur contemni illud poſſe, ac ſententiam ſpreto conſilio ſubſecutam valere, ex Alexandro in conſ. 62. colum. fin. lib. 2. & conſ. 145. col. fin. lib 5 & alijs in tractatu de attentat. 2. p. cap 9. de attẽtat. cõſ. ſapient. pend. nu. 14. ſolio 184. Lancellot. fatetur, poſt Blancum in tracta. de compromiſſ. quęſt. 4 num. 3. quem, & alios in compẽdio iuris reſolutorio lit. c. Brunot. à Sole refert in verbo conſilio ſapientis ſol. 48. à tergo columna 1. & propterea quamuis Domini Rotæ auditores, qui in ſacro Rotæ auditorio cauſas proponunt, ac ſuper dubijs aliorum coauditorum conſilia, & vota explorant iuxta quæ is poſtmodum, qui ſentẽtiam proferre ſpecialiter de-

bet

Digitized by Google

bet iudicare tenetur,vt per Vant.in tract. de nullit.in tit.de nullitate ex def.iuriſd. nu. 152. ante finem, attamen dubia quoties non eſſet cauſa abſque cōſilio,& voto coauditorum pronūciare ei quod liceat,& in ipſa prolatione, qđ magis eſt verba illa de conſilio, & voto Coauditorum apponere eodem loci numero 150. in fine,Vant.ſentit alios recēſens,ac prænotatis,attentis bene Regium Barenſe prætorium dum conſultoris votum per iudicem terræ Medunei partibus non citatis electi nullum declarauit,ac recte ſimul decreuiſſe cōſtat,cuius in decis. 163.in fi.lib. 2. Viuius meminit.

4 Iudicem item, qui aſſeſſorem deputauit remouere illum,ac commiſsionem remiſsionemque conſultori factam ante habitum conſilium reuocare libere poſſe, dictamque reuocationē, etiā inuitis partibus,& reluctantibus iudici hoc in caſu permitti in l.ex illo,C.de appellat.Bald. notat,ſcribentes in l.ad Principem, ff.eod. Philipp.Franch.in c.cum ceſſante nu.13. poſt principiū extra eodem tit.de appellat.eo etiam caſu hoc ſibi locum vendicare dicentes, vbi de ipſarum partium conſenſu facta remiſsio fuiſſet, iudicemque ſapientis conſilio non aliter expectato iudicare poſſe,ex Angelo in ſupracit.l.prima,C.de relat.in præfata quæſt. 27.num.4.Menochius concludit, ac ex tali reuocatione iuriſdictionis ſuſpenſionē ex remiſsione ipſa procedentem tolli in tract.de attentat. in ſupracitato cap.9.de attentat.conſil.ſapientis pendente num.11.Lancellot.atteſtatur,ſecus ſi ex neceſsitate,vt quia per ea quæ in l.1. ff. nil nouari appell.penden.Bar.notat,pro forma ſapientis conſilium adhiberi ſtatutum diſponeret in deciſio. 222.à Balbo relatus, Baldus pariter in l. iudicium ſoluitur nume.2. hoc in princ. affirmat ff. de iudic. & alij quorum Lancellot. vbi ſupra meminit num.8.quem eo loci per totum latius hoc explicantem inſpicere nō prætereas,& ideo officiali,ac ipſius aſſeſſore ordinariā ſtatuto ſic diſponente iuriſdictionem obtinentibus cōtrarias ſententias proferentibus officialis ſententiam,ex quo licet ordinarij ambo ſint, quia officiali aſſeſſor minor eſt, quemque ab officiali, ad tex.in ſupracit l.iudicium ſoluitur remoueri poſſe diximus præualere in c.fi.num. 3. extra de re iud.Felyn.tenet, ſicut non abſimiliter reuocare,quod ſemel conſuluit,ac in melius opinionem transferre ſapientem decere illud ſapiētis Monitum probat, ſapientis eſt propoſitum in melius mutare,ſano vtique conſilio eum vti, qui illud,quod male fecit reuocat,neque notari de leuitate poſſe, ſed eſſe potius de ſapiētia cōmendandum tex. eſt in c.Magnæ 22.q.4. & in c. qualiter il 1.& ibi gloſa de accuſ. Doctoremque cōtrariū eius, quod alias cōſuluerat conſulentē excuſari in l.de tutela,C.de in integr.reſtit.Bal. notat,& in ca.ne innitaris de conſtitut. illud de Diuo referens, Auguſtino, quem quod Decius pariter inquit in cōſ. 377.num 7. retractionum librum feciſſe explicat,idemque Decius in l. nemo poteſt mutare num 1.poſt principium ff de reg iur.vbi Cagnol.nu.4.5.& 6.ex Ariſtotele in lib. 3. de anima. quotidie in nobis propter diuerſa fantaſmata diuerſas intellectiones generari aſſerit, ac Felyno in ſupracit. cap. qualiter in 2.notabil. charitatis opus correctionem eſſe exponit, quam à ſe ipſo incipere explicat, etſi ab hac opinionis mutatione in conſulendo tanquam ab igne ob linguarum malignitatem talem mutationem in malam partem accipientium cauere Doctores debere in dicto numero 1.in fine, Decius aduertit, & in ſupracit num. 8.Cagnol.textum,quem notab. dicit referēs in l.fi.C de modo multar.in illis verbis erubeſcenda varietate iudicij, idemque Decius in princ. dicti num 1.ex Baldo in c mutare conſilium de reg.iur.in 6.præfatam mutationem in conſilio voluntario,ſecus in neceſſario procedere,ſeu pmiſſum cenſeri explicat Cagnol.ſequitur in eadem l.nemo poteſt mutare num. 2. ambo Doctorem, qui in cauſa ſibi commiſſa deciſiuum dedit conſilium neutiquam illud iuxta text.in l. qui arbiter,ff.de arbitris & in l.iudex poſteaquā ff.de re iud.mutare poſſe affirmantes,hinc eodē loci Cagnol.num.3.clauſulam illam in deciſiuis conſilijs ab aliquibus apponi ſolitam ſaluo ſaniori conſilio,ſeu meliori potiorique iudicio,& ſententia iuxta text. in l. Claudius fœlix ad fin. ff.qui potior in pign.hab. ineptam cenſeri exiſtimat in voluntarijs conſilijs clauſulam hanc, modeſtiam quandam,& honeſtatem præſeferre nec ex Barbatia in conſ.1.lib. 4. cōſulentiū deciſioni detrahere dicens,immo ſummum mundi opificem,Deum Opt.Max. in melius ſentētiam mutare in eadem l nemo poteſt mutare num.7. Cagnol.enarrat,pluribus iſtud notabilibus exēplis,& ſignanter, ex Diuo Auguſtino comprobans nouit Deus mutare ſententiā dicēte, ſi tu noueris emendare delictum de pœnit.diſtinct. 1.c.nouit Deus,& Ezech. 1.cōuertimini ad me, & ad vos conuertar dicit dominus, & text.probat in c.non debet extra de conſangu. & affinit. poſt principium in illis verbi, Deus ex ijs, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat,non nulla mutauit in nouo,quapropter non ſatis mihi probat, quod in eadem l.nemo poteſt num. 1.Decius explicat,& eodem in loco Cagnol.nu.12.variationem in Principe, & inconſtātiam eſſe apprime improbandam, ac ipſius volūtatem iuxta illud ſemel loquutus eſt Deus, & illud, quod ſcripſi, ſcripſi,& iuxta illud,& quæ proceſſerunt ex labijs meis non faciam irrita, conſtantem, & immobilem,ſicut lapidem angularem,& ſicut polum in Cœlo eſſe debere Principem aſſerentes, quæcunque enim per eos ad id inducta Deo cū altiſsimo tribuantur & referātur ipſumq; Deū altiſsimum,& omnipotentē mutari dixerimus ita & Principem in melius maximè mutari debere,

bere, idque ei multo magis vt inferiori & mortali conuenire eſt omnino aſſirmandum, ac per te t. hoc probatur in capitulo ſi quando de reſcript. & in leg. ſi vindicari C de pœnis: quo loci adhunc finem Gratian. Valentin. Theodoſ. Clementiſs Imppp. quoties aliqnem condemnari præceſsiſſent non ſtatim condemnatum pœnā ſubiturum, nec ſententiam eum excipere, ſed triginta dierum ſpatio illam differri, eiuſque ſorté & fortunam ſuſpenſam manere diſpoſuiſſe conſtat, vt hanc per expectarionem, ſi ſententiam muiare Princeps velit, ac pęnam relaxare iudex videat, quod eo loci, Salyc. aduertit, quem in dictæ l. ſummario videre liceat, & omnino per Marantam notata in prima diſputat. num. 19. cum pluribus ſequentibus, & num. 31. ſimiliter cum ſeqq. ſecundamque Principis iuſsionem, iniquū quoties legitima aliqua cauſa exiſtente Principis mandatum appareret, Principiſque ignorātia præſumeretur expectandum eſſe, ac ſuperſederi tali caſu, ipſique Principi eſſe reſcribēdum tex eſt in § deinde comperens in auth. de mād. Princip. & dicto cap. ſi quando cum ibi per Felynum, & alios ſcribenres notatis de reſcript. Maranta tenet hoc in ſupracitata prima diſput. numero 33. verſ. & ita procedar, & plene Pariſ. in tract. de Syndic. verbo officialis il primo, numero 6. quo loci officialem Principis reſcripta contra ius, ſeu contra publicam vtilitatem recipere, ſeu admittere non debere, inquit, niſi ſecūda emanante iuſsione, gloſaque relata in dicto, §. deinde contra miſeros prælatos exclamante, non aliud niſi Papæ mandata obſeruare, curantes Papæ, ſeu alterius Principis literas contra ius emanatas iuxta tex. in l etſi non C. ſi contra ius, & in Auth. vt nulli iud §. & hoc, & iuxta in l. fin. notata C. de appellat. niſi ſecundæ venirent literæ, non eſſe ſubdens recipiendas, Principem ergo reuocare ſententiam in melius dicere, eiq; in melius ſe corrigēdo laudabiliter hoc, ac multo magis quam alijs conuenire indubitatum eſſe cenſeo, vtque plura de mutatione, & correctione hac iuncta ſimul videas in l. ſi ex toto, §. ſi ita legatum, ff. de leg. 1. à nu. xo. vſque ad fin Iaſonem inſpicias, & eo loci Ripam, & Alexan. in colum. fin. illud tamen non pręteream ſupracitæ l. vindicari diſpoſitionem illo ſolum caſu, vbi iracundiæ calore ſententia lata extiterit ſecundum aliquos procedere, qnorum in praxi iudiciorum, §. 31. capitu. ſecundo limit. 10. fol. 379. Aſin. meminit.

5 Et qnamuis pręfatum aſſeſſoris officium, ad ſuccurrendum imperitiæ iudicantium inuentū fuiſſe prænotatis ex iuribus dixerimus, quod in l. fin. C, eodem ſcribentes ſentiunt, & latius in l. diem functo, ff. de off. aſſeſſor. ad aſſeſſoris nihilominus conſilium ſequendum neutiquam iudicem teneri, poſt Bartolum in l. Titium, & Meuiū per illum rext. ff. de adminiſtr. tutor, & in l. ſi cōuenit, ff. de re iud. & poſt ſcribentes in ſupracit. l. 1. C de relat communem hanc eſſe ait ſcribentium opinionem in conſ. 90. nume. 45. libro primo, Burſar. aſſeuerat, exemplo per ipſum ſimiliter inquiſitionis adducto, quem iuxta te rū in ca. vt commiſſ §. aduocandi de hæretic. in ſexto perquitere iuriſperitorum conſilium, nō autem ad ſequendum illud teneri explicar quod dummodo municipali lege aut aliter expreſſe ſapiētis mandato ſtari debere cautum non ſit intelligendum eſſe in præcitata l. conſilij numero 11. ff. de regul. iur. Cagnol aſſerit, & vbi ſupra Burſar. à nume. 55. vſque ad finem. quibus quidem in caſibus ne cluſoria lex reddatur iudicem cōſiliū, etiam quod iniuſtū ſibi videretur ſequi debere in dicta l. ſi conuenerit ſcribentes ſentiunt quorum in ſupracit. tract de conſil ſapient lib. 3. cap. 25 ante finem, Pac. s Scala meminit, Soc. iun. conſilio 6. lib. 1. tunc hoc procedere dicentis, quando iudici tantum iniuſtum conſiliū non quando omnibus palam tale illud eſſe videretur, eo loci reprobans, & iuſta, vtique adipſum reprobandum ratione mouetur, quia nouam cognitio hæc contra legis intentionem litē pareret à qua præcipue legis municipalis conditores motos fuiſſe eodem loci Scala inquit, quem inſpicias, idque adeo firmum, & perpetuum eſſe ſcias quod quamuis iudex, vbi ſapientis conſilio adhibiro ferre ſententiā tenetur, illud quādo in cauſa legis caſum expreſſum habet adhibere neutiquam adſtringatur, attamen vbi ex ſtatuti forma ad ſapientis conſilium adhibendū cogitur, quamuis legis caſum expreſſum habeat ad illud tali caſu adhibendum iudicem teneri pulchre in lib 1. ff. de liber. & poſthum. Bald. affirmat, & Corſet. aliorum in ſuis ſingul. memor, ſingul. verbo ſententia in 14 ac quoties lege, vel ſtatuto annuentibus ſententiam de conſilio ſapientis promulgare iudex tenetur, nō ſolum ad conſilium requirendum, ſed ad illud ſub nullitatis pœna ſequendū iudicem adſtringi, poſt Baldum in l. 1. C ne liceat tertio prouoc. & in rubr. C de exercit. actio. communem Balthaſ. Quint. in addit. ad conſil. 1. Paul. de Caſtro volum. 3. eſſe atteſtatur ſcribentium opinionem, cuius aliorumque in ſupracit conſ. 90. numero 45 Burſat. meminit, ex Abbate in c. cum olim de arbitr. & alijs hoc in contractibus pariter hominiſque diſpoſitione locum habere, & procedere concludens, etſi aliter in nu. ſeq. ſentiat, quem pro præfatorum omnium elucidatione inſpicere nō pręterea, & in dicto tract. de nullitate Vantium in tit. de nullit. ex defectu iuriſd quem a num. 150. vſque ad nu. 156. plene de hoc diſcutientem inſpicere non omittas, attamen vbi per Calumniā ſapientis conſilium, & malitiam nō petitum ſolum, ſed etiam obtentum à iudice fuiſſet, quod neq; prænotato exiſtente ſtatuto retardari proceſſus debeat in ſupracitato capitulo 9. numero 9 & 10. Lancellot. limitat, quem plene declarantem inſpectum facias, & hanc communem

eſſe

Google

eſſe ſcribentium opinionem in compend. iuris reſolutor. lit. C. verbo conſilium ſapientis Brunor. à Sole alios recenſens atteſtatur.

6 Illud litem eſt ſciendum, quod pluribus à iudice conſultoribus electis diſcordantibus, eſſe in iudicis electione, quem ſequatur, ex textu in l. in venditione, §. fina. ff. de bonis author. iudic. poſsid. in l duo iudices, ff. de re iud. Bart. tenet, & Baldum in c. fin. eodem tit dummodo partes conſultores ſint, eo loci declarans, ſecus ſi impares eſſent, quo caſu ad maiorem partem ſequendam argumen l quod maior, ff. ad Municip. cum ſimil teneri iudicem affirmat, quod in dicto cap fin. numero 9. præfatorum memor, Felyn. quando ex ſtatuti diſpoſitione ad ſapientis, conſilium ſequendum iudex tenetur procedere aſſeuerar, alias ſecus ex Angelo in ſupracitata l. ad Principem, ff. de appellat. & in l maiorem, ff. de pactis in fine alijſque, eo loci per eum relatis etiam minoris partis conſilium iudici ſequi licere concludit, quem & Scalam in pluries citato tracta. de conſil. ſapient. libro tertio ca. 26. Vantium paulo ante relatum num. 152. & Ioannem Anton. de Nigr. in ſuprarelato Regni capit. 45. num. 8. verſ. quid autem, has, & alias diſtinctiones faciētem inſpectos omnino facias duobuſque contrarijs conſultorum conſilijs exiſtentibus ſi iudex pronuncio, vt conſultum eſt in ſententia diceret nulliter eum ſentētiam dicere, ex Bartolo in præfata l. duo iudices in dicto capit. fina. de re iudic. num. 9. Felyn. inquit, quem eo loci, & in c. cum venerabi'is numero 44. de exception. plenius hoc explicantem inſpicere non prætereas.

7 Sicut nullam pariter exiſtere ſententiam, quando aliquem fore condemnandum, vel fore abſoluendum conſultoris verba continerent, & iudex pronuncio in ſententia dicat ſecundum, conſilij formam gloſa inquit in l. 1eg. verbo admittit iuncta gloſa in l. fina. C. ſi aduerſ. libert. & Balbus in deciſione prima, eo loci in fine, opinionem contrariam tenentium in interlocutoria procedere poſſe dicens, non autem in diffinitiua, & quare nulla in hoc caſu ſententia dicatur in ſingul. 74. numero tertio, rationem Gerard. enarrat, à qua aliam differentem rationem in dicto tract. de conſil. ſapient. libro 4. ca. 12. in princ. Paces aſsignat, ab Aſinio in ſupracitat. iudiciorum praxi, §. 25. cap. 12. relati, inualidamque iudicis ſententiam cenſeri, prout in tali conſilio ſententiæ verba explicantis, & pronunciantis, non aliter conſilio ipſo particulariter lecto, & recitato, ex Angelo in conſil. 250. & Rolando à Vall. in conſ. 41. colunma 2. & 3. lib. 1. Ludou. Lana in tract. de teſtamentorum formul. num. 35. affirmat fol. 7. ſed præfata, Balbi inter interlocutoriā, & diffinitiuam diſtinctione confutata poſt plures in id citatos de rigore iuris neutiquam ſententiam idem Paces Scala in dicto cap. 12. in fine ſuſtineri poſſe aſſerit, ſecus verò de æquitate, & hanc ex Aret. in §. 1. inſtitu. de lege fuſ. can. toll. communē eſſe enarrar ſcribentium opinionem, ſicut nullam ſimiliter ipſo iure ſententiā exiſtere, nec ab ea appellare oportere, quando cauſam alicui, vt à ſapiente quodam conſilio habito iudicaret iudex commiſiſſet iudexque conſilio omiſſo pronunciaſſet in c. non eſt de conſuet. in 6. Ioann. And. notat, à Baldo in repertor. ad Innocent. relatus dicto verſic. iudex qui commiſit in princ quem, & Pacem in dicto tracta. lib. 4. capitulo 1. 2. & 3. inſpicere non prætereas.

8 Idem quando imperitus omnino iudex eſſet, vt quia loci conſuetudo imperitos iudices admitteret procedere, namque, etſi ignarus literarū, & imperitus iudex eſſe poſsit l. expertes C. de decurionibus lib. 10. quod ſcribentes in c. ſciſcitatus de reſcript. communiter tenere, Ioan. Anton. de Nigr. in cap. Regni 22. num. 103. enarrat ante fin. fol 94. à tergo, ac quoad eas, quæ viro docto conuenire ſolent ſolutum eum exiſtere, & propterea ad ſapientis conſilium habendū non arctari in dicto libro 1. de conſ. ſapient. cap. 20. in fine verſ. nam ſi literarum, Scala explicat, eam nihilominus tali caſu conſuetudinariæ legis intentionem eſſe cenſeri, vt ab aſſeſſoris, & peritorum conſilio iudex hic nullatenus recedat in dicta l. conſilij num. 13. ff. de reg. iur. Cagnol. ait, & in ſupracit. l. 3. de conſil. ſapient. Paces Scala ca. 25. verſ. regula igitur, idque in l penul. C. de iud. ſcribentes omnes tenere Bartolum in authent. de iudic. in princ & Felynum in dicto cap. ſciſcitatus num. 9. verſ illiteratus de reſcript. & alios in præcitato commentar. ad conſtitut. Piceni in cap. vt minorum gloſ. 4. num. 42. fol. 72. à tergo Virgin. de Boccat aſſeuerar, quod eo pariter caſu eſt annuendum, vbi officij particeps conſultor eſſet, quales Dominos Rotæ auditores eſſe ignorat nemo, quos ſacro in illo auditorio cauſas proponere, & ſuper dubitationibus, quæ fiūt aliorum Coauditorum conſilia, & vota explorare, ac auditorem ipſum, cui cauſa ſpecialiter eſt commiſſa ſecundum Coauditorum conſilia, & vota iudicare teneri in tract. de nullit. dicto de nullit ſentent. ex def. iuriſdict. ordin. num. 152. Vant. teſtatur, quibus quidem exceptis caſibus conſultoris conſilium ſequi iudicem non teneri, licet requirere illud poſsit, & poſtmodum intra ſe quid agendum expediat deliberare, poſt textum in l. 2. ff. mandati in illis verbis, vnicuiq; liberum eſt explorare, an ſibi expediat conſiliū, & in c. cum olim, de arbitr. & cap. cum in veteri de elect. late in eodem num. 152. per totum Vantius explicat, & Aſin in præfata iudiciorum praxi §. 25. cap. 10. vbi late, & cap. 4. num. 1. cum ſequenti, cui quidem regulæ neminem, ſcilicet ad alterius conſilium ſequendum arctari illud ſubijcitur, quod quamuis conditio illa, ſi Seia Titij arbitratu, aut cum ipſius conſenſu nupſerit, eo quod nuptijs ſit impedimento à lege reijciatur, ne-

tur, ne-

tur, neque eam implere oporteat. vt ex Iaſone, poſt Bartolum, & Caſtrenſem in l. turpia num. 3. & 5. ff. de legat. 1. ex Decio in l. fœminę nu. 39. ff. de reg. iur. Couarr. in Epith. de ſponſal. cap. 3. §. 8. nu. 3. & alijs pluribus in pulchro de coniect. vltim. voluntat. tractatu lib. 11. tit. 18. num. 8. Meritiſsimus Card. Mant. aſſeuerat mulieri dicens, ſecus ſi nulli nuberet, quia facere hoc eũ teneatur à legato iuxta tex. in l. quæ ſub conditione §. quoties, ff. de cõdit. inſtitut. excludi eam firmat, & ita in dicta l. turpia, Cynum Alexandrum, aliosque ſentire ait, attamen, vbi cum Titij, vel conſanguineorum conſilio, vt Seia nupſeret teſtator diſpoſuerit non reijci conditionem hãc, ſed eam adimplẽdam eſſe, ex quo nuptijs ea impedimento non eſt cum minime ſequendũ conſilium ſit, ſed ſolummodo requirendum, quod contra matrimonij naturam non eſt ſeu libertatem, immò ſecundum ipſius naturam potius, & conſuetudinem amicorũ, & conſanguineorũ in matrimonijs contrahendis conſilium requirere ex Decio, vbi ſupra Couar. & alijs, & ex Crauetta ſignanter in conſil. 5. num. 5. communem hanc in loco ſupracitato Illuſtriſſ. Cardin. Mantica eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quẽ alias notab. declarationes explicantem inſpectũ omnino facias, redituque ad ſupranotata faciendo, illud quoque notatum facere non prætereas quod ab officiali factum de ſui aſſeſſoris conſilio factum præſumi in l. quoniam iudices, C. de appellationibus, Bart. inquit, & illius memor Crauetta in conſ. 80. num. 3 circa finem, & Decius in conſ. 8. num. 2. à deciſ. Rotæ. 779. nu. 7. relatus in deciſionibus diuerſ. nouiſſ. parte 1. hinc in eadem l. quoniã iudices Aſſeſſores alioſque magiſtratuũ officiales magiſtratui contradicere iniuſte aliquid exequenti, ac reſiſtere debere Bar. inquit, vel vbi reſiſtere non valerent proteſtari eos ſaltem debere, quod officiali, non cõſentiunt, alias eos in ſyndicatu teneri idem Angel. in tract. malefic. fatetur in verſic. de conſenſu, & deliberatione, & poſt Bartolum in tract. repreſal. 6. q. princ. Pariſ in dicto tracta. de ſyndic. in verbo reſiſtentia, vbi de hoc plene, & alij quorum Io. Anton. de Nigris meminit ſuper dicto, Regni cap. 43. num. 10 fol. 112. à tergo, & Marãta, in prima diſputat. num. 13. & an, & quando; aſſeſſor in ſyndicatu teneatur latè in pſato tracta. de ſyndic. idem Pariſ. explicat, verbo aſſeſſor & quo caſu, non obſtante conſilio habito officialis in ſyndicatu teneatur, Vãtium in loco ſupra relato nu. 152. verſiculo iudex namque declarantem videas.

9 Illud item eſt circa prædicta aduertendum, quod ex ſe aut ex ſtatuti, ſeu conſuetudinis diſpoſitione ſapientis conſilium iudice requirente partibus quæſtionis punctus formari debet, quibus tamen diſſentientibus iudicem ipſum, formare punctum poſſe in præfata l. 1. C. de relat. Bar. notat, & Franch. in dicto c. intimaſti numero 3. & quatenus vna partium puncto à iudice impoſito ex puncti conſtitutione læderetur, partem ipſam contradicere poſſe communem, in dicto c. intimaſti eſſe ſcribentium opinionem in ſupracit. tract. de conſil ſapient lib. 1. cap. 9. verſ. & quando pars Paces Scala teſtatur, & quãuis, ex Aretino in c. quoniam contra colum. 5. in fine de probatio. contradicere partem ſatis eſſe dicat, ex Decio tamen in proxime relato c. intimaſti iuxta per Innocent. notata, in ca. quod ad conſultationem in fine de re iud & ex Cœpolla, in cautela 86. à puncti ſtructura appellare, eſſe Cautius enarrat.

10 Ac illam ad omnem tollendam dubitationẽ, cunctis meliorẽ conſultationẽ in dicta l. 1. C. de relat. Angel. ait, in qua viſo proceſſu, & actis à ſapiente, quid iuris, vt cõſultet petitur, ex quibus verbis poteſtatis pluſimum habere ſapiẽtem in l. eius qui, ff. ſi cert. petat. Ang. ait, Bald. in c. 1. in prin. de controuerſ. in veſt & Alex. in l. Titia, ff. ſoluto matrimonio in dicto cap. 9. à Pace relati, & à Francho in dicto cap intimaſti num. 4. conſultationem per præfata verba, quid iuris factã generalem dici aſſerens, ac omnibus de dubitationibus quę ex actis colligi poſſunt, ac talia per verba conſultum, tam de eo quod iuſtitiam, quam de eo quod iuris ordinem reſpicit, nec de principali ſolum, ſed de omnibus etiam acceſſoris conſulere debere, ac dicta verba, quid iuris ex Imola in l. ſi is quadringenta, ff. ad l. Falcidiam ſimpliciter omnem quæſtionem ex facto prouenientem importare inquit, ex Baldo ſubdens in l. ſi fundum, §. Stichum ff. de leg. 1. quod conſultus per dicta verba quid iuris niſi de omnibus conſilium reddat neutiquam illud reddidiſſe videatur, ex quo dicta verba ad omnem dubitationem, quæ ex pũcto colligi poteſt referuntur, & hanc Iaſ. dicto num. 13. communem eſſe explicat ſcribentium opinionem, ac nullam cõſultationem illa meliorem eſſe poſſe qua ſimpliciter quæritur, quid iuris, ex quo neutra partium in puncti formatione lædi poteſt, cum ſuper toto conſulere conſultor, ac omittere nihil debeat, ex eodem Angelo in ſupracit. l. 1. C. de relat. & in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, ff. de verbor. obligat. in pręcitato c. intimaſti numero 4. Franch affirmat, ac prædicta vti ad prædictam notanda memoriæ eſſe admonet committenda, ſed quatenus, non per dicta verba, quid iuris videatur commiſsio fieret, ſed tantũ vt conſulat ſapiens, qualiter ſententiã ferre cauſamque iudex diffinire debeat committatur, cõmiſsionem tali caſu eſſe valde reſtrictiuã in pręfato §. ſi Stichum Iaſ. inquit, ac magnũ quendã aduocatũ pulchram hanc, ex Baldi teſtimonio, adhibuiſſe cautelam exponit, quod dum ipſius cliens tanquam contumax in reſpondendo poſitionibus pro confeſſo iuxta tex. in ca. 2. & ibi gl. & ſcribentes de confeſſ. in 6. habendus eſſet, cauſam ſub hac forma, vt ſapientis cõſilio committeretur

tetetur

ſtretur obtinuit, quæ ſcilicet eſſent iudicis partes in diffiniēdo, cumque poſitiones, quod pro confeſſatis haberentur pronunciatum non eſſet, ſuper poſitionibus conſultorem tanquam confeſſatis conſulere non potuiſſe aſſeuerat, & quia ex præfaræ commiſsionis forma abſque probatione actor remanſit, nihil alteri parti, quod in reſpondendo contumax fuerit nocuiſſe, & hoc, vt valde notab. eſſe cordi reponendum, Iaſon. aduertit.

31 Conſultorem itidem, vel aſſeſſorē iuriſdictionem non habere poſt textum in ſupracitata l. 1. C. de aſſeſſor. in ſupracit. tract. de ſyndic. verbo aſſeſſor in ſupracit. tract. de ſyndic. verbo aſſeſſor, Pariſ affirmat, ca. 1. num. 25. & Paces Scala in ſæpius relato tract. de conſ. ſapient. cap. 17. lib. 1. nec idem cum ipſo iudice Tribunal aſſeſſorem facere in cap. 1. de iudic. nu. 127. Berous inquit, nec qui interuenire tanquam conſultor debet collegam eum nuncupari, Abb. inquit, & Felyn. in cap. non poteſt colum. fin. de re iudic. quorum Ripa in præfato cap. 1. de iudic. meminit numero 5. in fine, etſi officialium appellatione aſſeſſores comprehendi, poſt gloſam in l. legatis, §. ſi ex officio, ff. de legat. 3. in conſ. 469. num. 15. lib. 3. Ryminald. ſenior fateatur, & Bal. in cōſ. 378. col. 1. vol. 5. officiales conſiliarios eſſe dicens, & ſicut munera cæteri officiales, præter exculenta, & poculenta recipere prohibentur, ita & ſimiliter conſiliarios nullatenus munera, ex quo officiales, & ipſi cenſentur recipere poſſe, enarrat à Ioanne Anton. de Nigeris in c. Regni 127. num. 2. in fine fol 142. relatus; quapropter in terminis ordinarijs conſultoris, ſeu aſſeſſoris qui pro omnibus cauſis à iudice partibus non aliter citatis, neque conſentientibus eligi ſolet, præfatum Alexandri conſil. 104. lib. 5. num. 4. in huius cap. principio relatum procedere, ac etiā de iure canonico recuſari ſolo calumniæ iuramēto conſultorem poſſe in conſ. 51. nume 24. cum ſeqq. lib. 3. Rol. à Valle affirmat, & ſupra in prænotato cap. 4. num. 5. notata conueniunt, & quatenus ſuſpicione allegata non obſtante conſultor ad vlteriora procederet, nulliter eū procedere Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 317. teſtatur nu. 2.

32 Secus verò, ſi in vna cauſa, vel ſuper vno puncto aſſumptus conſultor eſſet, quo caſu, cum ad electionem, niſi vt paulo ante adnotauimus ad ſuſpectos confidenteſque denominandum partibus monitis minime deueniatur, quod quamuis in illo tantum caſu eſſe obſeruandum, vbi ſapientis ſequi conſilium oportet ex Angelo in cōſil. 186. cuius in ſupra relato tracta. de conſil. ſapient. lib. 1 cap 19. circa finem, & latius libro tertio & notabilius in capitulo 25. plene iſtud, eo loci Paces Scala declarans rationabile cenſeatur, idem tamen, quoties ipſe iudex conſilium requireret, vel partibus hoc poſtulantibus de conſilio ſapientis habendo iudex ipſe aſſentitur procedere annuendum eſſe exiſtimo, etſi neque præſatis in caſibus ad conſilium ſequendū arctari iudicem in dicto ca. 25. Scala, vt diximus notab. atteſtetur non enim tali caſu à conſultoris voto, quem requiſiuit receſſurum iudicem fore, ſit apprime veriſimile, & in proprijs terminis quod veriſimile omnino fiat iudicem imperitū aſſeſſoris ſuſpectū cōſilium eſſe ſecuturū Sbrozz. in tract. de Vicario epiſc. lib. 3. quæſt. 15. num. 4. affirmat verſ. & ideo fol. 45. immo præſumptione hac ceſſante ſatius eſt ſuſpecti iudicis inſidias vt natura inſitum eſt euitare c. quod ſuſpecti 1. q. 5. quem ſub ambiguitate hac cōſilium ſit, vel ne iudex ſecuturus decipi, & fraudari, & ideo eiuſdem Scalæ in dicto tract. de conſ. ſapient. capitu. 2. verſ. aut ex ſe iudex lib. 3. ordinem ſequēdo, quoties ipſe iudex, ſapientis conſilium requireret, cum partibus terminus tali caſu infra, quē ſuſpectorum nomina edantur ſtatuatur, ac à ſuſpectis allegatis ſemotum iudex eligat, vel partibus ipſis, quos ſuſpectos habent nominare nō curantibus iudice ipſo, quem alijs ſapientiorem arbitrabitur eligente ad conſultoris recuſationem tali caſu nullatenus ſine noua cauſa deueniri poſſe exiſtimo, vel quæ antiquitus orta ſit, quæ de nouo ad recuſantis notitiam deuenerit vt poſt textum in c. inſinuante, & ibi gloſ. in verbo conſenſerit, & eo loci ſcribentes de off. deleg. in c. cum ſpeciali num. 556. de appellat. Franch. inquit, quem & ſupra cap. 5. notata videas num. 19. cauſamque ipſam eſſe coram arbitris probādam, maxime vbi modicus extaret in loco ſapiētium numerus in præfato cap. 2. lib. 1. verſ. quæ ex regula Scala affirmat, partem tali caſu ad recuſationis exceptionem proponendum eſſe diſcens admittendam, niſi quod per calumniam ſe non recuſat ad tex. in c. literas de reſtitut. ſpoliat. c. cū dilecti de elect. & l. Theſaurus, ff. ad exhiben. cum ſimilibus, iuramento prius ab ipſa recepto; idem vbi ſapiens altera parte poſtulante eligeretur procedere exponens, quo caſu, cum pars altera, ad ſuſpectorum, vt diximus, & confidentium denominationē admoneatur, iiſdem, quæ paulo ante adnotauimus ſeruatis, & eligere conſultorem, ac ad illius recuſationē deuenire conuenit, etſi hoc etiam caſu, vtramque partem ad ſuſpectorum notam aſsignandam admonere illa ratione magis expediēs ſit, ne pars altera, quę admonita non fuit aduerſa à parte nominatū ſuſpectum dicat, quod euenire facile poſſe in ſupracit l. conſilij nu. 17. Cagn. explicat, & in eodē cap. 2. Paces Scala in fine, quo caſu iudicē ad cōfidenter eligendū non adſtringi, ex textu conſtar in dicto c. ſtatutū, §. aſſeſſorem de reſcript. in 6. in illis verbis ipſum neutri parti ſuſpectū aſſumens cauſam, tamen ſuſpicionis de nouo ſuperueniſſe, vel de nouo, vbi antiqua cauſa eſſet, ad notitiam deueniſſe ſolo iuramento probari poſſe in lib. 2. cōmunium opin. tit. de iudic. concluſ. 5. num. 9. Gabriel annotat, quæ quidem eo caſu locū habere ſciendū eſt, quoties antequam,

cauſæ

cauſæ conſultori proceſſus præſentetur allegata ſuſpicionis cauſa fuerit, & ante conſilium per conſultorem ipſum præparatum ſeu ſigillatum, quo tempore, cum aliud per ipſum non reſtet agendum, nec recuſationem, neque electionem de conſultore factam, neque conſilium ipſum impedimento eſſe in dicto conſ. 469. nu. 9. cum ſeqq. & ſignanter num. 13. & 14. lib. 3. idem Ryminald. ſupra relatus inquit, nec poſt cõcluſum in cauſa conſultorem recuſare licere explicans, & in tract. de epiſcop. Bertach. par. 4. nume 28. circa finem verſicul. non tamen poſt concluſum ſed nunquid iudex ne miſſum hoc fiat, ex aſſeſſoris facto teneatur plene in c. ſuper quæſtionũ, §. verum num. 9. de off. delegat. Felyn. diſcurrit, & Franchum in dicto capitulo cum ſpeciali nume. 38. de appellat.

13 Eodemque quo ſæpius vſi fuimus argumento retento recuſationem, ſcilicet & appellationem iuxta tex. in ſupracit. c. ſuper eo il ſecondo, de appellat. æquipatari dictante, ſicut conſultorem de partium conſenſu electum recuſare neutiquã licere diximus, ita nec ab eo, qui certi hominis conſilium petit, appellare quod liceat, neque ab ipſo conſilio, neque à ſententia illius cõſilij vigore lata affirmari poſſe videtur, & hoc in terminis in repert. ad Innoc. in verſ. iudex commiſit Bal. affirmat, nihilominus hoc nõ obſtãte à ſententia de conſilio ex partium voluntate electi lata, quod appellare liceat in l. ſi conuenerit ff. de re iud. Bartolum, & ſcribentes communiter tenere Felynum in capit. cauſamque extra eodem Bertachinum in ſupracit. tract. de epiſc. par. 4. nu. 31. iterũque Bart. in l. 1. §. quęſitum, ff. de appellat. in deciſ. 455. Balbus enarrat, & in deciſ. Lucenſi 61. Magon. num. 5. idque nonnullis diſtinctionibus relatis in præfato de conſilio ſapient. tract. lib. 4. cap. 15. Paces Scala comprobat, & latius Catald. in tract de Syndic à nume. 163. verſ. adde, quod ſæpe, vſque ad nume. 171. fol. 31. & 32. quos poſt tex. in dicto capit. ſuper quæſtionum §. 1. & ibi gloſam de off. deleg. plene, & perpulchrè loquentes inſpectos omnino facias, & quod ſi partes conſilio talis electi ſtare promiſerint, an eis reclamare tali caſu, vel appellare liceat in conſ. 24, quæſt. 1. lib. 1. Socin. explicat, & alij quorum in ſupracit. l. cõſilij num. 20. in fine Cagnol. meminit, illo quidem caſu nulla ex cauſa appellare licere non ambigitur, vbi de partium conſenſu hoc caſu clauſula appellatione remota appoſita fuiſſet, cuius virtute appellationi renunciaſſe partes cenſeri in l. 2. Bald. inquit, C. de appellat. iſto modo ſingulariter diſtinguens, tunc ſtante dicta clauſula de partium conſenſu appoſita appellare liceat, quoties in dolo, vel in lata culpa iudex fuiſſet, alias ſecus, quodque appellari nequeat, Frãchum igitur in c. paſtoralis nu. 11 de appellat. Baldum, & alios referentem, & pulchrè declarantem inſpectum omnino facias, & in tract. de appellat. Brederodium hanc pariter ſectantem diſtinctionẽ par. 2. tit. 18. col. 170 ante fin.

14 Sed nunquid ne hoc circa ea, quæ agimus miſſum fiat laico eccleſiaſtici iudicis aſſeſſorem agere liceat videamus, & non licere in ca. decernimus de iudic. per tex. ibi laicis eccleſiaſtica tractare negotia clare prohibentem, And. Siculus tenet, ex quo in talibus negotijs ipſis conſulere pariter prohiberi, ex tex. reſultare videtur, in l. ſi auia, C. de ingen. & manumiſſ. vbi tractatus pro conſilio accipitur, textuſque ad hoc facit in c. in noua 16. q. 2. & Decius aduertit in prę citato cap. decernimus numero 17. verſic. ſolus Andræas, attamen in contrarium poſſe laicũ epiſcopi, ſeu alterius eccleſiaſtici iudicis aſſeſſorem eſſe Hoſtienſ. tenet, Innocent. & alij in eodem capitulo decernimus num. 57 à Ripa relati, & hoc Antonũ de Butrio tenere, Abbatẽ, & alios in præfato nu. 17 in principio illa ratione iuxta tex. in l. 1. ff de off aſſeſſ. cũ ſimil. quia aſſeſſoris officium eſt conſulere Decius ibi tenet, & in dicto numero 57. Ripa inquit, quod dum à laicis conſilium habere clerici non prohibentur, hinc eis in aſſeſſores illos eligere licere oſtenditur, ac ex tex. in c. ſi habes 24. q. 3. & in c. fin. 28. diſtin. veram eſſe concluſionem hanc, ipſamque eundẽ Andr. Siculum ſibimet aduerſantem in proximè citato ca. ſuper quæſtionum columna tenere aſſeret, & hanc Decius, vbi ſupra poſt multa cõmunem eſſe enarrat ſcribentium opinionem ſic obſeruari ſubdens, idem in tracta. de epiſcop. in 6. par 4. libri num. 22. Bertach. inquit, & Iaſ. qui in rubr. ff. de off aſſeſſor num. 3. de communi ſimiliter teſtatur, quodq; iudices delegati Doctores in cauſis eccleſiaſticis puros laicos in aſſeſſores eligunt, & ita ſæpius Florentiæ fieri vidiſſe necnon textũ ſupra proxime relatum in verbo tractare non generaliter, ſed ſecũdum tituli naturam eſſe explicat accipiendum, quodque tex. quãdo propria authoritate tractaret, ſecus quãdo pro conſilio requireretur intelligatur, iſtoq; pariter modo textum in dicto cap. in noua procedere aſſerit, quodque ibi quando ratione officij laicus tractaret textus loquatur, vt quia vt tex. explicat. œconomus eſſet, ſecus conſultando vt aſſeſſor facit, nec tex. in dicto cap decernimus in illis verbis iudicio laicorum obſtare enarrat, ſimiliter ſecundum tituli naturam dicta verba de laici iudicio, quod ſequendum eſſet, eſſe exponens intelligenda, quod in conſilio neutiquam cadere inquit, quod ſequi iudex non tenetur, ex textu quem citat in ca. cũ olim extra de arbitr. ſecus, ſi ſequendum eſſet conſilium ex ponens, quo caſu ex Abbate, poſt Innocentium per ipſum relatos iudicio laicorum tali caſu nullatenus ſtandum eſſe aſſeuerat, & hoc modo illud aſſeſſorem, ſcilicet laicum inter clericos, vel in cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis ſe intromittentem excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini parte maxime opponente incurrere in

ſupra-

ſupracit.deciſ.78.num. 117. ex textu in capit.ad audientiam de conſuet.vbi ſcribentes, & in dicto c.decernimus de iudic.iocum habere,& quã do Aſſeſſoris laici votum ſequi iudicem, oporteret procedere Caualcan.aſſeuerat.

15 Eoque caſu vbi ab imperito iudice, Conſiliũ requireretur niſi a clerico illud haberi poſſe illa ratione,quia ſequi imperitus iudex illud tenetur,ex Antonio de Butrio in dicto ca.cum olim, còl fin verſic.puto etiam quod dictum de Arbi. in eodem num. 17. verſic. ex quo Decius inſert, dictumque hoc pro notab.in dicta l.ſi conuenerit,còl pen.refert,Alex.& ſequitur de re iud.tũc iudicis eccleſiaſtici aſſeſſorem agere laico licere ex Andreæ ſiculo declarãs,quoties clerici ad cõſulendum idonei non adeſſent textu in argumentum relato in cap relatum, extra ne clerici. vel Monachi, illaque ſimiliter aſſignata ratione quia clerici iuxta tex.in cap. laicos cum ſimil.2. q.7.laicis infeſti ſunt, & a ſuſpectis neutiquam eſſe conſilium recipiendum, ex textũ concludit in cap.irreſragabili,de offic.ordinãt. Quodque laici Aſſeſſores ſucceſſiue in cleriorum cauſis eſſe nequeant,& ſi tolli rationem hanc modis pluribus poſſe dicat:primo vbi cauſa ab vtraq; parte inter clericos ageretur quo caſu ex hoc ſolo quod laicus aſſeſſor ſit ſuſpectum Aſſeſſorem nõ cenſeri,cum par vtriuſque partis ſit conditio, ex textu probat, in l. non ſolum §. de uno. de ritu nuptiar.præſatamque rationem eo caſu procedere ait quando contra clericum locus ageret, ſecus ècontra:ſecundo ſubnectit quod quamnis laicis infeſti aliqualiter clerici dicantur, non tamen tantam ſuſpicionem ex hoc inſurgere inquit,vt recuſari laicus poſſit, & dato quod recuſare eum liceat non propterea tolli aſſerit quin ſalua recuſatione iuxta notata in dicto cap. ſtatutum §. Aſſeſſorem,de reſcrip.in 6.conſtitui aſſeſſor poſſit:tertio dicit quod ſi præſata ratio attẽdenda eſſet abſolute laicum in hoc caſu aſſeſſorem non poſſe ſequeretur.& penitus quod annuere non debemus cõis opinio deſtrueretur.

16 Item Andreæ Siculi,dictum de honeſtate ſaltem habere locum poſſe vt clerici potius in eccleſiaſticis cauſis ſi idonei reperiuntur aſſeſſores eligantur in eodem nume. 17.in fine Decius declarat,illaque concurrit ratio,quia cum canonicæ ſæpe occurrant quæſtiones quas canonici iuris prudentes tractare debent clericos in illis potius uerſari ad tex.in c.1.de conſanguinit.& affinit.cum ſimil.in ſupracit.tract.de conſi.ſapient. lib.1.cap.13.circa fi. Paces Scala aſſerit,hinc idoneum illum Decius vbi ſupra eſſe intelligit aſſeſſeſſorem,qui in iure canonico ſit peritus ſecus ſi purus eſſet legiſta. Nam recuſari eum poſſe ait, ac ex Dominico in præfato c.ſtatutum, Ripa in dicto ca decernimus,num.58.Decio ibidem, & aliis iuris ciuilis Doctorem, & purum legiſtam, neutiquam a iudice eccleſiaſtico eligi in Aſſeſſorem poſſe idem Paces Scala ubi ſupra aſſerit ex Baldo in l.fin.quæſt.16.ex Felyno,in cap.ex literis,col.4. de conſtit. quando grauis cauſa eſt, & difficilis, etiam Doctorem vtriuſque iuris qui groſſus ſit, & inſufficiens nullatenus, in Aſſeſſorem eſſe inquit eligendum. Quodque vir doctus econtra,& peritus,licet Doctor ille nón ſit Aſſeſſeſſor eſſe poſſit Paride per eum relato in ſupracit.verbo Aſſeſſor verſic ſed cum poteſtis, ac ex eodem,Paride ibidem uerbo Doctor cap.1.in fine fol.171.a tergo, vbi aſſeſſorem doctorem eſſe debere ſtatutum requireret, ſatis illi, ac plene ſatisfieri ait,ſi aſſeſſorem ſecum iudex ducat,quãuis non doctorem, ſi tamen eminentis ſcientiæ, ac doctrinæ iuris peritus ille ſit, quem ducit.

17 Sed quamuis eccleſiaſtici iudicis Aſseſsorem agere laicum poſse ſupra diximus,clerico nihilominus ſecularis iudicis Aſseſsorem agere nõ licere,ex Speculatore in tit.de Aſseſsore, §. debeo verſi.ſed nunquid, in eodem ſæpe relato nume. 17. in fine Decius explicat, dictum hoc ratione attenta eo loci a Speculatore aſſignata qñ ſecularibus in cauſis generalẽ clericus ageret aſſeſſorẽ ſecus ſi in vna tantum cauſa, Aſseſsorem ageret, procedere inquiens, Ripa pariter in eodem ca. decernimus num.59.hoc affirmat, iſtud in rubr. ff.de off.Aſſeſſor ſcribentes ſequi dicens, & ex eo iſtud comprobans quod neque laici delegatum neque procuratorem agere clerico liceat, quia tamen ignorantibus dare conſilium quod maxime prælatis conuenire aſserit opus iuxta textum in cap.1.39.diſtinct.eſse in quit meritorium in fine,ſuper hoc cogitandum relinquit,& ſi vna in cauſa clericum principis laici delegatũ agere in criminalibus poſse,poſt Ripam in dicto cap.decernimus nu.46.& ſeq.communem hanc Couar.in repet.Clemen ſi furioſus fol.315.In fine multas concluſionem hanc reſtrictiones recipere aſserens eſse teſtatur ſcribentium opinionem a Claro in pract. crim. relatus q. 41.in fine.

18 Et quamuis communi attenta opinione ſupra cap.4 num.24 relata, laicum neutiquam in ſpiritualibus epiſcopi Vicarium agere poſse dixerimus, attamen vbi laicum in ſpiritualibus. Vicarium epiſcopus conſtituiſſet, verbum illud vicarius in mandato appoſitum impropriari, & pro aſseſsore,accipi in cap 2.col. 3 ad fi. notab. Bal.inquit ab Arnono in Commentat. 45. relatus,hoc in actu practico notandum eſse dicẽte, & huius dicti rationem aſſignante quod vtique eo caſu iudicio meo procedere, & locum habere poſse videtur,vbi præſens epiſcopus eſset, vel in ipſius abſentia generalis vicarius ab eo conſtitutus qui iudicare poſset præſens exiſteret, alias ambobus abſentibus laicum tali caſu Vicarium omnino cenſeri,& vicariatus conſtitutionem penitus inualidam alio cui aſſiſtere talis vicarius poſset non extante, ac de præfata verborum impropriatione in tract. de compromiſ. Blancum per plura explicantem, & quam plures in qu.7. cap.vlt.num.11.referentem inſpectum facias, &

quoad

quoad alia conſilium conſultorem, & aſſeſſorem reſpic entia, ne longius oratio vagetur Decium item, & Cagnolum in dicta lege conſilij inſpectos facias Afflictum in dicto §. vigeſimoquinto per totum Pacem in ſupra. citato tractatu de conſilio ſapient. vere docto, & eleganti Franchum in dicto capitulo intimaſti de appellation. Speculatorem in titulo de requiſit. conſilio per totum, Cataldinum in prætato tractatu de ſyndica. in quæſtione ducenteſimaquinquageſimaſecunda, cum pluribus ſequentibus folio trigeſimoprimo, & trigeſimoſecundo, Felynum in ſupracitato capitulo venerabilis numero quadrageſimotertio, cum ſequentibus de exception. & Vantium omnino in dicto tractatu de nullitat. in titulo de nullitat. ex def. iuriſd. à numero centeſimoquinquageſimo, vſque ad numerum centeſimumquinquageſimumoctauum.

SVMMARIVM.

1 *Ob iniuriam notorie iudici illatam punire iniuriantem, & excommunicare iudici licere communis ſcribentium opinio refertur, quod qualiter intelligendum ſit in num. 18. declaratur, & potius executor in decreis, quam iudex hoc caſu cenſetur.*

Merum, & mixtum Imperium habentem ius, quando ſcelum eſt notorium in propria cauſa dicere poſſe à iure non abhorret.

Delicto, ac crimine notorio exiſtente cauſæ cognitio, non requiritur.

Lege, ſeu ſtatuto nullitatem tollente de euidenti illud, ſeu notoria nullitate, non intelligitur.

Euidenter calumnioſa operis nunciatio quamuis prætoris edictum noui operis nunciationi parendum eſſe iubeat ſperni poteſt, nec ad caſum illum edictum extenditur.

Facto notorio in rei veritate exiſtente valida eſt iudicis ſententia quamuis ei de notorio minime conſtitit.

Notoria vaſſalli rebellione exiſtente rem domino directo ex tali cauſa ad ſe deuolutam alteri concedere ſine aliqua citatione, licet.

Quod procedere declaratur, vt in actu prolationis ſententiæ declaratoriæ citatio non requiratur, ſecus in actu diſcuſſionis ſuper veritate facti, quo tempore citatio requiritur.

Ab executione, in cauſis notoriis incipere iudicet ſolent.

2 *Notorie criminoſus appellans ſecundum communẽ ſcribentium opinionem, non auditur, & nu. 16. vbi declaratur, & num. 17.*

Appellatione interpoſita non obſtante, non ſolum exequi ſententiam in notoriis iudici licere, ſed eum ſi aliter faciat peccare.

Recuſatio, & appellatio æquiparantur.

Reus in notoriis maxime grauibus, abſque ſententia declaratoria puniri poteſt.

Iuris ordo in notoriis, non ſeruatur, nec in eo cauſæ cognitio requiritur.

Defenſioni in delictis notoriis, non eſt locus.

3 *Iudici in facto proprio iudicare non permittitur, & numero 18. & 23.*

Qui iuriſdictioni præeſt, non ſibi tantum, ſed nec vxori, nec liberis, neque aliis, quos ſecum habet ius dicere poteſt, quod in omnibus perſonis, vſque ad decimum cognationis gradum vſque ad quem ſucceſſio permittitur locum habet.

Sine vlla ſuſpicione procedere lites debent, ac duriſſimum eſt coram ſuſpecto iudice litigare.

In naturali cauſa fundatum potentius cenſetur.

Regulæ ſemper eſt inhærendum.

4 *Pupilli viduæ aliæque perſonæ miſerabiles fori electionem habentes, vbi coram Principe conuenirẽtur, iure orphani, aut alia ſimili de cauſa ad forum proprii Caſtri, ſeu domicilii cauſæ remiſsionem obtinere minime poſſunt.*

Iudicis, & partis officio, quem fungi impoſsibile videtur.

Duarum perſonarum vicem quis ſuſtinere minime poteſt.

Neque arbitrum in cauſa propria agere quem poſſe, communis ſcribentium opinio refertur.

Piæ cauſæ fauore in dubio iudicandum eſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Piæ cauſæ, magis quam filiis fauetur legitima de iure naturæ eis debita excepta in qua magis filio, fauetur.

In filii, vel filiæ poteſtate non eſt rem certam pro ſua legitima eligere, ſed ad iudicis arbitrium his quorum intereſt citatis hoc pertinet.

5 *Illa via eſt amplectenda, per quam vtrique parti conſulatur.*

Informationes à iudice etiam delicto notorio exiſtente communi attenta opinione aſſumi debent.

Etiam parte non citata informationem, an aliquid notorium ſit ſumere iudici licet.

6 *Iudicine legis ſolemnitatem in aliquo obſeruare teneatur arbitrio conceſſo, niſi ſibi, vt iudici de crimine conſtet, & niſi data defenſionis copia condemnare aliquem minime licet.*

Etiam in facto notorio, vbi iniuria iudicis perſonæ facta dicitur eidem iudici cognoſcere non licere aliquorum eſt opinio.

Vbi an dignitati, vel perſonæ iniuria facta eſſet dubitaretur eundem iudicem adiuncto tamen accepto iudicare poſſe opinio refertur.

Iniuria officiali illata in committendo cauſam alteri cognoſcendam, ſeu in adiuncti datione pronum eſſe ſuperiorem debere exponitur.

Aut ſuperiori iniuria, vel eius familiæ, vt officiali illata fuit, & de ea tali caſu cognoſcere iudici licere autem, vt priuato illata extitit, & cognoſcere non licere diſtinctio communiter à ſcribentibus recepta explicatur.

7 *Partibus notorium aliquid eſſe non ſufficit, niſi & iudici ipſe tanquam iudici, & ex actis notorium ſit.*

Iudicem maleficium ipſo pro Tribunali ſedente commiſſum punire non poſſe, ex quo coram iudice, vt iudice crimen commiſſum non dicitur, ſed coram eo tanquam priuato, quia ad hoc non ſedebat aliqui opinantur.

Quod ad iuris arbitrum, necnon ad ſtatutarium extenditur.

Arma aliquem portare ſi iudex videat, ſiue delictum coram ſe committere punire arma deferentem, ac delictum committentem, etiam quod aliter delictum non probetur aliqui ſentiunt.

Vnius iudicis verbo, quicunque ſit non creditur.

Verbis inferioris à Principe narratiuis non credi, niſi

de narratis doceatur communis eſt ſcribẽtiũ opinio.

In ciuitate, & Regno Neapolis, quoties quis in iuris banco iudice pro Tribunali ſedente delinquit ſine teſtibus punitur, extra bancum vero in eodem loco, & domo vbi curia regitur ad condemnationem, niſi teſtibus examinatis non deuenitur, quod in Magna Curia Vicaria non ſeruatur in qua in quacunq. Palatii parte quis delinquat ſtatim, ſine teſtium examinatione punitur.

8 *Coram iudice pro Tribunali ſedente, & aliis in iudicii loco exiſtentibus ad notoriũ ſufficientibus delinquẽtẽ, ſine alia teſtiũ examinatione, quod punire liceat communis ſcribentium opinio refertur, quod procedere ampliatur etiam caſu quo in Tribunalis loco iudex non ſederet dummodo in actu ſuum officium, & iuſtitiam exercendi exiſteret celeriter delicta puniri ea maxime quæ coram iudice committuntur publice intereſt.*

9 *Qualiter contra notorium delinquentem ſit procedendum, & qualiter ita delinquens ſit interrogandus explicatur.*

10 *Quando in facti permanentis, ſeu euidẽtis notorio verſamur, in quo excuſationi locus eſſe nequit ordo iudiciarius neutiquam in tali notorio ſeruandus venit.*

Sententiæ notorium æquiparatur probatio probata dicitur diſputare in eo non eſt, ſed diſputatum eſſe.

11 *In euidenti, & notorio crimine iudiciarius ordo aut ſententia ſolemnis non requiritur, ſed ſimplex tantũ prõnũciatio, quæ non ſentẽtia, ſed pœnæ potius executio appellatur, ac tali ſtante notorio nullatenus recuſationis exceptioni locus eſt.*

Notorium quamuis in actis allegandum ſit, ad illud tamen probãdum allegantẽ non teneri cõmunis ſcribẽtium opinio refertur, niſi limitatur notorium eſſe aliquid, ex actis liqueret, vel quoties abſens pars eſſet, quo caſu etiam in notoriis pro abſente iudex ſupplet.

Citatio notorie nulla citatum ad comparendum nullatenus adſtringit.

Sẽtẽtia in notoriis declaratoria, quod requiratur æquior eſt, & magis communis ſcribentium opinio, quod qualiter procedat declaratur, neque aduocatum de notorio crimine accuſato eſſe præſtandum, quomodo procedat explicatur ex quo caſu ei defenſionis, & indiciorum nota denegari poſſit, ac in flagranti crimine reperto defenſiones denegari concluditur.

12 *Declaratoriam ſententiam adeſſe pœnæ quandoque ad eſſe tantum executionis requiri declaratur, etiam quod ipſo iure actus annulletur declaratoria ſententia requiritur.*

In pœnis, quæ ipſo iure inferũtur ſententiam requiri declaratoriam communis ſcribentium opinio refertur.

In eodem iudicio in quo ad pœnam agitur contrauentionem liquidare non ſufficit, ſed ſententia declaratoria ſuper contrauentione cum cauſæ cognitione, & parte citata procedere debet.

Ad pœnam quoties agitur certus caſus, & clarus, ac liquidus proceſſus eſſe debet, ita quod non ſolum de caſu, & contrauentione conſtet, ſed quod nulla pro eo, contra quem agitur ad ipſum excuſandum cauſa militet.

Cauſam quamlibet, ad quem à pœna excuſandum ſufficere communis eſt ſcribentium opinio, quod maxime procedit, vbi de pœna agitur pecuniaria, & dummodo ex cauſa illa motus quis appareat.

Pœnæ executio ſine præfata declaratione facta inualida parte opponente, & nulla cenſetur.

Quoties contra tertios ageretur poſſeſſores præfata declaratio cum parte principali fieri prius debet, ſeu cõtra ipſius hæredem parte principali citata, quam cõtraueniſſe aſſeritur.

13 *Præiudicium quoties afferre dilatio poſſet declaratoria ſententia ad eſſe ſcilicet ipſius ſententiæ, non requiritur.*

Sententia contra iuris, vel facti notorium prolata ipſo iure nulla eſt ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Vbi contra ſententiam in rem iudicatam tranſitam, & in actis productam, ſententia dicetur ſententiam non valere communis eſt ſcribentium opinio.

Pro iudice, & ſententia in rem iudicatam tranſita præſumi communis eſt ſcribentium opinio.

Eo caſu ſententiam contra rem iudicatam latam valere exponitur, vbi prima ſententia coram ſecundis iudicibus producta tanquam nulla reprobaretur.

Notorius quamuis prodigus quis exiſtat ſententiam nihilominus prodigalitatis declaratoriam requiri communis ſcribentium opinio recitatur.

14 *Quam primum, ſanos mores prodigum recuperaſſe notorium eſt deſinere eum ſub cura eſſe communis ſcribentium opinio refertur.*

Secus vbi notorium hoc non eſſet, quo caſu declaratoriã requiri ſententiam communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Quam ſolum ad probationis onus euitãdum requiri Ripa aſſerit, ſecus eſſe dicens, ſi aliter ſanitatis recuperatio probari poſſet, quo caſu geſta valere ait, quia ſanitate recuperata adminiſtratio remanet.

15 *Indiſtincte notorium eſt probandum, ſiue facti illud ſit tranſeuntis, ſiue permanentis, quoties extra iudicii locum illud ſucceſſit.*

Antequam contra aliquem tanquam contra notorie criminoſum procedatur parte prius citata, & iuris ordine ſeruato delictum eſſe notorium declarari debet.

Multa, quæ non ſunt notoria dicuntur.

Quoties in euidenti notorio ſumus nulla ſuper ipſo diſcuſſione facta pro pœnæ executione pronunciare iudex poteſt ſecus in notorio facti tranſeuntis, quo caſu parte prius citata, ac iuris ordine ſeruato notoriũ eſſe delictum declare oportet, & poſtea delinquens, ſine iudiciario ordine puniri, dummodo magis communi ſcribentium opinione attenta citatio ad ſententiam non omittatur, quod iterum declaratur, niſi in actu iudicandi, commiſſo, quod ſtatim ſine aliqua citatione, aut ſolemnitate puniri à iudice poteſt aut, ſi tale eſſet notoriũ, quod nullius defenſionis, aut excuſationis capax exiſteret, quibus in caſibus non eſſe citationem neceſſariam communis eſt ſimiliter ſcribẽtium opinio, ſecus, quoties aliqua delinquenti competere poſſet dubium eſſet, quo vtique caſu eſt citatio neceſſaria.

Delictum nullum tam notorium eſſe poſſe, quin excuſationes aut defenſiones aliquas habere poſſit, magis communiter ſcribentes ſentiunt.

Quoties de actu notorio declarando agitur tam recuſationis, quam aliam quamcunque legitimam opponere exceptionem licet.

16 *Quando nullam in appellatione rationabilem cauſam notorie criminoſus allegans non auditur, ſecus ſi talem, quæ notorium vulneraret, vel obumbraret cauſam allegaret, quo caſu ad vtrumque effectũ ſuſpenſiuum ſcilicet, deuolutiuũ appellatio recipitur.*

A ſententia per quam notorium eſſe crimen declaratur appellare licet.

A nimia etiam ſeu exceſſiua declaratione ſuper notorio facta appellare licet.

Adu-

Aduocatione contra criminoſum tanquam notorie criminoſum procedi permittat, niſi de criminis prius notorietate diſcuſſione facta moueatur.

Notorium dici nequit, niſi prius de hoc ſit cognitum, ac illud tale eſſe ſit per iudicem declaratum communis eſt ſcribentium opinio.

De notorio loquimur notorium uero quid ſit ignoramus.

Quamuis à pœna legis, vel ſtatuti à facto notorio, & ab excommunicationis ſententia appellare quis prohibeatur à declaratoria tamen appellare licet.

Rationabilibus exceptionibus aduerſus notorium per delinquentem propoſitis à iudice reiectus à tali reiectione quoad vtrumque effectum tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum appellare delinquẽti permittitur ac conceditur.

18 *Tunc in facto proprio cognoſcere iudici, & iudicare licet, quando in criminalibus ſumus, & pœna eſt à iure determinata, ſecus ſi iudicis arbitrio imponẽda veniret, quæ diſtinctio communiter approbatur, dummodo ad pœnam illam ſe iudex adſtringat à iure determinatam.*

Pœnam etiam à iure ſtatutam, & determinatam aggrauare iudex poteſt.

Iudex animi ſui votum ante ſententiam propalans recuſari poteſt.

Nil tam graue quam ſub iudice ſuſpecto litigare.

Facili de cauſa ſuſpectus iudex recuſatur.

Quoties pœna pecuniaria ageretur ipſi iudici applicanda in propria cauſa recuſare iudicem licet.

Etſi ex eo, quod pœna exactio ad dominum ratione officii pertineat, tanquam ſuſpectum recuſare dominum non licere, ſecus ſi ad aliquem pœna exactio, vt priuatum pertineat aliqui ſentiant.

Tunc in facto proprio notorio iudicare quem poſſe, Decius declarat, quãdo ordinarius iudex eſſet, ſecus ſi delegatus.

De crimine quoties agitur manifeſto alicui in propria cauſa iudicare minime licet.

Manifeſtum à notorio differt pluriſque notorium cenſetur, quam manifeſtum.

Notorium proditorem ſtatim ſuis in defenſionibus non auditum damnari poſſe, necnon bonis priuari aſſeritur, ſecus ſi manifeſtus eſſet proditor.

19 *Iudex contra proprium debitorem, ſiue in forma Cameræ, ſiue ſub alia quauis forma obligatum etiam quod liquida ſumma, ſit executionem relaxare minime poteſt.*

Minus eſt liquidum aliquid eſſe, quam notorium.

In ſequeſtratione tam rerum, quam perſonarum iuſdicentis partes neceſſariæ ſunt.

Priuata detentio, & pignoratio magna ſub pœna prohibetur.

Pro arreſto ſtatuti vel conſuetudinis aut ſpecialis priuilegii, iudex regulariter eſt adeundus.

Officialis publicus iuſſu iudicis non præcedente debitorem, etiam quod creditor inſtet, nec in perſona, nec in rebus detinere poteſt.

20 *Recuſationem quando iudex reiicit, exprimere cauſam debet.*

Exceptionem prima facie concludentem, & à iure approbatam, quotieſcumque iudex reiicit, exprimere in ſententia cauſam debet, ſecũdum magis communem ſcribentium opinionem.

Clara quoties probationi deferre iudex recuſat cauſas ob quas probationi, & teſtibus fidem non adhibuerit apud acta deſcribi curare eum debere communis eſt ſcribentium opinio, taliſque cauſæ expreſſio ad iudicem ſolummodo excuſandum, ne aliquã in ſyndicatu moleſtiam patiatur, non autem ad ipſius ſententiæ validitatem requiritur communi pariter ſcribentium opinione attenta.

In genere ſatis eſt, quod iudex in ipſa ſententia cauſam exprimat ſecundum communem ſcribentium opinionem, etſi aliter alii ſentiant quorum opiniones referuntur.

Prudenter iudicem facere aſſeritur ſi cauſam de qua in actis iuſtam eſſe interloquatur.

21 *Principis nomini detrahens ad ipſummet Principem, pro animi ſui motu puniendus remitti debet.*

Maledictum contra Principem ab iniuria procedens eſſe remittendum iudicis reſpectu intelligendum eſt, qui in iniuria Principi illata vindicanda ſe intromittere non debet, officiales primitus conſtituti, qui eis, qui Principi obloquerentur pœnam irrogarent, ac omnis cuiuſcunque delicti pœna, eſt Principi arbitraria.

Rigor in maleficiis puniendis eſt ſeruandus.

Imperator, & Rex agens ad Dei ſimilitudinem omnino liberum dicitur.

Ex verbis iniurioſis in Principem prolatis maieſtatis crimen non incurritur, nec de ſubditorum verbis de Principe prauus ſumi intellectus debet.

Iniuriæ ſatisfaciendæ modus emendãque honorabilem faciendi refertur.

Serpenti detractor æquiparatur, qui occulte mordet, & vulnerat.

Verbalis iniuria magiſtratui ab inferiore illata atrox dicitur ipſamque inferens, & carceri mancipandus, atque acriter etiam mortis pœna pleſtendus eſt.

Offenſus Principe inferior, nec ipſe, nec officialis ab eo conſtituti tanquam vnum, & idem Tribunal faciẽtes de iniuria ipſi domino illata cognoſcere poſſunt, ſed ſuperior omnino eſt adeundus, vel carcerare iniuriam paſſus delinquentem poterit, illumque donec ſuperiori notificet detinere, vel ad ſuperiorem delinquentem remittere, ſeu punitionem ſucceſſori, atque cognitionem reſeruare.

Quando alii condomini de offenſa condomino facta cognoſcere poſſint declaratur.

Ubi delictum non iudicis perſonam, ſed dignitatem reſpiceret, & ordinarius iudex ſit adiunctum ei præſtandum eſſe aliqui exiſtimant, & quæ officialem offendentis ſit pœna, ſiue in officio ille ſit, ſiue in ſyndicatu, ſiue ex particulari odio, ſiue officii intuitu, offenſus fuerit remiſſiue.

De conſuetudine dominos de iniuria eis facta cognoſcere poſſe deducitur, quod niſi ſuſpecti allegentur, procedere declaratur.

In propria cauſa, quod cognoſcere iudex poſſit aliis ſcilicet committendo intelligendum eſt.

22 *Indiſtincte iudicem in propria, & ſuorum cauſa parte non opponente iudicare poſſe communis eſt ſcribentium opinio, etſi aliter aliqui ſentiant.*

A Cardinale de latere Legato quem quis cœpit abſolui petens quamuis ſuſpectus ſit, quia hoc petens in eũ conſentit Cardinalis illum etiam extra mortis articulum abſoluere poteſt.

Integritatem in iudice, & probitatem ſuſpicionem nequaquam tollere concluditur.

Iudices omnes legitima concurrente ſuſpicionis cauſa ſupremis exceptis Principibus, & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus regulariter recuſare licet.

24 *Quoties ad ſui officialis requiſitionem ab alterius loci officiali, vbi moram quis gerebat carceri traditus fuerit officiali ipſi capienti de carcerati cauſa quamuis hoc carceratus petat, ac ſibi ſuſpectum eſſe proprium iudicem opponat cognoſcere nullo modo licet.*

Ad alterius iudicis inſtantiam carceratum abſque iuris ordine dimittere, & relaxare minime licet, etſi delatus non ſit in loco delicti remittendus ſuſpectos ibi iudices habens.

35 *Notorii ſpecies quot ſint, in quo à manifeſto differat, euidenti publico noto indubitato, & ſimilibus, quæ notoria delicta dicantur, quæ euidentia flagrantia, publica, & manifeſta, an citatio in notoriis, & quãdo requiratur, qualiter iſtud, & per quot teſtes probetur remiſſiuè.*

Caput Vndecimum.

1 CVm ſupra capitulo quinto, & ſequenti pro iniuria notorie ſibi illata appellatione ſeu recuſatione non obſtante punire iniuriantem, & excommunicare iudici licere adnotauerimus, idem in hoc capite plenius tamen proſequendo quoties iniuria, quæ notoria ſit iudici, non vt iudici, ſed vt priuato facta appareat illa ratione iudicem iniuriam paſſum cognoſcere, neq; recuſari poſſe, quia executor potius ius dicens quam iudex tali caſu cenſetur, poſt Franchum in capitulo nouit numero ſexto de appellation. ſupra in dicto capitulo quinto relatum Roland à Valle in conſilio quadrageſimooctauo libro ſecundo numero quinto per textum affirmat in capitulo de manifeſta ſecunda queſtione prima à Claro in praxi criminal. relatus, §. finali quæſtione trigeſimaquinta columna finali, eo loci numero 2, 3, & 4. ex Bartolo, & alijs ſcribentibus poſt Cynum in l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa, & in capitulo cum veniſſent de iudic. communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, ac merum, & mixtum Imperium habentem ius tali caſu in cauſa ſua dicere poſſe, ex quo quando factum eſt notorium à iure iſtud non abhorret in conſilio ducenteſimotrigeſimoſecundo numero ſeptimo Crauetta enarrat, & numero 5. 6. textu relato in l. ea quidem C. de accuſat. cauſæ cognitionem delicto notorio exiſtente non requiri ſubdens, quod in allegat. 1, numero quarto, Lapus pariter tenet, vbi Mandoſ. in addit. verbo notorietas But ſat. in conſil. 21. num. 23. verſic. nec dicatur in notorijs libro 1. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 67. num. 20 plures hoc ſectantes recenſens, & alij quorum Dominus Farinacius nouiſsimè in lib. 1. communium opin. criminal. meminit, in tit. de delict. & pœnis quæſt. 17. nume. 44. & 45. & quæſt. 21. numero 129. poſthæc ſcripta à me viſus: hinc illud notandum pariter venit, quòd lege ſeu ſtatuto nullitatem tollente de euidenti illud, ſeu notoria nullitate non intelligi Bald. inquit in l. 1. colum. 1. in fine C. ne liceat tertio prouoc. cuius dictum qualiter procedat in c. dilecto numero 141. & ſequenti Franchus, quem videas extra de appella. notab. declarat, ex Bartolo in l. 1. in ſexta oppoſit. ff. de oper. noui nunciatio. quamuis prætoris edictum noui operis nunciationi abſolute parendum eſſe iubeat, ipſam tamen vbi calumnioſam eſſe notorie conſtaret ſperni poſſe, ac prætoris edictum ad caſum illum non extendi in eodem numero 141. in fine Franch. affirmat, ac facto notorio exiſtente, vbi ſententiam antequam illud probetur iudex proferret, ſi factum rei veritate notorium erat validam dici ſententiam, quamuis iudici de notorio non conſtitit. Innocentio in capitulo tua. de cohabit. cleric. & mulier relato, & alijs in deciſ. 78 numero ſeptimo, Afflictus affirmat: quo loci Vrſill. in addit. numero octauo ex Bruno in conſilio decimonono. Socino in conſilio quarto numero vigeſimotertio, volumine tertio, & alijs notoria vaſalli rebellione exiſtente ipſius vaſalli rem ad ſe tali ex cauſa deuolutam ſine aliqua citatione alteri concedere domino directo licere explicat, quod ita intelligendum eſſe, vt in actu probationis ſententiæ declaratoriæ citatio non requiratur, ſecus in actu diſcuſſionis ſuper veritate facti, quo tempore eſſe citationem adhibendam, ex Romano in conſilio 482. in l. is cui bonis numero vigeſimooctauo circa finem, ff. de verborum obligation. Ripa enarrat, ac iudices in notorijs cauſis incipere ab executione ſolere, ex textu in capitulo quanto, & ibi ſcribentibus extra de translatio. prælato. Innocentio in capitulo cum olim de cẽſibus Baldo in l. ictus fuſtium numero quarto ff. de his qui notantur infamia Hyppolito in pra. c. 1, §. examinata numero ſeptimo cum ſequenti, ſcribentibus in l. ea quæ C. de accuſat. Menochio in tract. de arbitrar. iudic. libro ſecundo center. 2. caſu 235. numero 14. & alijs in deciſ. Auenionen. 125. habetur numero 7. circa finem,

2 Validatur iſtud, nam notorie crimino ſum appellantem non audiri tex. eſt in capitulo propoſuit de appellation. in capitulo Romana, §. ſi autem, & gloſa ibi in verbo notorio eodem titulo in ſexto, & communem hanc Clarus in ſupracit. pract. crimin. queſt. nonageſimaquarto verſiculo ſolet etiam dici, eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem & Brederodium in ſuo de appellat. tract. parte prima tit. decimonono columna 250. & ſequenti plene, & notab. declarantem inſpicere non prætereas, immo appellatione interpoſita, non ſolum exequi ſententiam iudici licere, ſed eum, ſi aliter faciat peccare in conſil. ſeptuageſimotertio numero 25. & 26. libro tertio Roland à Vall. inquit à Maſuer. in addit. ad Papiẽſ. relatus in forma appellation. à diffinitiua verbo coram additione 1. in fine, cumque iuxta text. in cap. ſuper eo il 2. de appellat. æquiparari recuſationem, & appellationem pluries dixerimus, & gloſa eſt finalis in terminis in ſupraci. c. propoſuit eo. tit. quã inſpicere non prætereas, notorium delinquentem, qui recuſationis exceptionem proponit

nulla-

nullatenus eſſe audiendum ambigendum non videtur, quodq; in notorijs maximè grauibus quale eſt iſtud, de quo agitur reum abſque aliqua ſententia punire liceat ex textu in eodem capit. propoſuit in fine in illis verbis ipſo actu, eo loci numero 1. & 2. Franch. enarrat, iuris ordinem ad tex. in cap. ad noſtram il tertio de iureiur. nullatenus in notorijs ſeruari dicens, nec cauſæ cognitionem in eo requiri tam in dicto cap. propoſuit num. ſecundo, quam in capitulo primo numero 4. de pœnis in 6. idem Franch. aſſeuerat, defenſioni in delictis notorijs in præfato numero ſecundo locum non eſſe enarrãs, quem & in deciſ. Auenionen. 15. nume. 9. plene notata inſpicias, & in dicta deciſ. 67. Ioſephum Ludou. num. 20.

3 In contrarium vero, ac minimè in facto proprio iudicare iudicem poſſe textus iudiſtincto loquentes habemus, in ſupracitat. l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa, & in l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdict. omn. iud. quo loci iurecõſ. eum, qui iuriſdictioni præeſt, non ſibi tantum, ſed nec vxori, nec liberis, neq; alijs quos ſecum habet ius dicere debere ait, quod in omnibus perſonis vſque ad decimum cognationis gradum, vſque ad quem ſucceſsio permittitur procedere, Iaſ. ibi num. 6. notat, Aufret. in tracta. de recuſat. colum. 2. & 3. & alij per Cacheranum in deciſ. Pedemont. 15 relati num. 4. verſic. ſecundo allegatur, & numero 5. rationi hoc naturali, quia lites, ſine vlla ſuſpicione procedere debẽt, & quia duriſsimum eſt coram ſuſpecto iudice litigare, conuenite dicens: quapropter licet factum ſit notorium notoria circa id concurrente ſuſpicione ſuſpicionis notorietatem ad iudicem remouendum, quod præualere debeat, ex eo conſtare videtur, quia in naturali cauſa, & ratione ad tex. in capit ſecundo requiris de appellat. ſuſpicionis exceptio fundatur, quam cẽſeri potentiorem text. probat in l. qui habet, ff. de tutel. & Abb. in repet. c. ſi quis contra clericum numero primo verſic. hoc enim caſu de foro compet. & in clara, & ſimplici iuris regula, fundatur nequis ius ſibi dicat, vt paulo ante notauimus prohibente, cui ſemper inhærẽdum eſſe vulgata inquit gloſ. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. ac per Triuiſanum plenè notata conueniunt in deciſione decima per totum libro ſecundo,

4 Atque adeo grauem ſuſpicionem hanc eſſe conſtat, quod quamuis pupilli, viduæ, aliæque perſonæ miſerabiles, ex priuilegio l. vnicæ C. quando Imperat. inter viduas, & pupill. ius trahendi ad Curiam Principis, & reuocandi reos, etiam quoad primam cauſarum cognitionem habeant ipſiſque coram Principe conuentis, forum illius declinare liceat, cauſamque ad domicilij forum remitti petere, vt latè poſt ſcribentes in dicta l. vnica, Afflictus notat, & Foller. in Regni conſtitut. incip. ſtatuimus in rubr. de officiis magni iuſtitiar. Didac. in tract. practic. quæſtio cap. 6. & 7. nouiſsime Teſſaur. in deciſ. Pedemont. 177. vbi latè, & eleganter, & Viuius in deciſ. 95. lib. primo, quos inſpicere, non prætereas, nihilominus ſi aliquam coram Principe, contra eius dominum communitas, ſiue alter actionem præpoſuerit, ipſeque dominus viduitatis iure, orphani, aut alia ſimili de cauſa fori Principis declinare iudicium velit, cauſę remiſſionem ad ſui Caſtri forum, & domicilij petendo obtinere dominum non poſſe, neque dicto priuilegio vti, ex quo ſui domicilij Tribunal in propria cauſa dum iuriſdictio, quæ ibi exercetur ad ipſum ſpectat, & ipſius eſt, eſt manifſtè ſuſpectum, Couarr in ſupracit cap 7. colum. penultima verſic. octauo, ſi alicuius, in princ. qui videatur notab. affirmat, eaq; quæ in proximè ſeq. retulimus conueniunt num. 6. & 9 ex notatis item per Bald. in ſupracit. l. vnica l. ne quis in ſua cauſa num. quatro comprobantur, iudicis, & partis officio aliquem fungi impoſsibile videri aſſerẽtem, ac re vera duarum, quem perſonarum vices ſuſtinere minime poſſe tex. eſt in l. fina. C. de aſſeſſor. in l. quiſquis, C. de poſtul. l. prætor, ff. de tutor. & curat. dat. ab his in capitulo ſingula 89. diſtinctione facit capitul. penultim. 9. porro de elect. in 6. & in capitulo finali de inſtitut. cum ſimil quorum in tracta. de proxenet. par. 4. cap. vltimo num. 3 fol. 71. Straccha meminit, neque arbitrum in cauſa propria agere quem poſſe text. eſt in l. pen. ff. de arbitr. & hanc poſt plura circa id relata communem, Blanch. in tract. de compromiſſ. quæſt. ſecunda nume. 52. verſic. Decius tamen in fine fol. 123. eſſe fatetur ſcribentium opinionem, quem à dicto numero 52. vſque ad nume. 91. plene iſtud declarantem inſpectum omnino facias, & ideo quamuis in legitima filijs debita filiorum cauſa valde fauorabilis cenſeatur adeo quod quãuis ad fauorem piæ cauſæ regulariter iudicandum eſſe tex. probet in l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptibus funer. ac regulam hanc eſſe communiter a ſcribentibus approbatam in cõſil. 35. num. 7. Curt iunior. atreſtetur, Gomez. in §. ex maleficijs num. 49. verſ. ſed tamen inſtitur. de action. Menoch. conſ. 224. numero 33. libro tertio, Tiraquell. in tractat. de priuileg. piæ cauſæ priuil. 127. alios plures recenſens, & alij per Brunor. à Sole relati in ſuo compẽdio iuris reſolutorio, lit. P. verbo pię cauſæ, in legitima tamen de iure naturæ filijs debita, eis potius, quam piæ cauſæ proſpici, & faueri ibidem, Brunor. ex Bartolo ſubdit in l. prima numero ſeptuageſimoquatto C. de ſacroſanct eccleſ. ex Abbate in capitulo primo, de ſucceſſ. ab inteſt. Alexandro in l pactum, quod dotali columna vltima, C. de pact. ex Couarruuia in capitulo relatum il primo numero 10. verſic. ego in priori de teſtament. & Menochio in dicto conſil. 224. numero 29. & 62. alios plures idem ſectãtes re-

ſerente tamen prænotata ratione in filij poteſtate non eſſe certam rem pro ſua legitima eligere text. docet in l. poteſt autem, ff. de legat. 1. & in leg. ſecunda, C. quando, & quibus quarta pars &c. Idque ad iudicis arbitriũ cohæredibus, & aliis quorum intereſt, vocatis pertinere in leg. ſuus quoque in princip. ff. de hæred. Inſtitur. Bartol. affirmat, Alexand. in l. Marcellus, §. res quæ in fine ff ad Trebell. in conſilio 124. libro quarto, & conſilio 117. numero 20. & 22. libro ſexto, Decius conſil. 236. & Pariſ. conſil. 52. num. 31. lib. 2. & Caball. in Milleloq. 465. alios recenſens.

5 Ad ſtipulantur prænotatis per Caſtrenſem, & alios ſcribentes notata in leg. prima ff ſi quis caution. & ibi per Iaſonem ſignanter in numero decimoſexto, & per Menoch. in tractat. de præſumption. libro ſecundo, præſumption. 96. fol. 104. & textu in leg. ex his in fine, ff de his, quæ in fraud credi. illam viam amplectendam eſſe dicentes per quam vtrique parti conſulatur, ſed quod iudex in facto, & cauſa propria, non iudicet quantumuis notorio de crimine agatur, & ipſi, & parti ſine dubio proſpicitur hoc etenim pacto aliquid ab ipſo iudice non auferri. Nam coram alio iudice, vel coram ipſius ſuperiore ius ſuum eum proſequi poſſe in ferius demonſtratur, quodque ſine aliquo ipſius damno parti recuſanti, ipſius iudicium tã clare, & euidenter ſuſpecti euitare concedatur omnino conuenit, maxime quia de delicto, etiam notorio informationem eſſe a iudice capiendam. in quo partem grauare poſſe clarum eſt communem in ſecunda parte conſtitut. Regni, rub decima poſt numerũ trigeſimũprimũ, Afflict eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, cuius aliorumque in praxi criminum ſupracitat. §. fin. quæſt. nona verſicul. item quæro nunquid in notoriis Clarus meminit, immo iudicem etiam parte non citata, an aliquid notorium ſit ſumere informationem poſſe, Archidiacono relato in capitulo cum iuret nos, extra de conſuetud. Viuius alios recenſens, in tractat. communium opinionum part. prima, affirmat, opin. 226. verſicul. immo iudex folio 126. a tergo

6 Iudici item quod legis ſolemnitatem in aliquo obſeruare non teneatur arbitrio conceſſo, aliquem ei niſi ſibi tanquam iudici de crimine conſtet, & niſi data defenſionis copia condemnare non licere in l. milites, C de teſtament. militar. numero quinto notab. Bald. affirmat, & quia grauare partem iudicem poſſe diximus recuſare ipſum licere ex notatis per Franchum conſtat in dicto capitulo propoſuit numero nono, de appellatio. in deciſio. 124. numero octauo a Capyc. relatus; qui quamuis in facti tranſeuntis notorio probationem, ac partis citationem requirente, ſecus in facti permanentis notorio procedere dicat. Nihilominus in facti etiam permanentis notorio proxime notata procedere Decius in conſilio 294. numero quinto; quem inſpectum omnino facias aptiſſime comprobat. Quodque in facto notorio vbi iniuria iudicis perſonæ facta dicitur minime eidem iudici cognoſcere liceat in deciſio. 268. numero ſecundo libro ſecundo. Viuius explicat eodem loci numero quarto, ex Capyceo ſubdẽs in præfata deciſ. 524. quod quoties an offenſa ſiue iniuria dignitati, aut perſonæ illata eſſet in dubium reuocaretur tali ſtante incertitudine eidem iudici adiunctum dummodo accipiat iudicare licere ait, ac ex notatis per Clarum planius iſtud comprobatur in ſupracit. quæſtion. 35. parum ante finem indiſtincte, ac in omnem caſum vbicumque de iniuria agitur officiali illata ſuperiorem ſemper in committendo cauſam alteri cognoſcendam, vel ſaltem in adiuncti datione, vt iudicia ſine ſuſpitione pertranſeant promptum eſſe debere, atque pronum aſſerentem illa ſimiliter in dicto loco diſtinctione adducta, quod aut ſuperiori iniuria, vel eius familiæ tanquam officiali illata extitit, & de ea cognoſcere tali caſu, quod iudici liceat, aut ei tãquam priuato illata fuit, & ipſi nõ licere, ex notatis per Oldrad. inquit in conſilio ſeptimo, dominum quendam temporalem qui mulierm quandam ob maleficium in eius perſonam factum, ſeu maleficialem facturam condemnauerat ad reſtitutionem teneri in dicto conſilio cõſuluiſſe, ac diſtinctionem hanc ex Alberico in l. Senatus Conſulto, poſt numerũ decimũ, verſicul. ſexto præſupponit libro ſexto, & ex Rolando a Valle in ſupracit. conſilio 48. nu. 7. lib. 2. communiter ſcribentes fouere, & ſequi explicantem quem inſpicias.

7 Quodque pro clariori præfatorum cognitione partibus eſſe aliquid notorium non ſufficiat niſi, & iudici ipſi tãquam iudici, ex actis ſit notorium in deciſion. Pedemont. 1. numero 45. Oſaſch. tenet, per Lupum Geminianum notata apprime conueniunt in Commentar. leg ſecunda, C. de pactis inter empt. & vendit. §. 1. numero 140. fol. 86. & per Blanc. in ſupracit. tract. de Compromiſſ. quæſtion. nona princip. numero 27. in fine vbi de illo notorio quod coram iudice ſuccedit ſermonem faciens, tunc iudici ſedẽdo, aut ſtando, & ſic tanquam iudici non tanquam priuato de eo ſibi conſtaret, ex Baldo, & aliis in l. ſi irruptione. §. fi. ff. finium regund. quorum meminit etiam in arbitrio iuris, & ſtatutario locum hoc habere extendens quem videre non prætereas, & poſt Bartolum in l. 2. §. ſi publico, numero decimo, ff. ad l. Iul. de adult. & poſt Abbatem in cap. 1. circa fin. gloſ. 1. extra de iudic. in conſil. 169. num. quinto, & 16. lib. 3. Berous. notat iudici maleficium ipſo iure pro tribunali ſedente, quod magis eſt commiſſum hac ratione inter cæteras quia crimẽ coram iudice, ut iudice cõmiſſũ nõ dicitur, ſed corã eo tãquã

priuato

Digitized by Google

priuato, ex quo adhoc non ſedebat punire non licere exponit, cuius in deciſi. 278. num 3. par. 2. nouiſſime Vipius meminit, idem in trac. de Epiſcop. Bertach, tenet, quinta part. 4. libr numero 24: ex his iudicem ad iudicandum, quæ ſibi, vt iudici ex actis, non vt priuato conſtaret induci debere dicens, niſi arma, aliquem portare iudex videat, quo caſu iudicem ſine aliqua probatione arma deferentem punire poſſe aſſerit. Quodque iudex delictum coram ſe, committentem punire poſſit, etiam quod aliter delictum non probetur, ex Angelo in leg. ſecunda ff. de feriis affirmat, & quamuis contrarium Caſtrenſem in conſilio 196. ſentire referat, & Gloſam, in leg. prima, C, qui & aduerſus quos ipſi nihilominus Angeli opinionem, in actu practico ſemper placuiſſe, ac ex ſolo ſuo auditu, blaſphemos puniuiſſe concludit, attamen vnius iudicis verbo, quicumque ſic, non credi ex decretali epiſtola conſulibus atque populo Ciuitatis meæ Beneuentanæ ab Innocentio III Summo Pontif. directa conſtat, vt in capitul. cum a nobis extra, de teſtibus, quod in tractat. de arbitrar. iudic. libro primo, quæſtio 73. & libro ſecundo, centur. 2. caſu 197. plene Menoch declarat, vltra quod clara, & nota eſt iuris regula, neutiquam verbis inferiuris a principe narratiuis credi, niſi de narratis doceatur, vt latè per ſcribentes, in capitul fin. de ſucceſſ. ab inteſt, in capitul. ſi Papa, de priuileg. in 6. & in capitul quoniam contra, de probatio. Idque in capitu. poſt ceſſionem de probationibus ſcribentes communi calculo concludere in conſilio 172. numero 5. verſicu. & quod verbis Ioann. Bapt Ferrett. qui videatur affirmat, vltra quod ſuptadicta iudici, de notoro, vt iudici, ex actis ipſis conſtare debere denotantia, deſtruerentur, & ſi præfatam Angeli opinionem, & aliorum illam ſequentium in Regno Neapolis, in actu practico, obſeruari in pract. crimin. numer. 36. fol. 8. hac adducta diſtinctione, Carter. teſtetur, aut quis in iuris banco Iudice pro tribunali ſedente delinquit, & eum tali caſu abſque teſtibus puniri, aut extra acta, & bancum in eodem tamen loco, & domo, vbi Curia regitur, & tunc teſtibus examinatis, condemnatio quod fiat, in magna Curia vicariæ neutiquam hoc obſeruari ſubdens, in qua in quacunque Palatii parte quis delinquat, ſtatim ipſum puniri neque teſtes examinati aſſerit, quem videas.

8 Eo etenim caſu Angeli, & aliorum ſupra relatorum ſententiam eſſe reor amplectendam, quoties non iudici ſolum loco ſedenti, arma, quem deferre, aut blaſphemare, ſed alijs etiam, in iudicii loco exiſtentibus, vbi ſæpe perſonarum multitudo adeſſe ſolet, innotuiſſet, namque iudicis tali caſu, & aliorum, qui ad notorium ſufficiunt præſentia concurrente, iuxta per Dominum Farinac. in ſupracit. quæſtion. 21. numero 47. & 48. notata, & numero 158. vbi gloſa relata in capitul. Deus omnipotens ſecunda quæſtion. prima, quam communiter eſſe enarrat approbatam, & aliis, non ſolum in tali notorio iuris ordine non ſeruato, & ſine ſolemnitate, ſed etiam ſine probatione indicio ad delinquentis punitionem procedere licere explicat, ex Boſſio, in titul. de denunciatio. numero quatto, cum ſequentibus, etiam caſu quo iudex in Tribunalis loco non ſederet, dummodo in caſu ſuum officium, & iuſtitiam exercendi exiſteret, præfata locum habere amplians, cum qua quidem opinione tanquam omnino rationabili, & ipſe ſentio maxime quia Beroii, aliorumque opinio ſupra relatorum, nototii criminis cognitionem omnino excludere videtur, ac delicta puniri ea maxime, quæ in iudicem, vel coram ipſo committuntur, celerique animaduerſione, corripere publice intereſt, capitulo, vt famæ, de ſentent. excommunic. cum concord. Cranetta in conſilio 168. numero vndecimo. in princip. & notata per eundem Dominum Farinac. conueniunt, in præfato tit. de delict. quæſtion. decimaoctaua, numero 63. cum ſequentibus, & num. ſignanter 65.

9 Et quia ex actis iudici de nototio conſtare debere dicimus, propterea a notatis per Foller. in pract. crimin. verbo; item quod eſt notorius delinquens, numero 27. nullatenus eſſe cenſeo recedendum, in continenti reum delicto per eum patrato interrogandum eſſe dicentem, ac reo ipſo delictum confitente, iuxta paulo ante notata, nulla adhibita probatione, aut ſolennitate eſſe illico damnandum: reo vero delictum negante neutiquam eum damnari poſſe ait, niſi in eius præſentia teſtes iudice pro tribunali ſedente, multis aſſiſtentibus delinquere eum vidiſſe, aut audiuiſſe, concludenter dicant & poſt Lucam de Penna, in l. quoties, C. de dignitat. libro duodecimo; ita in praxi obſeruari debere docentem ex Puteo, in ſupracit. tractat. de ſyndic. verbo, notorium, reum antequam a tribunali, & a Iudicis præſentia diſcedat condemnandum eſſe explicantem, cum quo in præfata, deciſion. 124. numero ſeptimo, idem ſentire, Capy videtur, alias quod reum ſine citatione ad. ſententiam nullatenus poſtea condemnare liceat, ac praxim pro delinquente in hoc caſu interrogando, & pro teſtibus recipiendis in ſua arbitrali praxi part. ſexta. Fabius Montelon. quæſtion. ſexta explicat, numero decimo, & vndecimo, fol 492 a iudice delinquentem, non ſimpliciter eſſe dicens interrogandum, ſed modo cur hoc feciſti, vel dixiſti, & reo confitente ipſum iuxta exceſſus qualitatem condemnare, & exequi ſententiam, ipſo vero negante, teſtes recipere, & reum vt dictum eſt punire quem perbelle declarantem, & multa, tam veteris, quam noui teſtamenti exempla afferentem, inſpectum omnino facias, iſtaque, pro illorum interpretatione, quæ non multum

Digitized by Google

clare in dicto tract. de ſindic. in præfato verbo, Nororium, capitul. 1. & ſequent. Paris explicat, adnotabis.

10 Nec non pro clariori, faciliorique præſentis art culi iotelligẽtia, quoties io facti permaoẽtis vel euidentis notorio verſamur, io quo excuſationi locus iuxta tex. eſſe, nequit, & ibi notata in capit tua, de cohabit. cleric & mulier. & in cap. euidentia, de accuſat. & ioxta per Bartol. notata in l. 2. num. 1. ff. de ſurt. & per Couar. lib. 3. Variar. reſolutionum cap. 2. oum. 4. quia in tali notorio non eſſe aliquo modo iudiciariom ordinẽ ſeruandum, poſt tex. io cap. quæ Lotharius 2. q. 1. io l. presbyteri, colum. penult. C de epiſcnp. & Cleric. Bald inquit Alexand. in addit. ad Bartolum in leg. emptorem, lit. 11. ff. de action. empt. Anch. conſil. 197. & alij quorum in ptaxi crimin. §. ſecundo oum 41. Marſil. meminit, Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 235. oum. 14. & 15. Rota in deciſ. 5. de lit. conteſt. in nou. & D. Farinac. in dicta quæſt. 21. cum ſeqq. quem plene declarantem in ſpectum facias, cum plenam ex ſe, nororium hoc probationem facere in ſumma io tit de probar. §. fin. Hoſtienſ. teſtetur, ſcribentes in dicta l. emptorem, in prin. ſententiæ æquipatari notorium dicentes, & Ripa in dicta l. is cui bonis num. 8. in ptinc. & num. 41. ſimiliter poſt prin. quem declaraotem videas, idẽ que illa ratione in enchirid. parium verbo, notorium, & ſententia Iodoch probat, quia quando notoria effecta res eſt, tuoc ea virtualiter talis eſt, ac ſi de ea ſententia, lata eſſet, quia ſimul atq. certa innotuit, ſerti de ea ſententia poteſt, & in hoc notorio, ordinem non ſeruare ordioem eſſe diximus, ac probationem dici probatam diſputare in eo noo eſſe, ſed diſputatum fuiſſe; vbi ſopra nume. 41. cum ſeq. Marſil. inquit, & Rota in dicta deciſ. 5. de lit. conteſt. in noois.

11 Ac in euidenti hoc, & notorio crimine, ordinem neutiquam iudiciarium, vt diximus tequiri, aut ſolemnem condemoationem ſiue ſententiam, ſed quandam iudicis ſolum pronunciationem, quam non ſententiam, ſed pænæ potius executiooem dici poſt Inoocentium io capi. ex parte il 1. de verborum ſignificatione in conſil. 324. Roman. inquit Abb. in cap. ſuper his de pœnis. iudicem in delicto notorio abſque ſentẽtia, & abſque condemnatione delioquentem punire poſſe explicans, Marſi. vbi ſupra citatus num. 47. Menoch. proxime ſimiliter relatas num. 12. & multa in deciſ 36. dub. 6. ſub num. 40. & ſeq Grãmat. notat, Parſſ. in conſil. 147. 4. volu. & in dicto tract. de appellat. Brederod. par. 1. tit. 19. colum. 256. quapropter recuſationis receptionem reijcere in hoc caſu iodici licere atteotis ſopranotatis veriſſimum puto, neque illud quod de quocũque notorio iudici exactis, vt iudici, atqoe ex probationibus conſtare debeat, io quibus faciẽdis grauare, iudicem poſſe notatum fecimos in aliquo repugnant; iſtud etenim in notorio illo, quod facti eſt permanentis, nullaque poteſt tergiuerſatione celari, vt quia illud pars cõfiteatur, aut coram iudice pro tribunali ſedẽte, & in multorum præſentia ſucceſſerit nullatenus in conſiderarione eſſe poſſe ex notatis per Grammat. videndum liquet in deciſ. 105. nu. 16. dum etenim ex ſe præfatum notorium patet ao poſſit iudex, aut grauare velit fruſtratorium exquirere, & ſuperuacuum, & in notorijs maxime grauibus nõ ſolum non eſſe neceſſariam iudicis ſententiam, nec eam requiri, immò abſque declaratoria ſententia, quod punire reum liceat in deciſ. 121. numer. 23. verſ. in caſu noſtro, & num. 24. cum ſeq. & in deci. 54 in fine Capic. tenet, vbi de facti permanentis notorio loquendo notorium eſſe factum, & ſi iudici de eo in actis oon conſtet, ſatis eſſe, ex Inoocentio affirmat, io dicto capitu. fin. de cohabit. cleric. & mulier. ac allegare tale notorium, qood ſufficiat, cum gloſa ſentit in Clement. appellanti de appellat. Franch. in ſupraci. cap. propoſuit, de appellat. vbi ad declarationẽ cap. cum ſecundum, de hæretic. in 6. & l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci hoc eſſe aſſerit notandum, ac ad tale notorium probandum allegantem oon teneri poſt Franch. in cap. 1. de appellat. in 6. & alios plures, ex Hippolit. de Marſi. in l. 1. §. ſi quis dicatur num. 24 ff. de quæſt. communem Couar. in Commentar. c. Raynutius §. 11. nom. 2. ante fin. fol. 361. eſſe teſtatur ſcribentium opiniooem, immo vbi ex actis eſſe aliquid nototiũ liqueret ſine aliqua allegatione notoriũ ipſum attendi declarat, vel quoties abſens pars eſſet: quo caſu etiam in noturijs pro abſente aliter quam ex actis ſupplere iudicem concludit, & Vioius in tract. communium opin. opin. 206. in princ. par. 1. eo caſo vbi notorium allegare debens præſens eſſet in iudicio notorium allegandum eſſe enarrat, ſecus ſi abſens ſit qui citatur, ipſaque citatio vitium quod notoriom ſit, cootineat, citationem etenim notorie nollam nollatenus citatum ad comparendum adſtringere, ex gloſæ narraris in capit. placitis quæſt. 4. inocta gloſſ. fin. in cap. veniens, de accuſat. & ex Innoc. in dicto capit. ex parte il 1 de uerborum ſignifitione, quos ac Ioſephum Ludouic. in præfata deciſ Peruſ. 67. a num. 16. vſque ad nume. 25. non illepide declarantem, & alios referentem, & D. Farina io ſupracit. quæſt. 21. num. 112. cum plur. ſeqq. & ſignanter, nu. 116. præfata diſcutientem, videre non prætermittas, quo loci quamuis ex Claro, in dicta quæſt. 5. verſic. præterea in fine, & ex eodem Couarr. in repet. cap. Alma mater, nu. 9. de ſenten. excommun. in 6. ſententiam in notorijs declarationem requiri affirmet, æquiorẽ hanc eſſe dicens magis communem & ab omnibus in praxi receptam opi. qoam magis communem pariter, & veriorem, in conſi 99. num. 168. lib. 1. Menoch. appellat, quem, & Gabrieliom, in communium concluſionom tract. lib. 7. titul. de malefic. concluſ. 11. & 12. plene iuncta diſcutientem

Digitized by Google

tem inſpicere, non deſinas; Quodque ex notorio
quod allegatum ſolũ ſit, fieri executio nequeat,
niſi iudicis declaratoria ſententia præcedente,
iuxta tex. in l. fi. C. de maleſi. & mathemat. & iux
ta gloſam in dicto capi. euidentia de accuſat. ac
ex Hippolito in ſupracit. praxi §. Aggredior, nu
mero 133. late de hoc loquente, & in rubr. C. de
proba num. 228. & alijs ſupracit. deci. Auenion.
15. nu. 11. aſſeuerat, in facti tamen permanentis
notorio, quod nulla celari tergiuerſatione poſ-
ſit, quodque hominum proſpectui, ſemper ſubij
citur, vel quando per reum, vt paulo ante notaui
mus non negatur hoc non procedere declarat,
et ſi iudicem cautius agẽdo, & ad cautelam pro
nunciare ſuper notorio debere, ex Nouello; &
Follerio eo loci citatis D. Farina. concludat, qui
bus quidem in terminis eſt illud intelligendũ,
neque aduocato de notorio crimine accuſato
eſſe præſtandum, vt ex textu in l. per omnes cir-
ca fin. C. de defenſor. ciuit. Amanell. de Claris a-
quis in ſuis ſingul. inquit ſingul. 222. eique de-
fenſionis, & iudiciorum notam denegari poſſe,
in eadem quæſtio. 21. num. 77. D. Farinac. affir-
mat, quod tamen, vt clarius intelligas, & plenius
pręſatam deciſ. Auenion. 15. inſpectam omnino
facias, & Viuium in deciſ. 68. num. 8. 9. & 10. reis
in flagranti crimine repertis de facto eos, quod
punire liceat, nullamque eis defenſionem dari
concludentem.

32 Vſque ea planius quæ de declaratoria ſenten-
tia dicta ſunt, tam in notorio adhibenda, quam
alijs in caſibus intelligas, antequam pęnam exe
qui liceat declaratoriam ſemper, vt diximus ſen-
tentiam, ſed diuerſimode requiri, ſciendum eſt:
nam aut propter delictum quis neutiquam ab
ipſo confeſſum condemnandus, aut iure aliquo
priuandus uenit, ſeu facti eſt notorium tranſeũ-
tis, vel interpellati, & tali caſu ad eſſe ipſius pœ-
næ declaratoriæ omnino ſententia requiritur,
aut ipſo iure priuatus eſt ſeu notorium facti eſt
permanentis quod nulla poſſit tergiuerſatione
celari, multoque magis, quando notorium non
negatur, vel vbi negaretur notorium ipſum iu-
dice pro tribunali ſedente multis videntibus,
aut audientibus, ex quorum dictis reus vt paulo
ante notauimus conuictus remanſit, ſucceſſerit,
& tali caſu non adeſſe pęnæ, ſed adeſſe tantum
executionis declaratoriam ſententiam eſſe ad-
hibendam, ex notatis in conſi. 6. col. pen. vol. 3.
per Alex. conſtat, Baldum in cap. 1. de feudo ſine
culpa non amit. referentem, quem loqui notab.
teſtatur, cuius aliorumque in tract. de iure em-
phyt. in tit. de cauſ. priuat. ob non ſolutum cano
nem, quæſt. 22. num. 4. Corbulus meminit quem
poſt Felyn. in cap. 2. colum. 1. & ſeq. de ſponſal. &
in c. Rodulphus, num. 63. de reſcrip. in cap. Eccle
ſia Sanctæ Mariæ, num. 61. de conſtitu. & in cap.
cum non ab homine num. 10. de iudic. limitantẽ
inſpectum facies, & declarantem Cardinalem
Albanum, in Lucubrat. ad Bartol. in l. manifeſtæ
in fine ff. de iureiu Curtium omnino videndum
citantem in conſi. 20. & Socinum Iunior. in cõſi.
69. num. 58. notata per Franch. conuenient, in
capitu. 1. de homicid. in 6. num. 6. poſt princip. &
plene per Beninten. enarrata, in dec. 37. præfata
omnia per totum declarantem, & ſignanter, nu.
10. & 11 & cum hac pariter diſtinctione illud in-
telligendum eſt per Crauett. in conſi. 260. relatũ
num. 4. circa medium verſicu. amplius, & illud a
D. Vincent. de Franch in deciſ. 161. explicitum,
num. 11. lib. 1. parte citata, etiam quod ipſo iure
actus annulletur ſententiam requiri declarato-
riam dicentes, quos, & cumulata per Seraph. om
nino videas, in trac. de priuileg. iuramen. priuil.
67. num. 16. & 17. & per Menoch. in præſato con
ſil. 99. numer. 168. cum ſeqq ex eo item præcitata
conſtant, quia quamuis pœna priuationis hære-
ditatis, ob teſtatoris voluntatem non obſeruatã
infra tempus in teſtamento præfixum ipſo iure
incurratur, attamen, vt legitime ad pœnale fidei
commiſſum, & efficaciter agere fideicommiſſa-
rius poſſit iudicis ſententiam declaratoriam ſu
per facto hæredis, & negligentia pręmittendam
eſſe, & neceſſariam in auth. hoc amplius, num. 6.
C. de fideicomm. Bald. declarat, Barto. in præfa-
ta l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci Iaſ. poſt
alios, in l. ſi quis maior. numer. 25. C de tranſac.
& ibi Parpal. num. 68. vbi antequam illud com-
miſſum fuiſſe declaretur, propter quod pœna
imponenda venit, pœnam ipſam ſiue a lege, ſiue
ad homine, impoſitam, neque effectum, neque
executionem habere poſſe ait, & poſt Riminal.
in terminis in conſil. 258. num. 7. 9. et 10. libr. 2.
Felynum in cap. Rodulphus num 35. de reſcrip.
& Tiraquellum alios referentem in l. ſi vnquam
in verbo reuertatur num. 27. verſic. ego vero, &
num. 46. & 318. C. de reuocat. dona. communem
hanc Parpal. eſſe teſtatur ſcribentium opinionẽ
quorum aliorumque nouiſſime in deci. Lucenſ.
8. num. 5. cum ſeqq. Cornazz meminit, & nume.
7. & 8. vbi in eodem iudicio in quo ad pœnam,
agitur contrauentionem liquidare nullatenus
ſufficere aſſerit, ſed quod ſententia declarato-
ria ſuper hæredis negligentia in obſeruantia, &
cõtrauentione præcedere omnino debeat, Ruy
no in conſ. 181. num. 8. 9. & 10 lib. 1. per eum rela-
to conſi 2. num. 11. & 12. & conſ 4. num. 19. & 20.
lib. 5. & Alexandro in conſi. 52. num. 7. & 8. libr.
2. & conſi. 6. num. 2. & ſeq. lib. 3. quem, & Gabrie
lium cuncta plene diſcutiẽtem in communium
concluſionum tractatu videas lib. 7. tit. de male
fic. dicta concluſ. 12 per totum, præfatamque ſen
tentiam declarationem parte citata, & cum cau
ſæ cognitione eſſe expediendam ex Baldo in di
cta authent. hoc amplius, nu. 6. Felino vbi ſupra
num. 41. Alexandro in conſi. 124 numer. 2. lib. 2.
Bertrando in conſi. 217. num. 13. & num. 44. libr.
3. & Tiraquell. in dicto verbo, reuertatur, num.
405. in eadem deciſ. nu. 6. in prin. Cornazz. aſſe-
rit illud, item prænotatis conuenit quod vbi ad

pęnam

pœnam agitur, certum caſum ac clarum, & liquidum proceſſum eſſe debere, ex textu in l. in teſtamento ff. de condit. & demonſtratio. ac ex Baldo in capit. 1. ſi vaſſall. feudo priuet. in deciſ. 267. nu. 3. D. Vincen de Franch. aſſeuerat, quod quidem illud indubitate denotare exiſtimo, vt non ſolum de caſu, & contrauentione conſtare debeat, ſed quod nulla etiam pro eo contra quē agitur cauſa militet apta ad ipſam excuſandum: cauſam etenim quamlibet ad quem a pœna excuſandum ſufficere ex vulgato textu probatur, in l. igitur, § poteſt ff. de liber. cauſa, tenet hoc deciſ. Auen. 1. num. 9. & in tractat. communium concluſionum Gabriel. lib 7. In tit de maleſi. cō cluſ. 8. qui hoc pluries repetendo, communem hanc eſſe teſtatur ſcribētium opinionem, quod maxime ſibi locum vendicare vbi de pœna ageretur pecuniaria, ex Ruino in dicto conſi. 2. & 4. in præcitata deciſ. 8. num. 8. Cornazz inquit, qd quidem eo caſu procedere notandum eſt, vbi cauſam aliquam allegās, ex illa motum eū fuiſſe apparet, vt poſt Beccium in conſi. 78. numero 29. lib. 1 in deciſ. 80. num. 3. lib. 1. Viuius inquit, idemque Cornaez. vbi ſupra num. 9. & 10. ex Tiraquell. in dicto verbo, reuertatur nume. 402. & ſeq quoties pœnæ executio ſine prænotata declaratione fieret inualidam parte opponēte, ac nullam eſſe fatetur, & vbi contra tertios ageretur poſſeſſores, quod huiuſmodi declaratio cum parte ipſa principali prius fieri debeat, ſeu contra ipſius hæredem, ac parte ipſa principali citata, quam contrauenisſe aſſeritur, ex Alexandro affirmat in l. ita ſtipulatus nu. 10. in fin. ff. de verborum obligat. & in conſi. 124. numer. 2. libr. 4. Ruino in conſi. 85. numer 6. & 7 lib. 4 Grato in conſi. 90. numer. 2. lib. 1. & Ripa, in l. is cui bonis, num. 16. & 17. ff. de verborum oblig. ſed ad pleniorem, præfatorum cognitionem, in dicta deciſion. 8. per totum, Cornazzanum inſpicere non deſinas.

13\. Nec a præfatis diſcedendo, cum præcitata pariter diſtinctione, eſt illud intelligendum, quod quoties præiudicium afferre dilatio poſſet, ſententia declaratoria ad eſſe ſcilicet ipſius ſententiæ minime requiratur, de quo in conſi. 2. nume. 11. cum ſeq. lib 5. Ruin. loquitur Bar in extraua. ad reprimendam, verbo, & rebellando, & in conſil. 177. Ancha. quorum deciſ. Auenion. 120. meminit num. 4. in fine, quam inſpectam facias; ſententiam item contra iuris vel facti notorium probatam ipſo iure nullam cenſeri communem eſſe ſcribentium opinionem ipſamque in practica obſeruari, in capit. quoniam contra, num. 26. verſic. ceſſat difficultas de proba. Felyn. explicat veluti ſi contra ſententiam in rem iudicatam trāſitam, & in Actis productam, ſententia diceretur, vt ſic poſt Aretinum in conſi. 73. col. 2. Oſaſch. in deciſ Pedemont. 1. declarat nu. 49. in prin. quam, ideo iuxta tex. in l. 1. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. non valere, quia contra notorium iuris lata ſententia cenſetur, ac pro iudice, & ſententia quæ tranſitum in iudicatum fecit præſumi in deciſ. 52. numer. 1. 2. & 3. Viuius inquit, ac illud notab. declarans communē hanc eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem & in conſilio 95. num. fin. lib. 2 Alexandrum, niſi prima ſentētia, coram ſecundis iudicibus producta tanquā nulla reprobata extiterit, quo caſu ſententiam contra rem iudicatam latam valere declarantē videas, nec illud in hac notorij diſcuſſione prætermittas, quod quamuis notorius quis prodigus exiſteret, ſententia, nihilominus declaratoria requiritur, alias ſi ante interdictionē, ac prodigalitatis declarationem prodigus contraheret, aduerſus contractus per eum geſtos reſtitutionem poſtea neutiquam ipſius prodigi, curatorem obtinere poſſe, niſi minor prodigus eſſet, aut iuſtam reſtitutionis cauſam allegaret Rom. in ſingu. 226. hoc modo notab. declarans inquit & eo loci Pignolat. in addit. alios recēſens in prodigo, quantumuis notorio ſententiam, vt dictū eſt declaratoriam requiri, ex Bartolo in l. is cui bonis, ff. de verborum obligat. & alijs communem hanc eſſe affirmans ſcribentium opinio quod Iodochi in Enchirid. parium latius aſſeuerat, verbo notorium, & ſententia ſupra ſetuum citatus, vtque plenius iuris, & facti notorium cognitum habeas, nec non notorium præſumptionis ac ex quibus de dictis notorijs alijſque ſimilibus conſtare dicatur, Verginium de Bocca. in ſupracit. annot. ad l. vnicam C. ſi de moment poſſeſſ. in addi. 14. per totum ſol. 64. & ſeq. inſpectū omnino facias.

14 Sicut & pariter quando prodigum ſanos mores recuperaſſe notorium eſt, quam primum ipſos recuperauit, ipſo iure deſinere ſub cura eſſe, poſt tex. in l. 1. §. pen. ff. de curat. fur. illaque aſſignata ratione, quia notorium, & ſentētia ad tex. in ſupracit. l. emptorem, ff de action. empt. æquiparantur communem in dicta l. is cui bonis, nu. 41. Ripa eſſe teſtatur ſcribentium opin. ſecus eſſe dicens, ſi notorium hoc non eſſet, quo caſu argum. dicti cap. cum ſecundum, de hæret. in 6. dictæ l. eius qui delatorem, ff de iure fiſci, ſententiam declaratoriam, eſſe omnino neceſſariam illa ratione inquit, quia ſicut niſi per iudicem adminiſtratio, vt diximus non interdicitur, ita neque niſi per iudicem ad l. nihil tam naturale, cū ſimil ff. de reg. iur. recuperari debet, & ſic Bartolum, Caſtrenſem, Alexand. & alios vnanimi, & communi voto ſentire fatetur, Ripam tamen eo loci aliter declarantem, ac ſententiam declaratoriam ad onus ſolum probandi euitandum, neceſſariā eſſe dicentem, ſecus ſi ſanitatis recuperatio aliter probari poſſet, quo caſu geſta valere ex eo quia ſanitate recuperata, ipſo iure ad tex. in dicta l. 1. §. pen. ff. de curat. furioſi recuperata adminiſtratio remanſit, aſſerentem videas.

15 Aut vero in facti tranſeuntis notorio ſumus, vel in notorio extraiudicij locum commiſſo,

quod

quod facti, quamuis ſit permanentis eſſe illud indiſtinctè probandum poſt tex. in cap. pudenda 24. quæſt 1. cum concord. & poſt Nouellum quem, & alios refert in dicta quæſt. 21. nu. 91. D. Farinac enarrat, & quia probationes ſuper notorio ipſo, & teſtes iuris ordine ſeruato, nec non parte citata recipere oportere in ca. cum ſit Rom ana, de appellat. Cardinal Alexan. notat, quoties de procedendo contra aliquem, tā quam cōtra notorie criminoſum agitur de criminis prius notorietate, an notorium illud ſit, vel ne, ex quo iuxta tex. in cap. conſuluit, il c. de appellat. multa quæ non ſunt, notoria dicantur eſſe inquir diſcutiendum, & poſt ipſum in dicto tit. 19. Bredcrod. col. 251. quem plene, & notab. loquentem, inſpicere non prætereas, immo illud obſeruari, vt delictum prius eſſe notoriū declaretur, ita quod ſi quem de homicidio tāquam notorio accuſari contingat, aut inquiri probationes iuris ordine nō ſeruato, receptas nullatenus ualere, niſi probationes prius ſuper notorio parte citata, factæ extiterint, de quo cō ſtituto ad punitionē poſtea iuris ordine, nō ſeruato procedi poſſe, iuxta tex. in dicto cap. conſuluit, vbi ſupra num. 41, & num 13. Carrer. inquit, ita illud quod iuris ordine non ſeruato, iuxta gloſſ. in cap. ſacro, de ſentent. excommu. & in dicto conſi. 63. per Aret notata intelligi dicens, & ideo, quando in euidēti notorio ſumus nulla ſuper ipſo diſcuſſione facta iudicem pro pœnæ executione, vt paulo ante retulimus pronunciare debere conſtat, ſecus vero in illo, quod facti, eſt tranſ-ſitis: quo caſu parte prius, vt paulo ante dictum eſt, citata ac iuris ordine ſeruato notorium eſſe delictum declarare poteſt, & delinquētem poſtea; ſine indiciario ordine punire, dummodo ſecundum Boſſium in ſupraci. tit. de renunciat. de communi teſtantem, & Clarum in ſupra relata quæſt. 9. verſic. quæro nunquid in notoriis de magis communi aſſerētem citatio ad ſententiam neutiquam omittatur niſi in notorio iudice in actu iudicandi exiſtente vt dictum eſt commiſſo verſaremur, illud enim ſtatim ab ipſo iudice ſine aliqua citatione aut ſolemnitate puniri poſſe retulimus, aut ſi tale eſſet notorium, quod nullius defenſionis aut excuſationis capax exiſteret, quibus quidem in caſibus non eſſe citationem neceſſariam in ca. 1. de cauſ. poſſeſ. & propriet. ſcribentes omnes vnanimi voto affirmare Menoch. alios recēſens in tract. de Arbitr. iudicum quæſt. 17. in fine affirmat, ſecus quoties aliqua delinquenti competere defenſio poſſet, vel vtrum cōpetere poſſet dubium exiſteret: quo quidem caſu eſſe citationem neceſſariam Boſſio in ti. quomodo proced. in crimin. notor num. 5. relato, delictū nullum tam notorium eſſe poſſe dicente quin excuſationes, aut defenſiones aliquas habere poſſet communiter a ſcribentibus teneri in ſupracit. quæſt. 21. num. 70. cum ſeqq. & num. 78. vbi declarat magis communem hanc eſſe dicens opi. D. Farinac. affirmat, & ideo dum præfato caſu de actu notorio declarando agitur tam recuſationis quam aliam quamcunque legitimam opponere exceptionem licere ex prænotatis neutiquam eſt ambigendum, & pro pleniori prædictorum cognitionem in præfata quæſt. 21. a nu. 60. vſque ad num 117. D. Farinac. cuncta diſſerentem inſpicere non prætereas.

16 Et quoad ea quæ hoc eodem cap. num. 2. notorie criminoſum appellantem non audiri retulimus, tunc illa locum habere intelligēdum eſt quando nulla in appellatione rationabilis proclamandi cauſa allegaretur, ſecus vbi talem quæ notorium vulneraret, vel obumbraret cauſam appellans allegaret, Namque appellationem eſſe tali caſu admittendam, & recipiendā in dicto cap Romana § fin autem de appella. in 6. ſcribentes aſſeuerant Abb. & Franc. in ſupracit. cap. conſuluit num. 6. Roman. in conſi. 324. quorum Carrer. vbi ſupra meminit, numer. 6. Bredetod. in dict tit. 19. col. 252. & col. 255. ver. licet in notorijs vbi plura affert exempla, quem inſpicias, & plene Lancellott. de attent. 2. part. cap. 12, de attentat appellat. pend. limitat. 9. numer. 4 cum ſeq. fol 262. effectum tali caſu tam ſuſpenſiuum quam deuolutiuum appellationē operari dicens, & D. Farinac. in ſupracit. quæſt. 21. numer. 118 cum ſeqq. quem plene declarantem inſpectum ſacias, & ſignanter numero 120. & 121.

17 Itidem tunc in hoc caſu non eſſe appellationi deferendum, quoties ab ipſa condemnationis ſentētia appellaretur, ſecus ſi a ſentētia proclamaretur per quam notorium eſſe crimen declaratur: quo quidem caſu appellare a tali ſentētia licere poſt Felyn. in ca. cum non ab homine in fine de iudic. verſic. & nota quod licet a Capiceo in deciſ. 1. num. 19. relatum per Gloſ Decius tenet in cap. cupientes in §. quod ſi per viginti verbo priuatos de elect. in 6. quam in ſupracit. cap. peruenit Franch. ſequitur, Roman. in conſi. 492. & alii in loco ſupracit. a Carrerio relati num. 19. quo loci in fine, ex Paride in præfato verbo notorium, verſic. tamen credo a nimia etiam, ſeu exceſſiua condemnatione ſuper notorio ſacta appellare licere explicat, & in pręfato cap. cum ſit Romana Cardin Alex. col. 3. de appellat. aduocatum vt cautus ſit admonens ne contra quem tanquam notorie criminoſu m niſi de criminis prius notorietate diſcuſſione facta procedi patiatur, ne contra eum tanquam contra notorie criminoſum proceſſu fabricato & pronuntiatione ſecuta appellatio illi denegetur quem in l. vnica, num. 142. C. de raptu virg. Hippolit. ſequitur cuius, & aliorum in trac. moment poſſeſſ. limit. 3. num. 47. Contard. meminit, quem, & Lancellotum in ſupracit. limit. 9. num. 13. alios referentem inſpectos omnino ſacias. Neque notorium eſſe quid ſiue executio-

nem,

nem,illud aut defenſionē,non habere dici poſſe, niſi prius de hoc ſit cognitum illudque notorium eſſe ſit à iudice declaratum Richard.in 2. lib. communium opinionum in tit. de maleſic. num.41.fol.992.eſſe ait ſcribentium opinionē, cuius quidem dicti,illam eſſe exiſtimo rationē, quia multa dicūtur notoria,& allegantur, quæ non ſunt,vt in ſupracit.c.conſuluit,ſub num 2. de appellat.ex gloſa Frāch.affirmat in c.de manifeſta,2 q.1.de notorio plures loqui ſubdens, eoſque quid notorium ſit ignorare,ſicut non abſimiliter,quamuis a pœna legis, vel ſtatuti à facto notorio,& ab excommunicationis ſententia,quis appellare prohibeatur à prædictorum tamen declaratione,quod appellare liceat in dicta deciſ.1. nume. 19.Capyceus ſentit,quem & Lancellotum omnino in dicto attentatorum tract.2.par.cap.12.de attent.appellat.pend. limit.21.à num.21.à num. 21.vſque ad nume. 27. fol. 278. plenius declarantem inſpectos omnino facias,ſic & pariter.quoties ante ſententiam notorij criminis diffinitiuam, exceptiones delinquens, ſeu rationabiles aduerſus notorium ipſum defenſiones apponeret illis à iudice reiectis,à tali reiectione,& non admiſsione,quoad vtrumque effectum tam ſuſpenſiuum,quam deuolutiuum appellare ei, quod permittatur, ac appellationem tali caſu admittere iudicem & recipere teneri in pract.crimin.dicto verbo, quod eſt notorius delinquens numero 22.Follerius affirmat.

38 Eoque caſu in facto proprio iudicem cognoſcere, & iudicare poſſe iterum declara, quādo in criminalibus ſumus, ſecus ſi in ciuilibus, & vbi certa eſt pœna,& à iure determinata, nō autem,vbi imponenda arbitrio iudicis eueniret, quia cum grauare iudex in hoc poſſet recuſare eum omnino tanquam ſuſpectum licere in ſupracit.c.propoſuit num 9.Franch.affirmat,eoque loci Dec.circa fin. verſ & iſta diſtin. ab omnibus diſtinctionem hāc cōmendari aſſerit ab Andrea Siculo præſertim in tract. de præſtant. Cardinal.1.quæſtio.2.par.col.pen.quem valde doctrinam hanc extollere explicat,eandemque in l.qui iuriſdictioni num.3.Iaſon pariter ſequitur,ff.de iuriſd.omn.iud.Abbas in pręfato cap. dilectus,de pœnis à Decio aliorum memore relatus in dicto c.cum veniſſent num.6.verſ prædicta concluſio limitatur de iud. Fabius Montelcon.dicta 6.quæſt ſextæ part.princip. nume. 6.Balbus deciſ.44.Rol.à Vall.in ſupracit. conſ. 48.num.16.lib.2.& Burſat.conſ 21.num.23.& 25.lib.1.cuius aliorumque in dicto tract.de attentat par. 2.cap 6.de attentat. poſt recuſat. iud.num.24.cum ſeq. Lācellot meminit, quem inſpicias,& in dicto tit.19.col. 298. & ſeq. Brederodium,ex Domino Antonio dicentem in c. veſtra de cohabit.cleric.& mulier. vt eo caſu in pœnis à iure etiam determinatis, recuſare iudicem liceat,quoties pœnam illam determinatā, ſequi iudex nolle aſſeruerit,pœnam quantumuis à iure determinatā,ex textu aggrauari poſſe ſubdens in l quid ergo,§.pœna grauior,ff.de his qui not.inſam.& in l.etſi ſeuerior C.eod. cuius quidem opinioni illa ratione ſubſcribo, qa quoties ante ſententiam animi ſui votū iudex declarat,ſuſpectus efficitur,& recuſare eum licere in deciſ.Pedemont.74.num.9.Oſaſch.aſſeuerat,nec ratio per Brederod allegata ſatisfacit,ideo recuſationi in hoc caſu eſſe locum aſſerentem,quia modum,& pœnam à iure ſtatutā, iudex excedendo, partem lædere, videtur, hoc enim ſententiæ potius iam latæ tempus inſpicere videtur,quo quidem tempore aduerſus grauamen à ſententia reſultans nō recuſationi,ſed appellationi ſolum, ex textu conſtat Francho ibi,& alijs,in c.propoſuit de appellat. eodēque Francho in c.cum ſpeciali nu.6. eodem titu. ac ab exceſsiua condemnatione,ſuper notorio facta,quod appellare liceat paulo ante in nume. 17.poſt princ.notatum fecimus, ſed quatenus, vbi ſupra Brederod.ſiue in pœnis ſimus à iure determinatis,ſiue nō, arbitrarijs,vel non, ac in crimine quātumcunque notorio,ex quo excedere modum iudex poteſt tam appellationi, locum eſſe ſubdit, quam recuſationi,dummodo de notorio nō agatur in iudicio ſecuto, qđque facti ſit permanentis,nullaque tergiuerſatione celari aut defendi poſsit illius ſequor opinionem,talique caſu, nec appellationi locū eſſe,neque recuſationi ſupra num.8.& ſeq.demōſtrauimus, ſecus ſi de notorio quātumuis facti permanentis agatur, quod extraiudicium ſucceſsit,quia probatione tali caſu notorium cum indigeat iudexque in probationibus faciendis grauare poſsit,vt per gloſ.in c. de manifeſta 2. quæſt.1.& Franchum in ſupracit.c propoſuit, num.9.de appellat.& in c.nouit, eodem titu.& multa allegentur,& dicantur notoria,quæ non ſunt,vt ſupra num.15.poſt princ. & quia nihil, tam graue quā ſub iudice ſuſpecto litigare dicta l.apertiſsimi,C.de iud.& c. 2.requiris in fine de appellat.cum ſimil.necnon,quia facili de cauſa ſuſpectum recuſare iudicem licet, c.inſinuante,& ibi gloſ.& ſcribentes de offi.deleg.cū Brederodio ſentio,quem in dicto tit.19.colum. 257 & ſeq.latè de hoc,etſi non ſatis clare diſcutientem inſpectum facias,præfata item,vbi ratione proprij intereſſe pœna quantumcunque certa imponenda veniret,ſublimitantur, vt qa de pęna pecuniaria ageretur,ipſi iudici applicāda,quo caſu in propria cauſa recuſare iudicem licere in ſupracit.deciſ.124.num 6. Cayc. affirmat,ex quibus non ſine dubio Oldradi diſtinctio in conſ.302. col. 1 tranſire videtur, ex eo, quod pœnæ exactio ad dominū ratione officij pertineat tanquam ſuſpectū recuſare dominū non licere,ſecus ſi ad aliquem pœnæ exactio,vt priuatum pertineret aſſerentis,iterūq; Decius in dicto c.cum veniſſent num.6.verſic.2. quod

dici-

dicitur, tunc in facto proprio notorio, quem iudicare poſſe declarat, quando ordinarius iudex eſſet, ſecus ſi delegatus, prędictaque, nec in crimine manifeſto, quod à notorio differt, locum habere declarans, pluriſque cenſeri notorium, quam manifeſtū in Regni c. nuper apud Tranū Lucas de Penna inquit, ſtatim notoriū prod torem damnari poſſe dicens ipſumque ſuis in defenſionibus nō auditum bonis priuari, ſecus in manifeſto affirmans, & quod in manifeſtis appellatio admittatur poſt gloſ. in cap. præterea de appellat. in verbo manifeſtus, Brederod. inquit in dicto tit. 19. col. 253. in fine. plenius tamen, vt inter notorium, & manifeſtum differentiam cognoſcas in dicto c. conſuluit notata per ſcribentes inſpecta facias, Gandinum in tract malefic in rubr. quomodo, de malefic. cognoſcatur, quando crimen eſt notorium, & alios quorum in loco ſupracit. nu. 8. cum ſeqq. Carrer. meminit latè in praxi iudicior. Aſinius §. 31. cap. 2. limit. 6. & Brederod. in dicto titulo 19. colum. 254.

19 Et quia iuxta diſtinctionem de mente quāplurium ſuprarelatam, in facto proprio in ciuilibus, quamuis notorio iudicē nullatenus agere poſſe diximus, neque contra proprium debitorem etiā pro ſumma liquida instrumenti vigore in forma Cameræ, ſeu ſub alia quauis forma celebrati, & executiui executiuum mandatum relaxare, iudici licere, ambigendum non videtur, in ciuilibus etenim, quę de notorio dicta ſunt nō procedere adnotauimus, & quia liquidum aliquid eſſe minus, quam notorium cēſeri in conſ. 235. num. 6. lib. 4. Corn. declarat, & iuxta ſupra cap. 8. num. 35, circa medium notata, ius dicentem in hoc caſu non executorem, ex quo citanda pars venit & audienda, ſed iudicem eſſe, ac inſtrumentum eſſe executioni mandandum pronunciare eum teneri, ac ſententia hanc diffinitiuam eſſe ex Romano in conſ 174. dictum fuit, illudq; nō abſimiliter ſuffragatur, quia de ſequeſtratione quoties agitur, iuſdicentis partes neceſſariæ ſunt, qui circumſtantijs ponderatis pro cauſarū diuerſitate, & perſonarum, an res controuerſa, vel perſona, de cuius exhibitione agitur ſiſti, vel arreſtari debeat, nec ne ſtatuit, vt per ſcribentes poſt gloſ in l. ſi fideiuſſor, §. fin. per illum tex. in verbo, ſi hoc iudici ſederit, ff. qui ſatiſdar. cog c 1. verſ. ſed iudex actorem, & c. 2. in illis verbis iudices induxerunt extra de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct l. Diuus, ff. de petir. hæredit. & l. æquiſsimum ff. de vſufr. & Curt. in tract. de ſequeſtr. quæſt. 6. nu. 36. & 37. priuatamque detentionem, & pignorationem magna ſub pœna prohibitam eſſe ex tex. conſtat in auth. vt non fiāt pignorat. in c. lator, extra de pignor. & in l. ob æs cum authent. ſeq. C. de act. & oblig idē in arreſto, quod ex ſtatuti vi, conſuetudinis, aut ſpecialis priuilegij cauſatur ſuper quo regulariter eſſe iudicem adeundum, nec parti tali caſu iuſdicentis perſonam in ſe aſſumere licere obligati res arreſtādo, vel perſonam, tex. probat in l. fin. ib nemine exhibendum, niſi de cuius exhibitione iudex pronunciauerit, & eo loci P. ll num. 2. C de exhib. reis iuncta l. vnica, C. de prohib. ſequeſtr. pec. Bar. in l. generali num. 3. C. de decur. libro 10. Oldrad in conſ. 88 num. 3. a Colero in trac. de proceſsibus execut. par. 2. relati cap. 1. num. 1. & 2. regulam in hac executionum materia quaſi generalem eſſe dicens, vt neque officialis publicus iuſſu iudicis non præcedente debitorem, etiam quod inſtet creditor in perſona, vel in reb detinere poſsit, Baldo relato in l. ſi quādo nu. 12. C. de teſtibus, & Rebuffo ad Regias Galliæ conſtitut. in tit. de citat. articu. 2. gloſ. 4. num 8. & 9. ſed Colerum omnino in dicto capitulo primo numero primo cum multis ſequentibus hæc, & alia afferentem, & plene declarantem folio 387. & ſequenti inſpicere non prætermittas.

20 Cumque in notorijs iudici recuſationem reijcere licere diximus, eum, quando recuſationem reijcit, ad cauſam exprimendam teneri, ex Speculatore in tit. de poſſeſſ. & petit. §. 2. in princ. in prima allegat, nume. quinto, Lapus inquit iudicem, quotieſcunque exceptionem prima facie concludentem, & à iure approbatā repelli cauſam exprimere debere, explicantem Aufrer. ſequtus in addit. ad deciſ. Capellæ Tholoſ. 479. nu. 5, & hanc in commentar. l. diffamari magis communem Cōcard. in limit. nu. 146. eſſe ait ſcribentium opinionem, quem eo loci à nu. 138. vſque ad num. 146. plene, & notab. loquentem inſpectum omnino facias, ſicut non abſimiliter, quoties clare iudex probationi deferre recuſat apud acta quibus cauſis, & coniecturis fidem probationi, & teſtibus non adhibuerit, vt deſcribatur curare eum debere pulchra eſt Bartoli doctrina in l. Lucius in fine, ff. de his, qui not. infam. Decius, qui plures recenſet in conſ. 448. num. 29. hoc probat, & in conſ. 463. colum. fina. Grammat. voto 20. Crauetta in tract. de antiq. temp. aliorum memor par. 2. ſectione quarto limitatur nu. 40. fol. mihi 89. Stracca de proxenetic. par. 4. cap. incip. illa etiā quæſtio num. 11, & 12. fol. 55. ac præfatæ Bartoli ſententiæ omnes aſſentiri, in tract. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 342. cum ſeq. Menoch. atteſtatur iſtamque cauſæ expreſsionem neutiquam ad ipſius ſententiæ validitatem requiri, ſed ad iudicem ſolummodo ne aliquam in ſyndicatu moleſtiam patiatur excuſandū, ex Vaſquio in tract. controuerſ. illuſtr. cap 14. num. 5, & alijs pluribus in caſu omnino ſimili communem hanc D. Farinac. dicto cap. 17. num. 64. in fine, & ſeq. eſſe affirmat ſcribentiū opinionem iudicem in ſententia in genere cauſam exprimere ſatis eſſe declarans, iuxta illud paſsim in ſententijs a iudicibus iuſtis ex cauſis animum

nostrum

noſtrum mouentibus apponi conſuetum, & ex Tiraq. in trac. de pœnis temper. in pręfat. num. 70. ita in forenſi vſu, apud Gallos ſeruari dicẽte Vaſquio dicto num. 5. & alijs, eo loci citatis, communem hanc pariter eſſe dicens ſcribentium opinionẽ, etſi in ſupracit. l. diffamari Contard. in limit. num. 148. & ſeq. cauſæ expreſſionẽ nij de ea in actis etiam conſtet non ſufficere, ex Decio explicet in dicto c. cum inter num. 15. de except. ex Felyno in c. ſicut num 17. de re iudic. & in c. ſuper literis num. 18. de reſcript prudenter iudicem facere ex Innocentio ſubdens, & ex Ioanne Andr. in c. ad petitionem de accuſat. li cauſam de qua in actis iuſtam fuiſſe, & eſſe interloquatur.

81 Si vero de offenſa ageretur quæ notoria non ſit, aut iudicialis caſu, ſeu ſuperioris perſonã delictum cõcernit, & tunc ſi in ſupremo Principe, veluti Papa eſſemus Imperatore, ſeu alio ſuperiorem non recognoſcẽte, quia Principis nomini detrahentem, ad ipſummẽt Principẽ pro animi ſui motu, vt puniatur remittendum eſſe text. clarus eſt in l. vnica in fine C. ſi quis Imper. malex. & in l. famoſi ff. ad l. Iuliam Maieſt. cuius quidem l. vnicæ contextum, quatenus maledictum contra Principem, ab iniuria procedens remittendum eſſe diſponere videtur. iudicis reſpectu, quem in iniuria Principi illa vindicanda ſe intromittere non debere in deciſ. 265. nu. 62. in deciſ. 307. & in tit. quæ ſint regal in vſibus feudor. num. 294. procedere, Afflict. affirmat à Contardo in d. l. diffamari in notabilibus relatis num. 28. & ſeq. C. de ingen. & manumiſſ. fol. 6. iuxta gloſ in rubr. C. de Præpoſit. labor lib. 12. officiales quoſdam primitus cõſtitutos, fuiſſe dicens, qui eius qui Principi obloqueretur pœnas irrogarent omnem item cuiuſcumque delicti pœnam eſſe Principi arbitrariam, ex Baldo aſſerens in l. cunctos populos col. 6 C. de ſacroſ. eccleſ. ex Iacob. à Sancto Georg. in ſua inueſt. verbo Princeps Pedem. & ex Purpurato in dicta l. cunctos populos in num. 89. & quamuis, ex Afflicto in tit. de pace tenenda, §. ſi quis alium in fine in vſib. feudor rigorem in maleficijs puniendis ſeruandum eſſe dicat in Imperatore hoc, & Regẽ, quem agens ad Dei ſimilitudinẽ omnino liberum dicit fallere explicat, temeritatemque Principi detrahentium impunitam remanere in Principe hominũ huiuſmodi leuium. & quaſi amentium ſpicula aſpernente ſpeciale eſſe, nec per verba iniurioſa in Principem proiecta in maieſtatis crimen, quem incidere poſt textum in ſupracit. l. famoſi, ex Crauetta in conſ. 6. in princ. pulchro in caſu conſulente concludit, idque, iuxta per Afflictum notata in tit. qui teſtes ſint neceſ. in vſibus feudor. eſſe ſubdit intelligendum. Qui verò ſit iniuriæ ſatisfaciendæ modus ſeu emendam honorabilẽ faciendi in tract de lyndic. verbo cõpoſito, per totum, vbi plene Paris de Put. notat, & capit. 8. num. 8. & 9. Carrer. in ſupracit. praxi crimin. relatus in commẽtar. l. obſeruare curabis, C. quorum appellat. non recip. fol. 42. nu. 85. poſt Hoſtienſem in ſumma de pœnit. & remiſſ. §. quibus verſ. quid de act. quo loci tales diffamatores ad publice eorum errorem recognoſcẽdum, ſeque quod mentiti ſunt, per os ſuum dedicere teneri inquit, & in c. ea noſcitur de ſent excomm. ibique Panormit. & alij in deciſ Delphin. 34. parte 2. nu. 6. 7. & 8. à Franc. Marco relati, ſerpenti detractorẽ, qui occulte mordet, & vulnerat æquiparante: ſumma enim iniquitas eſt detrahere, fratrique ſuo detrahentem homicidam cenſeri textus eſt in ſumma 6. q. 1. & in c. homicidiorũ, de pœnit diſtinct. 1. quorum in dicta l. diffamari in rationibus dubitandi, & decidendi nu. 19. & 20. fol. 4. Contard. meminit, verbalemque iniuriam magiſtratui ab inferiore illatam atrocem dici, ac ipſam inferentem, & carceri mancipandum, atque acriter, etiam mortis pœna plectendum eſſe, vbi ſupra Franc. Marc. ſentit, quẽ plene de hoc, & eleganter loquentem inſpectũ omnino facias aut offenſus inferior eſt, & tali caſu, nec offenſum, neque officialem ab eo conſtitutum illa ratione, quia domini offenſi, ac officialis atq; eo deputati vnum, & idem eſt Tribunal cognoſcere neutiquam poſſe in conſ. 16. Roland. à Valle inquit nu. 7. lib. 2. ſed omnino eſſe ſuperiorem adeundum in cap. 1 num. 4 verſ. ſed ſi recuſatur notab. Franch. inquit de pęnis in 6. iudicẽ inferiorem capere delinquentem. & carcerare, & donec ſuperiori notificet, detinere poſſe iuxta textum ſubdens in l. ſi adulterium §. fin. ff ad legem Iul. de adult. aut iuxta tex. in ca. dilectus, vbi Abb. poſt Innocentium in 2 notab. de pœnis in ſupracit l. qui iuriſdictioni num. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. à Iaſ citatus ad ſuperiorẽ remittere delinquẽtem, vel ad tex. in l. Senatus ff. de off. præſid. carceri delinquentem mancipare, & ſucceſſori cognitionem atq; punitionem reſeruare tenet hoc Capyci in dicta deciſ. 124. per totum, & alii quorum in d. conſil. 16. num. 16. Rol. à Vall. mentionem fecit, vel vbi coæqualem in iuriſdictione ſuperior offenſus haberet illi, vt eodem loci per Rolan. num. 15 cum ſeq. cognitionem reſeruare, & nu. 23. vbi poſt principium, ex notatis per ſcribentes in dicta l. vnica C. ne quis in ſua cauſa quoties alij extant cõdomini in quibus culpa non concurrit, vel quãdo à loci hominibus officialis adeſt nominatus, & à condominis electus, quamuis contra delinquẽtem procedere offenſus nequeat, neque de cauſa cognoſcere, alias tamen condominos cognoſcere, & in cauſa dummodo ſimul in eadem domo, & ſemel, cum eo qui offenſus eſt condomini non habitent nullamque cum offenſa cõſanguinitatem, vel affinitatem retineant procedere poſſe, & his in terminis Crauettæ conſiliũ 232 ſupra cap. 4 num. 29 citatum locum habere aſſeuerat, ad pleniorem nihilominus præfa-

torum

Digitized by Google

torum declarationem in toto dicto conſ. Rolādum à Valle notab. loquentem inſpectum omnino facias, vbi vero delictum non iudicis perſonam, ſed dignitatem reſpiceret, & tali caſu, ſi ordinatius iudex eſt adiunctum ei prẹſtandum eſſe in dicta deciſ. 124. nume. 9 poſt multos per eum relatos Capyc. concludit, ſed aliorum ſcripta ne tranſcribere videar, vt mature omnia iſthæc cunctis cum diſtinctionibus, & declarationibus, & plene ſimul intelligas, & quæ ſit pœna officialem offendentis, ſiue in officio ille ſit, ſiue in ſyndicatu, ſiue ex particulari odio, ſiue officij intuitu offenſus extiterit, & ſimilibus huc tendentibus Dominum Farinacium in dicta quæſt. 17. num. 35. verſ. limita ſecundo cum ſeqq. vſque ad nume. 47. vberrime declarantem inſpectum omnino facias Carrerium in ſupracit. nu. 31. in princ. ex Baldo in l. 1. C. vnde vi dominis locorum de iniuria eis facta de conſuetudine cognoſcere licere aſſerentem, quod in dicto conſil. 832. nu. 8. in princ. alios recenſens Crauetta affirmat, & Puteum in ſupracit. tract. de ſyndic. à Claro in præfata quæſt. 35. in fine relatum, quamuis magnis dominis de cōſuetudine hoc licere ipſos tamen ex propria modeſtia, & vrbanitate alteri propriæ cauſæ cognitionem committere ſolere explicantem item Baldi dictum dummodo ſuſpecti tales domini nō allegentur eſſe intelligendū ex notatis per Roland. à Vall. conſtat in ſupracit. conſ. 16. nume. 3. per Blanch. in dicta quæſt. 9. num. 12 verſ Decius tamen, & in ſupracit. deciſ. 44. per Balbum centur. 1. & quo ad illud Principem ſcilicet propria in cauſa cognoſcere poſſe diſponens alijs ſcilicet committendo eſſe intelligendū in tract. de ſyndic. in verbo iniuria officialis cap. 3. num. 6. fol. 99. Pariſ. affirmat.

22 Quæque paulo ante nullatenus in cauſa propria quando de notorio extra locū iudicij, quāuis facti illud eſſet permanentis agetur cognoſcere iudici licere adnotauimus, quoties iudice procedente nihil pars opponeret limitantur, idem quando facti notorium eſſet tranſeuntis, vel interpellati parte, vt dictum eſt, nihil opponente hoc procedere declaratur tacite enim pars non opponendo conſentire, ac illius iuriſdictionem, quæ alias declinari poterat prorogare quod videatur, ac proceſſum tali caſu, & ſententiam valere poſt tex. in l. in priuatis ff. de iud. & poſt Ioannem Andr. in ſupracit. c. poſtremò de appellat. in l. patre furioſo num. 39. verſ. 20. facit, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Iaſ. affirmat, & in dicta l. qui iuriſdictioni nu. 6. in fine: quo loci indiſtincte poſſe quē in propria, & ſuorum cauſa parte non opponente iudicare communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionē aduerſus quam Blanchum in ſupracit. tract. de compromiſſ. quæſt. 2. princip. num. 52. quæ plura contra communem effundentem, & nemini in cauſa propria, etiam parte conſentiente iudicare licere poſt Capyceū ample pariter in dicta deciſ. 124 colum. 1 de hoc loquentem, & Vantium in tract. de nullitat. in tit. de nullitat. ex defectu iuriſdict. nu. 92. cum ſeqq. vſque ad num. 97. quem inter propriam, & ſuorum cauſam diſtinguentē inſpicere nō prætercas, quodque nulliter ipſo iure primo caſu iudex procedat Vant. aſſerit in ſecundo vero ab eo geſtum, quod ipſo iure teneat, quodque iuxta tex. dictę l. in priuatis, & l. quia etiā ff. de arbitr. parti, quę de hoc opponere non cauit ſit imputandum hinc in trac de epiſc. Bertach par. 2. lib 4. num. 115. legatum de latere inquit, qui ab excommunicatione, quæ ob violentam in clericos manuū iniectionem, & alijs in caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis iuxta tex. incurritur in c. ad eminentiam de ſent. excomm. & iuxta gloſ. in c. authoritate §. inhibemus de priuil & in c. pen. de off. de legati abſoluendi poteſtatem haber ſe ipſum capientem etiam extra mortis articulum abſolue re poſſe, quia licet regulariter ad propriā iniuriam vlciſcendam iuxta tex. in cap. quod ſuſpecti 3. q. 5. cum concord. ſuſpectus iudex iniuriā paſſus eſſe dicatur, attamen in hoc caſu dum à legato quis, quem vel cœpit, vel capere fecit abſolui petit in eum tanquam in iudicem competentem conſentire, quod cenſeatur ſuſpicionēque ceſſare, & ita Ioannē And. in addit. ad Speculat. in tit. de legato §. nunc dicamus, verſ. ſed quæritur vtrum legatus cōcludere aſſeuerat ſic textum in Fęlicis de pœn. in 6. & in capit. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. intelligi dicens aliaque circa id, quæ apud ipſum videre poteris, notabil. ſubnectens.

23 In iudice itidem probatæ fidei, & ſanctimoniæ prænotata limitari Ioann. Andr. inquit, & Archidiaconum in dicto cap. poſtremò de appellat. & in conſil. 74. Ioannes de Amic. num. 11. quo loci in proprijs terminis, licet in filiorum cauſa, & propriæ familię affectionis ſuſpicionē ad tex. in dicta l. qui iuriſdictioni iudicem agere quē non poſſe dicat, quando tamen talis quis eſſet qualitatis propter quam veriſimiliter ceſſare ſuſpicionem præſumi poſſet iudicē ei agere quod liceat cōcludit, & hoc in conſ. 469. lit. a lib. 3. Ryminal ſenior affirmat, illud ab Oſaſco in prooem. deciſionum Pedemont. nu. 6. parum ante finem non prætercam quis eſt iſte dicente, & laudabimus eum, vltra quod non deſunt, qui integritatem in iudice, & probitatem ſuſpicionem nullatenus tollere, neque hoc operari, qui iudex tales habēs qualitates recuſari poſſit affirment quos in conſ. 31. num. 97. lib 1. Pariſ. recenſet iudices omnes ſupremis exceptis principibus, ac ſuperiorem non recognoſcentibus recuſare regulariter licere aſſerens à qua quidē opinione, quia ſine qualibet ſuſpicione iudiciā procedere plures notauimus nullatenus eſſe cēſeo recedendum, Iaſonem nihilominus in d. l. qui iuriſdictioni duodecim alias limitationes

recitan-

recitantem inſpectum omnino facias Romanũ in conſil. 68. Felynum in capit. eum cauſam de offic. deleg. octo modis declarantem, & in tractat. fallentiar. Socinum reg. 203. nouem ſimiliter modis limitantem.

24 Illudque neutiquam à prænotatis alienum notatum diſcrete lector facere velis, quod ſi ad ſui officialis requiſitionem ab alterius territorij, ſeu loci officiali, vbi moram gerebat carceri qui traditus fuerit officiali capienti, & qui illum carceri tradidit de carcerati cauſa quáuis hoc carceratus petat ſibique ſuſpectũ eſſe proprium iudicem opponat nullo modo cognoſcere licere in tract. de liter. requiſit. num. 18. in 2. Tomo cõſtitut. Gall. Rebuff. aſſerit & Iacob. de Bellon. in ſua praxi quorum in pract. crimin. in prima par. ſecunda par. in rubr. euius inſcriptio eſt notatos capiat de perſunâ numero 23. folio 27. Foller. meminit, ex textu in l. fina. ff. de off. procurat. Cæſar. iudici, vt ſupra requiſito ad alterius iudicis inſtantiam carceratum abſque iuris ordine dimittere, & relaxare non licere ſimiliter ſubdens, ſed non eſſe delatum in loco delicti remittendum ſuſpectos ibi iudices habentem in ſingul. 432. verſiculo delatus, ex textu in l. ſciendum, §. ſi accuſatio, ff. de lega. quem inſpicias Guido Pap. quem ſimiliter inſpectum facias atteſtatur.

25 Sed notorij ſpecies, vt omnia fere hæc reſpicientia calleas quot ſint in quo à manifeſto differat ab euidẽti, publico, noto, indubitato, & ſimilibus, quæ notoria delicta dicantur, quæ euidentia flagrantia publica occulta, & manifeſta nunquid citatio in notorijs, & quando requiratur, qualiter illud, & per quot teſtes probetur, & alia plura notorii criminis cognitionem concernentia per Ripam in l. ſi conſtante num. 23. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. notata videas. Marſilium in praxi crimin. §. Aggredior num. 425. cum multis ſequent. quamplura explicantem, Carretium in loco ſupracit. per totum Fabium Monteleon. in ſuprarelata arbitrali praxi parte 6. queſt. 6. folio 491. & ſeq. & par. 4 quæſt. 4. num. 167. fol. 142. Boſſium in præfato tit. quomodo in crimine notor. proced. Follerium in dicto verbo, quod eſt notorius delinquens per totum, Veſtr. in praxi Romanæ Cur. lib. 5. cap. 13. & ibi Grauatium in addit. alios recẽſentem Viuium in ſuprarelata opin. 226. p. r. 1. & in dicta quæſt. 31. D. Proſperum Farinacium per totum alios plures referentem plurimaque circa id notab. & in vſu Forenſi apprime neceſſaria explicantem in ſupracit. tract. de appellat. Bredero-dium par. 3. titu. 19. à col. 250. vſque ad col. 259. Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. caſu 49. num. ſexto libro ſecundo centur. 1. & in deciſione 5 63. numero tertio, cum ſequentibus vſque ad nume. 9. Ioſephum Ludou. ſupra pluries citatum, necnon in annotationibus ad leg. vnicam C. ſi de momentanea poſſeſſione Virginium de Boccat. in ſupracit. additio. 14. per totum, fol. 64. & 65.

SVMMARIVM.

1 *Feudi contentione inter vaſallos exiſtente, qui duces, non ſint Comites, vel Barones quorum ſolus Imperator eſt iudex feudi dominus iudex eſt, quod quoties inter duos eiuſdem domini vaſallos eſſet quæſtio eoſque vaſallos eſſe dubium non fieret procedit, alias ſecus.*

Iuriſdictionem, vt feudi dominus exercere poſſit litigantes vaſallos eſſe conſtare debet.

Vbi non inter vaſallos, ſed inter extraneas perſonas, cauſa ageretur rei iudex ordinarius de cauſa cognoſcit, neque de iniuria ſibi à vaſallo illata dominus cognoſcit.

2 *Vno ex vaſallis, antiquum eſſe feudũ, & altero cauſam ab ipſo domino habente eſſe nouum allegante iudex tali caſu eſſe dominus nequit, ſed iudex ordinarius, vel arbiter communiter electus iudex eſt ſecundum communem ſcribentium opinionem, idque clarius, ex Romano declaratur.*

3 *In cauſis in quibus cognoſcere feudi dominus poteſt ordinariam in vaſallos habere dicitur iuriſdictionem, vt communiter ſcribentes ſentiunt, non tamen ita potentem, ſicut illa eſt, quæ generaliter eſt ordinaria.*

Tria iudicem cõſtituunt ordinarium, lex, conſuetudo, & conſenſus.

In dubio coram feudi domino citatus ad comparendum non adſtringitur, ſecus ſi coram ordinario generaliter citaretur.

Licet feudi dominus iudex in feudali cauſa ordinarius dicatur particularis tamen ordinarius dicitur, quo vniuerſalis iudex maior cenſetur.

4 *Feudi dominus iudex eſt inter vaſallos ordinarius, etiã quod vaſalli clerici ſint magis cõmuni ſcribentium opinione attenta.*

Regulariter clericum, nec in feudo ſuccedere, nec retinere feudum poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

5 *Ordinarius qui ſuſpectus ſit in totum regulariter de iure ciuili non recuſatur, ſed adiunctus illi preſtatur.*

Quando feudi dominus ſuſpectus eſt in totum, vt communiter ſcribentes affirmant recuſatur.

Quoties in feudali materia clare ius feudorum non diſponit ad commune ius recurritur, quo caſu, ſi ciuile ius à canonico differat ratione iuramenti, quod ſuper feudo interponitur ius præualere canonicum communis ſcribentium opinio refertur.

Rectius feudi dominum in caſu allegatæ ſuſpicionis facere, ſi partium confidenti cauſam commiſerit, aliquis ſentiunt,

In cognoſcendo ſuſpectus in delegando ſuſpectus non exiſtit.

6 *Extra feudalem materiam cõtrouerſia inter dominum & vaſallum exiſtente ordinarius, ad quem feudalis etiam cauſa ob domini feudi negligentiam deuoluitur cognoſcit, in materia vero feudali nõ ordinarius, ſed pares curiæ cognoſcunt, & nu. ſeq.*

Valere conſequentia illa aſſeritur non eſt inter vaſallos feudi contentio ergo dominus non cognoſcat, ſed ordinarius.

Aſcanius artis præpoſito iuriſdictione conceſſa in cauſis tantum ad iuriſdictionem illam pertinentibus cõceſſa iuriſdictio cenſetur.

7 *In materia feudali contentione inter dominum, & vaſallum*

ſallum exiſtente non ordinarius, ſed pares Curiæ, qui in cauſa ipſa iudicant cognoſcunt obtentum in præfato capitulo primo, de prohibita feudi alienatione quantumuis, loco ſupracitato Curtius regula quinta, numero trigeſimoquarto, in quatuor modis extendens, & quinque limitans.

Pares Curiæ alii eiuſdem domini vaſalli paria habentes feuda pares nuncupantur.

Nec omnes pares Curiæ, communi ſcribentium opinione attenta iudices ſunt, ſed vnum primo, vel plures, quot voluerit, dominus eliget, deinde totidem, vaſallus iuxta numerum, à domino comprobatum.

8 Pares Curiæ, de controuerſia cognoſcentes in primis recte ſe iudicaturos iurare tenentur.

9 Quamuis, quando rem eſſe feudalem negatur minimè de hoc feudi dominus cognoſcat, quia hoc modo in cauſa propria iudicaret pares tamen Curiæ cognoſcunt, quia quoad ipſos, de nudo tantum agitur iuriſdictionis exercitio.

Ordinariam pares Curiæ iuriſdictionem habere dicuntur, eoſque in totum recuſare licet.

10 Pares Curiæ, feuda ſimilia, habere debent, ita quod ſi cauſa Comitis tractetur pares ipſi, Comites ſimiliter eſſe debent.

Familiares domeſticos, conſiliarios, vel aſſeſſores, ſeu alios ipſius ſtipendio viuentes, neutiquam in pares eligere, domino licet, alias tanquam ſuſpectos recuſare eos permittitur.

Qualiter per dominum, vel per vaſallum electos recuſare liceat, & quid in hoc caſu circa ſuſpicionis articulum ſit obſeruandum explicatur.

Quotieſcunque fidelitatis iuramento quas nullo non præſtitiſſet euenit remitti iuramentum vel probare autem fidelitas.

Quando ciuile ius à canonico diſcrepat, & in materia peccati, non ſumus memm quodque ius in foro ſuo, ſeruare conuenit.

11 Tunc pares Curiæ iudices eſſe poſſunt, vbi conſuetudine, vel priuilegio feudalibus in cauſis prouiſum de certo iudice non apparet.

In Regno Neapolis Magnam Curiam feudalibus de cauſis cognoſcere, necnon et Sacrum Concilium, & inter fiſcum, & priuatum, Regiam Cameram, ſummariæ ex ſforma deducitur.

12 Hodie in Regno Neapolis, neque Magnam Curiam neque Regias Prouinciarum audientias præter audientiam ſdrumiinam de cauſis feudorum tam quaternatis quam de non quaternatis cognoſcere declaratur.

De cauſis feudalibus, inter partes vertentibus, Sacrum Regium Concilium ſolum cognoſcere ex Regis Ferdinandi primi ordinatione, & depoſitione, atteſtatur Freccius.

Niſi tales cauſæ de minori ſumma vnciarum viginti quinque eſſent, limitatur quo caſu Curiis etiam inferioribus, cognoſcere de eis licere in eadem ordinatione diſponitur.

Sed quatenus inter partes, ſed de Regni fiſci intereſſe ageretur, Regia Camera ſummariæ, in qua fiſcales ventilantur, & videntur cauſæ, in hoc caſu cognoſcit.

Quoties de Regii fiſci intereſſe agitur, etiam quod Regii patrimonii, vel ipſarum partium procurator, non inſtaret, ex ſe cauſam, ad Regiam Cameram, ſummariæ, Sacrum Regium Conſilium, remittit.

Idem, quoties inter partes, de colluſione dubitatur.

Barones aliquos de feudis quaternatis in eorum priuilegiis, ac de his etiam, quæ in capite, & immediatè à Regia Curia tenentur, poteſtatem cognoſcendi habere euidentiſſimus Carauella teſtatur, quod olim in Principis Salerni priuilegiis obſeruaſſe ipſemet aſſeuerat.

13 Quamuis aliis in caſibus parium Curiæ iudicium vſu & conſuetudine abrogatum ſit, quoties tamen contra vaſallum de læſæ maieſtatis crimine ageretur, adhuc pares Curiæ eligendos, in tractatu de feudis titulo tertio, numero decimotertio, & decimoquarto, Thomas de Marinis inquit, cuius Burſatus in conſilio ducenteſimonigeſimoquinto numero trigeſimooctauo meminit.

Quod conſuetudine attenta, neque in tali crimine obſeruari concluditur.

Caput Duodecim.

1 IN feudalibus, etiam, de iudicis ſuſpicione, cum altercari aliquando ſoleat, iſtud attingendo, quotieſcumque inter vaſallos, qui Duces, non ſint, Comites, vel Barones, controuertitur, quorum ſolum Imperatorem, cui immediatè ſubiecti ſunt, eſſe iudicem, textus eſt in capitulo primo. Apud quem, vel quos controuer. feudi termin. debir. feudi dominum, inter ipſos, iudicem agere text. probat, in capitulo Imperialem, §. penultimo, de prohibition feudi alienation. per Federicum, & in capitulo primo, de controuerſ. feudi, apud pares termin. capitulo nouit, & capitulo cæterum, vbi gloſam de iudicibus capitulo ex transmiſſa, & capitulo verum, de foro competent. Curt. de feud. ſeptima, quæſtione principali numero tertio, & late in tractatu regular. Duen. alios recenſens, regular. tricenteſimauigeſimaprima, quod quoties inter duos, eiuſdem domini, vaſallos, eſſet quæſtio, eoſque vaſallos eſſe, dubium, non fieret, ac feudum aliquod retinere, ſibi locum vendicare ſciendum eſt, alias ſecus, vt text. eſt in dicto capitulo cæterum verbo conſtat ibi, quod vt exercere feudi dominus iuriſdictionem poſsit litigantes, vaſallos eſſe conſtare debeat pro ſingulari à canoniſtis ponderatus, & hoc ne alias in cauſa propria iudex dominus eſſet ſtatutum fuiſſe in conſilio primo, libro quinto, numero 1. 3. & 15. Alexand. inquit, Socin. in conſilio centeſimooctuageſimoſeptimo, numero vigeſimonono, volumine, ſecundo, Natta in conſilio 87. numero primo, & conſilio centeſimodecimotertio, numero octauo, alijque plures, quorum in conſilio ducenteſimonigeſimoquinto, numero trigeſimoſexto libro ſecundo, Burſat. meminit, omnino

non fieret, ac feudum aliquod retinere, ſibi locum vendicate ſciendum eſt, alias ſecus, vt text. eſt in dicto capitulo cæterum verbo conſtat ibi, quod vt exercere feudi dominus iuriſdictionem poſsit litigantes, vaſallos eſſe conſtare debeat pro ſingulari à canoniſtis ponderatus, & hoc ne alias in cauſa propria iudex dominus eſſet ſtatutum fuiſſe in conſilio primo, libro quinto, numero 1. 3. & 15. Alexand. inquit, Socin. in conſilio centeſimooctuageſimoſeptimo, numero vigeſimonono, volumine, ſecundo. Natta in conſilio 87. numero primo, & conſilio centeſimodecimotertio, numero octauo, alijque plures, quorum in conſilio ducenteſimouigeſimoquinto, numero trigeſimoſexto libro ſecundo, Burſat meminit, omnino inſpiciendus, de quo latius, ſupra capitulo præceden. pleniuſque locuti ſumus, cauſamque, quæ non inter vaſallos, ſed inter extraneas agitur perſonas, per rei iudicem ordinarium, eſſe cognoſcendam, ex Socino in conſilio duodecimo, numero vigeſimoſecundo, libro primo, & in conſilio centeſimooctuageſimoſeptimo, columna finali, libro ſecundo, & alijs, communem, Menoch. ſiue maius Collegium Papienſe, in conſilio tertio, numero vigeſimo, eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & propterea, neque de iniuria ſibi à vaſallo illata, dominum, cognoſcere in conſ. 2. Oldrad. quem inſpectum facias aſſeuerat.

2 Sicut pariter vno, ex vaſallis, antiquum eſſe feudum, & altero cauſam ab ipſo domino habente eſſe nouum allegante, iudicem in tali cauſa eſſe dominum, non poſſe, ſed tunc, vel iudicem ordinarium, vel arbitrum communiter electum cognoſcere poſt textum in capitulo primo in principio de inueſtitu. marit. fac. Curt. in loco proxime citato numero quinto, verſiculo tertio fallit, cum ſequentibus, vbi alios caſus in quibus domino inter vaſallos iudicare, non licere enarrat, ſed partibus Curiæ, vel ordinario communem hanc eſſe teſtatur, ſcribentium opinionem, & Roman. qui in conſilio ducenteſimoduodecimo, numero quarto, ſic in medio declarat, aut feudum vterque ſuum proprium, & ſibi conceſſum eſſe exponit, & tunc loci iudicem ordinarium, vel arbitrum communiter electum iuxta textum cognoſcere, inquit in capitulo primo, §. ſi inter duos de lege Corradi, aut feudum antiquum vterque, ſuorumque progenitorum, eſſe dicit, & tunc feudi dominum, cum Curia, non autem dominum ſolum, aut ſolam Curiam iuxta text. in capitulo primo, §. ſi inter duos, de lege conſ. cognoſcere, explicat, etſi hodie, iuxta caſum in capitulo primo, an apud dominum, vel iudic. quæſtio feudi termin. deb. pares Curiæ cognoſcere concludat, de quibus in tract. de retinen. poſſeſſ remed. 3. quæſt. quinquageſimaquarta, Menochium late, per totum declarantem inſpectum omnino facias.

3 Dominumque illis in cauſis, in quibus ei cognoſcere licet, & proprie quando feudum cauſam cõcernit ordinariam in vaſallos habere iuriſdictionem, in dicto capitulo cæterum in principio, Decius inquit, & ibi ſcribentes communiter regulariter enim, vbi lex, vt in hoc caſu, iuriſdictionem cõfert talem iuriſdictionem ordinariam cenſeri text. eſt & ibi gloſa, & Bartol. in l. & quia, ff. de iuriſdiction. omnium iudic. ac tria iudicem ordinarium conſtituere, legem conſuetudinem, & conſenſum Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ libro tertio capitulo tertio, per totum notab. affirmat, illudque ſimiliter his in terminis notare conuenit, quod licet ordinaria domini hoc in caſu iuriſdictio ſit, minus tamen iuris eam continere, quam iuriſdictionem, quę generaliter ordinaria ſit, & ideo coram feudi domino citatum, in dubio ad comparendum, non adſtringi, ſecus ſi coram ordinario generali citaretur, poſt textum in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudicibus gloſa inquit final. in dicto capitulo primo, verbo ad dominum de inueſtit. in marit. fac. quem, eo loci alibi, non reperiri Bal. explicat, à Decio in eodem capitulo cæterum numero tertio, verſiculo eſt etiam notandum plenè hoc declarante relatus, licet feudi dominus iudex in feudali cauſa, ordinarius dicatur, eum tamen ordinarium particularem dici, & iudicem per conſequens, vniuerſalem ipſo maiorem cenſeri in loco ſupracitato, Curt inquit. quæſtione octaua, numero vigeſimooctauo verſicul. eſt tamen aduertendum, hoc ad materiam leg. contra pupillum, §. qui ad maius ff. de re iudic bene aduertendum eſſe explicans.

4 Iudicemque ordinarium eſſe feudi dominum inter vaſallos, etiam quod clerici vaſalli ſint, & dominus laicus in capitulo verum de foro compet. poſt numerum tertium, verſic. tenent moderni Felyn. aſſeuerat, ac feudi ratione Eccleſiam, & clericum domino laico ſubijci, communem, Decius in ſupracitato capitulo cæterum nu. 20. eſſe affirmat ſcribentium opinionem, idque conſuetudine probari in capitulo vnico de cleric. coniugat. in 6. Archid. exponit, & hanc magis communem contra Guidonem Papã cum aliquibus canoniſtis contrarium tenentem, & de communi teſtantem eſſe ſcribentium opinionem in §. feudum quæſtione 60. verſiculo, & hæc quidem in fine, Clarus affirmat, quod in loco ſupracitato poſt longam diſcuſſionem. Curt. numero decimoquinto, ſequitur, illudque, non prætereundo, nec in feudo clericum ſuccedere ſciendum eſt, neque illud retinere regulariter, ei licere, communem in deciſione vigeſimaſeptima, Oſaſc. eſſe inquit, ſcribentium opinionem hoc præſertim, ſi in ſacris

vnico

ſit clericus conſtitutus locum habere ſubueſctés, quem plures caſus, in quibus hoc minime procedat, eo loci à numero quinto, vſque ad numerum decimum ſeptimum, & decimum octauum ennmerantem, & declaranrem inſpectum facias.

5 Quibus ſic ſtantibus, & in capitulo primo, diſpoſitis, in fine de inueſtit. in mar. fac. vbi habetur, quod ſi dominus, cum ſua Curia vaſallos vócauerir nemini eorum domini, vel Curiæ examen declinare liceat dominum, vt ſuſpectum recuſare non licere dicendum videretur illud, itē ſuffragatur ordinarium ſcilicet, qualem feudi dominum eſſe diximus neutiquam tanquam ſuſpectum remoueri, ſed illi adiunctum dari l. apertiſsimi, & auth. ad hæc, vbi Iaſon. C. de iudicibus, & latè ſupra capitulo quinto, notata numero primo, cum ſequentibus, & in ſpecie, quod recuſare feudi dominium non liceat, in dicto capitulo primo, §. vltim. de inueſt. in mar. fac. Aluarot. tenet, in præfata quæſtione quinquageſimaquarta, numero tricenteſimoquinquageſimoſeptimo, & vbi à Menochio relatus, & Paris de Syndic. verbo ſuſpicio numero ſecundo, in fine aduerſus quos feudi dominum tanquam ſuſpectum recuſari, non poſſe aſſerentes recuſare eum in totum, licere ſcribentes in capitulo primo, an apud iudic. vel Cur. iuris Canonici ſecuti diſpoſitionem qua attenta, ordinarium etiam iuxta tex. in capitulo cum ſpeciali, cum concord. de appellation. recuſare licet, aſſeuerant illam ſecuti rationem, quia contrarium, quoties in feudorum iuribus deciſum non reperitur, etiam in fendali cauſa eſſe ius commune ſeruandum, ex textu liquet in capitulo primo, §. ſtrenuus, & ibi ſcribentes communiter de feudi cognit. & vbi ſupra Curt numero trigeſimotertio, cumque claram hoc in caſu in feudali materia deciſionem non habemus, ius commune ſeruandum eſſe, & ſtante quod ciuile ius à canonico differt, canonicum ius præualere, ac ratione iuramenti, quod ſuper feudo interponitur attendi, & obſeruari debere in ſupracitato capitulo imperialem, §. finali verſiculo porrò, Bald affirmar. Quod etiam, ſi dominus, & vaſſallus laici eſſent in dicto capitulo cæterum in fine, in ſpecie Felyn. tenet, & addition. ad Abbatem in capitulo primo, lit. c. in medio de nou. oper. nunciation. ac omnes hoc concludere in conſilio octuageſimoſecundo, in fine libro primo, Berous affirmat, & quamuis Curt. in præfato feudor. tractatu prima par. princip. quæſt. vltim diſſentire videatur, dum Baldi dictum in dicto §. finali, eo ſolum caſu, quando circa ea ſumus, quæ in ipſo fidelitatis iuramento continetur procedere, & locum habere dicit, ſecus ſi in alia eſſemus materia, quæ ſub iuramento qualis hæc eſt, in qua de iudicis tantum ſuſpicione agitur contineatur, cuius in tractatu de priuileg. iurament. priuileg. ſexageſimoſextò, Bald. affirmat in ſupracit. numero ſexto, Seraphin. meminit horum ſententia non obſtante affirmatiuam, quam ex Beroo in ſupracitato conſilio octuageſimoſecundo, in fine communi ſcribentium calculo receptam eſſe diximus, ſequendam, & amplectendam eſſe, ambigendum, non videtur, à qua neque Menochium in loco ſupracitato prorſus diſcedere apparet nam, etſi contra affirmatiuam, cum Aluaroto teneat, in totum nihilominus recuſare feudi dominum licere, Loriotum in commentar. feudor. hoc tenentem refert, & Sonsbech. in commenrar. feudor. in locis vbi ſupra per ipſum adnotatis rectius feudi dominum in caſu allegatæ ſuſpicionis facere concludens, ſi partinm confidenti cauſam commiſerir, ex eo, quod in cognoſcendo ſuſpectus neutiquam iuxta per Decium, & alios notata in l. prætor, ff. de iuriſdictio. omnium iudic. ſuſpectus in delegando exiſtat penitus tali caſu incompetentem eſſe dicens, idem de colluſione, quoties inter differ. 4. num. 8. fol 239. & ideo talibus cauſis euenientibus eas, ſi inter partes ſunt, ex Regis Ferdinandi primi ordinarione inter Pragmaticas Ducis de Alcala olim Regni Viceregis inſerta Pragmat. 3. incip. deficiente, de offic. Sacri Conc. verſ. vt autem, niſi de minori ſumma vntiarum vigintiquinque taleſeſſent cauſæ, limitatur, quo caſu de illis curias etiam inferiores, non prætereas.

6 Feudi itidem dominus, quoties inter ipſum, & vaſallum eſſet controuerſia eadem ratione, ſuſpectus quod cenſeatur, quia propria in cauſa cognoſceret, & ideo, ſi feudalis materia, non eſſet ad ordinarium cognitionem pertinere, ad quem pariter, ob domini feudi negligentiam feudalem canſam deuolui, Vantius alios referens in ſuo de nullir. tractat. affirmat, in titu. de nullitat. ex defect. iuriſdict. numero quinquageſimonono, feudi etenim domino, inter vaſallos iuriſdictionem iura tribuere, quoties inrer eos de feudo quæſtio eſt in dicto capitulo imperialem, §. finali, textus expreſſe diſponit, ac concluſionem hanc, per quatuor dicta Abbas validat à Felyno in dicto capitulo cæterum numero octauo enumerata: quo loci, Dec. in numero decimo, conſequentiam valete air, non eſt inter vaſallos de feudo conuentio ergo dominus non cognoſcit, ſed ad ordinarium recurritur, quodque, ſi feudi iuriſdictio, ſimpliciter inter vaſallos domino concederetur, neque de feudi cauſa diceretur, ita tamen eſſe inquit intelligendum, ex quo hoc reſpectu dominus ille dicitur, illique vaſalli appellantur exemplo dato, in alicuius artis præpoſito, cui ſi iuriſdictio concedatur, in cauſis tantum ad artem illam pertinentibus, conceſſam cenſeri iuriſdictionem intelligit, de quo poſt Iaſonem in leg. age cum Geminiano numero tertio, C. de tranſact. Hyppolitum in ſingul. 509. numero ſecundo,

Rolan. à Val. conſ. 92. lib. 3. & poſt Vaſq. illuſtr. controuerſ. libro primo, cap. 15. numero ſeptimo, Gail. inſpicias in practic. obſeruat. obſeruat. vigeſima numero octauo, & ſequenti libro ſecundo.

7 Quoties verò materia feudalis eſſet contentione tali caſu inter dominum, & vaſallum exiſtente, non ordinarium, ſed pares Curiæ, qui in cauſa ipſa iudicant cognoſcere, textus eſt in præfato cap. 1. ſi præterea, ſi inter de prohib. feudi alien. per Feder. Curt. loco ſupracitat. regul. 3. ſectatur numero 34. cum ſequenti, vſque ad finem tractatus, quatuor modis hoc extendans, & quinque limitans, & Duen. in reg. 324. aliorum memor, pareſque curiæ alios eiuſdem Domini vaſallos dici, quos ex quo paria habere feuda debent pares nuncupari in capitulo primo tex. probat ſi de inueſtit. inter domin. & vaſallos oriatur in illis verbis pares eius, & qui ab eodem domino feudum tenet, Roman. in ſupra citato conſilio 212. numero quatro in fine, & Decius in dicto capitulo cæterum numero 13. hoc bene declarans, non tamen ſine delectu, quoſcumque pares Curiæ iudices cenſeri, ſed prima vnius à domino, vel plurium quot voluerit electionem eſſe faciendam, & à vaſallo deinde iuxta numerum à domino comprobatum totidem ſimiliter electionem fieri gloſa inquit in dicto capitulo præterea ſi inter, verbo pares Curiæ, & in capitulo primo, Bald. in primis verbis de controu. feudi apud pares termin. Decius in dicto capitulo cæterum numero 13. in fine. & num. 14. ſuam, aliorumque opinionem recenſens, & hanc Iacob no teſte in tract. de feud in verbo, & dicti vaſalli nume. 10. verſicul. quæro etiam communem, Clarus in ſupracitat. quæſt. 90. verſ. ſed quomodo eſſe teſtatur, ſcribentium opinionem.

8 Præfatoſque pares Curiæ de controuerſia cognoſcentes in primis ſe rectè iudicaturos, quod iurare teneantur Martin. Laudenſ. tenet, & Cardinalem Alexand. in dicto capitulo primo de controu. feudi apud pares termin. & Iacobin. in præfato verbo, & dicti vaſalli columna ſexta verſic. vlterius quæro verum iſti pares, quorum quidem opinioni, quamuis Iſern. in dicto capitulo primo, Odoard. in ſumma in titul. qui poſſ. de feudo cognoſc. verſicul. item quæro nunquid iſti pares, & Ioannem Raynet. in capitulo præterea, ſi inter domin. & vaſall. &c. illa ratione contradicant, quia fidelitatis iuramentum ſemel domino pares Curiæ præſtiterunt, Tiraquell. tamen in tractat. de præſcript. § primo. gloſ. 8. verſicul. hinc & pares Curiæ fol. 98. illos recenſens optime prænotatæ rationi priores tenentes opinionem reſpondere aſſerit quapropter ad præcitatum iuramentum præſtandum eos teneri, ac illa ratione priorem opinionem, eſſe exiſtimo ſequendam, quia nihil fidelitatis iuramentum, cum iuramento, quod ad effectum rectè iudicandi præſtatur, commune habet, illudque fidelitatis, ad vnum præſtari finem hoc vero ad alium eſt omnino manifeſtum.

9 Neque illud eſſe cenſui prætereundum, quod quamuis feudi dominus quando rem eſſe feudalem, vel cum eſſe feudi dominum negatur de ſua ipſum iuriſdictione, non cognoſcere, quia hoc modo in cauſa propria iudicaret, Decius in præfato capitulo cæterum numero 18. affirmet, & Alexandrum in conſilio 1. lib. 5. numero 9. in paribus vero Curiæ, ſecus eſſe, quos quamuis rem eſſe feudalem negetur ipſos illa ratione an ſua ſit iuriſdictio, cognoſcere, quia de nudo in ipſis iuriſdictionis agitur exercitio, in ſupracitato numero 18. in fine, Decius aſſerit, etſi in hoc pares Curiæ, & dominum æquiparari conſtet, quia ſicut dominum, quem ordinariam habere iuriſdictionem retulimus in totum tanquam ſuſpectum, vt paulo ante adnotauimus, recuſare licet, ita & pares Curiæ, quos etiam ordinarios eſſe cum a lege iuriſdictionem habeãt recuſare pariter licere, in eodem, capitulo, cæterum dicto numero 14. verſicul. & hæc ſecunda opinio clare, Decius infert in dicto conſilio 82. Berous in fine libro primo, & addit. ad Abbatem in dicto ca. 1. de noui oper. nunciat. lit. e. in medio, & Iſern. de controuet. feudi apud pares term nume. 5.

10 Feudaque ſimilia pares Curiæ habere, debere, ita quod ſi cauſa Comitis tractetur, pares ipſos Comites ſimiliter eſſe oportere in tracta. de ſub feud. lib. 2. inter different. feud. regal. 6. differentia numero 12. Freccia inquit in ſupracitato conſilio 225. numero 39. & 40. à Burlato relatus, domino in pares, eius familiares domeſticos conſiliarios, vel aſſeſſores, ſeu alios ipſius ſtipendio viuentes eligere non licere dicente Bruno in conſilio 30. numero 3. & alijs per ipſum in dicto numero 40. relatis, eodem loci ante finem, neque ipſius ſubditos dominum eligere in iudices poſſe aſſerente alias, quod eos legitime tanquam ſuſpectus, Natta teſte in conſilio 174. in principio volumine primo, recuſare permittatur circa quorum recuſationem, quia vnum, vel plures eligere dominum diximus, & totidem vaſallum illos, quos Dominus elegerit iuſta, ac legitima concurrente cauſa recuſari à vaſallo poſſe, & ſic è cõtra per vaſallum electos recuſare domino licere, ex gloſa conſtat in capitulo legitima de appellat. in 6. Item quos ipſe dominus, vel vaſallus ipſe elegiſſet, noua tamen ex cauſa, vel veteri ignorata de nouo ad eligentis notitiam perueniẽte recuſare eis ſimiliter licere poſt textum in capitulo inſinuante, & ibi gloſam, & ſcribentes de officio deleg. gloſ. eſt notabil. in capitulo ſtatutum §. cum autem verbo recuſet de reſcript. in 6. illudque ad præfatorum declarationem, eſt ſimiliter notandum, vt neque ab altera parte electos actis coram illis, ſine proteſtatione factis, ſine noua cauſa, vel

veteri

veteri ignorata de nouo ad notitiam peruenta accuſare liceat, quod ſupra cap. 7. nume. 112. in fin. in caſu non abſimiliter adnotauimus, cũque ratione iuramenti fidelitatis à iure canonico diſpoſita eſſe omnino hoc in caſu obſeruanda ſupra dixerimus coram paribus Curiæ eſſe ſuſpicionis cauſam proponẽdam, deinde ad arbitrorum electionem, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant deueniendum, aliaque conſequenter eſſe exequenda iuxta in ſupracit. c. cum ſpeciali de appellat. cum concord. diſpoſita, eſt vtique indubitatum. Quapropter illud aduertendum eſt, quod vbi fidelitatis iuramentum vaſallus non præſtitiſſet, quod multoties contingit, cum remitti iuramentum poſſe, non autem fidelitatem text. doceat, in capitulo nulla, per quos fiat inueſtit. Baldi deciſionem in dicto capit. Imperialem, §. fin. nullatenus procedere, ſed Bartoli doctrinam in l. priuilegia, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & per canoniſtas notata in præfato capitulo 1. & 2. de nou. oper. nunciat. quoties ius ciuile à canonico diſcrepat, & in materia peccati, non ſumus, vnum quodque ius in foro ſuo eſſe ſeruandum aſſerentes Curtius in dicta prima par. princ. queſt. vlt. parum ante finem perbelle, quem inſpectum facias declarat, & plenè nos ſupra capitulo 5. num. fin. retulimus, vbi videas.

31 Pro omnium tamen, quæ notata ſunt limitatione illud aduertendum eſt, quod omnibus in caſibus in quibus pares Curiæ, vel alias perſonas iudices eſſe in feudali cauſa diſponitur, hoc niſi conſuetudine, vel priuilegio derogatũ ſit, & in feudalibus cauſis de certo iudice prouiſum intelligendum eſſe in dicto §. præterea ſi inter notab. Bal. inquit, & Pabormitan. in capitulo nouit, de iudic. quorum in dicto tracta. de feud parte 7. reg. 2. limit. 11. nume. 13. Curt. meminit de omnibus feudorum cauſis Mediolanenſem Senatum cognoſcere declarãs, idemque de ſupremo Taurinenſi Concilio in dicto verbo, & dicti vaſalli numero ſecundo, verſic. aduertite, Iacobin. notat in ſupracit. remed. 3. dicti tractat. retinen. poſſeſſ. num. 421. à Menochio relati, in Regno vero Neapolis, Iſernia teſte in tit. de controuerſ. feudi apud par. termin. numero 7. Magna Curia Vicariæ, de cauſis feudalibus cognoſcit, vbi vt in conſtitut. incip. Magnæ Curiæ, & in alia incip. iuſtitiarij nomen & normam iuſtitiarium præeſſe conſtat, item & Sacrum Concilium de eis cognoſcere, & inter fiſcum, & priuatum Regiam Cameram ſummariæ, quam plures dictæ Cameræ præſides regere quorum caput, Regiæ Cameræ, Locumtenens appellatur, vbi ſupra, idem Iſernia teſtatur.

32 Etſi hodie Magnam Curiam de feudorum cauſis, non cognoſcere, neque Regijs prouinciarum Audientijs hoc licere præter Regiam audientiam Idruntinam, quam de feudis quaternatis, quam de non quaternatis cognoſcere, ac informationem in facti contingentia fuiſſe captam, necnon illius audientiæ, ſententias confirmatas Marin. Frecc. de ſub feud. libro ſecundo, affirmet de differ. feudi quatern. differ. 4. num. 8. fol 239. & ideo talibus cauſis euenientibus eas, ſi inter partes ſunt, ex Regis Ferdinandi primi ordinatione inter Pragmaticas Ducis de Alcala olim Regni Viceregis inſerta Pragmat. 3. incip. deficiente, de offic. Sacri Conc. verſ. vt autem, niſi de minori ſumma vnciarum vigintiquinque tales eſſent cauſæ, limitatur, quo caſu de illis curias etiam inferiores, cognoſcere eadem in ordinatione diſponitur, vbi vero inter partes, ſed de Regij fiſci intereſſe ageretur, Regiam Cameram ſummariæ tali caſu in qua fiſcales cauſæ videntur, & terminantur cognoſcere in deciſione 132. parte prima, Domin. Vincent. de Franch. atteſtatur, vbi etiam, quod Regij patrimonij procurator, vel ipſarum partium, non inſtaret, ex ſe cauſam ad præfatam Regiam Cameram ſummariæ, Sacrũ Concilium remittere aſſeuerat, Sacrum Concilium iudicem penitus tali caſu incompetentem eſſe dicens, idem de colluſione, quoties inter partes dubitatur, ex Iſernia in capitulo primo, in principio de lege Corradi, & ex Freccia in dicto tractat. de ſub feud. libro 1. de off. Magn. Camer. numero 3. fol. 10. Sacrum Concilium facere ſubnectens, idque ex eiuſdem Regis Ferdinandi primi diſpoſitione, per præfatum Proregem in Pragmat. 37. renouata incip. quoniam, de off. Sacri Concil. ordinari conſtat, & late Garau. omnia iſthæc plene ſuper ritu Magnæ Curiæ 50. per totum, & præſertim in fine declarans ac eodem loci, Barones aliquos de feudis quaternatis in eorum priuilegijs, de his etiam, quæ in capite, & immediatè à Regia Curia tenentur cognoſcendi poteſtatem habere teſtatur, quod ipſe in olim Principis Salerni priuilegijs, vidiſſe enarrat.

33 Immo quidem caſu quamuis in alijs conſuetudine, & vſu parium Curiæ iudicium ſit abrogatum, adhuc pares Curiæ eligendos eſſe, quando, ſcilicet de læſæ maieſtatis crimine contra vaſalum ageretur in ſupracitato tractat. de feud. tit. 3. num. 13. & 14. Thomas inquit, de Marin. cuius in dicto conſil. 225. nume. 58. Burſat. meminit, ſed præfata conſuetudine attenta, neque hoc in tali crimine obſeruari rem apud omnes eſſe cenſeo indubitatum.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſus ad ciuitatem ob inimicitias recuſatur, & ad locum non tutum citatus comparere, non tenetur.*

Locus non tutus ille dicitur, ad quem reus ob capitales inimicitias accedere nequit.

Illi, qui iuſto timore mortis, vel corporis cruciatus veriſimiliter ad iudicis locum accedere nequit, vt quia ibi inimici capitales, vel amici adſint inimicorum ſuccurritur.

Idem, quoties propter hoſtilitates, hoſtiumve incurſus tutus acceſſus non eſſet.

Bella de iure, & hoſtilitates timentur, & de more vitantur, quaque humana fugit ratio, abborretque natura.

Etiam quod ſuperior, ſeu belli Dux ſaluum conductum offerret acceſſum ad locum præfatis in caſibus recuſare licet.

2 *Loci non tuti impedimentum ob bellum, & inimicitias iuſtam a contumacia excuſandi cauſam præſtet, etiã quod aliquam pro ſaluo conductu habendo, diligentiã impeditus non adhibuerit.*

Ad locum non tutum non comparenti, ſi ſecuritatem dari à iudice, & ſeruari conſuetam petere omiſit, imputatur.

Illud cautio operatur, vt ſecurus ille omnino ſit, cui datur.

Quoties à belli Duce ſecuritas petẽda venit, & in mittendo ad eum etiam in notorio ſit periculum ſecuritatem non petens excuſatur, niſi ex concedendi conſuetudine obtineri ſecuritas facile poſſet.

3 *Vbi tutam capitales, perſonaleſque inimicitia citati itinerationem non redderent, citatus excuſatur, ſecus ſi generale bellum eſſet, in quo dare belli Duces ſaluũ conductum, & præſtare conſueuerunt.*

Qui locum, qui tutus non eſt, tutum ſi voluiſſet facere poterat non excuſatur.

4 *Propter ſalui conductus literas ab inimico oblatas inimico quis credere, non tenetur.*

Quod quoties gentes quis inimicas populum, vel ſtatũ, ſecus ſi iudicem tantum ob banni ſententiam contra ſe latam formidare, procedere declaratur.

Vbi iudex ſalui conductus literas offerret, quis neutiquam excuſatur, dummodo à ſubditis in loco, necnõ ab ipſo iudice ſalui conductus literæ obſeruari ſoleãt.

Eo caſu inferiori à Principe ſecuritatem bannito præſtare licet, quoties ab ipſomet iudice bãnitus ille fuiſſet, ſeu ab ipſius iudicis prædeceſſore, ſecus ſi ab alio ſuperiore bannum ille paſſus fuiſſet.

Vel ab æquali iudice ſuperioris tamen adhibita licentia, quod qualiter procedat declaratur.

5 *Saluus conductus fragilis eſt cautio, neque fragilitati cautionis eſt vita committenda.*

Timoris cauſam ſaluum conductum non tollere communis eſt ſcribentium opinio.

Quod etiam ſi fide publica ſaluus conductus factus appareat procedere Hannibalis exemplo, à quo impunitas Romano Militi promiſſa minime ſeruata fuit, aliorumque exemplis demonſtratur.

Fraus ex Cicerone, non diſſoluit periuriũ, ſed diſtringit.

6 *Ad veritatem indagandam ſimulare iudicem, & cauillationibus vti decere, ac delinquenti impunitatẽ, ſi delictum confiteatur promittere, ipſumque ſi delictum confiteatur, condemnare communis ſcribẽtium opinio refertur.*

Et hoc ſine aliqua peccati labe, quod magis eſt iudici permiſſum cenſeri aliquorum eſt opinio.

Etſi contrarium in conſcientiæ foro alii ſuſtineant.

Delinquente confeſſionem, ſub impunitatis ſpe extortam reuocante neutiquam damnari poſſe veriorem eſſe deducitur opinionem.

Secus ſi in confeſſione delinquens perſeueraret, quo vtique caſu damnari eum poſſe concluditur.

Qua pœna ſub impunitatis ſpe confeſſum, ſiue reuocauerit, ſiue non confeſſionem, plectere, & punire conueniat remiſſiue.

7 *In loco, vbi peſtis viget citatus à contumacia, ſi non comparuerit communi ſcribentium opinione attenta excuſatur.*

Licite peſtis locum euitari aſſeritur.

Ex acceſſu ad locum, vbi peſtis viget, Deus Opt. Max. tentatur, & homo totis viribus ſuis vt mortem effugiat operari debet ſecundum communem theologorum opinionem.

In mortis articulo conſtitutus præſumitur, qui ciuitatem in qua peſtis erat ingredi viſus fuit, idem in eo, qui bellum eſt ingreſſus, quod mortuus præſumatur, communis ſcribentium opinio refertur.

8 *Non eſſe temere martyrium appetendum explicatur.*

Prælium inter Deum, & hominum peſtis cenſetur.

A comparendo quem non excuſari ius, quoties tempore peſtis, in loco redderetur communis eſt recepta ſcribentium opinio.

Illud peſtis, vel belli tempore factum dicitur, quod ante vel poſt immediate factum eſt.

Remiſſio, quæ fieri propter bellum debet ob iuſtum pariter belli timorem fieri debet.

9 *Leproſos peſte infectos, & alias, quouis contagioſo morbo detentos à ciuitate, & hominum conſortio expellere licet.*

Ex leproſorum aſpectu hominum corda ad triſtitiam mouentur.

Ne hoſpitale pro infectis in ciuitate ædificetur, ciuitatem incolentibus impedire licet, & qualiter infectis à ciuitate expulſis ipſorum domus, & mobilia antiquitus purgabantur, ac hodie purgentur remiſſiue.

10 *A comparendo quis propter aeris intemperiem excuſetur, a reſidentia item propter aeris intemperiem, quem excuſari communis ſcribẽtium opinio refertur.*

Brutii, in ciuitate Neapolis ad comparendum æſtiuo tempore vocati, à menſe Iulii, vſque ad menſem Septembris non tenentur.

Quamuis Romæ bonum ſit regulariter ſtare Galli tamen, & alii vltramontani de menſe Auguſti, quo tempore Romæ aeris intemperies, ad ibi comparendum vocati, neque comparere, neque excuſationem mittere tenentur Franciſci Marci alter ſententiis opinione exploſa.

11 *Ad locum non tutum citatus, nec ad cauſam agendam, neque ad loci non tuti exceptionem proponendam comparere tenetur, quãdo locum non eſſe tutum eſt notorium.*

Exceptio notoria ab allegandi onere communi attenta opinione minime releuat.

Citatio quæcunque notorie inualida ad notorium proponendum non arctat ſecundum communem ſcribentium opinionem, & num. 13.

Loci non tuti exceptionem, numquid excuſator, qui mãdato careat opponere poſſit remiſſiue.

12 *Quantumcunque iudex notorie ſit ſuſpectus comparere quis coram eo, & ſuſpicionem proponere tenetur.*

Iudicem fore grauaturum non eſt præſumendum.

Filius in patris cauſa, quamuis notorie ſuſpectus iudex eſſe poteſt.

13 *Proceſſum contra à ciuitate ſua expulſum fabricatum ipſo iure nullum cenſeri communis ſcribentium opinio refertur.*

Paria ſunt contra prorſus non citatum, vel contra citatum in loco ſibi ad comparendum non tuto procedere.

Idem ſi de hoc notorie non conſtaret, ſed locum tutum non eſſe ipſi iudici liqueret.

Nulla eſt teſtium examinatio contra citatum ad recipi teſtes videndum, quem venire non poſſe iudex ſciebat.

14 *Quoties locum non eſſe tutum notorium non eſt, neque impedimẽti notitia iudex habet niſi cõparens citatus de impedimẽto excipiat, & caſu quo nõ audiretur appellet*

pellet validum eſſe proceſſum communiter ſcribentes aſſeuerant.

Sed conſtito poſtea de impedimento eſſe citatum abſoluendum communis pariter eſt ſcribentiũ opinio.

15 Notoria exceptione non exiſtente comparere, ac locũ ſibi tutum non eſſe allegare citatus debet, ac ſibi terminum ad probandum præfigi petere quo probato ad vlterius comparendum nõ tenetur, & locus quinque modis non tutus deſcribitur.

Non locus ſolum, ad quem quis citatur ſecurus eſſe debet, ſed ille pariter locus, per quẽ trãſire citatus dẽt.

Secure quis venire non dicitur, cui ſecure redire non conceditur.

Si ſecuritas alicui in eundo detur eadem ipſe gaudere in redeundo debet.

Priuilegium euntibus ad nundinas, ne gabellas ſoluant conceſſum pro redeuntibus etiam conceſſum intelligitur.

Leonem Decimum Pont. Max. Ioanni Paulo Balioно ſaluum conductum non obſeruaſſe aſſeritur, cui veniendi non autem reuertendi ſecuritatem conceſſiſſe reſpondit.

Unum ex acceſſibus tutum non eſſe non ſufficit, ſed ipſorum nullum tutum eſſe probare oportet.

Gregorius Papa 12. ad Piſanum Concilium non veniſſe ſe excuſauit, quia cœli Piſani grauitatem metuebat.

Cauſam quare locus tutus non ſit exprimere oportet.

16 Loci non tuti exceptio, quo caſu à quocunque ſine mandato, & ſine ſatiſdatione allegari poſſit declaratur.

17 Loci non tuti exceptioni, quod abſens renunciare velit veriſimile non eſt.

Notorium quoties eſt impedimentum ſine mandato eſſe excuſatorem admittendum concluditur, ſecus ſi notorium impedimentum non eſſet, quo caſu allegari illud per excuſatorem, & probari oportet, nec abſentiæ cauſam in genere allegare ſufficit, ſed allegare etiam, ac ſummarie ſaltem capturam, ſeu perſonæ detentionem infirmitatem, & ſimiles probare oportet.

Sicut nec illas proponere ſufficit, niſi probare eas ſe quis offerat, alias quod proceſſus valeat, etſi ex poſt facto per in integrum reſtitutionis beneficium impedito ſubueniatur.

Proteſtationem, quod ſtante impedimento allegato ad vlteriora non procedatur adhibere ſatis eſſe, & quatenus ad vlteriora procederetur eſſe appellandum aliquorum eſt opinio.

Quatenus citato, neque excuſatorem tempore quo ad locum non tutum citatur mittere concederetur ipſimet impedito appellare licet, de reo vero pro criminali cauſa citato, & impedito, necnon de quatuordecim impedimenti, & excuſationis cauſis remiſsiuè.

18 In ſacro almæ vrbis Rotæ auditorio aliquo ad perſonaliter comparendum citato ſi procuratorem ad impedimenti cauſas allegandũ citatus mittat niſi ad cauſam mandatum excuſator ſufficiens habeat non admittitur, & contra ſic citatum per audientiam contradictarum proceditur.

19 In Regno Neapolis, loci non tuti exceptio, ex ritus Magnæ Curiæ diſpoſitione non admittitur.

20 Ad locum notorie non tutum citatus, ſicut ad comparendum, non arctatur, ita & pariter, neque ad probandum, quod niſi locus ſibi grauiter ſuſpectus eſſet compareret, adſtringitur ſecundum communem ſcribentium opin. & nu. ſeq.

Proteſtationis faciendæ quæſtio propter impedimentum valde dubia cenſetur, ſicut & alia de procuratore mittendo quam difficilem valde, & intricatam ſcribentes appellant.

Præſcriptio etiam nulla proteſtatione facta peſtilentia impedimento exiſtente minime currit.

Facere quis, quod factum non releuat, non tenetur.

Hoſtilitatis tempore præſcriptio dormit.

In quolibet impedimento illo excepto, quod ex iudicis perſona prouenit non eſſe proteſtationem neceſſariã, magis communis eſt ſcribentium opinio.

22 Quoties impeditus alio in loco, & coram aliis perſonis actum facit ideo coram illis perſonis actum ſe facere proteſtari debet, quia coram perſonis, & in loco à iure deputato actum ipſum expedire impeditur.

Quamuis proteſtatio de forma non ſit eſſentiali illa tamen de forma eſt probatoria.

Ubicunque locum non eſſe tutum notorium non eſt de non tuto acceſſu, ac de loco ſuſpecto neceſſariam eſſe proteſtationem communis, & magis recepta ſcribẽtium opinio refertur.

Impedimentum quomodo probetur, & quando illud ſolo iuramento probare ſufficiat remiſsiue.

23 Loci non tuti exceptio quamuis dilatoria etiam poſt litem conteſtatam apponi poteſt.

Dummodo in eadem inſtantia in qua reſpondere quis incœpit non opponat.

Illa eadem inſtantia dicitur ab hora ſcilicet primæ cõparitionis vſque ad licentiam domum reuertendi partibus datam.

Noua in quodlibet litis articulo eſt inſtantia.

In quacunque iudicii parte loci non tuti exceptionem opponere licere communi recepta ſcribentium opinio refertur.

Citatione nulla exiſtente iudicium citato comparente, quoad geſta & acta tempore comparitionis conualidari communis eſt ſcribẽtium opinio, ſecus vero quoad gerenda in futurum.

Feriarum exceptio ad litis conteſtationem impediendam non oppoſita proceſſum ad vlteriorẽ impediendum opponi poſtea poterit.

In vno actu in iudicialibus conſentiens in reliquis conſentire non cenſetur.

Præfatæ excuſationis effectum cauſa ceſſante ceſſare exponitur.

24 Exceptionem opponere, ac inſtrumenta vſque ad finem litis producere differens in expenſis condemnatur.

Textum in c. exceptionem de exception. non in excõmunicationis exceptione tantum, ſed in qualibet alia exceptione procedere declaratur.

Etiam clericus, qui clericatum ab initio allegare diſtulit ad expenſas actori tenetur, & ſuper hac expenſarum refectione iudex eccleſiaſticus eſt adeundus, nec principaliter ſecularis iudex contra clericum eſſe poteſt, etiam quod epiſcopus conſentiret.

Clericus à iudice laico citatus illius forũ non declinans à iudice mulctandus venit eccleſiaſtico, ac pœna etiam tanquam canonum trangreſſor extra ordinaria puniendus.

Eo caſu inſtrumenta producere differens in expenſis cõdemnatur, quoties de inſtrumentis agitur cum alio celebratis, ſecus ſi cum ipſo actore, & quando à lite aduerſarius exceptione oppoſita deſiſtit, ſecus ſi litem adhuc iniuſtam proſequeretur.

Nullatenus quis ex actu impugnato beneficium conſequi poteſt.

Non tuti acceſſus exceptionem ab initio non opponentem eſſe omnino in expenſis condemnandum concluditur, niſi nouam non tuti acceſſus quis opponeret exceptionem, vel antiquam, de nouo tamen ad notitiam deducitur.

26 *Loci non tuti exceptionem opponentis eum bene aſſociatum venire poſſe, vel quod locus ipſius culpa, & cauſa, non ſit tutus non obſtat.*

Iuſtitia magis, & æquitas, quam delinquentis culpa eſt attendenda.

Bannitum iterum banno ſupponere licere communis ſcribentium opinio refertur.

Bannitus in loco, à quo bannitus fuit citatus ad comparendum non adſtringitur.

Niſi ei primi banni ſecuritas, necnō ſaluus conductus concederetur, quod qualiter exequendum ſit deſcribitur.

Bannum propter contumaciam emiſſum in non comparendo ad locum non tutum ipſo iure nullum cenſetur.

Ad ſidem ſaluo conductui ſibi dato præſtandam citatus tenetur, quod niſi à iudice capitali inimico ſaluus conductus mitteretur limitatur.

Saluum conductum bannito datum eſſe à iudice ſeruandum vera eſt, & magis recepta ſcribentium opinio, etiam quod ſaluus conductus concedi non debuiſſet conceſſus eſt ſeruandus.

Saluum conductum violantem, eumque qui ſecuritatē obtinuit, vſque ad mortem offendentem pro homicidii crimine mortis pœna primo mulctari deinde reum criminis læſæ maieſtatis declarari magis recepta eſt ſcribentium opinio.

Bānitum aſſidatum offendens, ſiue occidens, qui ſuam non publicauit ſecuritatem; ita vt vere aſſidatio ignoraretur non puniri communis eſt ſcribentium opinio.

Bannitum offendens aſſidatum, quoties nullo modo, vt quia tanquam rebellis à Principe condemnatus fuerat, ac ob criminis atrocitatem aſſidari nequiuit, non punitur.

Securitas, & ſaluus conductus bannito, & delinquenti aliqua exiſtente cauſa, vt ad Principem, vel eius iudicem tute venire poſſit præſtatur ipſarumque cauſarum aliquæ recenſentur.

Licentia in ciuitate commorandi bānito ab officiali data officialis ſolum officio durante durat.

27 *Bannitus ad locum quo exbannitus eſt citato procuratorem quamuis ipſe venire impediatur mittere tenetur, niſi propter odia exbannitus eſſet, quo caſu, quia cauſæ non bene conſultum eſſet ad procuratorem mittendum non tenetur.*

In loco bannitus, in quo exbannitus eſt conueniri poteſt.

28 *Ob iudicis minas, & ſeueritatem, vt quia de facto procedere aſſueuiſſet, vel quid ſimile, à comparendo citatus excuſatur, quo caſu neque fuga inquiſito nocet.*

Dummodo per procuratorem, vel excuſatorem coram iudice ſuſpecto ſuſpicionem, etiam quod notoria illa ſit allegauerit, alias ſecus niſi procuratorem nullatenus, vel ipſum non idoneum reperiret.

29 *Vbi nedum perſonæ, ſed cauſæ etiam vim inferri citatus timeret ſicut à comparendo ita etiam à procuratore mittendo excuſatur.*

Quoties circa cauſam ſolum, vel circa rem citatus timeret comparere, ac per viam recuſationis iudicis iuſta mediante recuſationis cauſa ſibi prouidere debet, niſi hoc propter tyranni potentiam non ſit auderet.

De iſtorum timorum iuſtitia iudicis ſtatur arbitrio.

De praxi iuſtum aduerſarii metum probandi, vel alterius potentis remiſſiue.

Quo caſu qui perſonaliter venire nequit procuratorem mittere teneatur remiſſiue.

30 *Omnibus in caſibus in quibus abſentem, ſiue actorem, ſiue reum procuratorem mittere ſcribentes concludunt, hoc in cauſa, quæ ardua ſit minime procedere explicatur.*

Illa ardua cauſa cenſetur in qua de ſtatu perſonæ de ſtatu libertatis, ſeu ſubiectionis, vel de magnis rebus arbitrio iudicis ageretur, cauſa item qualibet, quæ famoſa ſit inter arduas cauſas comprehenditur.

Ad locum ſibi non tutum citatum ad procuratorem mittendum non teneri communis eſt ſcribentium opinio, quod quoties ardua cauſa eſt procedere declaratur.

31 *Non domino ſolum, ſed aliis etiam pro eo interuenientibus tutus locus, & ſecurus eſſe debet, niſi procuratori locus ſit tutus, ipſaque cauſa leuis, idem vbi grauis eſſet cauſa, & procuratori locus tutus ſit, ac cauſæ dominus exceptionem, quod comparere per procuratorem non intendit non opponat.*

Loco tuto non exiſtente locum alium tutum, & idoneum eligere iudex debet, ac ipſum partibus aſſignare.

Actum, vbicunque certo in loco eſſe celebrandum, nec alibi celebratum valere ſtatutum diſponeret, quoties ex iuſto metu ad locum illum non eſt partibus tutus acceſſus, validus remanet actus alio in loco celebratus.

Coronationem de Henrico Imperatore extra vrbem ob Regis Roberti timorem factam Paulus Pontifex Opt. Max. approbauit.

Electio alio in loco, quam in determinato facta cauſa legitima non exiſtente nulla cenſetur.

Iudici, vt legis ſolemnitatem in aliquo obſeruare non teneatur arbitrio cōceſſo ei præfati arbitrii prætextu niſi de crimine ſibi cōſtet, & in loco alias tuto, quem condemnare minime licet.

Generalis concilii locus, qui religioſiſſimis illis patribus tutus non eſſet mutandus eſt, audientiæ item locum facta tamen parti intimatione mutare iudici licet.

Papa, & concilio in loci concilii electione diſcordantibus, quamuis Papæ ſententiæ ſtandum ſit hoc tamen vbi locum nō tutum aut minus idoneum Papa aſſignaret limitatur.

32 *Delinquenti in commiſſi delicti loco à iudice vocato locum ſibi tutum non eſſe opponere, & allegare minime licet.*

Ex ſuo delicto commodum ſentire inquiſitus nequit.

Tutum in delictis acceſſum non habere allegans ridiculum cenſetur.

Si ratione delicti ipſius citati tutum locum non eſſe dicere liceret impunitum delictum remaneret.

Illius abſentia, qui commiſſi criminis metu receſſit, etſi neceſſaria non tamen fauorabilis appellatur.

Metum in carcere exiſtens pati non dicitur.

Iuſte ab officiali factum in metum nullatenus cadit.

Per iuris compulſionem factum valet, & tenet.

Probabilis compulſio, & neceſſaria actum nunquam vitiat.

33 *Obdura, & contumelioſa verba à iudice contra delinquentem, vt ei terribilis videatur prolata ſuſpectum iudex non efficitur, nec in perſonam iudicis legitime procedentis iuſtus metus, aut ſuſpicio conſiderari poteſt.*

Ex eo, quod ad dominum ratione officii pœnæ exactio pertinet, eum vt ſuſpectum recuſare minime licet, ſecus ſi ad aliquem non ratione officii, ſed tanquam priuatum pœnæ exactio pertineret.

34 *Ad locum non tutum citatus appellare ſtatim poteſt, nec aliter comparere tenetur.*

A loci

A loci non tuti aſsignatione appellanti appello, qui locus non eſt tutus in appellatione explicare ſatis eſt.

Eo caſu ſi locum ſibi non tutum aſsignari quis petat ei quatenus denegetur appellare licet, vbi appellanti, & omnibus locus ſuſpectus eſſet, alias ſecus.

Quoties locum non eſſe tutum eſt notorium quis ad excuſatorem mittendum non tenetur.

Etiam vbi appellatione remota iudex datus eſſet à loci tuti denegata ſtigaatione appellare licet.

35 Qui ſe in contractu, vt vbique conueniri poſſet obligauit, neutiquam eum in loco ſibi non tuto, conuenire licet.

A ſolutionis loco bannitus, vel ſi aliter non ſit ei ad locum tutus acceſſus debitorem, vt alio loco ſoluat cogere poteſt.

Bannitus à ſolutionis loco debitorem alio in loco, vt ſoluat cogere poteſt.

Officialis, qui ſtare ſyndicatui promiſit ſuſpectos allegare ſyndicatores poteſt.

36 Peſte in loco ſolutionis faciendæ exiſtente compelli ad alibi ſoluendum debitor poteſt, & nunquid tali caſu debitoris intereſſe, cuius in loco deſtinato ſoluere magis intereſt ratio habenda ſit declaratur.

37 Modus, & forma per edictum citandi remiſſiue.

Citatio per edictum à iure communi exorbitare dicitur, quodque propterea reſtringenda veniat.

Quoties perſona citanda certa eſt, nominatim eam non autem per edictum eſſe citandam communis ſcribentium opinio refertur, niſi multitudo perſonarum citanda eſſet, quo caſu citatio in genere ſufficit, ſed vbi incertus eſſet aduerſarius certus tamen de facili eſſe poteſt nominatim eum citare oportet.

38 Nulli iudicum regulariter citare per edictum publicum permittitur, niſi hoc in ſpecie Summus Pont. permiſerit.

Ordinariis ſolum, & à Principe delegatis non autem aliis hunc citandi modum conuenire aſſeritur, ſed iure canonico attento ordinariis facultatem hanc ſpecialiter non habentibus nullatenus per edictum citare regulariter licet.

39 Cuicunque Principis delegato citare per edictum licere, etſi aliter aliqui ſentiant explicatur.

Ordinariis item hunc citandi modum conuenire exponitur quoties alio modo citare quem non permittitur, vt qui uabſens ille ſit, ſiue latitet, vel quoties cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe perſona incerta citatur.

Ad quem citandi modum antequam iudex deueniat, ſummarie prius ſuper dictis cauſis recipere teſtes debet, ac inferioribus etiā iudicibus hoc cōceditur, quotieſcunque doloſè citandus latitat, ſeu verbalem citationem aut per literas ad ipſum, ne perueniat impedit, dummodo in loco, vbi habitare, & conuerſari citandus aſſueuit, & nō alibi edictum apponatur.

In Regno Neapolis ex Regia conſtitutione in caſibus in ea deſcriptis fit citatio per edictum in domus ianua coram duobus teſtibus affixum, cū termino dierum triginta, vel quadraginta.

Citatio per edictum fit, quoties locus, vbi citandus degit propter bellū, minacias, alio ve modo ſecurus non extaret, at quibus aliis in caſibus citare quem per edictum liceat remiſſiue.

Quibuſcunque iudicibus cauſa ſubſiſtente, ac in caſibus à iure permiſſis huiuſmodi citationes committere licet.

Citatio, quæ per proclama fieri poteſt eam per edictum pariter facere licet.

Statuto per proclama, ſeu per edictum citationem fieri poſſe diſponente, eam per edictum, & econtra facere licet, & vtroque modo facta citatio valida cenſetur.

40 Vbi in ſupplicatione Papæ porrecta aliquem ob non tutum acceſſum per edictum citari poſtularetur, & ſignatura fiat, vt petitur, vel conceſſum vt petitur contineret probationem de non tuto acceſſu non requiri, ſecus ſi fiat, ſeu procedat, vt petitur ſignatura contineret: quo caſu eſſe informationem capiendum, ac non tutum acceſſum omnino probandum opinio refertur, quam opinionem hodie non ſeruari, neque hanc ſignaturæ formam attēdi, ac de notorio ſtylo in vtroque præfatorum caſuum probationem adhibendam eſſe concluditur.

Non tutus acceſſus contra vnum probatus alium non ſufficit, etiam quod clauſula illa omneſque alios in commiſsione legeretur.

41 Præfata citatio per edictum nedum eſt in partibus legenda, & publicanda, ſed originale etiàm in illorum locorum valuis eſt affigendum, cui non autem exemplo, ſeu copiæ pars ipſa credere tenetur, eaque in loco publico eſt apponenda, atque notorio, non autem in loco ita alto, quod legi non poſsit, necnon literis intelligibilibus, formaque in citatione requiſita exacte obſeruanda venit, alias nulla citatio remanet, ac proceſſus deinde fabricatus ruit.

Originales citationes in eccleſiarum valuis in quibus eas exequi oportet affigere, quod ſufficiat, ibique eas per aliquod temporis ſpatium affixas relinquere, copia poſtea affixa cum originali collationata ibique dimiſſa, etiam quod non ſit tempore diuinorum officiorum, neque adſit multitudo populi opinio refertur.

Decreti iudicis formam in hoc caſu, & Clementinæ primæ de iud. ſeruare oportet.

Citatio per edictum valida non dicitur, vbi citationis cedula illico poſt affixionem aut paulo poſt amoueretur.

Iudicii locus, ſeu Tribunal apponi in citatione debet, quod in delegato, ſecus in ordinario procedere declaratur.

Citationem loci ratione incertam, nullam eſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Simpliciter quis, & ſine loci expreſsione ab ordinario iudice citatus ad locum ſolitæ reſidentiæ, citatus intelligitur.

42 Quoties acceſſum non eſſe tutum res notoria non eſt, concludenter acceſſum non eſſe tutum probatur, etiā quod teſtes ipſi ſe accedere non audente, vel ſi ſe credere impoſsibile eſſe citandos in perſonis, vel ipſorū domibus citare dicant, quodque teſtes de credulitate deponentes ſufficiant.

Idque etiam per teſtes ſingulares concludenter probatur, quodque vbi alter duorum teſtium exequi citationem non poſſe, niſi de Neapolitani, Proregis licētia alter vero quod nullus exequi auderet teſtimonium dicerent ſufficientes eſſe in Sacro Rotæ auditorio concluſum fuiſſe aſſeritur.

Teſtes, quod ipſi exequi non auderent dicentes ſufficiunt, ac ſatis eſt non tutum acceſſum quomodocunque verificari, vt quia teſtes dicant, quod impoſsibile eſſe credunt, vel quod eos in domo citare non ſit tutum.

Vnum ex acceſsibus non eſſe tutum probare non ſufficit, quoties multiplex ad locum aliquem acceſſus eſſet ſed nullum ex acceſsibus eſſe tutum probare oportet, alias probatio neceſſario non concludit.

Flandria ideo locus non tutus dicitur, quia iudices bra-

chia

chia ſecularia, ſine Regis beneplacito ibi non exequuntur.

Duo ad minus teſtes ad non tutum acceſſum probandum requiruntur, nec per vnum probare ſatis eſt, neque ſuppletorium in hoc caſu iuramentum defertur, etſi tres in hoc caſu teſtes requirs aliqui ſentiant, quod iterum inferius notatur.

Unus teſtis dicto non tutum acceſſum probari, quoties citationes à ſede apoſtolica decretas, ſine Proregis Neapolitani literis exequi non licere teſtis aſſereret.

Ac huiuſmodi prohibitio contra eccleſiaſticam libertatem eſſe cenſetur.

Huiuſmodi citationes exequi ſine Proregis licentia in Regno Neapolitano non licere notorium eſſe exponitur.

Minime per partis iuramentum non tutus acceſſus probatur.

Nec officiali, ſeu nuntio exequenti de non tuto acceſſu creditur.

43 *Clauſula in commiſſione exiſtente conſtito ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu teſtes inducere, & de non tuto acceſſu extraiudicialiter fidem facere requiritur.*

Atque extraiudicialis hæc teſtium receptio ſine partis citatione expeditur.

Non vnico contextu, nec eodem tempore, ſed ſigillatim ſiue iudiciale examen ſit, ſiue extraiudiciale recipere teſtes oportet.

Iudicibus in partibus extraiudicialiter, abſque eo quod in ſcriptis aliquid redigi faciant de non tuto acceſſu, ſe informare aliquorum eſt opinio.

Antequam huiuſmodi citationem iudex committat pro perſona certa habenda, quæ citari poſſit diligentiam adhibere debet.

44 *Quæ ſint loca in quibus proclama in curia fieri, ſiue edictum affigi debeat, & ſic extra curiam remiſſiuè.*

Illis in locis in quibus mandauit iudex, & expreſſit, proclamata fieri debent.

In vno ex locis publicis citationem huiuſmodi exequi licere, & ſufficere opinio refertur,

Ciuitas qualibet in partibus loca habet publica in quibus citationes per proclama fieri, edictaque affigi ſolent, eaſque ad alicuius Palatii valuas affigere ſatis eſt.

45 *Super non tuto acceſſu probatio ſemel facta durat, donec timoris cauſam, & metus ceſſaſſe conſtiterit.*

Iudici etiam per edictum publicum executoriales literas notificare licet.

Si ſemel vim, & metum factum eſſe probatum fuerit, vtique non tutus acceſſus probatus cenſetur.

Expoſitis Summo Pontifici, quod locus non tutus alleganti, & ſuſpectus ſit non creditur, niſi ſuſpicionis cauſis in ſpecie poſtea deductis, ac ſeruatis ſeruãdis coram delegato probatis.

Clauſula in reſcripto, & arbitrium veſtrum exiſtente non ſimplex arbitrium, & abſolutum, ſed iure, & ratione regulandum collatum cenſetur.

Clauſulas omnes in reſcripto Papæ à iure in dubio regulari communis eſt ſcribentium opinio.

46 *Commiſſione cum poteſtate citandi per edictum in curia, & in locis vicinis duobus in locis adminus citatio eſt exequenda.*

In loco vicino, licet non in viciniori præfatam exequi citationem ſatis eſt.

Citatio quæ Beneuenti executioni demandanda erat in Velitrenſi ciuitate propter non tutum acceſſum executa, quamuis ex locis ſtatus eccleſiaſtici non Veliternum, ſed Terracina proximior ciuitas ſit, quod valide fuerit executa almum Rotæ auditorium decreuit.

47 *In matrimoniis, & ſponſalibus plena, & omnimoda libertas integraque ſecuritas requiritur.*

Matrimonia, & ſponſalia tam in contrahendo quam in retinendo & in diſſoluendo libera eſſe debent, potioremque eſſe liberi arbitrii fauorem quam matrimonii communis ſcribentium opinio refertur, neque pœnam, aut pœnalem ſtipulationem, neque aliud ſimile hoc in caſu tenere communis ſimiliter ſcribentium eſt opinio.

Patris conſenſum ad matrimonii eſſentiam non requiri magis communis eſt ſcribentium opinio.

Inualidum eſt ſtatutum puellam ſine patris conſenſu non eſſe matrimonio copulandam diſponens.

Validum ſine parẽtum conſenſu eſſe matrimonium Sacrum Concilium Tridentinum diſponit.

Ubi vis puellæ de cuius matrimonio agitur, aut metus inferri ſuſpicaretur in tuto ipſa, & honeſto loco eſt collocanda, vt omni timore excluſo illius voluntas exploretur.

Tutus locus, & honeſtus monialium monaſterium eſſe dicitur, & Sacri Concilii Tridentini caput 6. in ſeſſ. 24. in decreto de reformatione declaratur, niſi ſuſpectum monaſterium allegetur, ac ſuſpicionis cauſa ſecundum vnam opinionem coram iudice probentur, de quibus oretenus iudicem, & ſine ſcriptis ſe informare poſſe explicatur.

Ex officio ſuſpicionem in hoc caſu excludere iudici licet ac puellam ex officio deponere.

Ad locum tanquam ſuſpectum recuſandum iuramentum ſolum ſufficere Rotæ opinio refertur.

48 *Officialis dum ſyndicatur in loca publico, & tuto, atque ad conueniendum habili ſtare debet, nec arma dum ſyndicatur deferre poteſt.*

49 *Quoties alicui oſtii ſeruitus ad alterius domum, ſeu itineris per alterius veſtibulum, ſeu curtem deberetur, illius acceſſus de nocte, & hora ſuſpecta nullatenus niſi de hyeme, aut neceſſitate aliqua exiſtente eſt admittendus.*

Portam conſæderatus de nocte non aperiens aduerſus conuenta neutiquam venire cenſetur.

Portam alicui de nocte non aperiens excuſatur.

50 *Exceptio loci non tuti litis conteſtationẽ impedit, quod etiam ſi procuratori tutus locus fuerit, & non domino procedit ſecundum veriorem ſcribentium opinionem, maximè vbi grauis cauſa eſſet quam in perſonã propriam vult dominus proſequi, & in qua procuratorem conſtituere non cogitur.*

Clericus qui ſenex ſit beneficium ſuum pingue cum tenui proprii nepotis permutans ex carnis affectu hoc facere præſumitur.

Niſi pingue ſenis beneficium magnam ipſi, ac intolerabilem curam exigeret, vel quia beneficii locus ſeni tutus non erat, neque ſalubris.

51 *Via ſolita, & conſueta, ac magis vſitata, non autem alia eſt attendenda, necnon ſuſpicionem iter inſolitum parit.*

Iter per loca faciens ſuſpecta in culpa ſi depredatus fuerit cenſetur.

Quod vbicunque via inuſitata magis tuta exiſteret, non procedere limitatur, iterque conſuetum hoſtium metu, vel latronum, ſeu alia ſimili iuſta cauſa concurrente dimittens excuſatur.

Plana via, & facilis ob inuſitatam, & difficilem minime relinquenda eſt.

Emphyteuta ob graues inimicitias, ſeu aliam ob cauſam tutum ad locum in quo canon eſt ſoluendus acceſſum

ceſſum, non habens excuſatur, quod tunc locum habere declaratur, vbi non ipſi tantum emphyteuta ſed eius etiam procuratori tutus locus non extaret, alias ſecus.

Caput Decimumtertium.

1 CVm iudicum, aliarumque perſonarum exemplo, de loco non tuto, atque ſuſpecto controuertere litigatores ſoleant propterea iuxta textum in Clementina paſtoralis, §. Piſana de re iudic. cum concordan. per Gailum in practic. obſeruat. relatis obſeruat. 52 numero tertio libro primo. ad locum non tutum citatum ad comparendum non adſtringi, clariſsime probatur, locumque non tutum illum dici, ad quem reo ob capitales inimicitias accedere non permittitur text. eſt in capitulo cum R. Canonicus de officio delegat. vbi Panormitan. & alij, & in capitulo ſtatutum, §. primo de reſcriptis. in 6. tenet hoc Aretin. in §. nouiſsime, numero primo inſtitut. de ſuſpect. tutor Felyn. in capitulo repellantur de accuſation. & Vantium in tractat. de nullit. in titulo de nullit. ex defect. iuriſdict. numero 165. illi ad textum in l. tertia, ff. quibus cauſis maior. ſuccurri debere dicens, qui iuſto timore mortis, vel corporis cruciatus veriſimiliter ad iudicij locum accedere nequit, vt quia ibi inimici capitales, vel amici ſaltem inimicorum exiſtant, ex Bartolo per illum textum hoc tenente in l. ſciendum §. acceptatio, ff. de legat. gloſ. in l. prima, §. cum patronus, & ibi Bald. ff. de off. præfect vrb. & l. liberi, vbi idem Baldum Salicet. Alexand. & Iaſonem. C. de inoff. teſtam. idem illa ratione, quoties propter hoſtilitates, hoſtiumve incurſus acceſſus tutus nō eſſet procedere ſubdens, quia de iure hoſtilitates, & bella timentur, ac de more vitantur, quæque humana fugit ratio, abhorretque natura citatum, cui ſuſpicari veriſimiliter, cōuenit, etiam quod ſi præfatis in caſibus ſuperior. ſeu belli Dux ſaluum conductum offerret illi, quod credere teneatur iuxta textum aſſerens in capitulo accedens il ſecondo, vt lite non conteſt. idem Ioann. Anton. de Nigr. tenet ſuper Regni capitu. poſt commiſſum ſub titulo de excuſa. reorum numero 19. cum ſequentibus folio 230. & Follerium in pract. crimin. prima par. ſecunda par. in verbo audiantur excuſatores num. 34. verſ. & ideo poteſt allegari fol. 68.

2 Locique non tuti impedimentum ob bellum, & inimicitias à contumacia excuſandi præſtare cauſam, textu relato in dicto, §. Piſana, & Aretino in conſilio 16. numero quarto in tract. de arbitrar. iudic. libro ſecundo centur. 2. caſu 153. numero 12. & 13. Menoch. affirmat impeditum, quoties ab inimicis ſaluum conductum petere oporteret, etſi aliquam pro ipſo obtinēdo diligentiam non adhibuerit excuſari dicens, alias ſecus, ad locum enim non tutum citato, & non comparenti imputar ſi ſecuritatem dari à iudice, & ſeruari conſuetam, qui inimicos, vt non offendere promittant cogere poteſt petere omiſit in dicto capitulo accedens numero 4. verſ. ſecundo aduerte Felyn. inquit, illudque cautionem hanc operari, vt ille ſecurus omnino ſit, cui datur in l. illicitas, §. ne potentiores numero 9. & 10. Barto. ait, quem in conſil. 100. numero 211. libro primo aliorum memor Menoch. citat, & ſequitur, & vbi ſupra Felyn. numero 4. verſic. ſecundo aduerte, quoties ab alio à belli Duce puta petenda ſecuritas veniret, & in mittendo ad illum in nuntio etiam periculum militaret enim, qui ſecuritatem non petijt excuſari, niſi ex concedendi conſuetudine obtineri ſecuritas facile poſſet, non abſimiliter enarrat, quod articulandum eſſet, & probandum, & ita Rotæ deciſionem 12. de dolo, & contumac. in nouis, quam citat procedere explicat, alias ſecus, ac regulæ textus dicti capituli accedens, quem ad locum non tutum citatum accedere non teneri dictantem eſſe inquit inhærendum.

3 Sicut eo pariter caſu præfata locum ſibi vendicare, ac citatum excuſari, vbi tutam capitales perſonaleſque inimicitiæ citati itinerationem, non redderent, ſecus ſi generale bellum eſſet, in quo dare belli Duces ſaluum conductum, & ſeruare conſueuerunt præfata Rotæ deciſione relata in dicto c. accedens nume. quarto, Felyn. inquit, illum ex Baldo, & Imola in l. quibus diebus in principio ff de condit. & demonſtratio. non excuſari ſubdens, qui locum, qui tutus non eſt tutum ſi voluiſſet facere poterat, quod in l. ſed etſi per prætorem, § ſecundo, Bar. per illum textum affirmat, ff. ex quibus cauſis maior. Socin. in dicta l. quibus diebus in 3. notab. & in dicto tractat de arbitrar. iudic. Menoch libro ſecundo. centur. 2. capitulo 118. ad finem, & in dicto conſil. 100. num. 228 & numero 114. cum pluribus ſequentibus, & ſignanter numero 116. & ſequentibus: quo loci ex Pariſio in conſilio 67. numero 64. libro tertio, illud proprie impedimentum dici enarrat, quod euitare non permittitur.

4 Immo propter ſalui conductus literas quantumuis vltro oblatas credere quem inimico nō teneri, ex textu conſtat in capitulo primo de clericis non reſiden. in ſexto. Afflictus in deciſione 289. ſequitur numero 21. & Felynum in dicto capitulo cum R. Canonicus numero primo in fine, & nume. 2. vbi hoc quoties gentes quis inimicas populum, vel ſtatum, ſecus ſi iudicem tantum ob banni ſententiam contra ſe latam formidaret, procedere enarrat ſaluum cōductum iuxta plene per Bartolum poſt gloſam notatam in l. is qui reus, ff. de public. iudic. timoris cauſam

ſam to llere ſubijcieus,& in dicta l.ſecunda, per Iaſonem, . quod diximus nume. vndecimo, ff. ſi quis caut. vbi poſt hanc amplexam diſtinctionem dummodo à ſubditis in loco, necnon ab ipſo iudice obſeruari ſalui conductus literæ ſoleant hoc procedere declarat, quem & in dicto capitulo accedeus, numero nono in fine, Felynum videas hoc ſimiliter aſſerentem, & Gail.in dicta obſeruat. 52. nume. quarro, ſed nunquid ſaluum conductum præſtare iudici liceat, & an illum, poſtquam præſtiterit obſeruare iudex teneatur, Felynum eodem loci nume. 2. & 3. alios pariter referẽtem inſpicere, non prætereas, additionem ad euoi notab. declarantem, & in dicto conſ. 100. Menocluum, cuius inferius memi nimus ampliſsime diſcutientem,& in tracta. de arbitrar. iudi. libro ſecundo centur. 4. caſu 337. numero vudecimo: quo loci poſt Afflictum in deciſ. 4. ex Blanco in practic. crimin. in verbo ignorantia num. 189. & 190. & in verbo datis de fenſionibus numero 40. eo caſu inferentem à Principe ſecuritatem bannito, ſaluumque conductum dare poſſe enarrar, quoties ab ipſomet iudice bannitus ille fuiſſet, ſeu ab ipſius iudicis prædeceſſore, quem ratione oſficij eandem perſonam cum ipſo iudice exiſtimari explicat, ſecus ſi ab alio à ſuperiore ſcilicet bannum ille paſſus fuiſſet, quo caſu ſecuritatem illi concedere iudicem minime poſſe, ex eodem Blanco teſtatur in dicto verbo datis defenſionibus numero 41. idem ex Grammatico eſſe ſubdens in voto 25. num. 11. quoties cum ſuperioris licentia æqualis iudex banniuiſſet quaſi tunc à ſuperiore ille bãnitus exiſtimetur, quoties iudici iſtud abſque ſuperioris licentia nullatenus licuiſſet, procedere mihi ſuadeo, ſecus ſi abſque alio ſuperioris iuſſu banno illum ſupponere facultas competijſſet, quo caſu excitata potius iuriſdictio cum dicatur iudicis poteſtatem, & in banniendo, & in ſecuritatem præſtando in aliquo non lædi, neque mutari, ex textu conſtat, ibique ſcribentibus in capitulo licet in corrigendis extra de off. ordin. & ſupra capitulo quarto notata conueniunt num. 9. eodemque num. 11. Menoch. circa finem Aegidij Boſsij doctrinam in cauſarum criminalium tractatu tit. de citat. numero 39. ſaluum conductum non niſi à Principe petere bannitum poſſe, continente, vt nimis generalem, ex prænotatis, eſſe inquit reſtringendam, & declarandam.

5 Ac in loco ſuſpecto, & non tuto nullatenus ad comparendum, quem teneri, quantumuis ſecuritas ei, ſeu ſaluus conductus offeratur. in leg. nam quod liquide, §. non omnis ff. ad Trebell. illa ratione Imola ſentit, quia ſaluus conductus fragilis eſt cautio, neqne fragilitati cautionis eſſe vitam committendam, ex textu ait, in l. qui ita, §. eodem titulo ff. ad Trebellianum in dicto capitulo accedens numero 2. in principio à Felyno relatus, Gail. in pract. obſeruat. obſeruat. 52. numero 6. libro 1: hoc ſequitur, & aliorum memor Ioann. Anro. de Nigris in dicto Regni capitu. poſt commiſſum numero 21. neque timoris cauſam ſaluum conductum tollere, poſt Boſsium in dicto cauſarum crimin. tract. in tit. de citat numero 37. illius memor Rolan. à Val. in conſil. 68. numero 23. libro 2. communem hanc eſſe ait, ſcribentium opinionem, & in dicto conſil. 100. nume. 186. Menochins omnino inſpiciendus, quod quamuis fide publica factus ſaluus conductus appareat procedere Annibalis exemplo conſtat, à quo Romano militi, ſi cũ elephante ſe committeret impunitate promiſſa illum, tamen victorem domum, cum manubijs redeuntem per æquites intercepiſſe accepimus Otho etiam Moguntiaci Antiſtites, ſi Francorum Comes Albertus Ludouici Imperatori hoſtis ſecum veniret, aut ipſum irato Principi conciliare, aut in præſidium ſoſpitem ſiſtere promiſit, egreſſumque rurſus prandij cauſa in arcem cum duxiſſet, quaſi tum iureiurando functus hoſti amicum, fidemque ſuam eum prodidiſſe notũ eſt. Sic etiam ex Regni primatibus, cum Alphonſus Terraconenſis odio quendam proſequeretur, ac ad ſe per nuntium accerſitum non venturum arbitraretur aucupij colore accepto magno cum falconum, & accipitrum numero atq; proximus in qua larem tenebat illi ad ſe, vt veniret impunitatem fide publica iureiurando roboratam ſpopõdit, eumque credulum mox, & Deum fruſtra inuocantem cruci, hocca uillo affixiſſe, cum mihi fidem ſæpiſſime feſelleris, ſi ſemel, & nunc tantum, quod tecum pactus ſum, nec ipſe obſeruem iniquo pati animo non debes, Alciatus in tractat. de ſingul. certam. vir diſertiſsimus eſt teſtis in capitulo 17. columna prima, & in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verborum ſignificat. & in dicto conſilio 190. Menochius alia referens exempla in num. 192. cum ſequentibus præfatas tamen verſutias dolore fraude plenas in libro officiorum 3. circa finem. Ciceronem damnantem iuuenies, ac memorabilem hiſtoriam referentem à Polybio primum lib. 6. hiſtoriarum relatam à Liuio item 3. decade libro ſecundo ad finem, & libro quarto, & ab Aulo Gellio poſtea libro ſeptimo, noctium attic. capitulo 18. Annibalem ſcilicet poſt Cannenſem pugnam, ex captiuis Romanis, quos detinebat decem, iuratos, ad Romanum miſiſſe Senatum in Caſtra niſi de redimendis captiuis impetraret redituros, ex præfatorum teſtimonio conſtat, qui cum egreſsi Caſtris eſſent, ex ijs vnus neutiquam Romani, vt inquit liuius ingenij, veluti aliquid in Caſtris eſſet oblitus iuriſiurandi ſoluendi cauſa Caſtra redijt, confeſtimque Comites eſt ſecutus, Reque à Senatu non impetrata, cum cæteri in Annibalis Caſtra redijſſent hunc tanquam fallaci in Ca-

ſtra

ſtra reditu, ſeſe iureiurando, ex ſoluiſſet, nec iterum redire teneretur domum abijſſe, quod cũ Senatus reſciuiſſet eum comprehendendum, & cuſtodibus publicis datis cenſuit ad Annibalem deducendum, fraudem, etenim Tullio teſte ubi ſupra non diſſoluere periurium, ſed diſtringere conſtat, cuius quidem hiſtoriæ in ſupracitato, §. hoc ſermone commentarijs limit. ſeptima numero 18. fol. 54. Tiraquell. meminit, quem inſpicias.

6 Immo ſimulare iudicem decere, eique cauillationibus uti licere in capitulo afferte poſt tex. ibi de præſumpt. habetur, & in capit. non enim volebat Deus, iuncto capitu. utilem 22. quæſtio. ſecunda, & in cap. nos in quenquam, ad finem 2. quæſt. prima, impunitatem delinquenti, ſi delictum confiteatur iudicem promittere, eundemque delictum poſtea confitentem condemnare poſſe continente, necnon, ex Archidiacono in dicto capitulo utilem, ita Alexandrum Papam. 3. feciſſe, quem Epiſcopum Simoniacum diſpenſatione ei in ſecreto promiſſa, ſi delictum publice fateretur, delicto per alium publice confeſſo promiſſione non obſtante ſtatim coram Cardinalibus depoſuiſſe in dicto capitulo afferte numero primo, verſic. nota primo, & in dicto capitulo accedens, numero 1. poſt principium; Felyn. inquit, & hanc Hieronym. Cuchal. in addit. ad Decium in l. ea eſt natura, ff. de reg. iur. lit. c, communem eſſe explicat, ſcribentium opinionem, etſi eam multas per rationes, veram non eſſe tueatur, poſt Decium cõtrarium pariter, eodem loci ſentientem, quos diſtinguentes, & declarantes inſpicere non omittas, idem in communium opinionum, tractat. parte prima, Viuius ſentit capit. 172. de iure hoc, & quod magis eſt, ſine aliqua peccati labe iudici permiſſum cenſeri dicens, etſi iuxta text. in capitulo 1. 22. quæſt. 2. in dicto capitulo accedens nu. 1. verſic. tamen in foro conſcientiæ, contrarium in conſcientiæ foro Felyo. ſentiat, & in deciſ. Delphin. 68. Franc. Marc. num. 3. parte 2. & poſt multos iudicem ad dictæ promiſſionis, & fidei obſeruantiam teneri aſſerẽtes, quos refert delinquente confeſſionem ita extortam reuocante damnari neutiquam poſſe, ubi ſupra Viuius declarat. & hanc veriorem eſſe arbitratur opin. quam in quæſt. 3. circa finem poſt plura circa id cumulata veriorem ſimiliter Grammat. fatetur, ſecus eſſe, Viuius dicens delinquente in confeſſione ipſa perſeuerante; quo caſu damnari eum poſſe, & communi opinioni ſupra citatæ locum eſſe concludit; quod clarius præfata addit. ad Decium lit. e. quam videas enarrat, & quæ pœna, ſub ſpe impunitatis confeſſum, ſiue reuocauerit, ſiue non confeſſionem plectere, & punire conueniat, poſt Didacum Couar libro primo variar. reſol. capitulo ſecundo, circa finem poſt Plaz. libro primo epith. delict. cap. 37. num 6. & poſt Crauettam, in conſil. ſecundo num. 10. Menoch. in tractat. de arbitrar. iudic. enarrat libro ſecundo centur. 4. caſu 167. quem plene declarantem, alioſque referentem videas.

7 In loco ſimiliter, ubi peſtis viget citatum à cõtumacia ſi non comparuerit excuſari text. probat in dicta Clement. Paſtoralis, & in Clement. 1. de foro compet. in capitulo ex parte il primo, de appellat. in dicto capitulo accedens il ſecundo, ut lite non conteſt. & in l. quæſitum ff. de re iudic. gloſ. Pragmat. ſanct. in titu. de authorita. gener. concil. verbo peſtis fol. 23. à tergo, & in tit. de pacific. poſſeſſ. verbo impedimenti columna 3. & 4. fol. 172. à tergo, & folio ſequenti, ubi omnino videas, Gail. in dicta obſeruat. 25. numero undecimo libro primo, Menoch. in dicto caſu 153. nume. 10. cum ſequenti ſequitur, Ioan. Anton. de Nigr. in ſupracit. Regni capitul. poſt commiſſum num. 26. idque in l. de ætate, ff. ad Trebellianum, ſcribentes communiter tenere in deciſ. Delphin. 125. numero 3. in fine parte ſecunda, Franc. Marcus, quem videas, affirmat, licite enim peſtis locum euitari tex. eſt in capitulo negotiatorem, ibi velut quendam peſtem fuge, 88. diſtinct. & capit. ideo, prohibentur in illis verbis quaſi quandam peſtem abijciantur 37. diſtinct. l. ſi prædium, C. de ædilit. act. Bert. in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de nou. oper. nunciat. & Baldum in capitulo ex parte de appellatio. à gloſa Pragmat. ſanct. relari in tit. de pacif. poſſeſſ. dicta gloſ. verbo impedimenti columna 3. fol. 172. à tergo, immo ex acceſſu ad locum, ubi peſtis viget, Deus Opt. Max. tentatur, homo etenim pro viribus ſuis mortem, ut effugiat operari debet, ſeque diuinæ demum miſericordiæ committere, ut poſt textum in capitulo ſi nulla, 2. 3. quæſt. 8. in capit. cum dilecti numero 16. circa finem de dolo, & contumacia, Panorm. ſentit Franc. Marc. dicta deciſione 125. numero quarto, Aufrer. in tract. de recuſat. numero 37. ſimiliter circa finem, & Vantium dicto numero 165. verſic & quod de bello, immo iuſte ad mortem naturalem damnatus aperto carcere inuento, quod exire teneatur; & mortem euitare communem eſſe theologorum omnium opinionẽ, in deciſ. 201. numero 4. libro 2. Viuius enarrat quem in tota dicta deciſ. inſpicere non prætereas illumque in mortis periculo conſtitutum præſumi, qui ciuitatem in qua peſtis erat ingredi viſus fuit, ex Corneo in conſ. 132. columna 2. & 3. libro quarto, & Roberto Maranta in repet. l. is poteſt num. 142. ff. de acquirend. hæred. Ioſeph. inquit Ludou. in deciſio. Perul. 30. num. 5. ſicut, ille qui bellum eſt ingreſſus, quod mortuus præſumatur in deciſ. Lucenſ. 41. notab. Magon. inquit, in illo loquens caſu, nunquid uxori, hac militante præſumptione ad ſecunda tranſire vota permittatur, & hanc pluribus hoc ſentientibus relatis de communi in deciſ. 243. nu. 8. lib. 2. Viuius teſtatur.

Neque

Neque martyrium eſſe temere appetendum redemptoris noſtri exemplo admonemur, quē ſe à Iudæis abſcondiſſe, ac in regionem abijſſe, iuxta deſertum in regione Ephrem, Ioann. inquit capit. 11. ait etiam aſſertor noſter, cum perſequenter vos in ciuitate iſta fugite in aliam ſimanca reſte in tract. de cathol. inſtitut. titu. 17. num. 39. & Couar. libro primo, variar. reſol. capitulo ſecundo num. 9. parique paſſu belli cauſam, & peſtis procedere in capitulo ad ſupplicationem iuncta gloſ. prima, de renunc. Vantius in dicto verſic. & quod de bello alios hoc tenentes referens probari affirmat prelium inter Deū & hominem peſtem cenſeri ſubdens, quod ſecundum Ioannem Andream in dicto capitulo cum dilecti de dolo, & contumacia, niſi tempore peſtis in loco ius redderetur, limitatur, quem in dicta leg. ſecunda, §. quod diximus numero 13. ff. ſi quis caut. omnes ſequi, Iaſon. enarrat, & in deciſione 40. Boer. numero 6. circa finem, quem diſtinguentem videas, in praxi criminal. canon. Follerium, 2. par. in verbo non comparentes, contumaces reputentur nume. 51. poſt principium folio 133. & in alia pract. criminal. prima parte ſecundæ partis verbo audiantur excuſatores numero 34. poſt medium præcitatam gloſ. Pragmat. ſanct. in titu. de pacif. poſſeſſ. verbo impedimenti, columna ſecunda, poſt principium, quam perbelle declarantem omnino videas, & Aufrerium dicto numero 37. illudque peſtis, vel belli tempore factum dici, quod ante vel poſt immediatè factum apparet, ea Alexandro in conſilio 162. in fine libro 6. & alijs in ſupra relato numero 165. verſic. prout, Vantius inquit remiſſionem propter bellum fieri debitā, ob iuſtum pariter belli timorem, ex eodē Boerio in deciſ. 249. col. 2. & alijs fieri debere ſubdens, quem & Corſetum in ſuis ſing. inſpectum facias in ſingul. verbo metus.

9 Eademque ratione attenta tam leproſos quā peſte infectos, cæteroſque contagioſo quouis morbo detentos, à ciuitate hominumque conſortio eſſe expellendos, poſt Gulielmum de Cun. Bald. inquit, & Caſtrenſ. in l. nulius, C. de ſumma trinit. Alexand. & Iaſon. in l. caſus, C. de teſtam. Cæpol in tract. de ſeruit iuris paſcendi numero 21. Abb. in capitulo primo, de coniug. Leproſ. Ripa in tract. de peſte capitulo quarto, numero 152. Leproſos, ex Ioanne de Platea, in l. cum ſapra virentem, per illum text. C. de re milit. libro duodecimo, aſpectu quorum hominum corda ad triſtitiam mouentur extra ciuitatem eſſe dicens abijciendos Paris de Put. in tract. de ſyndic. in verbo reſiſtentia capitulo ſecundo, quem leproſos, & alios, quos expellere de ciuitate licet explicantem inſpectum facias, & in dicta deciſ. 125. Franc. Marc. numero 1. 2. & 5. quo loci, ſi de hoſpitali in aliqua ciuitatis parte pro infectis ædificando ageretur, partem ipſam ciuitatis incolentes, ex gloſa in l. 2. §. penultimo, ff ne quid in loco publ. & ſcribentibus in l. Prouinciali, §. ſi in publico, ff de oper. noui nunciat. ne ibi hoſpitale ædificetur, impedire poſſe opinatur, qualiterque peſte infectis à ciuitate expulſis ipſorum domos, antiqui patres, & mobilia purgabant, & qualiter hodie circa id ſeruare conueniat in dicto tractatu de peſte, eundem Ripam videas capitu. ſexto, nume. 45.

10 Propter æris item intemperiem, quem à cōparendo excuſari, ex text. in capitulo ad ſupplicationem, & gloſ. prima, ibi de renunciat. cum concord. in dicta l. ſecunda, Iaſ. inquit, §. quod diximus num. 12. & 13. ff. ſi quis caut. & in dicto capitulo accedens, Felyn. aliorum memor num. vndecimo, & Blanc. in tractat. de compromiſſ. quæſt. 9. numero 14. poſt principium fol. 587. dicta gloſ. Pragmat. ſanct. verbo impedimenti columna ſecunda, circa finem, necnon à reſidentia, quem propter æris intemperiem excuſari iuxta gloſam affirmant, in dicta Clement. ne in agro, §. fina. in verbo rationabili de Statu Monach. quod ex gloſa, Ioanne And. & alijs omnibus in dicto capit. cum dilecti de dolo, & contumacia & in capitulo communis filius 23. diſtinct. in deciſ. 323. nume. decimoſeptimo, parte ſecunda; Viuius affirmat, iſtud iterum in Brutijs procedere explicans, quos in Neapolitanæ ciuitatis Tribunalibus æſtiuo tempore, ex Regiæ cōſtitutionis indultu, ab æris intemperie comparere non teneri atteſtatur, eoſdemque, ex Scagliono hoc in ritu 163. affirmante numero vigeſimoſeptimo, de æris intemperie, a menſe Iulij, vſque ad menſem Septembris excipere poſſe, & ita obſeruari enarrat, & Foller. ante ipſum in ſua practic. crimin. prima parte ſecundæ partis verbo audiantur excuſatores numero 34. verſic. rurſus non tenetur comparere folio 98. ſicut in vrbe, non abſimiliter, quamuis ibi ſecundum gloſ. 1. in fine, & in capitulo qualiter, 7. quæſtio. 1. regulariter permanere bonum ſit de menſe tamen Auguſti, quo tempore æris intēperies Romam obſidet, tam Gallos, quam alios vltramontanos, ex gloſa in capitulo ſi verò verbo ſalutis, vbi Abb. numero ſecundo, & in dicto capitulo cum dilecti numero 15. poſt medium de dolo, & contumacia ad comparendum non teneri demonſtratur, etſi in dicta deciſione 125. numero quarto, par. ſecunda, eos à procuratore ſaltim mittendo non excuſari, Franc. Marc. exponat, cui illa ratione non ſubſcribo, quia idem excuſatori, ex illis partibus mittēdo, quod principali vocato propter æris intemperiem periculum imminet, iuxta per Menochium in præfato conſil. 100. notata nu. 201. & vnde illud proueniat periculoſam eſſe rem Romæ immorari, in ſupracitato tractat. de peſte in titulo de remed. præſeruat. contra peſt. Ripam videas in numero 53.

11 Nec ſolum ad cauſam agendam, ſed neque

ad lo-

ad loci non tuti, exceptionem proponendam, quando locum non eſſe tutum notorium eſt, ad comparendum citatum adſtringi, ex textu, & gloſa in dicto §. Piſana Franch. in præfato capitulo ex parte numeto decimo, poſt Hoſtienſem ibi, Imolam Panormitanum, & alios, & poſt Innocentium, & Anton. in capitulo præterea de dilat. probari ſingulatiter inquit. necnon ex Baldo; qui hoc in l. ſecunda, numero ſeptimo, C. de epiſc. & cler. probare paritet videtur, & quamuis iuxta textum in l. ſi adulterinm cum inceſtu. §. item Polliconi, ff. ad legem Iuliam, de adult. cum ſimil. notorium exceptionem regulariter nullatenus ab allegandi onere releuare, communem Iaſon in l. ſi vero, §. qui pro rei numero vndecimo cum ſequentibus, ff. qui ſatiſd. cog. eſſe dicat ſcribentium opinionem eodem tamen loci col. fi. loci notorie non tuti exceptionem, nec propoſitā, neque allegatam illa tatione iuuare teſtarut, quia citatio, quæ ad locum fit notorie non tutum, eſt ipſo iure, & indicatur nulla, ac ſtatim eam grauate ait, quod ad comparendum arctat, nec grauamen allegare, quod ex notorio incomparendo cauſarur, æquum eſſe ſubdit, ac in comparitione ipſa ad allegandum adſtringente grauamen ineſſe per appellationem, aut ſententiam, cum de vitæ periculo agatur nullatenus reparabile in capitulo cum ordinem numero 12. & 13. ante finem de reſcript Felyn inquit hoc ibidem poſt amplam diſcuſſionem in loci non tuti exceprione particulare non eſſe, ſed in qualibet citatione, quæ notorie inualida ſit, & quæ ad notorium proponendum, non arctat procedere explicans, & hanc communem, eſſe ait ſcribentium opinionem, quibus in tract. communium opinionum parte 1. opin. 226. folio 126. per Viuium notata, qui videatur apprime conueniunt, & in terminis huius exceptionis loci notorie non turi, ad allegandum de loco non turo cautius eſſe, quod excuſatorem citatus mittar in præfato capitulo ex parte numero 10. Franch. enarrat, etſi vbi locum, non eſſe tutum notorium eſt hoc neutiquam neceſſarium eſſe dicat, quod in dicto conſilio 78. numero 18. cum ſequentibus, vſque ad numerum 21. libro ſecundo, Roland. à Vall. affirmat, quem & Decium in capirulo ſi duobus numero 8. de appellation. inſpicias, & vbi iter, per quod tranſire, citatus debet ſecurum non eſſet, ſi ſaluum conductum à ſuperiore conſequi nequit ob non impetraram à ſuperiore ſecuritatem in via, per quam ipſi citato neceſſarius eſt tranſitus excuſatorem in termino mittendo denunciare iudici citanti, ſuæ abſentiæ impedimentum debet, vt poſt Bartolum, & alios in dicta leg. ſecunda, §. primo, ff. ſi quis caut. Colerus in tractat. de proceſſ. execut. capitulo primo, inquit, parte quarta, numero 181. & ſequenti fol. 792. talique caſu officium iudicis citantis eſſe debere ſubnectit ad alium locum tutum ſi poteſt quo citatus ſine periculo peruenire poſsit iudicium transferre, vel ad notata per Felynum, quem refert in præcirato capitulo accedens il ſecondo numero tertio, cauſæ cognitionem in aliud tempus differre, donec ſecuritatis literas à ſuperiore citatus impetrauerit, alias ad vlteriora, ſi iudex procederet irritum, iuxta rextum in dicto capitulo acceden., proceſſum eſſe concludit, ipſum igitur vſque ad numerum 184. alia huc tendentia explicantem videas, & an loci non tuti exceprio, per excuſatorem mādato carentem opponi poſsit infra in capitulo ſequenti numero 118 ante finem norara, & in tract. communium concluſ. Gabrielium, in tit. de except. concluſ. 3 Afflict. dicta deciſione 289. num. 24 vbi praxim docet per procuratorem comparendi ratione loci non tuti, & in dicta obſeruatione quinquageſimaſecunda, Gail. num. 7. alios recenſens.

12 Quod in dicto capitulo ex parte numero vndecimo ad ſuſpicionis iudicis differentiam eſſe Franch. explicat notandum, iudice enim notorie ſuſpecto exiſtente ab allegandi, & excipiendi onere notorium tali caſu nullatenus releuare dicens, idem in argumento ad ſecundam, partem præſumptionum numero 20. in tract. de præſumpt. plene folio 9. Alciat. explicat ad comparēdum, quem hoc caſu, ac iudicis etiam notorie ſuſpecti ſuſpicionem allegandum teneri ſubdens. quod illa diuerſitatis ratione aſsignata, quia eo ipſo, quod ad locum notorie non tutum quis citatur ſtatim, vt ſupra dictum eſt eum grauari conſtat, in dicto capitulo cum ordinem numero decimotertio, verſic. ſi diceretur contra Felynum, pariter affirmat. ſecus in in citaro, à iudice, qui notorie ſuſpectus eſt, eſſe dicens, quem nec quia citauit grauare apparet, neque eum fore grauaturum eſſe inquit præſumendum filium, qui in patris cauſa notorie ſuſpectus eſt iudicem, ſi non recuſetur agere poſſe iuxta tex ſubijciens in l. in priuatis, ff. de iudic. iudicemque ſuſpectum iuſtitiam facturum poſsibile cenſeri Franch. in præfato numero vndecimo, ſimilitet inquit alia etiam per ipſum diuerſitatis ratione aſsignata, quia iuxta text. in præcitato capitulo intet Monaſterium, de re iud. coram iudice ſuſpecto ſcienter dum quis litigat ſuſpicionis exceptioni ex illa cauſa renunciare cenſetur illam tamen rationem, in dicto capitulo ex parte per Imolam relatam, illud continentem, quod quatenus coram iudice ſuſpecto ad comparendum citatio grauaret, per appellationem ſubſecutam reparare grauamen licet, cunctis eſſe exiſtimo præſtantiorem.

13 Et ſicut, quando tutum locum, non eſſe notorie conſtat illa ratione nullum eſſe proceſſum diximus, quia ipſo iure nulla eſt citatio, grauamen continens notorium, vt in dicto §.

Piſana,

Piſana, Innocent. & alij iu dicto capitulo 2. de dilat. Bart. in l. finali, ff. de reſtitution. in integ. numero octauo, proceſſum contra expulſum à ciuitate ſua fabricatum, ideo ipſo iure non valere dicens, quia cum ad locum notorie ſibi tutum citetur, & in quo comparere, ſine vitæ periculo non licet, ipſum citatio, non arctat, alijſque plures in conſilio octuageſimoprimo, à Marſilio numero quadrageſimotertio, relati communem hanc, eſſe receptam ſcribentium opinionem aſſerente, ac ex Corneo in conſilio 159. columna tertia, volumine primo, paria eſſe eodem loci notante numero quadrageſimoſeptimo, contra prorſus non citatum, vel contra in loco ſibi non tuto, ad comparendum citatum procedere, dem quoties notorie de hoc non conſtaret, ſed iudici tutum, non eſſe locum linqueret, quo caſu, nullum ſimiliter exiſtete proceſſum, ex textu notandum eſt in leg. quæſitum, vbi Bartol. & alij ff. de re iudic. & in leg. ſecunda, ff. de in ius voc. in fine, & in deciſione vigeſimanona, Afflict numero tertio, qui videatur, & quamuis in dicta leg. finali, idem Bart. columna prima, ff. de reſtitut. in integr. hoc quoad ſententiam diffinitiuam, ſecus quoad interlocutoriam, quam iudicis ſcientiam de impedimento nullo modo inualidare aſſerit, procedere, intelligat contrarium tamen in capitulo ſecundo, poſt gloſam ibi in verſic. ineuitabili de teſtibus, Abbas Felyn. & alij ſequuntur nullam iuxta text. in dicta l. quæſitum, & in dicto capitulo ſi duobus de appellationibus eſſe teſtium examinationem dicentes ſi citatum ad recipi teſtes videndum venire non poſſe iudex ſciebat, ſed ad clariorem prefatorum intelligentiam in ſupracitato tractat. de peſte, alios referentem Ripam videas, capitulo tertio, numero vigeſimoſeptimo, cum ſequentibus, & omnino Franciſcum Marcum in deciſ. 124. num. 6. par. 2.

14 Sed quoties tutum locum, nõ eſſe notorium non eſt, neque iudici notum eſt impedimentum, niſi compareat citatus, & de impedimento excipiat, & quatenus non audiatur, appellet validum eſſe proceſſum, per textum ibi, in dicta l. quæſitum ſcribentes communiter aſſeuerant, & per textum in dicta leg. final. ff. de integrum reſtitutio. impeditum reſtituendum eſſe continentem. quod validos eſſe proceſſum, & ſententiam præſupponit, vt per Ripam, vbi ſupra hęc, & alia notantem, in numero vigeſimonono, verſicul. tertius caſus, & in loco per Franciſcum Marcum ſupra proxime relato, etſi impeditum iuxta gloſam in capitulo quiſquis 4. quæſt. quinta, & alios, quos ibidem numero 30. Ripa citat, conſtito de impedimẽto eſſe inquit abſoluendum, & hanc communem pariter eſſe ait, ſcribentium opin.

15 Ad comparendum item tali caſu citatum teneri, ad locum ſibi non eſſe tutum allegandum necnon ad dilationem, ad id probandum poſtulandam, qua quidem probatione facta, ipſum ad vlterius comparendum non arctari, in dicto capitulo ex parte de appellat. Franch inquit, & alij in præfata deciſione ducenteſimaoctuageſimanona, numero quarto, per Afflictum relati, vbi numero decimooctauo, poſt Franchum in loco proximè relato locum quinque modis, non tutum dici poſſe concludit, primo ad textum in l. de ætate ff. ad Trebellianum propter inimicitias quas in illo loco citatus habet, quo caſu à veniendo eum excuſari inquit, ſecundo ex Felyno in dicto capitulo cum R. Canonicus de officio delegat. ob propriæ ciuitatis in qua citatur inimicitiam. Tertio, quoties acceſſus ad locum non extat, niſi per terras inimicas, non etenim locum, ad quem quis citatur ſecurum eſſe debere, ſed illum etiam locum per quem tranſire citatus debet, in dicto conſilio octuageſimoprimo, numero quadrageſimoquarto, aliorum memor Marſil. inquit, tutumque tam in eundo locum eſſe debere, quã in redeundo text. probat in dicta l. vtimur, ff. de ſepulchro viol. & in dicto capitulo accedẽs, vbi ſcribentes, non enim ſecure venire, quis dicitur, cui ſecure redire non conceditur dicta l. ſciendum ff. de legat. & dicta l. de ætate, ff. ad Trebellianum. tenet hoc Bartol. in l. relegati, ff. de pœnis, & Felynum in capitulo ſecundo, de treug & pace numero primo, & ſecundo: quo loci poſt plura, per ipſum cumulata, ex præfatis iuribus ſecuritatem alicui in eundo datam, eadem ipſum in redeundo gaudere debere teſtatur, idem Felyn in capitulo ego nume. octauo de iureiur. & Alexand in conſilio quadrageſimoſexto, libro ſecundo priuilegium euntibus ad nundinas conceſſum ne gabellas ſoluant pro redeontibus etiam conceſſum intelligi dicens, quem, & alios in tract. de arbitrar. iudic. libro ſecundo centur. 4. caſu 336. numero duodecimo, cum ſequentibus, Menoch. recenſet, quem eo loci qualiter illud ſecuritatem in eundo datam, & in redeundo conceſſam cenſeri intelligendum ſit declarantem videas, illudque ibidem numero decimotertio, ex Ferretto in tracta de Gabell. & public refert nume. 95. Leonem Decimum Pontificem Maxim. Ioanni Paulo Baliono hoc nullatenus obſeruaſſe, quo cum ſaluo conductu ad ſe auocato, caput illi amputari iuſsit, eoque ſibi ſalui conductus fidem non obſeruari conquerente veniendi, non autem reuertendi ſecuritatem conceſſam reſpondiſſe, quod quidem, niſi multiplex eſſet, acceſſus limitatur, non enim vnum acceſſum tutam non eſſe ſufficit, ſed alijs ex acceſsibus, ex quo citato itinera magis ſecura, etſi aliquantulum longiora iter arripere licet, nullum tutum eſſe Bartolo teſte in l. Imperator, ff. de appellat. probare oportet, cuius, & aliorum in dicta deciſione quadrageſima, numero decimo,

circa

circa medium Boer. meminit hoc in practica, bene notandum eſſe explicans, illudque Euangelij refert Magi in ſomnijs reſponſo accepto, ne ad Herodem redirent, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam textus concordat in leg. ſecunda, §. penultimo, ff. ſi quis caut. & in practic. criminal. Foller. dicto verbo, audiantur excuſatores numero trigeſimoquarto, ante finem. Quarto, quoties citatus contrariæ eſt factionis, vt quia Guelfus ſit, & in loco, in quo Ghibellini regnant, vel è contra citetur. Quinto propter peſtem in loco vt ſupra diximus, in quo comparere debet exiſtentem, dicta Clementina ne in agro, & ibi gloſa in verbo rationabili in fi. de ſtatu Monachorum, per quem textum, Gregorium Papam Duodecimũ, ideo ad Piſanum Concilium non veniſſe, quia Cœli Piſani grauitatem metuebat ſe excuſaſſe in dicto capitulo accedens il ſecondo, numero primo, in principio, vt lite non conteſtata Fely. enartat, cuius & aliorum in eadem deciſione ducenteſimaoctuageſimanona numero vigeſimoſeptimo, Afflictus eſt memor, cauſamque quare locus non eſt tutus exprimendam eſſe in Clementina prima, quæſtione vigeſimaſecunda de foro compet Card. explicat, cuius Ioannes Anton. de Nigr. in dicto Regni capit. poſt commiſſum meminit, num. vigeſimoquinto.

16 Præfatamque loci non tuti exceptionem, cuicunque ad citati fauorem allegare licere in lege penultima, Bartolus, §. ad crimen numero decimooctauo, ff. de publicis iudicijs, hoc modo diſtinguendo concedit, aut de abſentem excuſando propter neceſſarias exceptiones agitur, vt quia infirmus abſens eſt, vel in carceribus, aut quia tranſire per iter prohibetur, & tunc quemlibet etiam ſine mandato pro abſente eſſe inquit admittendum, nec ad excuſatorem mittendum taliter impeditum adſtringi, quia ſi hoc excuſatori permitteretur, ipſi tranſire ſimiliter liceret, quod excuſationem ipſam clare excluderet, aut propter probabiles, & voluntarias exceptiones de abſentem excuſando agitur, vt quia locus ob inimicos tutus non ſit, & tali caſu illa ratione non eſſe ſine mandato excuſatorem audiendum, quia tales cauſas ad abſentis fauorem allegari ipſo inuito iſtud fieri forſan ſuccederet, Innocentius vero in capitulo veniens, de accuſationibus, aut iuris exceptiones allegantur iudicem puta, excommunicationis vinculo innodatum exiſtere, & tali caſu, ſine mandato excuſatorem non eſſe inquit audiendum aut meri facti exceptiones proponuntur, & ipſum tali caſu admittendum eſſe, ait, & hanc pariter diſtinctionem in deciſione Delphinenſi ſexcenteſimauigeſimaſexta, parte ſecunda numero primo, Franciſcus Marcus, quem videas amplectitur, & in commentaria ad capitulum alma mater, Couarruuias parte prima, §. quinto numero finali verſicul. quod ſi abſentiæ folio quadrucenteſimoſeptuageſimo, hinc locum propter inimicitias non tutum, vel propter peſtem ſuſpectum allegantem, ex quo eum meri facti impedimentum proponere conſtat eſſe inquit Innocentius admittendum, idem in diſputatione incipiente Bononienſis ciuitatis bannitus Angelus firmat in dicto capitulo ex parte numero decimoquinto, in fine à Francho relatus, & hoc Ripa in loco ſupracitato numero vigeſimo, ſequi videtur. Notandum igitur eſt propter neceſſarias exceptiones, vt quia infirmus abſens ſit vel in carceribus detentus, aut quia per iter tranſire prohibeatur quemlibet etiam ſine mandato pro abſente eſſe admittendum nec taliter impeditum ad excuſatorem, mittendum vt ex ſupra deductis ſatis conſtat & ratio eſt quia ſi hæc excuſatio concederetur ipſi ſimiliter tranſiret.

17 Quod in dicto capitulo veniens iſta ratione, Imola concedit, quia talis eſt hæc exceptio, cui abſentem renunciare velle veriſimile non eſt, immo contrarium aſſerentem hac adducta ratione deſipere inquit, quia ab ipſa natura, ac naturali ratione inimicos, & peſtem euitare ad monemur capitulo quod ſuſpecti tertia, quæſtione quinta, cum concord. & quamuis in praxi criminal. canon. Foller. capitulo nono, numero decimotertio, aliquos dicentes referat ad loci ob inimicitias non tuti exceptionem opponendam non eſſe admittendum excuſatorem, poſtea tamen ex Rubeo Alexan. in ſupracitato, §. ad crimen numero tricenteſimoſexto, excuſatorem, hoc caſu etiam ſine mandato eſſe inquit audiendum, quod quidem notorio ſtante impedimento, cum aliqua illud probatione indigeat indubitate procedere exiſtimo, vt ex Afflicto in deciſione vigeſimanona, & aliis, à quocumque illud allegari poſſe in ſupracitato de nullitatibus tractatu in titulo de nullitatibus, ex defect. iuriſdictionis numero centeſimoſexageſimoſexto, in principio Sebaſtianus Vantius affirmat, quoties tamen notorium impedimentum, non eſſet allegari illud per excuſatorem, & probari debere dicens, quod in dicto capitulo ex parte numero centeſimodecimoquinto, ſimiliter Franchus explicat, in fine Ioannes Baptiſta Ferrettus, in conſilio tricenteſimouigeſimoquarto numero primo, & in dicta deciſione Delphinenſi ſexcenteſimauigeſimaſexta, Franciſcus Marcus numero 3. & 4. ſolam abſentiæ cauſam allegare non ſufficere dicens, ſed allegare, ac ſummarie ſaltem capturam, ſeu detentionem perſonæ, infirmitatem, & ſimiles probare, quod oporteat, nec abſentię cauſas ne-

ceſſorias, & probabiles proponere, niſi illas iuxta textum in capitulo interpoſita de appellat. ſe probare quis offerat ſufficere ſubdens, alias valere proceſſum, etſi ex poſt facto, per in integrum reſtitutionis beneficium ſubueniri impedito poſſe ex textu dicat in dicta leg. finali, ff. de in integrum reſtitution. & leg. ab eo, C. quomodo, & quando iudic quas leges, & Canarium in tractatu de excuſationibus refert, quæſtione vigeſimanona, quem & infra notata capitulo ſequen. videas numero centeſimodecimoquinto, ad difficultates tamen excludēdas proteſtationem, quod ſtante impedimento allegato ad vlteriora non procedatur, Foller. vbi ſupra eſſe inquit adhibendam, & quatenus proteſtatione non obſtante ad vlteriora procederetur ab vlteriori proceſſu vnde tacita reiectio reſultat appellandum eſſe inquit, & quatenus, neque excuſatorem tempore quo ad locum non tutum quis citatur ei mittere concederetur, ipſimet impedito appellare quod liceat affirmat, quod iterum inferius notatum inuenies, ac ex Panormitano in capitulo ſecundo, de procuratoribus, Alexandro in dicta l. de ætate, ff. ad Trebellianum, quam plures referente, & alijs facile in Romana Curia literas ſuper hoc obtineri enarrat, ac Dominum Farinacium poſt hæc ſcripta mihi cognitum in tractatu variar. quæſtion. criminal. in titulo de inquiſit. quæſtione vndecima numero quinquageſimonono, & ſexageſimo de reo pro criminali cauſa citato, & impedito copioſe loquentem, inſpicias, & in ſupracitato Regni capitulo poſt commiſſum, Ioannem Antonium de Nigr. quatuordecim impedimenti, & excuſationis cauſas à numero vndecimo, vſque ad numerum trigeſimumſecundum cumulantem, & plene declarantem.

18 Attamen in Sacro Rutæ auditorio ſupranotata nullatenus obſeruari, ſed quoties ad comparendum aliquis perſonaliter citatur eo ad excuſationes dandas, & probandas procuratorem mittente, adhuc contra ipſum per audientiam contradictarum procedi, neque impedimenti excuſationem, quantumuis legitimam admitti, niſi procuratore ſufficiente, cum quo in cauſa etiam procedi poſsit per citatum electo, ſeu miſſo in deciſione decima, de dolo, & contumacia in antiquitatibus Rota exponit.

19 Sicut in ciuitate, & Regno Neapolis, ex ritus Magnæ Curiæ, ducenteſimaſexageſimanona diſpoſitione, cuius Dominus Vincentius de Franchus in deciſione triceuteſimauigeſimanona, meminit numero decimo, in principio parte ſecunda, non ſolum per procuratorem, ſed neque per principalem ipſum exceptionem hanc opponi poſſe nullam pro parte citati, ſeu citandi eſſe exceptionem admittendam explicantis infirmitates abſentiæ, aut captiuitatis exceptionibus exceptis clariſsime patet, & ex ibidem per Carauitam notatis numero ſeptimo, vbi quamuis iure communi attento multorum relatis ſuffragijs à iudice in aliqua cauſa citatum loci non tuti exceptionem, quod & nos paulo ante notauimus opponere poſſe dicat, ac ex Bartolo in l. quia poterat §. ſi quis alio, qui cum ſupracitata leg. de ætate legitur ff. ad Trebellianum, ad locum, non tutum citatum neutiquam ad comparendum teneri expleet in præfato tamen Neapolis Regno, ex ſupracitato ritu, exceptiones omnes præter ſupranotatas reijcientem non eſſe pro parte citati exceptionem hanc admittendam ſubnectit, ſed quatenus poſtea locum in veritate tutum non fuiſſe iudici conſtiterit, quamuis eo tempore, quo citatum contumacem remutauit exceptionem non admiſiſſet, ipſum tamen eſſe poſtmodum à contumacia excuſandum, ac contumaciam contumace ipſo poſtea comparente, ac exceptionem alias oppoſitam verificante delendam eſſe inquit, ipſum igitur, & verba ſupracitati ritus inſpicere ne pigeat.

20 Cumque illud, non abſimiliter ſcribentes quærant, nunquid quando locum non eſſe tutum ad comparendum, qui non arctatur proteſtari ſaltem debeat, animumque ſuum coram honeſtis perſonis declarare, quod ſi locus ſibi grauiter ſuſpectus non eſſet compareret, & quā uis proteſtationis quæſtionem propter impedimentum faciendæ, valde dubiam ſicut aliam præcedentem de procuratore mittendo difficilem va de & intricatam ſuper conſtitut. Regni Franc. de reſciſſ. contract. gloſ. vigeſimatertia, numero quinquageſimoprimo, & numero ſexageſimooctauo, Rebuff. enarret, cuius & aliorum in deciſione Lucenſi quadrageſimanona, numero vigeſimoquarto, Magon. meminit, eſſe tamen in hoc caſu proteſtationem adhibendam in capitulo finali textus probat in illis verbis conteſtatione facta de appellationibus, & in l. finali, C. de his qui per metum iudicis non appella. Barto. ſequitur in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori, ff. de noui oper. nunciation. & Ripa, qui in dicto capitulo tertio, numero vigeſimoprimo, cum ſequentibus multa cumulat: quo loci pluribus relatis proteſtationem neceſſariam non eſſe tenentibus in numero vigeſimoquinto, verſicu. ſed Ioannes de Imola de ipſius Ioannis mente tunc proteſtationem, eſſe inquit neceſſariā, quoties facto iudicis impedimentum proueniret, ſecus ſi ex illius perſona, qui actum facere debet, vt quia infirmus, vel ex cauſa probabili abſens ſit impedimentum proueniſſet, quo caſu ex dicta lege quæſitum, & leg. prima, cum ſimil. ff. ex quibus cauſis maiores proteſtationem non eſſe explicat

neceſ-

neceſſariam, nec aliquam præfata iura exigere proteſtationem.

21 Aut à fortuito caſu, à bello puta, à peſte, aut à tempeſtate impedimentũ proficiſcitur, & tali caſu, ex eodem Imola vbi ſupra nullatenus proteſtationem eſſe inquit neceſſariam, & quãuis in fine præfati numeri 25 ex pluribus eo loci enarratis doctrinam hanc eſſe fatetur defectiuam, attamen in numero ſequenti textu relato in l. ſecunda, ff. ſi quis caut. impedimenti proteſtationem non eſſe aliter neceſſariam ſimpliciter concludit, ac ex Caſtrenſe in conſilio 286. de peſtilentiæ impedimento ſoquente notorio exiſtente impedimento cõcluſionem hanc eſſe omnino veram exiſtimat, non enim currere præſcriptionem etiam nulla proteſtatione facta peſtilentiæ impedimento exiſtente illa ratione Caſtrenſ. inquit, quia etiam quod illa fieret non releuaret, & quia ad textum in l. finali, ff. quis ordo in bonorum poſſeſsione ſeruet. & l. arbiter ſi calendis ff. de arbitr. facere quis, quod factum non releuat non tenetur proteſtationem, quando probari impedimentum poteſt eſſe cõcludens fruſtratoriam præſcriptionemque hoſtilitatis tempore dormire, ex Bartolo in l. præſes, C. de appellat. Guidone Pap. queſt. 64. num. 3. quæſt. 416. num. 3. verſ. quæro vlterius, & alijs in reg. 25. fallet. 2. Iacob. Nouell. quem videas, affirmat, iiſdemque motus iuribus; & rationibus neutiquam proteſtationem neceſſariam dici, ſed ad cautelam ſolum, & vtilem, quoties notorium præceſsit impedimentum, ac nihil, eo quod bellum ſemper aut notoria peſtis viguit, diligentia profuiſſet, ac de ſe excuſando ſolum impeditus agit, & quia facere quis, quod facti nullatenus reuelat, vt diximus non tenetur in l. in omnibus cauſis num 9. 10. & 11. ff. de reg. iuris Cagnol. aſſerit, & Decio teſte in conſil. 456. communem hanc eſſe enarrat ſcribentium opinionem, Boerium nihilominus in ſupracitata deciſ. 40. nu. 6. 7. & 8. inſpectum facias, Balbum deciſ. 16. Vrſillum ad Afflictum in præfata deciſ. 286. nu. 11. quo loci latius in omni impedimẽto illo excepto, quod ex iudicis perſona prouenit proteſtationẽ nullatenus eſſe fatetur neceſſariam, & hãc magis communem eſſe ait ſcribentium opinionem, quem & Contardum in comment. l. diffamari, C. de ingen. & manum. in limit. inſpicias num. 118.

22 Eodẽque loci Cagnol. nu. 13. ex Ripa in loco præalleg. quoties alio in loco, & corã alijs perſonis, quam coram illis coram quibus tenebatur actum facere impeditus vellet tali caſu proteſtationem ideo coram illis perſonis ſe actum facere quia coram perſonis, & in loco à iure ordinato actum ipſum expedire prohibetur, proteſtationem per eum eſſe inquit explicandam, ſic textum in dicto cap. fina. de appellat. & in l. fin. C. de his qui per met. non appell. procedere exponens, ratione quo adducta, & poſt cõmunem tãdem opinionem approbatam ad ſcribentium opiniones euitandum, ſolemnem vtiliter de impedimẽto proteſtationem eſſe inquit adhibendam, quod per ipſum proteſtantem nõ ſtetit, neque ſtat continentem, ipſamque tempore congruo & publico fieri, necnon impedimẽti cauſam continere admonet, ex Abbate in ca. plerunque de reſcript. per proteſtationem diligentiam probari ſubdens, quodque proteſtatio de forma quamuis eſſentiali non exiſtat, de forma nihilominus eam eſſe inquit probatoria, ſed quatenus ad notorij nõ tuti acceſſus, & loci euidenter ſuſpecti articulum attinet aliquam non requiri proteſtationem, rem vt diximus eſſe cenſeo indubitatam, ſecus vbi locum tutum nõ eſſe notorium non exiſteret, quo caſu de non tuto acceſſu, ac de loco ipſo ſuſpecto proteſtandũ ex Bartolo in dicta l. de pupillo, §. ſi quis prætori num. 14. ff. de oper. nou. nunciat. Socino ſen. in conſ. 27. col. vltim. lib. 3. Curtio iun. conſ. 126. num. 6. Bellono in conſil. 18. numero 15. Alba. conſ. 77. numero 19. & alijs, ac vno ore grauiſſimos iuris interpretes hoc affirmare clare in dicto conſilio 100. numero 206. Menoch qui videatur enarrat, vtque vnica lectione cuncta percipias, & quando comparere, & proteſtari impeditus teneatur, qualiter probare impedimentum oporteat, & quando illud ſolo iuramẽtó probare ſufficiat in Milleloq 669. & in alio ſequenti Caballinum inſpicias. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 2. caſu 118. & infra capitu. ſequenti notata num. 123. & ſeq. & vbi de criminali cauſa ageretur Dom. Farinac. in ſupracitata quæſt. 11. in tit. de inquiſit. num. 59. & 60.

23 Præfatamque loci non tuti exceptionem quamuis dilatoriam quãdocunque, ac etiã poſt litem apponi poſſe conteſtatam in Lita demum numero quinto verſiculo duodecimo limita, Iaſón fatetur illa, quia grauamen continet ſucceſsiuum per Felynum in ſupracitato capitulo accedens numero 15. in principio aſsignata ratione, ex Archidiacono in capit. hortamur, 3. quæſtione 9. ſi reus ad locum non idoneum, vel ſuſpectum ſemel citatus reſponderit, ſi iterato citetur de loci eum incongruitate, & ſuſpicione etiam lite conteſtata, vt dictum eſt, dũmodo in eadem inſtantia in qua reſpondere incępit hoc non opponat excipere poſſe dicẽs, inſtantiam eandem illam intelligens ab hora ſcilicet primæ comparitionis, vſque ad licentiam domum reuertendi partibus datam durante, ac nouam in quolibet litis articulo eſſe inſtantiam ex tex. in l. poſt edictum, §. circumducto ff. de iudic. in conſilio 461. numero quarto verſiculo vnde dicimus Roman. inquit, ac quemlibet articulum cognitionem requirentem inſtantiam habere ex Alexandro in conſilio 50. numero 13. & 14. volum. 2. Socino in conſ. 95. volumine 1. Afflicto in deciſ. 356. vbi de hoc abundanter, & alijs Brunor. à Sole in ſuo iuris cõpendio

lit. a. verbo articulus quilibet in princip. quem inſpicias affirmat, idem in dicto capitulo tertio Ripa inquit numero octauo, ac pluribus relatis apud ipſum videndis hoc probat, & præſertim ex ſcribentibus in capitulo dilectus il ſecondo de reſcript. & in dicto capitulo ex parte de appellationibus, per quem tex. in illis verbis quoties citatur, hanc loci non tuti exceptionem in quacunque iudicij parte illa adducta ratione opponi poſſe ait, quia per citationis geminationem non conſumitur grauamen, ſed geminatur, ac ita ſcribentes omnes concludere, & hanc Felyno relato in dicto capitulo accedens numero 15. & 16. communem eſſe affirmat ſcribentium opinionem idem in tractat. de attentat. Lancellot, nouiſsime probat. 2. par. ca. duodecimo de attentat. appellation. pend. limit. 50. Franch. in dicto capitulo ex parte numero tertio cum ſequentibus, quem plura circa id notabil cumulantem inſpicere non prætereas, & Ripam. vbi ſupra in numero 24. cum ſequentibus argumentis circa id contrarium à ſe factis reſpondentem, & ſignanter validiori illud continenti, quod nulla, & inualida exiſtente citatione citato ſemel compatente iudicium iuxta textum conualidatur in leg. prima, & ibi glo. ff. de fer. quod in tractat. de retracta conſanguin. approbari communiter Tiraquell. in §. nono atteſtatur, gloſa ſecunda numero 17. cuius aliorumque in additionibus ad Veſtr. in praxi Roman. Cur. libro 7, capitulo vltimo numero 34. huius dicti ratione aſsignata Grauat. meminit, quod quoad acta, & geſta tempore comparitionis, non autem quoad gerenda in futurum, ex Alexandro in dicta l. prima per illum textum in verſiculo alterutro procedere inquit, ac ex eodem textu, vbi pars ad litis conteſtationem impediendam feriarum exceptionem non oppoſuerit ad proceſſum vlteriorem impediendum hac ratione eam opponi per ſe aſſerit, quia in vno actu in iudicialibus conſentientem in reliquis eum conſentire non cenſeri iuxta gloſam inquit in Clement. ſæpè in verbo partibus de verborum ſignificatione, ſed Balbum in deciſione 511. alios referentem videas, & Iaſonem in l. quæ dotis in fin. ff. ſoluto matrimonio, prædictaque excuſationis effectum cauſa ceſſante ceſſare in capitulo dilecti de foro compet. Hoſtienſ. notat. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. nu. 43. quos ſuper præfato ritu Mag. Cur. 163. num. 27. citat Scaglion. & ſequitur, & Ioan. Anton. de Nigr. in dicto Regni capit. poſt commiſſam num.

24 Hac tamen exceptione tutus quamuis eã opponere quandocunque poſsit, vbi vero illam opponere tardaret, partemque aduerſam fatigaret in expenſis, quod condemnari debeat in capitulo exceptionem extra de exception. text. probat, quem in dicto capitulo accedens numero 15. in fine Felyn. declarat, idem in dicto capitulo tertio Ripa tenet numero 17. & Capella Tholoſana deciſione 263 numero 4. & 5. idque in inſtrumentis procedere, quæ vbi vſque ad finem litis producere quis differret in cauſa, quamuis obtineat cum cauſa ſumptibus actorem vexandi, & doloſe vſque ad finem diſtuliſſe præſumatur eſſe eum in expenſis condemnandum Saray. inquit in addit. ad ſingul. Matheſil. 81. circa finem, ac præfatum text. in capitulo exceptionem non in excommunicationis exceptione tantum, ſed in qualibet exceptione procedere in l. naturaliter, §. nihil commune numero 118. ff. de acquirenda poſſeſsione, Ripa idem atteſtatur, immo & clericum qui clericatum ab initio allegare diſtulit ad expenſas actori teneri in deciſ. 226. Bellem. inquit, & Felynus in dicto capitulo exceptionem in princip. extra de exceptionibus, etſi ſuper hac expenſarum refectione iudicem eſſe adeundum eccleſiaſticum in voto 18. nume. 17. Grammat. enarret, iudicem enim ſecularem nec principaliter contra clericum, nec incidenter intromittere ſe poſſe poſt textum in cap. latetor, qui filij ſint legit. tam ibi, quam in capitulo ſi diligenti columna penultima de foro compet. Panormit. aſſeuerat, & pulchrè Decius in conſilio 240. quorum ſuper ritu Magnæ Curiæ 65. numero octauo, Carauita meminit, idque ſibi locum vendicare ſciendum eſt, etiam quod epiſcopus conſentiret, vt poſt textum in capitulo quanto de iudic. in deciſione 29. numero 9. & 10 Grammatic. enarrat, immo vbi clericus à iudice laico citatus illius forum non declinaret, quod à iudice mulctari debeat eccleſiaſtico ac pœna etiam tanquam canonum tranſgreſſor extraordinaria puniri, ibidem Grammatic. inquit numero 7. & in conſil. 1. poſt deciſionem num. 34.

25 Quod quidem, ex Alexandro in conſil. 206. numero 7. & 8. libro ſeptimo, & alijs tunc procedere in tracta. de tutore, & curatore numero vigeſimoſeptimo Caualc. notat, vbi iura quis, & inſtrumenta cum alio celebrata producere differret, ſecus ſi cum ipſo actore vtraque enim parte ſciente, & doloſe tacẽte ipſarum neutram expenſarum, vel intereſſe condemnationem pati debere ſubdens, Decius verò in l. qui in alterius numero decimo, ff. de regulis iuris, & in conſilio 240. columna finali, cuius opinionem eſſe fateor complectendã eo caſu præfata procedere declarat, vbi exceptione ipſa oppoſita à lite actor deſiſteret, ſecus vbi iniuſtam adhuc litem proſequeretur, quo caſu etiam à principio exceptione oppoſita, vel inſtrumento producto, à lite quod nõ deſtitiſſet veriſimiliter arbitrari poſſumus, nec rei malitiam tali caſu præiudicium actori facere, & dicti capit. exceptionem rationem ceſſare in eadem l. qui in alterius nume. 22. Cagnol. aſſerit, ibique Dec. nume. 11. alia hoc comprobans ratione, quibus per De-

clum

tium notatis eſſe prorſus annuendum, quicquid prima addit. ibi lit. á ipſi contradicendo explicet iterum indubitate ſentio, nulla etenim aſsignata ratione Decio ſatis apte, & rationabiliter loquenti ad contradicendum mouetur, cuius quidem opinioni illud pariter adſtipulatur, actorem ſcilicer impugnare exceptionem cenſeri á cauſa poſt oppoſitam exceptionem neutiquam deſiſtentem, & quem ex actu impugnato beneficium nullatenus conſequi poſſe vulgata dictat regula in capitulo ex eo, cum concordantibus de regul iur in 6. á Felyno in cap. capitulum Sanctæ Crucis de reſcript. á numero 9. vſque ad numerum decimumtertium ample, & notab. declarata, ſed hanc non tuti acceſſus exceptionem ab initio non opponentem, cum doloſe eam opponere ab initio diſtuliſſe præſumere liceat omnino ad expẽſas eſſe opinor condemnandũ, niſi nouam quis opponeret exceptionem, vel antiquam de nouo ad notitiam deductam iuxta tex. in capitulo inſinuante, cum ſimilibus de officio delegati, quibus in caſibus excuſari opponentem eſſe fateor indubitatum.

e6 Locique non tuti exceptionem opponentem quamuis bene aſſociatum venire poſſe diceretur excuſati eum in capitulo veniens Innocent. & Anan. de accuſat. teſtantur, ſicut vbi ex ipſius abſentis cauſa, & culpa tutum non eſſe locum opponeretur ipſum iſta ratione ſimiliter excuſari, quia iuſtitia magis, & æquitas quam delinquentis culpa attendenda venit ad text. in cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. cum concord. poſt Archidiaconum in c. ſtatutum, §. cum veo de reſcript. in 6. in ſupracitata deciſione 289. num. 16. in principio Afflict. teſtatur, iſtud item ex notatis per Bartolum comprobatur in l. aut damnum §. ſeruus, ff. de pœnis, & per Follerium in pract crimin. verbo banniantur nume. 36. quo loci quamuis bannitum iterum banno ſupponere licere ſentiant, & communem hanc Viuius in tract. communium opinionum opin. 31. par. 2. eſſe dicat ſcribentium opinionem primumque bannum banniti culpa, & cõtumacia ſucceſsiſſe ſit omnino veriſsimum, præfata tamen ratione ęquitatem potius quam delinquẽtis culpam attendendamm eſſe dictante, quoties in loco, vbi alterius criminis cauſa bannum quis paſſus fuiſſet citaretur ad comparendum eum non adſtringi ſupra ex Bartolo retulimus in præcitata l. fin. num. 8. ff. de reſtiut. in integr. cuius aliorumque in pract. crimin. in tit. de citat num. 35. Boſſ. meminit contrarium affirmare eſſe impium enarrans Vant. idem ſectatur in dicto tract. de nullit. præfato tit. de nullit. ex defect. iuriſd. nu. 165. & plene Rol. á Vall. aliorum memor in ſupracit. conſ. 68. num. 18. cum ſeqq. lib. 2. bannitum eo caſu ad comparendum adſtringi explicans, vbi ei primi banni ſecuritas, necnon ſaluus conductus concederetur, quem eſſe citationi inſerendum, ac vna cum banno ipſo, vt palam ab omnibus, & cõmode legi poſsit in Curiæ valuis affligendum in eodem conſilio num. 8. affirmat, idem ex notatis per Felynum in dicto cap. accedens numero quarto ante finem verſic. præſuppoſito in facto plane colligitur, & ita ſe ad hanc excludendam excuſationẽ obſeruare Dom. Farinac. in dicto titulo de inquiſition. quæſtione 11. numero 58. in fine nouiſsime ſentit eo loci ex Cephalo in conſilio 304. numero 101. libro tertio citatum ad fidem oblato ſaluo conductui pręſtandam teneri aſſerens, idemque Farinac. in titulo de carceribus quæſtione 29. nume. 85. cum ſequentibus, quod niſi á iudice capitali inimico ſaluus conductus mitteretur limitatur, quo caſu, neque cum ſalui conductus literis inimico, quem confidere, ſeque illi committere teneri, ex Imola in dicta l. nam quod liquide, §. non omnis, ff. ad Trebell. in dicto conſ. 10. numero 316. Menoch. inquit, quem, & Felynum videas, in dicto cap. accedens numero ſecundo verſiculo, & tunc cum iudex, vt lite non conteſt. ſaluumque conductum bannito præſtitum eſſe á iudice ſeruandum ex Bartolo in ſupracitata l. is qui reus nume. duodecimo, ff. de public. iudic. & in leg. conuentionum numero primo, & ibi Iaſone numero 3. & 4. ff. de pact. & alijs in eodem conſilio 100. numero 198. Menoch. affirmat, veram hanc, ac magis receptam eſſe dicens ſcribentium opinionem, immo etiam quod ſaluus conductus concedi non debuiſſet conceſſum eſſe obſeruandũ ex Baldo in conſilio 490. columna ſecunda. verſic. item ex quo data libro primo. Signorolo in conſilio 102. numero ſexto, & ſequenti alijs in dicto caſu 336. numero 33. Menoch. aſſerit, ſaluumque conductum violantem, eumque qui ſecuritatem habet, vt moriatur offendentem pro homicidij crimine in primis, mortis pœna mulctari, deinde reum criminis læſæ maieſtatis declarari Bartolo relato in leg. tertia, §. transfugas ff. ad legem Corneliam de Sicar. & in l. prima nume. ſexto, ff. ad legem Iul maieſta. magis receptam in dicto caſu 337. numero primo Menochius eſſe explicat ſcribentium opin. eo caſu eodem loci numero nono, ex Alberico in tract. ſtatutor. parte quarta quæſtione 59. in fine Decio in conſil. 327. Gigante dicta quæſt. 35. numero 8. & 9. Blanco in practic. crimin. dicto verbo ignorantia numero 185. & alijs eum qui bannitum offendiſſet, excuſari dicens, quoties hoc ignoranter ſucceſsiſſet, immo eum qui bannitum occidit affidatum, qui ſuam ſecuritatem non publicauit, ita vt vere affidatus ignoraretur non puniri communem eſſe inquit ſcribentium opinionem, ſicut in nume ſeq. ex Afflicto in decis. 4 bannitum affidatum offendentem, quoties nullo modo vt quia tanquã rebellis á Principe condẽnatus fuerat, ac ob criminis attrocitatem, nec affidari debuit, nec potuit nõ

puniri ſubnectit, ipſumque in toto d. caſu 337. alias notab. declarationes afferentem inſpicere non prætereas, ipſamque ſecuritatem, & ſaluum conductũ bannito, & delinquenti aliqua cauſa exiſtente, vt ad Principem, vel eius iudicẽ tutę venire poſsit præſtari veluti, vt delinquẽs in alia cauſa dummodo iuſta ſit, vt veritas elucеſcat, ad teſtimoniũ dicendũ veniat, & ne ex illius forte ignoratione innocẽs opprimatur, vel vt bannitus de alio graui crimine accuſatus ad ſe defendendũ venire poſsit, aliquãdo vero pro confrontatione alio cum bannito carcerato facienda, item ad l nõ omnis, ff. de re militari, vt alij transfugæ detegantur, itidem vt læſæ maieſtatis crimen, atque contra Principem ad tex. in l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſt. conſpiratores detegat in praxi crimin. in verbo datis defenſionibus numero 26. prænotata referens Blanc. inquit, cuius in eodem caſu 337. num. 2. Menoch. meminit, quem videas, licentiamque in ciuitate commorandi ab officiali bannito datam illius officio durante ſolum durare, ex Romano in leg. prima nume. 10. C. de poſtul. pro ſaluo conducto hoc notandum eſſe dicente, Beccius alia huc ſimiliter tendentia cumulãs in conſ. 4. aſſerit num. 12. ante finem, quem in dicto num. & ſeq. per totum inſpectum facere non prætereas.

27 Bannito tamen in loco citato, à quo exbannitus reperitur ad procuratorem mittendũ teneri, quamuis ipſe venire impediatur poſt Abbatem in dicto capitulo cum dilecti nume. 13. ante finem verſic. ſi vero de dolo & contum. ex Bartolo in dicta l. ſecunda, ff. ſi quis caut. & in dicta l. fina. ff. de reſtitut. in integr. colum. ſecunda verſic. venio ad tertiam Angelo in eadem l. 2. §. quod diximus Baldo in titulo de pace conſtant. verſ. ſententiæ ex gloſa, & Archidiacono in capitulo ſi ægrotans quinta quæſtione 3. additio ad Felyn. in dicto capitulo accedens numero quarto lit. c. atteſtatur verbo quamuis in fine quam niſi propter odia ex bãnitus quis extitiſſet, quo caſu, neque ad procuratorẽ mittendum eum teneri, ex quo non bene cauſæ cõſultum eſſet ex Alexandro in dicta l. recuſare §. fin. ff. ad Trebellianum, & alijs limitantem, videas, bannitum item in loco, in quo eſt ex bannitus textu relato in l. eius la ſeconda, §. Celſus in fine, & ibi gloſ. final. ff. ad Municipal. & Bartolo in leg. adulterium in principio, ff. de adulterijs, & alijs quos refert conuenire licere declarantem.

28 Ob iudicis itidem minas, & ſeueritatem, vt quia de facto procedere aſſueuiſſet, vel quid ſimile à comparendo citatum excuſari in practica criminal. verſicul. etſi contirebuntur numero 30. Follerius enarrat. Menoch. in præſato caſu 153. numero ſexto Duen. regul. 307. nume. tertio, neque fugam tali caſu inquiſito nocere dicens, quem in dicta regul. per totum inſpectum facias, & D. Farinacium in dicto titulo de inquiſitione queſtione 11. numero 57. quo loci in fine, ex Maſcardo in tracta. de probation. libro ſecundo concluſ. 104. numero primo per procuratorem, vel excuſatorem ad proponendum coram iudice ſuſpecto, & allegandum ſuſpicionis cauſas, etiam quod notoria eſſet ſuſpicio citatum teneri, alias eum à contumacia neutiquam excuſari enarrat, niſi limitans nullatenus procuratorem, vel illum non idoneum reperiret: quibus in caſibus iuxta tex. in l. idemque ff. pro ſocio excuſari citatum aſſeuerat.

29 Sicut, quoties nedum perſonæ ſed cauſæ etiã vim inferri quis timeret, nec ad procuratorem tali caſu mittendum eum teneri, ex Ioanne Andr. in addition. ad Speculato. parte tertia in titulo de accuſation. §. finali verſic. quid ſi bannitus in præfato capitulo cum R. Canonicus de officio delegati Felynus refert, cuius dictum à ſolo Mariano Socino in rubric. de dilation idem Felyn. in dicto capitulo accedens numero quarto verſicu. ſolus Marianus hac ratione reprobari inquit, quia dum ſecurus reſpectu perſonæ eſſe citatus præſupponitur, & circa cauſam ſolum, vel circa rem timet comparere ac per viam recuſationis ipſius iudicis iuſtam, eo recuſationis cauſam habente prouidere debere enarret, ac illo excepto caſu, quando nedum cauſæ vim citatus inferri timeret, ſed neque iudicem propter tyranni potentiam recuſare auderet, ac ne talis tyrannidis allegatio veluti Principem offendens in nouo eum periculo poneret, quo caſu ex Baldo poſt Innocentiũ, in capitulo quod ſuper his de maioritate, & obedientia non comparentem excuſari, ac impugnationem hanc ſibi placere Felyn. aſſerit, ex Angelo in ſupracitata diſputation. Bononienſis ciuitatis bannitus in quarto dubio de iſtorum timorum iuſtitia iudicis arbitrio ſtari, ſubdens, vtque praxim iuſtum metum aduerſarij, vel alterius potentis probandi notam habeas in capitulo quoniam frequenter numero octauo in fine eodem titulo vt lite non conteſtata Felynum inſpicias ad ſcribentes ſe referentem in cap. ſi iuſtus metus de appellationibus, & in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori ff. de operis noui nunciation. quoue caſu, qui perſonaliter venire nequit mittere procuratorem teneatur Abbatem in præſato cap. cum dilecti nu. 13. de dolo & contum. declarantem inſpectum omnino facias.

30 Ardua itidem cauſa exiſtẽte hoc limitatur, in omnibus etenim caſibus in quibus, per Bartolum, & ſcribentes in dicta lege ſecunda, ff. ſi quis cautiones, & in lege prima, ff. de diuerſis, & temporal. præſcription. abſentem, ſiue reus ſiue actor ſit ad procuratorem mittendum teneri concluditur in cauſa iſtud, quæ ardua ſit, iuxta textum in capitulo querelam, vbi gloſa, & Doctores ff. de procuratoribus neutiquam proce-

Digitized by Google

procedere noua addit. ad Felyn. in dicto capit. accedens num. 8 lit. a quam alios cumulantem videas concludit, cauſamque arduam. ex Baldo in cap. edoceri de reſcript. & in c. ex ratione colum. 2. de appellat. illam eſſe declarās in qua de ſtatu perſonæ de ſtatu libertatis, ſeu ſubiectionis, vel de magnis rebus arbitrio iudicis ageretur omnem ſimiliter cauſam, quæ famoſa ſit Archidiacono in dicto cap. ægrotans, 5 q. 2. relato, & alijs inter arduas cauſas comprehendi ſubdens, ac Blanchum in tracta. de compromiſſ. videas quæſt 9. num. 13. fol. 586. & quamuis communis ſit ſcribentium opinio, Hoſtienſe, Imola, & Abbate in ſupracit. c. ex parte nu. 5. de appellat. de ea teſtantibus, citatum ſcilicet, vbi tutus ſibi locus non eſt ad procuratorē mittendum non teneri, attamen eo ſolum caſu quando ardua eſt cauſa, hoc ſibi locum vendicare, ex Decio in conſ. 146. nume. 3. verſ. ſecundo nō obſtat, & alijs in tract. de cauſ. quibus emph. iure ſuo priuat. in tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon limit. 12. num. 2. & 3. Corbul. quem inſpicias declarat.

31 Eoque pariter caſu, quo iudicij locus, etſi domino, alijs tamen pro eo interuenientibus tutus non eſſet limitatur, non enim domino tantum iudicij locum, ſed alijs etiam pro eo interuenientibus aduocatis præcipue, & procuratoribus ſecurum eſſe debere in dicto cap. cum R. Canonicus in ſæpius citato cap. accedens nu. 3. & in rubr. de treuga & pace Felyn. inquit, cuius Vrſill. ad Afflict. in dicta deciſ. 289. meminit num. 28 in fine, idem in alijs perſonis in cauſa intereſſe habentibus, & maxime, quoad teſtes examinādos, quorum omnium reſpectu tutum locum eſſe debere in ſupracit. obſeruat. 52. nu. 9. Gail. inquit, idemque quoad procuratorem in dicto c. ex parte Franc. tenet num. 2. etſi Decius ibidem num. 4. & 5. contrarium ſentire videatur plures hac in quæſtione reſponſiones adducens probabilemque in fine à Mariano Socino in præfata rubr. de dilat. artic. 18. quæſtione quinta verſic. aut locus eſt tutus diſtinctionem dari concludens his verbis per Menochium in in dicto conſ. 100. nume. 205. relatum, aut procuratori locus tutus eſt, & cauſa leuis pariter eſt, & cauſam tali caſu tractare per procuratorem ſatis eſſe ait, aut grauis cauſa eſt, & procuratori locum tutum exiſtere, niſi & ipſi domino tutus ſit, non ſufficere enarrat, niſi cauſæ dominus, quod comparere per procuratorem non intendit, non opponat, & ita tex. in c. cum olim de teſtibus declarare Socinum atteſtatur, locumque iudici tutum ſicut partibus eſſe debere text. eſt in ſuprac. cato capitulo ſtatuimus, vbi ſcribentes de offic. delegat. in ſexto, ac ſecuro loco non exiſtente, locum alium tutum, & idoneum eſſe per iudicem eligendum textus eſt in capitulo dilecti de confirmat. vtilitat. vel inutili. locumque tutum eſſe partibus per iudicem aſsignandum gloſa relata in capitu. cum locum de ſponſal. & alijs pluribus in dicto Regni cap. poſt commiſſum numero 19. poſt principium Ioann. Anton. de Nigr. aſſeuerat, immo vbicunque actum certo in loco eſſe celebrandum, nec alibi celebratum validum eſſe ſtatutum diſponeret, quoties propter iuſtum partium metum non eſſet ad locum illum tutus acceſſus valere actum, & tenere alio in loco celebratum in conſ. 43. num. 3. & 4. notab. Roman. inquit, cuius aliorumque in l. teſtamenta omnia numero primo circa finem C. de teſtamen. Iaſon. meminit, late Boer. de his in dicta deciſ. 40 numero 10. & 11. in dicto capitulo accedens Felyn tangit numero 3. ante finem verſic. & iudex datus, & ibi additio lit. á ibidemque Felyn. circa finem verſic. & ibi infert, ex Buttio in repet cap. veſtra de cohabit. cleric. & mulier. Paulum Papam Coronationem de Henrico Imperatore extra Vrbem propter Regis Roberti timorem factam approbaſſe aſſerit, quod Bat ante ipſum in l. ſciendum §. ſi accuſatio nume. ſecundo, ff de accuſat. adnotauit, idq; in electionis caſu notare conuenit, electionem etenim alio in loco, quam in determinato factam cauſa legitima non exiſtente nullam cenſeri in deciſio. 559 parte ſecunda numero 1. & 2. Franciſ. Marc. notat, quem in tota dicta deciſio. notab. loquentem inſpectum facias, immo facultate iudici, & arbitrio, vt legis ſolemnitatem in aliquo obſeruare, non teneatur conceſſa dicti arbitrii prætextu, niſi de crimine ſibi conſter, & in loco alias tuto condemnare quem non licere Bald. in l Milites numero quinto, C. de teſtamen. cuius ſupra iterum capit. 11. numero ſexto meminimus notabil. concludit, quem, & Blancum in præfato tracta. de compromiſſ. omnino videas, quæſtione 9. numero 13. folio 586. & in dicto conſilio 153. Menochium ex Romano in conſilio 252 & Beroo in dicta deciſione 40. colum. vltim. generalis Concilii locum, vbi ille religioſiſsimis patribus tutus non eſſet mutandū eſſe declarantem, ac audientiæ locum, facta tamen parti intimatione, quod mutare iudici liceat, ex Caſtrenſe in conſilio 22. num. 3. libro 1. & Rota diuerſorum deciſione 198. in tractatu de liter. remiſsional. Virgin. de Boccat. capitulo octauo inquit numero quarto in fine, & quatenus in loci concilii præfixione Papa, & Concilium diſcordarent, etſi Papæ ſententiæ ſtandum eſſe argument. notatorum per gloſam demonſtretur in capitulo in iſtis quarta diſtinctione Papæ ſententiæ contra omnes eſſe ſtandum iuxta textu aſſerentem in capitulo ſignificaſti de electione, hoc tamen, aut minus idoneum aſsignare vellet limitari, ex Ioanne Andr. in capitulo ſignificaſti de elect. gloſa inquit in Pragmat. ſanct. dicto tit. de authorit. gener. Concil. §. quapropter verbo conſentiente circa finem, fol. 38. á tergo.

32 Sed quoties iudicem in delicti loco inquirẽtem quis timeret nullatenus prænotata procedere, necnõ delinquentem in commiſsi delicti loco vocatum neutiquam locũ ſibi patrati criminis occaſione non tutum, nec ad comparendum teneri opponere poſſe in ſupracit. conſil. 100. num. 207. verſ. 5. & vltimo & num. ſeq. Menoch. aſſerit ſic dictam Clemẽt. paſtoralis, §. nos circa procedere declarans, ex eo iſtud comprobatur, nam ſi aliter diceretur, ex ſuo delicto inquiſitum commodum certo modo ſentire reſurgeret, quod minimè admittendum eſſe in l. ſi ab hoſtibus, §. 1. tex. probat, & ibi Alex. ff. ſoluto matrim. ac quem in delictis tutũ, modo quo ſupra acceſſum non habere allegantem admittere rem cẽſeri ridiculum in deciſ. Delphin. 67. num. 9. verſ. adde quod ſtrane. Marc. aſſeuerat, & ex Baldo in l. omnes vlt. col. C. de epiſc. & cleric. & Milis in repert. verbo citatio, §. 76. idem in dicto c. accedens num. 4 in fin per hæc verba Felyn. aſſerit, ſi ratione delicti ipſius citati tutũ locum non eſſe diceretur, quoties de delicto illo in iudicio agitur comparere citatum teneri ait, alias, quod delictum impunitum remaneret ex communi regula iſtud comprobatur illius abſentiã continente, qui commiſsi criminis metu receſsit, etſi neceſſariam, non tamen fauorabilem cenſeri, vt ex Baldo in l. ab eo in princip. C. quomodo, & quando iud. addit. ad Bart. inquit in dicta l. fin ff. de reſtit. in integr. nu. 7. lit. C. neque talem abſentiam, ſimpliciter, ac per ſe ſolam conſideratam à contumacia excuſare in locis prædictis Bar. & Bal. atteſtãtur, quod alijs etiam in caſibus à Mynſing. relatis locum ſibi vendicare cõſtat in ſuis Imperialis Cameræ obſeruationibus obſeruat 58. centur. 4. quem notab. declarantem inſpectum facias, & Ioannem Ant. de Nigr. in dicto c. Regni poſt cõmiſſum num. 46. ex gloſ. fin. dictæ l. fin. & alijs ibi relatis quinque eſſe abſentiarum genera explicãtem, immo in carcere exiſtentem metum pati, non exiſtimat gloſ. inquit in l. accuſationis, vbi ſcribentes, C. de his, quæ vi metuſve cauſa, & Bald. in l. ſi quis in hoc genus C. de epiſ. & cler. quorũ in tract. de præſumpt. Alciat. meminit regu. 3. præſumpt. 9. num. 15. ac iuſte ab officiali factũ in metum nullatenus cadere in l. 3. idem Bald. ſentit, C. de his, qui per metum iud non appell. per iuris compulſionem factũ argumento tex. in l. 5. ff. de hered. inſtit. valere, & tenere dicens, quem Paris videndus in ſupracit. tract. de ſynd. in verbo compoſitio cap. 6. num. 2. fol. 166. à tergo refert, & ſequitur probabilem compulſionẽ & neceſſariam actum minime vitiare, ex gloſa ſubdens in l. interdum ff. quod falſo tut. auth. quam apellat. ſingularem.

33 Ex his iſta comprobantur, quia licet obdura, ac contumelioſa verba contra aliquem prolata ſuſpectus iudex fiat ipſumque propterea reculare liceat, attamen quoties ex legitima cauſa & contra delinquentem, talia verba vt illi ſe iudex terribilem oſtenderet protuliſſet nullatenus hoc procedere in dicto verbo compoſitio capit. 6. nume. 2. poſt principum Pariſ. enarrat, & in verbo ſuſpcio numero 6. fol. 308. à tergo. ſenſus etenim dictat iuſtum metum in perſonam iudicis iudicialiter dum procedit, ac perſonam publicam gerit, niſi concurrat in eo, & militer priuatus effectus nullatenus conſiderari, vt paulo ante, ex Felyno retulimus in dicto c. accedens nu 4. in fi. hinc ex eo. quod ad dominum ratione officij pœnæ exactio pertinet, dominum, vt ſuſpectum recuſare, non licere in conſ. 02. col. 1. Oldrad. teſtatur, ſecus ſi ad aliquem ratione officij, ſed tanquam priuatum pœnæ exactio pertineat, cuius in conſ. 23. num. 6. Crauetta meminit, etſi per ea, quæ in deciſ. 124. num. 6. cuius ſupra dicto cap. 12. nu. 18. circa finem mentionem fecimus, Capyc. explicat libenter per Oldrad. notatis non aſſentior.

34 Eſt ſimiliter queſtionis nunquid ad locum non tutum citato citra aliquam comparitionẽ appellare ſtatim liceat, eique iſtud licere in dicto c. ex parte Innocent. velle videtur, & Ioann. Monach. in c. concertationi de appell. in 6. Frãchus ipſos in eodem cap. c. ex parte num. 13. in princ. & Rota in deciſ. 6. num. 2. de ſent. excommunicat. in antiq à loci non tuti aſsignatione, appellantem appello, quia locus non eſt tutus, in appellatione explicare ſatis eſſe enarrans, & dicto num. 13. Franchus ante finem de mente D. Antonij poſt multa prius pro hac parte relata caſum eſſe exponit textum non cauillando in ſupracit. c. ex parte ad locum non totum citatum appellare libere poſſe diſponentem, quã quidem appellandi libertatem neutiquam appellantem habere ait, ſi ad locum ire non tutũ, mittere, excipere, vel probat tenerctut verbũ libere gloſa relata in Clement. dudum verbo libere de ſepul. præfata excludere ſubdens, ac ex Romanæ Curię ſtylo literas ſuper appellatione etiam de loco non tuto exceptione non oppoſita concedente opinionem hanc approbari ante finem enarrat, & ita ſecundum Imolam ibi tenendum eſſe dicit, idem in c. quoties epiſcopi 2. q. 6. Cardin. Alex. tenet, ibique Gemin. & alij, etſi tutius partem facere, ſi locum ſibi tutũ aſſignari petat, & quatenus denegetur appellare in deciſ. 5. de dolo, & contum. in antiq. eadem Rota fateatur, quam & in dicto capit. accedens num. 11. Felynum illius memorem inſpicias, eo caſu à repulſione appellari poſſe dicentẽ, quoties, & appellanti, & omnibus ſuſpectus locus exiſteret, ſecus vero ſi non omnibus procuratori puta, quo caſu excuſationem omnino eſſe concludit proponendam, & quatenus locũ non eſſe notorium eſſet, vt in dicta Clement. Paſtoralis, §. Piſana, quem ad excuſatorem mittendũ non teneri ſubdit, & Ripam in dicto cap. 3. num. 33. aliter declarantem ſimiliter inſpicias appel-

latio-

lationemque etiam, vbi appellatione remota iudex datus eſſet in hoc caſu permitti in ſupracitat. c. ex parte de appellat. text. probat, & gloſa in c. paſtoralis eod. tit. verſ. expreſſe quam pariter inſpicere non prætereas.

35 Illudque præfatis conueniens neutiquam prætercam, quod ſi quis Romæ Neapoli, & vbi qui locorum generaliter ſoluere, & conueniri poſſe contractu mediãte ſe obligauit in loco ſuſpecto, & non tuto, aut in loco per quẽ nauigando tranſitum faceret nullatenus inuitum quod conueniri liceat in §. præterea nume. 32. inſtit. de action. Aretin. inquit Marſil. in ſupracitato conſ. 81. num. 45. & Petrus Garſ. nouiſsimè in ſuis extrauagan. deciſionibus dicto 280 fol. 46. poſt eundem Aret. in l. cum res in prin. ff. de leg. 1. ibique Alexãdrum aduerſus Imolam eo, loci ita ratione contrarium tenentem, quia taliter obligatus hoc euenire poſſe cogitare potuit, ex late per Butrium allegatis in capit. 1 de iudic. reſpondentem, imò tali caſu nullius momenti cenſeri obligationem in dicta obſeruat. 53. num. 10. Gail. inquit lib. 1. quodque in tali generali ſermone nullatenus pars de loco, de quo veriſimiliter in ſpecie non promiſiſſet cogitare cenſeatur in dicto c. cum Rom. Canonicus de off. deleg. num. 1. ante finem verſ. amplia etiam, & latius in ſæpius citato c. accedens il ſecondo num. 3. in fine, vt lit. non conteſt. Felyn. inquit, & Decius in dicto cap. ex parte num. 2. ſi aliquis Titio decem puta certo in loco, ſoluere promiſit dicentes, & ad locum illum non ſit Titio tutus acceſſus in loco tutiori arctar. adſoluendum promittentem poſſe hoc exemplo tex. probat, & gloſ. ibi in l. vſuras, C. de ſolut. quia à ſolutionis loco bannitus, vt alio loco ſoluat cogere poteſt, vt dicta l. vſuras per Bar. & Bal. Iaſ. in l. 2. nu 95. C. de iur. emphyt. Cremenſ. ſingul. 124. Arnonum Epith. 83. Hypol. ſing. 261. Socin. in tract. fallent. reg. 435. fallent. 32. & Corſet. in ſingul. verbo ſolutio, vbi late, quem omnino videas, ſicut officiali pariter, qui in officij ingreſſu ſyndicatui ſtare promiſit eadem ratione, quia coram ſuſpectis perſonis ſyndicatui ſtare velle promiſiſſe non cenſetur ſuſpectos allegare ſyndicatores licere in præfato tract. de ſyndic. verbo ſuſpicio in princip. Pariſ. ad quem te pariter conferas atteſtatur.

36 Prænotata item peſte in ſolutionis loco faciẽdæ exiſtente procedere, ac alibi debitorem cogi ad ſoluendum poſſe in præfato tract. de peſte cap. 1. num. 3. Poſt Romanum in ſingul. 72. Ripa inquit textum in dicta l. vſuras, & ibi gloſam ſingulares reputantes, cumque illud circa id quæri ſoleat nunquid debitoris intereſſe, cuius in loco deſtinato ſoluere magis intereſt ratio habenda ſit, aut in mora debitorem fuiſſe conſtat, & nullam tali caſu ſui intereſſe eſſe habendam rationem ne creditori debitoris mora noceat, & quia ad l. mora, ff. de reg. iur. vnicuique mora ſua nociua eſſe debet, vbi ſupra num. 5 Ripa declarat, aut in mora eum fuiſſe minime liquet, & eo caſu ſui intereſſe eſſe habendam rationem eodem loci numero quarto Ripa explicat, & late Pignolat. in addition. ad præfatum Romani ſingular. 72. quem alios plures referentem videre poteris.

37 Cumque tam in citati perſonam quam citãtis, ſeu citare facientis prænotata in conſiderationem veniant, vt quia ad quem aliquo in loco citandum tutum acceſſum non patere deducatur illum per edictũ publicum citare ſatis eſſe, textus docet, modum & formam per edictũ citandi præſtans in Clem. 1. de iudic. quam quidem citationem per edictum à iure communi exorbitare eamque propterea reſtringendã eſſe poſt tex. in pro xime relata Clement. 1. de iudic. & ibi gloſa, & ſcribentes in deciſ. 1. Rota explicat num. 1. de ferijs in nouis Ioann. Monach. in c. Romana §. contrahentes nume. 10. de foro compet. in 6. & alij, vbi ſupra dicto cap. 10 per Boccat. relati num. 1. quoties enim perſona citanda certa eſt, nominatim, non autem per edictum eſſe citationem adhibendam poſt text. in l. 1. §. pen. ff. de ventre inſpic. & in c. vltimo de elect. in conſ. 107. Alex. inquit c. 5 l. 1. lib. 5 Felyn. in cap. 2. num. 8. de conſtitut. aliorum memor. Menoch. in tract. de occup. poſſeſsion. remed. 8. num. 102. & in dicto conſ. 100. num. 94. & num. 102. & communem hanc Neguſant. in tract de Pignor. 8. par. 2. membro eſſe teſtatur ſcribentium opinionem à Rolan. à Val in conſ. 9. num. 9. & 10. relatus lib. 1. & Brunor. à Sole alios plures referens in ſuo iuris compendio reſolutor. verbo citatio per proclama. niſi limitatur multitudo perſonarum eſſet citanda, quo caſu etiã quod certæ eſſent perſonæ citationem per præconem in genere propter multitudinem admitti Rolandus proximè relatus, ex Bartolo inquit in extrauag ad reprimendum verbo citatum, & ex Caccialupo in repetit. l. cunctos populos C. de Summa Trinit à quo Iaſ. ibi ſe hoc didiciſſe paucis notum eſſe, ac menti perpetuo tenendũ eſſe fatetur, immo eo etiam caſu, vbi incertus aduerſarius eſſet, quoties de facili certus eſſe poteſt in conſil. 24. num. 3. Ruyn. ampliat vol. 4. cuius aliorumque in ſupra relata commiſsio. quarta, verbo in executione citationis Mandoſius meminit.

37 Nullique iudicum per edictum publicum regulariter citare permiſſum cenſeri, niſi hoc in ſpecie Summus Pont. commiſerit in præfata Clement. 1. in verbo ſpecialiter gloſa affirmat, Decius ſequitur in conſ. 440. nume. 26. Vant. in præfato tit. de nullit. ex defect. citat. num. 124. & ſeq. cuius aliorumq; Grauat. ad eundẽ Veſtr. lib. 8 meminit cap. vlt. nume. 14. Maranta in ſua iudiciorum praxi par. 6. primo membro, cuius inſcriptio eſt recte concipiatur citatio num. 84. verſ. verum, & quamuis, Bartol. in extrauag. ad repri-

reprimēd. dicto verbo per edictum ordinarijs ſolum & à Principe delegatis hunc citandi modum, non autem alijs iuxta text. conuenire dicat in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iud. & Rebuff. poſt ipſum in tract. de citat. in præfat. quæſt 4 num. 94. tomo 3. iure tamen canonico attento nullatenus ordinarijs facultatē hanc ſpecialiter non habentibus citare per edictum licere vltra textum in dicta Clementina prima ita Romanæ Curiæ praxim obſeruate vbi ſupra numero ſeptimo circa finem Boccatius atteſtatur.

39 Sed quamuis eodem loci Boccat. dicto num. 5. in fine, neque ordinarijs, vt diximus, neque ab Imperatore delegatis per edictum citare, quod liceat enarrat, attamen ex eodem Deciano per ipſum citato in conſ. 18. num. 91. libro 1. cuiuſcunque Principis delegato hoc licere in tract. communium opinionum concluſ. 5. verſ. quæ citationes circa medium Ioſeph. Ludouic. aſſeuerat, eodemque verſ. in princ. & ordinarijs iſtud conuenire, quoties alio modo, quem citare facultas non datur, vt quia abſens ſit, ſeu latitet, vel quoties cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe perſona incerta citatur adhunc citandi modum antequam per iudicem deueniatur ſommarie prius ſuper dictis cauſis, & alijs ibidem per ipſum annotatis, ex Vantio, vbi ſopra num. 127. & Capyceo deciſ. 87. num. 2. eſſe teſtes recipiendos aſſeuerat, iſtudque inferioribus cōcedi iudicibus, quotieſcunque doloſe citandus latitat, ſeu verbalem citationem, aut per literas ad ipſum, ne perueniat impedit in dicta par. 6. 1. membro, & in ſupracit. nu. 84. verſ. verū, Maranta aſſerit dummodo in loco, vbi habitare, & conuerſari citandus aſſueuit, & nō alibi edictū iuxta text. apponatur in Clement. cauſam, §. verum de elect. eo loci ab ipſo relatum in Regno Neapolis per Regni cōſtitut. incip. rationes hoc expeditum eſſe explicans, quem in caſu prædicto per edictum in domus ianua corā duobus teſtibus affixum cum termino dierum triginta, vel quadraginta citari poſſe diſponentem; & nu. ſeq. tunc etiam vt in præcedenti caſu citationē per edictum fieri poſſe ſubdens, quoties locus vbi citādus degit propter bella inimicitias aliō ve modo ſecurus, non exiſteret Bartolo in hoc in dicto verbo per edictum relato poſt tex. in dicta Clement. 1. de iudic. & in Clemēt. 1. de foro competent. ad præfatorum tamē omniū cognitionē, quibusve in caſibus citare per edictū iudici liceat poſt Felyn. in c. quoniā frequenter nu. 13. cū ſeqq. vt lite non cont. in dicta concluſ. 5. per totum Ioſephum Ludou. inſpectū omnino facias, & ſignanter col. 2. verſ. omnes igitur iudices quoſcunque cauſa ſubſiſtente, ac in caſibus à iure permiſſis huiuſmodi citationes cōmittere poſſe referentem eadēque concluſ. poſt pr in. verſ. & citatio, ex Maranta, vbi ſupra nume. 95. citatio quæ per proclama fieri poteſt etiam per edictum non ab ſimiliter fieri poſſe clare teſtatur, præfataſque citationes adeo eandem habere efficaciam, quod vbi lex, ſeu ſtatutū citationem per proclama in caſibus tamen à iure permiſſis fieri diſponeret eam per edictum, & ècōtra fieri poſſe, & validam cenſeri indubitate cōcludit, quem inſpicias.

40 Illudque pariter eſt notandū, quod ſi quis in ſupplicatione Sūmo Pont. porrecta, aliquem ob non tutum acceſſum per edictum iuxta tex. citari ſupplicans peteret in dicta Clement. 1. de iud. & commiſſio per Regentē fiat, vt petitur ſignaretur aliquā de non tuto acceſſu probationē nō requiri Rota inquit in deciſ. 23. de dolo, & contum. in antiq. Felyn. in dicto c. quoniā frequenter nu. 17. vt lite non cont. & alii per Boccat. in dicto c. 10. relati nu. 25. ſecus ſi procedat vt petitur in forma commiſſio contineret, quo caſu dictæ Clement. verbis attentis eſſe informationē capiendā, ac non tutū acceſſum omnino probandū aſſeuerant, quod hodie non ſeruari, neque formā hanc ſignaturæ attendi, in deciſio. 2. de dolo & contūm in fi. Caſſad. atteſtatur cuius in dicto nu. 35. Boccat. meminit, & Mandoſ. in tract ſeu praxi commiſſ. commiſſ. 4. verbo etiam per edictum verſ. hæc diſtinctio præfatā diſtinctionē verā non eſſe ac de ſtylo, quē notoriū eſſe inquit in vtroque præfatorum caſuum probationem eſſe aſſerit adhibendam, & Papaz in addit. ad dictam deciſ. 5. num. 6. de reſcript. in nouis, quem alios referentē videas; item non tutum acceſſum contra vnum probatum, alium non afficere, etiā quod clauſula illa omneſque alios in commiſſione legeretur, ex quo pro alio damnandum eſſe alterum nullatenus conueniat ad l. ſi quis in ſuo, §. legis, C. de inoff. teſtam, cum concord. in eadem deciſ. 2. in princip. Caſſad. aſſerit.

41 Prædictāque citationem nedum eſſe in partibus legendam, & publicandā, ſed originale etiā in illorum locorū valuis eſſe affigendū, cui non autem exemplo, ſeu copiæ partem ipſam credere teneri in deciſ. 8. Rota inquit de dolo, & contum. in nou. quā, & addentes ibi videas Franciſcum Marcum in deciſ. 121. nume. 6. par. 2. & Papazonum in ſupradicta deciſ. 5. num. 7. ex Felyno aſſerentem in c. gratum col. 2. verſ. adde tamen de off. deleg. hāc per edictum citationē in loco, & notorio eſſe apponendam, nō autem in loco ita alto, quod legi non poſſit literiſque pariter intelligibilibus formāque in citatione requiſitam eſſe exacte obſeruandam, alias nulla quod citatio remaneat proceſſumq; deinde fabricatum ruere, ex tex. in l. 1. §. ex filius, & ibi Bal. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt, eodem Baldo in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hominū, & in cap. 1. de [illegible] qui contum. eſt, Cardinale in Clement. ſecunda, vt lit. pend. & aliis in deciſ. 2. num. 6. & 8. Afflic. affirmat, quodque ſecundum aliquos originales citationes in eccleſia-

rum

rum valuis in quibus exequi eas oportet affigere ſufficiat, ibique eas per aliquod tẽporis ſpatium affixas relinquere copia poſtea affixa, cũ originali collationata, ibiq; dimiſſa, etiã quod non ſit tempore diuinorum officiorum, neque adſit multitudo populi, ex Protolomæo in deciſ 17. in dicto cap. 10. num. 24. Boccat. enarrat, ac ſatis eſſe notarium in executione aſſerere affixi, & publicaui, ex Caſſadoro ſubdit in deciſ. 1. de appell. nu. 2. ibidemque Boccat. nu. 25. ex Guidobono in deciſ, 46. ſolam citationis affixionem in valuis eccleſiarum, niſi in earumdem eccleſiarum valuis, ſit copia dimiſſa non ſufficere explicans, quodque decreti iudicis formã, necnon præfatæ Clement. 1. de iud. ſeruare oporteat, alias, quod nulla citationis executio remaneat, eundemque in dicto num. 24. per totum, hæc & alia referentem inſpicere non prętereas, neque validam hoc caſu citationem cenſeri, vbi citationis cedula illico poſt affixionẽ, aut paulo poſt amoueretur in l. de vnoquoque nume. 53. ff de re iud. Marſil. enarrat, & Felynus in capit. ex parte il tertio nu. 7. de reſcript. vbi poſt alios relatos nullum remanere proceſſum aſſeuerat, quem, eo loci, & in praxi iudic. Aſinium, §. 8. ca. 1. num. 9 cum ſequentibus, vſque ad finem per belle declaranres inſpicere non prætermittas, ſed ad hanc euitandam nullitatem, amicos qui citationem cuſtodiant, ne ſtudioſe amoueatur, conuocare quod alias obſeruatum vidi oportunum eſſe cenſeo, illudque pariter ad citationis validitatem coucurrere debet, vt iudicij locus in citatione, ſeu Tribunal apponatur, quod pluribus ſuadetur rationibus, illaque pręcipue, quia citatio ratione loci incerta nulla cenſetur, vt poſt tex. in l. aut qui aliter, §. 1. ff. qđ vi, aut clã & in l. ſi vt proponis la ſeconda, C. quomodo, & quando iud. vbi Bar. & alij, & hanc poſt Specul. in tit. de citatione §. 1. num. 9 poſt Vantium in dicto tract. de nullit in tit. de nullit. ſent. ex defec, citat. num. 64. poſt Marantam in Speculo aduocar. par. 7. in tit. de citat. num. 64. communem hanc Gail. in ſupracit obſeruat. 52. nume. 1. par. 1. eſſe teſtatur ſcribentiũ opinionẽ, quod ibidem num. 12. & 13. in iudice delegato locum habere declarat, ſecus in ordinatijs, quos certũ, & deputatum Tribunal habere declarat, ac ab eis, ſi quis ſimpliciter citetur nullo iudicij loco expreſſo ad locum eum ſolitæ reſidentiæ citatũ intelligi, quem locum certum ſemper eſſe conſueuiſſe iuxta tex. concludit in l. ſi locus, ff. de iudic, & in l. pen. in illis verbis, more maiorum, ff. de iuſt. & iur. ſed Gail. alios referentem inſpectum facias.

42 Et quia quoties acceſſum non eſſe tutum res notoria non eſt, hoc allegantem probare debere ſupra retulimus concludenter, propterea, nõ tutum acceſſum probari ſciendum eſt, etiam quod teſtes ipſi ſe accedere non audere, vel ſi ſe credere impoſsibile eſſe citandos in perſonis vel ipſorum domibus citare dicant, Follerio teſte in praxi crim. canon. cap. 9. nume 29. ante finem ſol. 117. teſteſque ſufficere de credulitate deponentes Tibe. inquit Decian in conſ 18. nume 98. lib. 1. idque probari cõcludenrer, etiam quod ſingulares teſtes exiſterent in ſupracitata deciſ. 5. Rota inquit nu 3. de reſcript. in nouis quam alios referentem inſpectam facere non omittas, & in dicta commiſſ 4. Mandoſium verbo etiam per edictum, verſ. & in dictis, & verſ. Rota tamen in cauſa quadam Beneuentana coram Achille de Graſsis duos teſtes ad non tutũ acceſſum probandum, quorũ alter exequi citationẽ non poſſe niſi de Neapolitani Proregis licentia, alter vero quod nullus exequi auderet ſufficientes fuiſſe cõcluſum fuiſſe enarrat, iſtud item Papaz. in addit. ad dictam Rotæ deciſ. 5. cõcludit num. 4 & 5. de reſcript. in nouis teſtes quod ipſi exequi non auderent dicentes ſufficere explicans, ac ſatis eſſe non tutum acceſſum quomodocunque verificari, vt quia teſtes dicãt, qđ impoſsibile eſſe credũt, vel qđ in domo citare non ſit tutũ, ex Rota in deciſ. 22. nu. 2 de reſcript. in antiq. Caſſad. in dicta deciſ. 2. de dolo & contum & Felyn in dicto c. quoniam frequenter nu. 16. vt lit. cõteſt. in ſupracit. c 10. nu. itidẽ 10 Boccat. enarrat, ex Soc. ſubdẽs in trac. citae. artic. 23. nume. 5. & in artic. 18. nu. 6. verſ. adde tamen, vnum ex acceſsibus nõ eſſe tutum probare non ſufficere, quoties multiplex ad locum aliquem acceſſus eſſet, ſed nullũ ex acceſsibus eſſe tutũ quod probare oporteat, alias probationem neceſſario cõcludere eundemque Socinum ibidem circa finem in dicto ca. accedens num. 4. vt lit. non conteſt. Boccar. refert, quem inſpicias, & Rotam in deciſ. 13. in fine par. 2. in deciſionibus diuerſorum nouiſsimis: quo loci Flandriam ex eo locum non tutum eſſe dicitur, quia non eſt locus immediatè Apoſtolicæ Sedi ſubiectus, & quia executio ibi eſt valde difficilis ex quo iudices brachia ſecularia ſine Regis beneplacito non exequuntur, duoſq; ad minus ad non tutum acceſſum probandum teſtes requiri, nec per vnum probare ſatis eſſe, neque ſuppletorium in hoc caſu iuramentum deferri ex Baldo in l. noſtram nu. 10. C de teſtibus, vbi ſupra num. 11. poſt principium Boccat inquit Rotam pariter referens in deciſ. 22. de dolo, & cõtu. in antiquis, tres in hoc caſu eſſe teſtes neceſſarios explicantem, & Menochium in tracta. recuperand. poſſeſ. remed. 8. nu. 114. duos teſtes, quod ipſi ad locum in quo citandus moram facit accedere non auderent teſtimonium dicentes, ex Papiæ ſtatuto ſufficere referẽtem Staphileum in trac. de liter. grat. & iuſt carta 168. verſ. qualiter, & in deciſ. 2. Achil. in tit. de nõ tuto acceſſ. eo caſu ex eo. Achille ibidẽ deciſ. 1. ex vnius teſtis dicto non tutum acceſſum probari ſubnectens, quoties citationes à Sede Apoſtolica decretas, ſine Proregis Neapolitani literis exequi

non

non licere teſtis aſſereret illa huius dicti aſsigna
ta tatione, quia huiuſmodi prohibirio cõtra ec
cleſiaſticam libertarem eſſe videtur, & quia in
vtbe huiuſmodi citationes ſine Proregis licen-
tia exequi in Regno Neapolitano nõ licere no
totium eſt, hoc modo Papazonium in addit. ad
præfatam deciſ. de reſcript. in nouis nume. 3. &
4. & Mandoſium ſupra relatum intelligendos
eſſe concludens, quem in dicto num. 11. cum
ſeqq. plura circa id referentem inſpicere non
prætereas, & ſignanter nu. 14. & 15. quo loci per
partis iuramentum nullatenus tutum acceſſum
probari ait, immo tribus cum teſtibus, ex Rota
in dicta deciſ. 22. de dolo & contum. in antiq. &
Felyno in dicto cap. quoniam frequenter num.
17. verſ· tertio nota, vt lite non cont. informa-
tionem eſſe inquit faciendam, iterũque ad tex.
in dicta Clement. 1. de iudicijs, & Decio in con
ſil. 460. relato num. 26. teſtibus non tutum ac-
ceſſum probandum eſſe, nec de non tuto acceſ-
ſu officiali, ſeu nuntio exequenti credi inquit
ipſum igitur à dicto nu. 15. vſque ad num. 16. in
ſpectum omnino facias.

43 Er ſtantibus verbis illis paſsim in reſcriptis,
apponi conſuetis cum poteſtate citandi in Cu-
ria, & extra etiam per edictum publicum conſti
to ſummarie, & extraiudicialiter de non tuto
acceſſu ſic etiam dicta Clemen. 1. de iudic. diſpo
nente ad huiuſmodi citationem obtinendam,
ac vt illi locus ſit extraiudicialiter, ſaltem ad fa
ciendam fidem de non tuto acceſſu eſſe teſtes
inducendos in praxi Romanæ Curiæ lib. 4. cap.
2. nume. 3. Veſtr. enarrat, in qua quidem extra-
iudiciali receptione, non eſſe partis citationem
neceſſariam in ſupracitat praxi crimin. canon.
par. vlt de ordine procedendi contra Monach.
cap 36. num. 14 fol. 273. Foller. fatetur, & in cõ-
ſil. 82. Ioann. Bapt. Ferret. num. 10. lib. 1. vbi la-
te, idem ex Bonifac de Vital. in dicta Clement.
1. de iud. Socino in dicto tract. citation. art. 23.
num. 5. Puteo deciſ 432. lib. 2. Rebuffo in tract.
de citat quæſt. 4. num 98. tomo 3. ac ex Tiberio
Deciano in dicto conſ. 18. num. 86. lib. 1. nouiſſi
me in dicto cap. 10. num. 8. Boccat. aſſeuerat, et-
ſi eodem loci num. 19. & 20. ex textu in l. nullũ,
§. ſed omnes ibi ſeparatim ſuum præbent teſti-
monium C. de teſtibus, non vnico cõtextu, nec
eodem tẽpore, ſed ſigillatim ſiue iudiciale exa-
men ſit, ſiue extraindiciale teſtes eſſe concludat
recipiendos, nec ex text. in c. venerabilis eodem
tit. in illis verbis examinare ſigillatim curetis,
quibus attentis teſtes ſingulos de per ſe, non au
tem duos pluresve ſimul eſſe inquit examinan-
dos quem & Ioſephum Ludou. in dicta cõcluſ.
5. poſt princicium videas in verſ: quæ citatio-
nes ante medium iudices in partibus extraiu-
dicialiter, abſque eo, quod in ſcriptis aliquid
redigi faciant ſe informare aſſerẽtem, eodem-
que loci teneri iudicem, antequã huiuſmodi ci
tatio committatur pro perſona certa habenda,
quæ citari poſsit diligentiam adhibere, ex Me-
nochio ſubdit in dicto tract. de recup. poſſeſſ.
remed 8. num. 103.

44 Quę vero illa ſint loca in quibus in Curia pro
clama fieri, ſiue edictum affigi debeat vltra tex.
in dicta Clement. 1 & gloſ. ibi in verbo literarũ,
& in Clement. ne Romani, §. ſane de electio. in
duobus locis ibi deſcriptis eſſe illud exequen-
dum, ex Rota in dicta deciſ. 5. de reſcript. in no
uis Caſſadoro deciſ. 2. nu. 2 de dolo, & contum.
alijs in ſupracit. cap. 10 num. 2. & num. 21. Boc-
cat. explanat, quem de locis pariter extra Ro-
manam Curiam in eodem num. 21. differentem
videas, & Ioſephum Ludou. in dicta concluſ. 5.
per totum, & ſignanter in verſicul. modus citan
di in illis locis proclamata fieri debere dicens,
& edicta affigi in quibus iudex mandauerit, &
expreſſerit, ex Vantio ſubdẽs in ſupracit. tracta
tu de nullit. in vno ex locis publicis huiuſmodi
citationem exequi ſufficere dicens, ac quamli-
bet ciuitatem in partibus loca huiuſmodi pu-
blica habere, in quibus citationes per proclama
fieri edictaque affigi ſoleãr eaſq; ad alicuius Pa
latij valuas affigere ſatis eſſe ex Tiraquello ait,
de retract. Lignag. §. 7 glo. 2. num. nono, & alijs,
quem videas.

45 Probationemque ſuper non tuto acceſſu ſe-
mel factã durare donec timoris cauſam, & me-
tus ceſſaſſe conſtiterit, ac ſemel non tuto acceſ-
ſu ad aliquem citandum probato, ac per edictũ
publicum proceſſu decreto durare in prima in-
ſtantia etiam poſt rem iudicatam, nec in decre-
to executorial. um, aliam non tuti acceſſus pro-
bationem requiri, ac licere iudici etiam per edi
ctum publicum executoriales literas notificare
ex Caſſadoro in deciſ. 3. de dolo, & contum. vbi
ſupra Boccat. aſſerit nu. 32. quodque non tutus
acceſſus ſi ſemel vim, & metum factum eſſe pro
batum fuerit probatus dicatur in deciſ. 164. lib.
1. Puteus inquit: quo loci vis, & metus proba-
tionem in iudicio diuerſo factam in iudicio in
quo de non tutũ acceſſum probando agitur fi-
dem facere concludere cenſetur, quam & in ſu-
pracit. conſ. 324. Ioann. Bapt. Ferrettum inſpi-
cias aſſertioni, & narrationi Summo Pont. factę
quod locus ſit alleganti ſuſpectus neutiquam
ſtari aſſerentem, niſi ſuſpicionis cauſis in ſpecie
poſtea deductis, ac legitime, necnõ ſeruatis ſer-
uandis coram iudice probatis, illa huius dicti
aſsignata ratione, quod male inter partes age-
retur ſi aduerſario ſine aliqua expoſitorum pro
batione in alterius partis præiudicium in narra
tis Summo Põtifici crederetur, illam ſemper in
literis Papæ ſi preces ſcilicet veritate nitantur,
conditionem intelligi iuxta textum deducens,
2. §. verum de reſcript. clauſula maxime in reſcri
pto, & arbitrium veſtrum exiſtente, cuius virtu-
te non ſimplex arbitrium, & abſolutum, ſed iu-
re, & ratione regulandum collatum cenſeri aſ-
ſerit, prout omnes clauſulas in reſcripto Papæ
à iure

à iure in dubio regulari communem in capitulo cauſamque de reſcription. eſſe ait ſcribentium opinionem.

45 Ac cum poteſtate citandi per edictum in Curia, & in locis vicinis commiſsione, vt dictũ eſt facta, duobus in locis ad minus eſſe citationem exequendam in præfata deciſ. 5. Rota aſſerit de reſcript. in nouis Caſſad. in ſupracit. deciſ. 2. numero 2. de dol. & contum. Felyn. in dicto capit. quoniam frequenter num. 17. & alij quorum in dicta c. 10. nu. 21 Boccat. eſt memor. Papaz. qui in addit. ad dictam Rotæ deciſ. 5. plene declarat Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ lib. 3. cap. 3. num. 4. cum ſeqq. quem notab. declarantem inſpectum facias, & poſt textum in dicta Clemẽt. 1. de iudic. in extrauag. incip. rem nõ nouam in tit. de dolo, & contumac. in extrauag. commun. Pariſium in conſ. 32. nu. 61. lib. 4. & in ſupracit. conſ. 10. Menochium alios recenſentem, & per bello in nume. 274. cum ſequentibus declarantem, ac ſatis eſſe in loco vicino, licet non in viciniori citationem prænotatam exequi in dicto verbo etiam per edictum Mandoſ. atteſtatur citationem, quæ Beneuenti executioni demandata erat in Veliterenſi ciuitate propter nõ tutum acceſſum executam, etſi ex locis ſtatus eccleſiaſtici minime Veliternum Beneuento, ſed Terracina proximior ſit ciuitas validam decretam fuiſſe ex Achille inquit in deciſ. 13. & ita Caſſadori deciſ. 6. de dolo, & contum. intellectam fuiſſe declarat.

47 In matrimonijs ſimiliter & ſponſalibus plenam, & omnimodam libertatẽ integramque ſecuritatẽ iuxta tex. requirentibus in cap. veniens il ſecundo cap. conſultationi in fine c. Gemma. & cap. cum locum de ſponſal. quos in l. Titia in princ. num. 5. Iaſ. refert, ff. de verbor. oblig. & Gigas, qui in ſingul. 78. alios recenſet, quæque tam in contrahendo, quàm in retinendo, & in diſſoluendo libera eſſe debere Azo in ſumma, C. de ſponſal. affirmat, ac potentiorem eſſe liberi arbitrij fauorem quã matrimonij cõmunem in l. pactum quod dotali eſſe ſcribentium opinionem, vbi præſertim Dec. nu. 9. verſ. decimo, & vltimo in conſil. 93. nu. 16. lib. 1. Menoch. aſſeuerat, neque pœnam, aut pœnalem ſtipulationẽ neque aliud ſimile hoc in caſu tenere communem eſſe ſcribentium opinionẽ in deciſ. 748. numero 2. par. 2. Franc. Marc. atteſtatur hoc tã ipſorum contrahentiũ, quã extraneorũ reſpectu, ac iuramento non obſtante procedere ampliãs, & latè Tiraq. in tract. de pœnis cauſa 44. nume. 57. fol. 925. & Cornaz. in deciſ. Lucenſi 27. alqu. 21. & 3. vbi diſtinguere videtur, immo nec patris conſenſum ad matrimonij eſſentiã requiri in l. nuptias ſcribentes tradunt, ff. de regul. iur. Calcan. in conſ. 13. nu. 8. Pariſ. in conſ. 29. nu. 2. lib. 5. Couar. in tract. de ſponſal. & matrim. parte 2. cap. 3. §. 8. nu. 5. & alij quorum in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 5. nouiter impreſſa. caſu 453. nu. 8. Menoch. meminit, hanc in contrariã ſententiam euntibus confutatis magis communem eſſe explicans ſcribentiũ opinionẽ, neque valere ſtatutum puellã non eſſe ſine patris conſenſu matrimonio copulandã diſponens in deciſ. 166. nu. 6. in eadẽ quam ſupra retulimus parte 2. Franc. Marc qui videatur aſſeuerat, idemque in ſeſſ. 24. Sacri Conc. Trident. capit. 1. poſt principium in decreto de reformat. validum, ſine parentum conſenſu eſſe matrimonium clare diſponens, vbicunq; vis aut metus puellæ, de cuius matrimonio agitur inferri ſuſpicaretur in tuto eã, & honeſto loco, vt illius voluntas omni, & quocũque timore excluſo exploretur, eſſe collocandã in dicto c. cũ locum Abbas ſentit nu. 5. & in c. ex tranſmiſſa nu. 4. de reſtitut. ſpoliat. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 113. nu. 2 & Crauettam in conſ. 90. col. 2. in Epith. de ſponſal. à Couar. relatus par. 2. §. 6. nu. 2. poſt Abbatẽ in dicto ca. cum locum, locũ tutũ, & honeſtũ monialiũ monaſterium, ex textu eſſe aſſerente in cap. pen. de probat. ex quibus in ſeſſ. 24. cap. 6. poſt princip. in decreto de reformatione Sacrũ Conciliũ Tridentinũ declaratur, & quatenus aliqua partiũ aſsignatũ Monaſteriũ ſuſpectũ ſibi exiſtere, indeque puellã remoueri, ac aliud in monaſteriũ non ſuſpectũ transferri proclamaret, ſuſpicionis cauſas coram iudice proponere, & ſpecifica re aliaſque ſeruatis de iure ſeruãdis probare debere in præfato cõſ. 124. nu. 1. Ferret. atteſtatur cui ex quo de modico in hoc caſu agitur præiudicio, parũque intereſt in vno potius, quam in alio loco, qui tutus pariter, & honeſtus ſit, puellam permanere neutiquã ſubſcribo, & ideo aut oretenus, & ſine ſcriptis iuxta ſupra cap. 6. notata nu. 3. certiorẽ parte hoc petente ſe facere iudicẽ poſſe contra Ferretũ aliter ſentientẽ eſſe exiſtimo obſeruãdũ; iudici etenim ex officio ẽt excludere in hoc caſu ſuſpicionẽ licere puellãque ex officio deponere in dicto conſil. 190. nu. 8. in principio Crauetta firmat, aut parti per iuramentũ locũ ſibi ſuſpectũ exiſtere aſſerenti ad ea, quæ de notario ſupra eod. capit. 6. nu. 3. & 4. adnotauimus iuramẽtũ eſſe cenſeo deferendũ, ad locũ vtique ſuſpectum recuſandum iuramẽtum ſolum ſufficere in deciſ. 93. par. 1. nu. 3. fol. 32. in deciſ. diuerſ. nouiſſ. Rota probat.

48 Officialẽ ſimiliter in publico loco, & tuto, necnon ad conueniendum habili dũ ſyndicatur ſtare debere in ſupracit. tract. de ſyndic. Pariſ. affirmat, cuius Vrſill. ad Afflict. in ſupracitata deciſione 289. meminit nu. 29. & ideo neque arma ſyndicatus tempore deferre officiali licere in eodem tract. verbo officialis num. quarto Pariſ. ſentit.

49 Illudque pariter eſt aduertendũ, quod quoties alicui oſtij ſeruitus ad alterius domũ, ſeu itineris per alterius veſtibulũ, ſeu curtẽ debetur, illius acceſſum de nocte, & hora ſuſpecta neutiquam niſi de hyeme, quo tempore de nocte iter plerum-

Digitized by Google

plerumque ſit aut aliqua neceſsitate exiſtente eſſe admittendum in tracta. de ſeruitut. Vrban. præd. cap. 38. cuius titulus eſt de ſeruit. itin. ſeu actus num. 1. verſicul. vnde ex his ex textu, & ibi Floriano in l iter ff. communia de ſeruit. Cæpolla inquit ad confœderatum inferens, quem pot tam de nocte nõ aperientem nullatenus aduerſus conuenta venire explicat Fortaliriorumque cuſtodes portam alicui de nocte non aperiẽtes excuſari, eoſque ad id propter imminens periculum iuxta textum non teneri ſubdens in l, ſi rem, & ibi notata ff. ad legem Cornel. de ſicar. quem addit. ad Franciſcum Marc. in deciſ. Delphin. 484. lit. a verbo itineris, quam inſpectam facias citat, & ſequitur, cætera verò loci non tuti articulum reſpicientia in ſupracit. §. quod diximus, apud Iaſonem videas, apud Albericũ in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. apud Blancum in dicta quæſtione 7. de compromiſſ. alius plures referentem numero 14. fol. 587. apud Marſilium in repetic. l. de vno quoque, ff. de re ind. & apud Gaillum in dicta obſeruatione 52. per totum libro 1.

50 Ex textu item in ſupracit. cap. ex parte tua de appellat ac ex Alexandro in addit. ad Bartolum in l. vir bonus, ff. iudicatum ſolui per hanc loci non tuti exceptionem litis conteſtationem impediri in ſupra relato tracta. de compromiſſ. q. 4. fol. 414. num. 2. Blanc. affirmat, quod etiam ſi procuratori tutus locus fuerit, & nõ domino procedere ampliat, & hanc poſt alios relatos ex Dec. in d. c. ex parte veriorẽ eſſe ait ſcribentiũ opin. maxime vbi grauis cauſa eſſet quam in perſonam propriã dominus vult proſequi, & in qua ad notata in c. querelam de procurat procuratorem conſtituere non cogatur vltra quod veriſimile nõ eſt ita diligenter cauſam procuratorem tractare ſicut ipſe dominus faceret ſi eſſet præſens, vt ex textu in l. 2. in fine ff de Carbon. edit. & in l. ſi. C. de procurat gloſ. Pragmat. ſanct. in titu. de pacific. poſſeſſor. affirmat verbo impedimenti colum. 2. poſt medium folio 171. à tergo appellationi etiam tali caſu locum Blãc. eſſe aſſerens, quem videas, & in eodem tractat. quæſt. 9. nu. 4. fol. 586. ac illud ex eo, quod tutus locus non ſit reſurgere eſt notandum, quod etſi ſecundum Ioann. Andr. opinionem in cap. 2. de renunciat. in 6. quoties clericus ſenex, beneficium ſuum pingue cum tenui ſui nepotis permutaret iſtud ex carnis affectu, ac vt poſt mortẽ ſuam nepoti pingue beneficiũ remaneat feciſſe præſumendum ſit, cui Ioannes de Lignano in cap. 1. extra de cleric. non reſident. fraudem neutiquam præſumi aſſerens aduerſatur, ex Abbate nihilominus in eodẽ c. 1. nu. 5 aliquæ quoties præſumptiones concurrant, & coniecturæ illas à Ioanne Andr. conſideratas debilitantes, veluti ſi pingue ſenis beneficium magnã ſeni ipſi, ac intolerabilẽ ſimul curã exigebat, vel quia beneficij locus ſeni tutus non erat, neque ſalubris præfatam Ioannis de Lignano opinionem altera Ioannis Andr circumſcripta admittendã eſſe, & prævalere, nec eſſe fraudẽ præſumendã Io. de Selua in tract de benefic. par. 2. relato quæſt. 18. verſ ego concordando, & alijs in tract. de præſumpt. 35. nu. 9. & 10. fol. 263. Menoch. quẽ inſpectum facias affirmat.

51 Et quamuis ſecundũ Abbatẽ poſt Ioannem Andr. in c. cũ venerabilis de except. in 3. quæſt. ſolitam viã, & conſuetã ac magis vſitatam, & nõ aliam eſſe cõſtet attendendã, ſuſpicionẽque iter inſolitũ parere in conſ. 400. num. 15. vol. 3. Crauer. explicet, neque per viã ſuſpectã eſſe iter faciendũ poſt tex. in l. eos, §. ſi. & ibi ſcribent. ff. de falſ. in l. 1. Bar. inquit in fine, ff. ſi quis caut. iterque per loca ſuſpecta facientẽ in culpa ſi deprædatus extiterit cenſeri in conſ. 395. ſub num. 7. vol. 2. Bald. inquit, & Io. Petr. Surdus in conſ. 12. nu. 26. iſtud, tamen vbicunque via ipſa inuſitata magis tuta extaret non procedere, ac iter cõſuetum hoſtium metu, vel latronum, vel alia ſimili iuſta cauſa concurrente dimittentem excuſari in l. 3. Salicet. inquit in fine C. de naut. fœn. & poſt ipſum Laurent. de Pinu in conſ. 141. nu. 10. & in ſupracit. conſ. 12. nu. 29. quorum in deciſ. 190. lib. 1. Viuius meminit, eo loci in princip. ex textu in §. his itaque, & ibi ſcribent. planã viam, & facilẽ ob inuſitatam, & difficilem non eſſe explicans relinquendam, ac proximè relatum text. Angelũ ibi contra mulliones notare inquit nuntios, & Barcharolos, ac textum concordantẽ refert in l. nori nouam C. de iudic. & in l. non ſolũ, §. 1. ff de excuſat. tutor. & in l. 2 C. de curſu publ. lib. 12. Bartolum ibi, & in l. qua actione §. 1. ff. ad legem Aquil.

52 Ac ſupremam prænotatis manum imponendo emphyteutam item graues ob inimicitias, ſeu aliam ob cauſam tutum ad locum in quo canon ſoluendus erat acceſſum non habentem, ſi non ſoluat excuſari, ex Pariſio in conſ. 108. num. 41. vol. 1. ex notatis per ſcribentes in ſupracitato capitulo il ſecondo, vt lite non cont. & in præcitata Clement. Paſtoralis, §. Piſana de re iudicat. cũ concordant. & in conſ. 146. per Decium ſub numer. in verſ. præterea in trac. de cauſ. quibus emphyt. iure ſuo priuat. in tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. canon. limit. duodecima numero primo, & ſecundo Corbulus inquit, eo caſu hoc procedere declarans, vbi non ipſi tantum emphyteutæ, ſed eius etiã procuratori locus tutus non extaret alias ſecus, cũque ardua de cauſa non agatur procuratorẽ ad canonẽ ſoluendũ emphyteutam teneri ſubdit, niſi iterum declarans procuratori etiã ipſius emphyteutæ, quod ſupra in caſu non abſimili adnotabimus tutus locus non extaret, quem inſpicias.

SVMMARIVM.

1 *Legum conditores in verbis non dialecticant, sed rerum exitus ponderant.*

Vitium etenim eſſe magnum ſtudium, multamque operam

nam

tam in res obſcuras, atque difficiles conferre, eaſdemque non neceſſarias, ex Cicerone aſſeritur.

De ſuſpicionis diffinitione, ac de ſuſpicione in genere ſumpta quotuplex ſit, deque illius ſubdiſtinctionibus remiſſiue.

De differentia inter dubietatem ſuſpicionem opinionem & præſumptionem remiſſiue.

Ante litem conteſtatam recuſationis exceptio, ſecundum communem ſcribentium opinionem eſt proponenda, alias exceptiones opponentem à iudice pronũciationem ſuper eis petere, ac in illius iuriſdictionem ſucceſsiue conſentire cenſeri communis pariter eſt ſcribentium opinio.

2 Ante dilatorias omnes exceptionem hanc eſſe proponendam, magis communis eſt ſcribentium opinio, quod plene declaratur, cum multis ſeqq.

Eo ipſo, quod exceptionem hanc quis proponit iudicem approbat quamuis illius pronunciatio non ſequatur.

Etiam ante delegatorium reſcriptum præſentatum, coram Papa vel alio delegante recuſare delegatum, licet, quod qualiter declaretur, & procedat, remiſsiue.

3 Ubi tacite quis in iudicem, vt quia dilatoriam non oppoſuerit conſenſiſſet, ſi ob proceſſus nullitatem ab inſtantia iudicis abſoluatur, ei coram eodem iudice iterum conuento iudicium vlterius declinare minime licet, quatenus ab eodem, ſecus ſi ab alio conueniatur.

Acta iudicii ordinaria pereunt inſtantia perempta, & annullantur ipſorumque effectum, nec in alia inſtantia in conſideratione haberi, communis eſt ſcribentium opinio.

Ob proceſſus nullitatem ab inſtantia, ſeu ab obſeruatione iudicii abſolutoria ſententia interlocutoria diffinitiuæ vim habens ſecundum communem ſcribentium opinionem appellatur.

4 Pluribus ſimul oppoſitis exceptionibus, quarum alia, quam recuſationis exceptio prima ſit valida eſt oppoſitum, ac recuſationis exceptio litera ſermonis ve ordine non aliter attento præpoſita intelligitur.

Libellus compelli quem, & condemnari continens validus cenſetur ac præpoſtera hæc condemnari, deinde compelli exponitur.

Non verborum ordo, ſed iuris, & intellectus eſt attendendus, ac non inepte excipient ſed ſuo ordine exceptiones proponere intelliguntur.

Exceptiones primo contra iudicem, & alias ſub conditione opponere tutius eſt.

In his, quæ coniunctim fiunt prioritatis, & poſteritatis ordo non attenditur.

Quod in ordine eſt poſterius præceſsiſſe, vt actus valeat præſumitur, ac contra iudicem exceptio primo oppoſita cenſetur.

Gradatim conditionaliter, & ſucceſsiue exceptiones, opponendas eſſe explicatur.

5 Quoties incompetentiæ ſuſpicioniſque exceptionem opponere quis diuiſim vellet incompetentiæ exceptio, quæ nullam ſubeſſe iuriſdictionem præſupponit, eſt præponenda.

Suſpicionis exceptio iuriſdictionem ſubeſſe præſupponit.

Incompetentiæ & ſuſpicionis exceptiones tanquam ad vnum eundemque finem tendentes cumulare licet.

6 Declinatoriam exceptionem proponens iudicem, quoad ipſam, tantum exceptionem approbare cenſetur.

7 A iudice interrogatus an experiri cum aduerſario velit velle reſpondens vtrum ei iudicis iuriſdictionem declinare liceat declaratur.

Suis iuribus, & defenſionibus renunciare, quem velle, niſi clare & aperte liqueat, non præſumitur, ac diſtincti iuris renunciatio eſt expreſſa ſolum comprehendens.

8 Per ſatiſdationem de ſtando iuri, ſeu de iudicio ſiſti, iudicem quis approbare nullatenus cenſetur.

Cautione de ſtando ſindicatui coram ſindicatoribus ab officiali præſtita, non obſtante neutiquam ſuſpicionum via, præcluſa ei contra ſyndicatores remanet.

In iudicem neutiquam conſentit ſportulas ei ſoluere promittens.

Ab aliquo conuentum de expenſis ſibi ab actore refundendis caueri petentem in iudicem non conſentire aliquorum eſt opinio quibus auctor non aſſentitur.

9 Ex petitione copiæ libelli, nec approbat quis iudicem, nec in eum conſentit.

Ex ſola confeſsione coram iudice incompetenti facta, nec conſenſus in eum, neque iuriſdictionis prorogatio inducitur.

Nullum per actum ex neceſsitate factum in iudicem reus conſentit ſatiſdationem de parendo mandatis iudicis præſtans, an in iudicem conſentiat explicatur.

Iuris ignorantia excuſat.

Qui peritus non eſt per errorem coram iudice incompetenti litigaſſe præſumitur, & hanc communem eſſe ſcribentium opin. refertur.

10 Satiſdationes neceſſariæ, ſiue ſponte, ſiue de iudicis præcepto præſtitæ nullatenus iuriſdictionis prorogationem inducunt, ſecus ſi voluntariæ eſſent, & num. ſequenti.

Reus conuentus immobilia non poſsidẽs communi ſcribentium opinione attenta ac conſiderata ſatiſdare tenetur.

Nemo alienæ litis eſt idoneus defenſor, ſine ſatiſdatione, quod etiam vbi mandatum defenſor haberet, & vbi dominus immobilia non poſsidens in mandato procuratori iniuncto clauſulam illam releuans illum ab omni onere ſatiſdandi appoſuiſſet, quam clauſulam nihil tali caſu operari communis eſt ſcribentium opinio.

Sponte illud quis, ad quod faciendum cogi poterat facere non cenſetur.

Ab excommunicatione abſoluendus, quamuis de parendo mandatis iudicis iureiurando promittere debeat, hac tamen promiſsione & obligatione neceſſaria non obſtante appellare poterit, ſecus vbi voluntaria promiſsio fuiſſet, quo caſu non eſſe appellationi locum communis ſcribentium opinio refertur.

Tenutam ex primo decreto ob contumaciam paſſus forum vlterius odio ſuæ contumaciæ declinare nequit.

11 Per ſatiſdationem ſequeſtrum tolli communis ſcribentium opinio refertur.

12 Ex procurationis conſtitutione ad comparendum coram aliquo iudice, vel reſpondendum, ſeu ad diſputandum ſuper exceptionibus conſentire quis in iudicem cenſetur, ſi eſt clauſulam ſaluis exceptionibus recuſatoriis mandatum contineret.

13 Quãdo ex aduerſarii prouocatione ſuper dilatoria oppoſita diſputaretur in iudicem conſentire, vel illius iuriſdictionem prorogare quis minime cenſetur, etſi cum proteſtatione excipere cautius eſſe concludatur.

Duobus tantum modis iuriſdictionem cõſenſum induci

per

Digitized by Google

per litis conteſtationem, & per exceptionum dilatoriarum oppoſitionem communis ſcribentium opinio refertur.

14 Iudice in caſu prohibito inquirente etiam poſt litem conteſtatam proceſſum eſſe nullum opponere licet, & exceptio, quæ iuriſdictionem penitus nullam infert opponi quandocunque poteſt, ſicut vbi naturæ defectu recuſationis exceptio concerneret, vt quia mutus iudex diceretur furioſus, vel infans etiam poſt litem conteſtatam opponi poterit.

15 Lite ex iudicis præcepto conteſtata, ſed cum proteſtatione, ac omnium exceptionum reſeruatione de dilatoriis exceptionibus etiam poſt litem conteſtatam, agi poterit.

Dilatoriis per litis conteſtationem, via præcluditur.

16 Excipiens, quod in iudicem conſentire non intendit in iure recuſandi præiudicium ſibi non facit, tacitumque expreſſa hæc proteſtatio conſenſum tollit, & qualiter concipienda præſtatio ſit declaratur.

Verba illa niſi ſi, & quatenus de iure tenetur hac in proteſtatione apponere oportet, alias fatuus aliter proteſtationem concipiens cenſetur.

Contra ſine tali clauſula proteſtantem tanquam contra contumacem procedere iudici licet, ipſumque in expenſis, vt contumacem condemnare, idem clauſula illa, non conſentio, niſi quatenus competens iudex ſit operatur.

Proteſtatio hæc, quamuis facto contraria videatur iuuare proteſtantem communis eſt ſcribentium opinio.

17 Recuſationis exceptionem de nouo poſt litem conteſtatam ſuperuenientem, ſiue delegatus iudex ſit, ſiue ordinarius opponere licet.

Suſpicionis cauſam poſt litem ſuperueniſſe conteſtatam recuſantis iuramento probatur.

Facultatem per iuramentum probandi indiſtincte periurus amittit, idem in illo contra quem ne iuramentum ei deferatur aliqua militat præſumptio.

18 Recuſationis exceptionem ante litem conteſtatam ortam, & poſtea ad opponentis notitiam deductam, opponere poſtea licere communis eſt, & verior ſcribentium opinio, quod in aliis ſimiliter exceptionibus procedere quas etſi ante litem conteſtatam eam opponere licere, vbi poſtea illarum notitiam opponēs habuiſſet communis ſimiliter eſt ſcribētium opinio.

Exceptionem in hac ſpecie poſt litem conteſtatam opponere volens ſe diligentiam adhibuiſſe, & an ſibi exceptio competeret ante litem conteſtatam perquiſiuiſſe probare debet, quod in illo caſu, vbi pars poſt nouam cauſam ſuſpicionis ortam, coram iudice comparuiſſet limitatur.

19 In Regno Neapolis poſt litis conteſtationem ſuſpicio emergens non admittitur, niſi ſic dicta emergens ſuſpicio lucide liqueat, quod euidenter notorie, & notabiliter ſe oſtendat.

20 Suſpicionis exceptionem etiam poſt concluſum in cauſa opponi poſſe quando poſt cauſæ concluſionem illa orta ſit verior eſt ſcribentium opinio.

In notoriis recuſari iudex tanquam ſuſpectus nequit.

Concluſione in cauſa facta notorium ſecundum communem ſcribentium opinionem acta facere dicuntur, & recuſari poſt cauſæ concluſionem iudex nequit.

21 Omnes exceptiones probationem exigentes poſt cauſæ concluſionem ortas recuſationis cauſa excepta, admitti non debere magis cōis eſt ſcribentiū opinio.

Tunc indiſtincte exceptio poſt concluſum in cauſa orta, etiam quod probationem exigat opponi poteſt, quoties nec appellare à ſententia proferenda, neque ſupplicare licet, alias ſecus.

22 Incompetentiæ, & ſuſpicionis iudicis exceptionē, quāuis regulariter ſimiles dicantur, de ſuſpicione tamē nullatenus iudex ipſe cognoſcit ſecundum communem ſcribentium opinionem, ſed arbitri, de incompetentia vero certis in caſibus ipſimet iudici cognoſcere permittitur, vt in num. ſeq. & differentiæ rationes referuntur.

Ad indignationem iudex ex recuſatione prouocatur.

23 Subreptitium eſſe reſcriptum parte excipiente, vel ſi alias inter partes de iuriſdictione iudicis contenderetur iudex an ſua ſit iuriſdictio, etiam caſu quo per inquiſitionem procederet cognoſcere poterit.

Prouinciam Archiepiſcopo viſitante, ac Monaſterio, ſe à tali viſitatione exempto eſſe dicente exemptū illud, vel ne ſit inter eum, & prælatum contentione exiſtente, non prælatus de hoc, ſed immediatus ſuperior cognoſcit.

Petita ſolum licentia, etſi illam à ſuperiore non obtineat, regulam ad arctiorem tranſire religioſo conceditur.

Ad parem vero regulam nullatenus ſine prælati licentia tranſire religioſo licet.

Neque ſine ſummi Pontificis licentia ad laxiorem.

24 Fatuum eſſe iudicem, dementem, vel furioſum oppoſitione facta iudex ipſe communi attenta opinione, non cognoſcit.

Secus ſi alter in illum defectus allegetur, qui ſolius cauſæ, vel perſonæ litigantis conditionem reſpiciat.

25 Etiam quod decima, aut ſportulæ iudici applicarentur ipſi iudici ſiue ordinarius ſit, ſiue delegatus cognoſcere licere, communis opinio refertur, niſi ad ipſum aliqui ſolidi pro libra ſecundum aliquos ſpectarent, quod ad arbitrū extēditur, cui quoties an aliquæ res in compromiſſo comprehendantur inter partes quæſtio vertatur cognoſcere de hoc, & pronunciare licet eo tamen caſu iudici non cognoſcere licere limitatur, vbi ad ipſum aliqui ſolidi pro libra ſecundum aliquos ſpectarent.

26 Eo caſu de reſcripti ſubreptione, vel obreptione iudici delegato cognoſcere minime licet, vbi falſum penitus eſſe reſcriptum opponeretur.

Iudici per tale reſcriptum deputato nullatenus ſe eſſe iudicem, etiam ſi hoc ignoretur pronunciare licet, omnemque proceſſum detecta poſtmodum falſitate, inualidum declarari communis ſcribentium opinio refertur.

Ac contra Bartolum delegatum in hoc caſu ſe iudicem pronunciantem in quaſi poſſeſſione iudicandi conſtitui aſſerentem communis canoniſtarum opinio refertur.

27 Quando iudicis perſonam defectus, qui opponitur reſpicit, vt quia ipſum hæreticum eſſe, ſeruum, excommunicatum, vel infamem opponeretur, ſiue ordinarius iudex ſit, ſiue delegatus cognoſcere ei non licere communis ſcribentium opinio refertur, & nume. 34. circa finem.

Secus vbi iudicem exceptio minime offenderet, vt quia ætatis defectus contra ipſum allegetur.

Qua in ætate iudex tam ordinarius, quam delegatus, atque arbiter conſtitui poſſit remiſſiue.

De pluribus caſibus, & exemplis quando iudici an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere liceat remiſſiue.

28 Infamiæ exceptionem contra delegatum quando eum talem eſſe delegationis tempore Princeps ſciuiſſet, non procedere, magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quod etiam inhabilitate in literis non expreſſa, & quamuis clauſula illa, ex certa ſcientia in illis adhibita non ſit procedere declaratur, nec Monachus, neque

neque canonicus regularis Papæ delegatus eſſe poteſt ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Monachum illi cauſam, Papa committendo capacem reddere cenſetur.

In inferioribus à Principe diſpenſandi poteſtatem habentibus non ſolum certam ſcientiam circa defectum diſpenſandi, ſed cauſæ etiam cognitionem eſſe neceſſariam refertur.

29 Nullatenus ad iudicem laicum clericatus cognitionem pertinere, ſed ad iudicem ſolum eccleſiaſticum magis communis eſt ſcribentium opinio quod in ciuitate Neapolis non obſeruari aſſeritur, ac clericatus cognitionem ad iudicem laicum pertinere explicatur.

Iudex laicus ad clericum eccleſiaſtico iudici remittendum, niſi prius à ſuo iudice illum eſſe clericum cognito non adſtringitur.

Vbi an habitus, quem gerit clericalis, vel ne ſit controuerteretur cognitio hæc ad laicum pertinet.

Clericus coniugatus à iudice laico detentus vtrum cum vnica matrimonium contraxerit, & virgine priuſquam eccleſiaſtico iudici remittatur cognoſcit.

30 Iudex à quo quando appellatio ſit, vel ne legitima dubitatur non cognoſcit, ſed ſolum an appellationi, vel non deferre debeat.

An legitima appellatio ſit, & deuoluatur, vel non, & an cauſa appellabilis, vel ne ſit, & nunquid debito tempore interpoſita ſit appellatio hoc ad appellationis iudicem cognoſcere pertinet.

Ab appellationis receptione abſtinere facti eſt iuris vero, & iuriſdictionis, quod appellatio recipiatur pronunciare, quod cauſæ etiam cognitionem requirit.

Siue detulerit iudex à quo appellationi, ſiue non vtroque caſu, iudex ad quem vtrum deuoluat appellatio cognoſcit.

Iudicis à quo contraria ſententia non obſtante legitimam pronunciare appellationem iudici licet.

Ab appellationis reiectione vtrum appellare oporteat opiniones referuntur.

31 Arbitri iuris non niſi in caſibus à iure expreſsis eliguntur, & nu. ſeq.

Qui in cauſa principali iudex eſt eum ſuper incidenti etiam cognoſcere communis eſt ſcribẽtium opinio.

33 Tutela finita arbitror petere tutori licet, qui an tutor ipſe pupilli debitor remaneat, vel non cognoſcant tam tutorum, & curatorum, quam factorum dominorum cautela hæc eſſe cenſetur.

Vt tutore inſtante legitime ad arbitrorum electionem ueniatur pupillo de curatore prouideri prius debet.

34 Vbi per ſecundas literas alteri directas primi delegati literas eſſe reuocatas opponeretur, neque ſibi in hac cognitione delegati deferant, aut ſe inuicem concordent per arbitros quæſtio communiter electos terminatur.

Et quatenus ordinarii iudices eſſent ad ſuperiorem eſſe cauſam remittendam concluditur.

Quoties an iuriſdictio ad iudicem eccleſiaſticum, vel ſecularem ſpectet dubitaretur eccleſiaſticus tanquàm maior ſecundum communem ſcribentium opinionem præfertur.

Exceptione à ſuſpicionis exceptione diuerſa iudicis perſonam afficiente oppoſita ad ſuperiorem recurritur, vel data longa ſuperioris diſtantia, vbi poſt oppoſitam exceptionem cauſam iudex alteri non ſuſpecto non delegaret ad arbitrorum electionem deueniendum eſſe concluditur.

35 Siue incompetentiæ exceptionem contra iudicem pars ſiue non, quod expreſſe delegatus competentem ſe pronunciare debeat magis communis eſt ſcribentium opinio.

36 Cornei in conſ. 85. num. 13. lib. 4. opinio reiicitur, eo caſu tacitam pronunciationem per proceſſum ad vlteriora ſufficere dicentis, quando pars de iudicis incompetentia oppoſuiſſet, & dummodo non ſtatim, ſed praeuia cauſæ cognitione ad vlteriora iudex proceſſeris.

Barbitiæ item in Clement. excommunicationis nu. 19. de except. opinio reſellitur eo ipſo quod ad agendũ, vel excipiendum terminum iudex ſtatuit competentem ſe pronunciare aſſerentis.

Sententiam tam breui tempore latam, quod ex temporis breuitate matura conſideratio adhiberi nequiuerit nullam reddi, ac in rem nunquam tranſire iudicatam, etiam quod ab illa non appelletur, magis communis ſcribentium opinio refertur.

37 Incompetentiæ iudicis exceptionem nunquam ſublatam cenſeri eamque opponere, quandocunque licere, ac iudicium retro nullum reddere communis eſt ſcribentium opinio, quod etiam vbi de nullitate non opponenda iuramentum interueniſſet, ac pacto non obſtante, neque ſtatuto omnem nullitatem remouente procedere magis communis eſt ſcribentiũ opinio.

38 Iudicis proceſſum, qui ſuæ poteſtatis defectum impeditiuum non occultum patiebatur incompetentiæ exceptione ſcienter omiſſa indiſtincte valere communis ſcribentium opinio refertur.

Exceptionem hãc incompetentiæ dilatoriam dici à iure poſitiuo inductam quaque non oppoſita validus proceſſus remaneat communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio, quod vbi inhabilitas à naturali defectu cauſam traheres limitatur quo caſu de tali exceptione, quia retro nullum reddit opponi ſemper poteſt, nec clauſula ſupplentes omnem defectũ purgat, niſi vbi iudex qui competens eſt alium qui competens non erat competentem iudicem pronunciaſſet quo caſu ſi non appelletur de nullitate vlterius ratione incompetentiæ videri nequit.

39 A ſententia per quam iudex ſe competentem pronunciat, quod appellare liceat communis eſt ſcribentium opinio.

In omni interlocutoria grauamen per appellationem à diffinitiua non reparabili afferente appellatio recipitur.

De emergenti præiudiciali, & de negotio principali tractari ſimul nequit.

Statuto etiam à ſententiis puta conſulũ appellare prohibente appellare à tali interlocutoria licet.

40 In forma ſtipulationis fit litis conteſtatio per interrogationem præcedentem, & reſponſionem ſubſequentem.

Per ſtipulationem quid fieri, & per litis conteſtationem æquiparantur.

Lis pro conteſtata, quod habeatur reo litem conteſtari nolente nullatenus iudici permittitur.

Facto ad litis conteſtationem, ac verborum expreſſione opus eſt.

Rei ſtante contumacia in litem conteſtando contra ipſum ad primum, & ſecundum decretũ deuenitur.

41 Nullatenus parte abſente litis conteſtationem fieri communis eſt ſcribentium opinio.

Rotæ deciſ. 2. & 6. de lit. conteſt. in nouis, ex rei reſponſione parte abſente facta litis conteſtationem induci explicantes qualiter procedant declaratur.

Quamuis ad diffinitiuam contra reum lite non conteſtata minime deueniatur, contra actorem tamen

men abſque conteſtatione ab ipſo reo factam deuenitur.

Rotæ deciſio 18. de teſtibus in antiquit. per reſponſionem ad articulos concluſiuos factam litis fieri conteſtationem continens qualiter procedat declaratur.

Ex rei confeßione in figura iudicii facta litis fieri conteſtationem communis eſt ſcribentium opinio.

Et quando ex confeſsione ſiue negatione, aut aliter litis conteſtatio inducatur remiſsiue.

42 Paria ſunt in cauſa concluſum eſſe, & indicatum.

Quoties vere in cauſa, ac vtraque parte conſentienſe concluſum extitiſſet,

Secus quando tacite, & ab vna parte ſolum permiſsionem veluti citationis ad ſententiam concluſum extitiſſet, quo caſu vere in cauſa concluſum non cenſetur.

Quoties vtraque pars peremptorie citari, ac ſententiam ferri inſtetiſſet, vere in cauſa concluſum dicitur, ſecus ſi vna partium, id tantum poſtulaſſet.

Dubiam Ruyui in conſil. 6 num. duodecimo, lib. quarto opinionem cenſeri recuſationis exceptionem poſt citationem ad ſententiam audiendam expeditam non eſſe admittendam dicentis reddi explicatur.

Vbi in caſu eſſemus in quo in cauſa non concluditur, citatio ad ſententiam pro concluſione in cauſa habetur, quoties vtraque parte præſente, vel inſtante expedita citatio fuiſſet.

43 Stricti iuris eſt renunciatio, ac ſtrictè interpretatur.

Per litis conteſtationem omnibus exceptionibus dilatoriis renunciatur.

Et per concluſionem in cauſa probationibus quibuſcunque.

Durum, & graue eſt coram ſuſpecto iudice litigare.

44 In illis cauſis iu quibus ſummarie, & ſine figura iudicii proceditur, ad ſolas probationes reſpicitur.

Ille actus, qui in cauſis in quibus lis conteſtatur poſt litis conteſtationem immediate fieri ſolet vim habet litis conteſtationis in ſummariis.

Ille actus hic eſſe cenſetur, in quo de meritis cauſæ cognoſcere iudex incæpit.

In Regno Neapolis actus vim litis conteſtationis habens datio termini cenſetur.

Idem effectus ex dicto primo actu reſultant, qui ex vera litis conteſtatione reſultarent.

Lis quoad præſcriptionem interrumpendam, atque vt actio ad hæredes alioqui non tranſitura ad ipſos tranſeat reo conuento litem conteſtari ſubterfugiente interrumpi communis eſt ſcribentium opinio.

45 Ab illo actu in cauſis executiuis, qui poſt litem conteſtatam in ordinariis, fieri ſolet, vel ab eo die, in quo de meritis cauſæ tractari incæpit inſtantia currit.

Inſtantiam etiam iu executiuis dari magis communis eſt ſcribentium opinio.

Tunc in cauſis in quibus nou conteſtatur procurator litis dominus efficitur, vbi tractare de cauſæ meritis incæpiſſet, quod communiter approbari aſſeritur.

46 In cauſis in quibus in cauſa non concluditur primus actus, qui fieri cauſæ concluſionem ſolet pro cauſa concluſione habetur.

47 Sicut per primum actum, qui fieri poſt litis conteſtationem ſolet dilatoriæ excluduntur, ita & pariter poſt litem ſtatuto ſic diſponente pro conteſtata habitam.

Ab homine fictionem, niſi lex permittat induci minime poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

48 In cauſis in quibus iuris ordinem ſeruare oportet, nec de tacita, nec de expreſſa partiũ voluntate litis conteſtatione omiſſa procedere licet.

Quod quando partes iudicem, tanquam iudicem cauſam, & iudicium conſtruere conſentiunt procedere declaratur.

Secus ſi prout ſibi videtur procedere poſſe iudicem conſenſerint, quo caſu iuris ſolemnitates omittere licet.

Ex iuris tam ciuilis, quam municipalis diſpoſitione, fictio quod lis pro conteſtata habeatur induci poteſt.

Iuris ciuilis, ſtatuta eſſe, ac fingere poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

Beneuentanæ ciuitatis ſtatutum iu lib. 1. in tit. de modo procedendi in ciuilibus, in fine per primam reſponſionem à reo conuento, ſiue neget, ſiue aſſirmet faciendam litem ipſo facto conteſtatam intelligi diſponit.

Statuta paſsiuam à iure communi recipiunt interpretationem.

Tunc ex rei reſponſioue in mente præfati ſtatuti, ſiue neget reus, ſiue aſſirmet litis conteſtatio inducitur, vbi reſponſio iſtiuſmodi animo litem conteſtandi ſubſequeretur.

49 Eo caſu ſuſpicionis cauſam ante cauſæ concluſionem ortam proponere poſtea licet, vbi ſuſpicionis cauſa adeo notoria eſt, quæ nullam requirat probationem idem ſecundum communem ſcribentium opinionẽ, vbi ſuſpicionis cauſa ante cauſæ concluſionem orta noniter in recuſantis cognitionem perueniſſet.

50 In Hiſpanis, ex Regia Conſtitutione tunc teſtibus, aliiſque legitimis probationibus probare ſuſpicionis cauſam licere diſponitur, quoties poſt cauſæ concluſionem ſuſpicionis cauſa ortum habuiſſet, ſecus ſi iudicem quis ob cauſam ante cauſæ concluſionem ortam, & cuius cognitionem poſtea habuiſſet recuſare vellet.

In Regno item Neapolis ſuſpiciones poſt concluſum in cauſa, etiam quod de nouo ipſas ad eius notitiam perueniſſe pars probare velit proponere non conceditur.

Iudicis recuſati iuramentum recuſanti in hoc caſu petere licet, quod qualiter exequẽdũ veniat declaratur.

Arbitri in recuſationis cauſa iudices cenſentur.

Duplici officio partis, & iudicis, quem fungi non permittitur.

Quoties probationi non eſt locus, neutiquam iuramenti delatio prohibetur, neque legitimam iuramentum probationem dici communis ſcribentium opinio.

Suſpicionis, & recuſationis cognitio tanquam incidens, & quæ incidenter examinatur ſummaria cenſetur.

Iudici etiam in ſummariis poſt concluſum in cauſa, tam ex officio, quam ad partis poſtulationem partem, interrogare cum iuramento licere magis communis eſt ſcribentium opinio.

Ad hanc interrogationẽ faciendam nullatenus iudicẽ cogi poſſe communis ſimiliter eſt ſcribentiũ opinio.

51 Conuentionis, & reconuentionis cauſa non vnica, ſed duabus ſententiis vna ſcilicet immediate poſt aliam termi-

Digitized by Google

terminanda ſunt, quod quomodo procedat exemplo oſtenditur.

Nihil concluſione in cauſa facta, nec de iure, nec de facto opponere licet.

Sententia in conuentionis cauſa lata, ſententiam ſuper reconuentione ob allegatam ſuſpicionem, & propoſitam recuſationem, impedire nullatenus licet.

52 Poſt oppoſitam recuſationem coram iudice recuſato litigans oppoſitæ recuſationi renunciare cenſetur.

Niſi quod in iudicem conſentire non intendit proteſtetur, ac in quocunque actu eſſe proteſtationem adhibendam aliquorum eſt opinio, & numero ſequenti.

Proteſtanti ius proteſtatio reſeruat.

53 Putei, Mohedani, & Paleoti Deciſiones aliquæ referuntur, & enucleantur.

Proteſtatione generalibus verbis facta futurum tempus reſpicientibus à proteſtatione per actus ſubſequentes quod minime recedatur magis communis eſt ſcribentium opinio, & numero ſeque. vbi plenius declaratur.

Quoties proteſtatio eſt facto contraria, & iudex proteſtantem non repellit, ac factum effectum ſuum ſortitur vitiari proteſtationem, & factum manere, magis communis eſt ſcribentium opinio.

54 Ut poſt proteſtationem recuſatio iuuet, non ſolum in vnoquoque actu ipſam repeti, vel eam verbis generalibus futurum tempus reſpicientibus fieri minime opus eſt ſed etiam ipſi nullam actionem contra actorem competere quando reus in iudicio vocatur, & legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habet, & alia huiuſmodi plene declaratur.

Actum ex neceſsitate facienti fauetur.

Aliquid reus à iudice petens in faciliorem oppoſitæ recuſationis exitum tendens propoſitæ exceptioni, & recuſationi renunciare non cenſetur.

Veluti ſi à iudice aliam partem ad ſuum arbitrium, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcat eligendum reus petiiſſet.

Quoties nihil à iudice petitur ſimplex proteſtatio ab ab initio facta per quam nolle in iudicem conſentire reus declarat indubitate iuuat.

Proteſtatio in ſcripturis rei poſita ius ſuo loco, & tempore de ſuſpicione dicendi reſeruat.

Vbi an per aliquem actum in iudicem recuſatum conſenſum eſſe præſtitum, aut recuſationis exceptioni renunciatam in dubium reuocatur non iudex ipſe recuſatus de hoc cognoſcit, ſed ipſius ſuperior, vel arbitri, ad quorum electionem ſuper hoc articulo deuenitur.

55 Pronunciatione prout in cedula in cauſa facta, res non ſolum iudicari incœpta, ſed certo modo iudicata dici poteſt.

Pronunciationes, prout in cedula ab eis ſi infra decem dies non appelletur in rem tranſeunt iudicatam.

56 Sententiam, prout in cedula prolatam, vbi in actis cedula producta non eſſet non valere communis ſcribentium opinio refertur.

Pronunciatio prout in cedula a iudice facta recuſationis exceptionem contra iudicem proponens, etiam poſt talem pronunciationem ſuperueniſſe deducat, nullatenus eſt audiendus.

Idem, vbi ſententia ſcripta à iudice, & ſubſcripta fuiſſet, & actuario vt publicetur tradita.

57 In contumacia exiſtenti iudicem recuſare nullatenus permittitur.

Pro contumace loqui nemini licet, ac contumaci audientia penitus denegatur.

Quod in contumace, qui minor ſit ſimiliter procedit, necnon tam in reo contumace, quam in actore.

Rei conuenti cunctatio, fuga, mora, dilatio contumacia, & fruſtratio litis conteſtationis vice fungitur, ac eodem quos ipſa litis conteſtatio effectus inducit.

Abſens litis vitandæ cauſa, pro præſente habetur.

Eo caſu propter rei contumaciam lis conteſtata non intelligitur, quando iuſtam non veniendi cauſam conuentus habuiſſet, vel quoties mora, vel contumacia aduerſarij ceſſante minime conteſtari lis potuiſſet.

Etiam per procuratorem ad contumaciam purgandam contumax admittitur.

58 In beneficialibus altera parte per contumaciam abſente ad diffinitiuam lite non conteſtata dummodo de cauſa liqueat proceditur.

In poſſeſſorio edicti Carboniani, litis conteſtationem non requiri communis ſcribentium opinio refertur.

Idem quando in caſu eſſemus, & in cauſa in qua periculum eſſet in mora ſecundum communem, ſimiliter ſcribentium opinionem, & in cauſa libertatis.

59 Contumaci ante litis conteſtationem refectis expenſis data de iudicio ſiſti cautione, & aliis, ad quæ contumax tenetur adimpletis iudicem recuſare, aliaſque dilatorias exceptiones opponere, licet.

Idonea cautio in hoc caſu pignoribus, vel fideiuſſoribus datis eſſe debet, niſi talis eſſet actor, qui eam præſtare non valeret, quo caſu iuratoriam eum cautionem præſtare ſatis eſt.

Vel vt contumax immobilia poſsideret in quibus executio de facili fieri poſſet.

Vel, vbi quis foro ſubiectus Eccleſiaſtica beneficia poſsideret.

Ad quid contumaciam purgare volens tam in ciuilibus, quam in criminalibus teneatur remiſsiue, præfataſque cautiones ex commmuni curiarum ſtylo, non præſtari communis refertur ſcribentium opinio.

60 Exceptionum dilatoriarum quædam contra perſonas in iudicio interuenientes opponuntur, quas non ſolum proponere, ſed etiam probare ante litem conteſtatum oportet.

Alias vero negotium reſpicientes ante litem conteſtatam eſſe proponendas poſtea vero probandas ſcribentes communiter affirmant.

Pars dilatorias exceptiones ante litis conteſtationem non opponens renunciare illis cenſetur, ac videtur.

61 Exceptionem dilatoriam in principali cauſa ante litem conteſtatam non oppoſitam, neque in appellationis cauſa etiam ante litem in ea conteſtatam opponere licere communis ſcribentium opinio refertur.

Quod vbi in prima inſtantia lis conteſtata fuiſſet procedere intelligitur, alias ſecus, & nume. ſequenti in principio.

Vel niſi poſt litem exceptio ſuperueniſſet conteſtatam.

62 Quamuis quando inter præſentes proceditur litis conteſtationem in appellationis cauſa non eſſe neceſſariam communis ſit ſcribentium opinio, ſecus vbi altera parte per contumaciam abſente procederetur, omni nihilominus excluſa diſtinctione non eſſe in ſecunda inſtantia litis conteſtationem neceſſariam lite in prima inſtantia conteſtata veriorem eſſe concluditur ſcribentium opinionem.

In cauſis in quibus, abſque litis conteſtatione ad diffinitiuam procedi poteſt, ſtatim quod merita cauſæ diſcutiuntur via declinatoriis præcluditur.

63 Poſtquam ad merita cauſæ diſcurienda deuentum fuit iudicem, neque refectis expenſis recuſare contumaci licet.

Melioris contumax conditionis eſſe nequit, quam obediens, necnon ac ſi præſens eſſet, contumax habetur.

Nec ſtultus melioris, quam peritus conditionis eſſe debet.

64 Exceptionem fori declinatoriam propter inobedientiam contumax amittit.

In habentibus Symbolum facilis eſt tranſitus.

Quando iuriſdictionem ſe non habere iudex ſcit, nec in principali cauſa, nec contumaciæ punitiuum proceſſum valere etiam colore alicuius iuriſdictionis exiſtente, communis eſt ſcribentium opinio.

Non ſolum iudicis proceſſus iuriſdictionem ſe non habere ſcientis nullus eſt, ſed illius etiam iudicis, qui iuriſdictionem an habeat dubius fuit, vel ſcire, aut dubitare debuit communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Scire, & ſcire debere, vt ſcribentes communiter ſentiunt habere, & habere, debere, dubitare, & dubitaſſe, debere, paria ſunt.

Iudicis, qui iuriſdictionis defectum probabiliter ignorauit proceſſus quatenus contumaciæ eſt punitiuus valet, ſecus ſuper cauſa principali, niſi ſecundũ communem ſcribentium opinionem iudex competentem ſe pronunciaſſet.

Litis pendentiam allegare nequit contumax ſecundum communem ſcribentium opinionem, niſi per expenſarum, refectionem contumacia purgata.

Contumax etiam per expenſarum refectionem contumacia purgata cauſæ remiſſionem petere prohibetur.

66 Cauſam contumax etiam expenſis refectis in illo ſtatu, in quo ipſam reperit proſequi tenetur.

Pro affirmante contumax, aut negante, vt illi magis eſt præiudiciale exiſtimatur.

67 Audientia contumaci non in cauſa ſolum in qua contumax eſt, ſed in omnibus coram eodem iudice, inter eaſdem perſonas vertentibus denegatur,

Aliis etiam iudicibus, vt contumacem in aliqua cauſa non audiant mandare iudici conceditur.

Contumacis etiam colonis, & inquilinis, vt ei de penſionibus non reſpondeant, quodque nullus ad eius agros accedat colendos mandare iudici licet.

Plura aduerſus contumacem ſunt à iure remedia prodita multa veluti bannum immiſſio in poſſeſſionem, & alia quibus prætor iuriſdictionem ſuam aduerſus contumaces tuetur de quibus remiſſiue.

68 Sicut vero contumaci à ſententia, ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua contra eum abſentem lata appellare non permittitur, ita & pariter iudicem ei recuſare non licere explicatur.

69 Ille proprie verus contumax cenſetur, qui ante ſententiam, poſt tamen litem conteſtatam contumax fuit.

Maior illius, qui comparuit eſt contumacia, & poſtea ante ſententiam contumax effectus eſt enim illi, qui nolle venire dixit æquiparetur, quam illius qui nunquam comparuit.

Tam iure communi, quam Regni Neapolis conſtitutionibus inſpectis quis verus quis fictus contumax dicatur remiſſiue.

Nec Principi ſupplicare, neque ad Principẽ recurrere, contumaci licet.

Quod non via ſubmouetur alia concedi non debet.

Quando appellationis remedio ſublato ad Principem, recurrere, ac ei ſupplicare liceat, remiſſiue.

70 Quatenus de facto verus contumax, qui appellauit admitteretur in cauſa obtinere eum poſſe ſententia iniuſta exiſtente explicatur.

Quamuis ad iudicem, ad quem negotium deuolui nequeat, per appellationis tamen admiſſionem ad eum negotium deuoluitur, neque de ipſius iuriſdictione contendere poſtea licet.

71 Vbi propoſitam à contumace recuſationis exceptionem iudex admitteret notoria recuſantis contumacia non obſtante ſuum propoſita recuſatio effectum ſortitur.

72 Ab interlocutoria appellans cum hoc ipſo nolle ſe coram iudice à quo appellauit comparere declarare cenſeatur, ipſo nullatenus ad vlteriora, neque ad ſententiam citato in ſuæ contumaciæ pœnam, & odium diffinitiuam proferre ſententiam iudici licet.

Quod vbi periculum eſſet in mora procedere aliqui ſentiunt.

73 Omnia iura ſecundum communem omnium ſcribẽtium opinionem contra contumaces clamant.

Dolo contumacia æquiparatur, & in delictum tranſit.

Per iudicem à quo appellatione admiſſa, ac contumace coram appellationis iudice comparente appellationi locum non eſſe pronunciare iudex debet, ac cauſam ad primum iudicem remittere.

74 In non comparendo contumacem in non reſpondendo, ſeu in præcepto ei facto contrauenïendo ſiue ante tẽpus ſine iudicis licentia recedentem excommunicare iudici licet.

Nulla pœna in eccleſia excommunicatione maior cenſetur, quod excommunicatione durante procedere intelligitur alias, quia in poteſtate eſt excommunicati comparendo hanc à ſe pœnam remouere leuis propterea, ac medicinalis reputatur.

75 Qualibet contumacia etiam minima excommunicatione digna eſt, & tanto maior cenſetur quanto ex minori, & leniori re, & cauſa reſurgit, cum fortius quis tali caſu contemnere videas.

Delictis excommunicationis pœna cum medicinalis ſit neutiquam commenſuratur.

Mortale peccatum eſt contumacia.

Minimumque inobedientia peccatum cenſetur, necnon infidelis contumax appellatur, & qualiter illud non eſſe pro leuibus culpis excommunicationem infligendam intelligendum ſit remiſſiue.

76 Quamuis ſolam ob contumaciam neutiquam beneficio excõicatum priuare liceat, nec omne mortale peccatũ beneficiu

beneficii priuatione dignũ ſit, etiam quod propter peccatum excommunicatio ſequatur beneficii tamen fructibus ipſo iure excommunicatum priuari communis ſcribentium opinio refertur.

Etiam appellatione pendente, & vbi de hoc nihil in ſententia expreſſum fuit beneficii fructibus, & quotidianis ſignanter diſtributionibus excommunicatus priuatur, & quæ ſit ratio refertur.

77 Etſi in neceſſarius ſit ſuſpenſo prouidendum, hoc vbi propter crimen, ſecus ſi propter contumaciam ſuſpenſio ſucceſſiſſet, intelligitur, & quæ ſit ratio recitatur.

Suſpenſionis pœnam à diuinis contra clericos ſolum, excommunicationis vero pœnam contra clericos, & laicos pariter proferre licet.

Suſpenſionum genera, quot ſint, & de multiplici à diuinis ſuſpenſione remiſsiue.

78 Quatenus in excommunicatione per annum contumax inſordeſceret, ac excommunicatus pro crimine fuiſſet ipſo iure eccleſiaſtico beneficio priuatum eum cenſeri, vel priuandum, vbi crimen, cuius in iudicium delatus fuerat excommunicatione dignum fuiſſet communis eſt ſcribentium opinio, & numero ſequenti.

Pœna creſcere debet contumacia creſcente.

In excommunicatione per aliquod tempus etiam citra annum perſeuerantem temporali eum pœna punire licet.

80 Per annum in excommunicatione perſeuerantem pro confeſſo de crimine de quo imputatus fuerat, & pro conuicto haberi communis eſt ſcribentium opinio.

Non ſolum pro crimine excommunicatus per annum in excommunicatione perſeuerans de hæreſi ſuſpectus dicitur, ſed indiſtinctè quicunque in excommunicatione per annum inſordeſcens, ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione ſuſpectus de hæreſi cenſetur, & hoc qualiter procedat explicatur.

Illud præfata de hæreſi ſuſpicio operatur, vt ſi indicta purgatione purgandus deficiat condemnare eum tanquam hæreticum liceat.

At de hæreſi tali caſu ſuſpectus ab inquiſitoribus vocatus ſubterfugiens in excommunicatione ob contumaciam lata ad annum vſque perſeuerans anno elapſo pro conuicto habetur, ac pœnis tanquam hæreticus ſubiiciendus venit.

Quod eo caſu procedere, vbi contumax de hæreſi ſuſpectus expreſsim, vt ad iudicium ſuper rebus fidei accedat, vel ſuper hæreſis crimine, cuius accuſatur, aut ſuſpectus eſt reſponſurus citatus fuerit communis eſt ſcribentium opinio.

In genere hæreſis crimen hoc in edicto exprimere ſufficit, nec in ſpecie hæreſis ſpecies exprimenda venit.

Annus in præfato caſu non vtilis, aut intermiſſus, ſed continuus, perpetuiſque diebus eſt computandus.

Qualiter vtile tempus, aut continuum dicatur remiſsiue.

In excommunicatione per annum inſordeſcens generali illa abſolutione ad effectum validitatis gratiæ, in literis Apoſtolicis apponi conſueta non iuuatur.

81 Si quis donec ſatisfecerit, vel ad tempus excommunicetur minime eum, niſi abſolutione obtenta liberari communem eſſe explicatur ſcribentium opinionem.

Suſpenſum vero donec ſatisfecerit, abſque abſolutione ſatisfaciendo liberari communis ſimiliter ſcribentium opinio refertur.

A Papa ſatisfecerit excommunicatus, nullatenus per ſatisfactionem, ſiue abſolutione liberatur.

Interdicto, contra aliquem donec ſatisfactio facta fuerit prolato adhuc ſatisfactione ſecuta relaxatio requiritur.

Ab excommunicatione, & ſuſpenſione interdictum differt, ſuſpenditur enim perſona, & excommunicatur locus vero interdicitur, Regnum, Prouincia, Caſtrum, Ciuitas, communitas, populus, Clerus, Capitulum, Collegium, Villa.

Non ſine magna cauſa ad interdictum deuenire licet, & ratio aſsignatur.

Interdictum quod in locum fertur generale quandoque eſt, quandoque ſpeciale.

82 Excommunicatio propter contumaciam tantum in non parendo non autem pro delicto, vel alio caſu proferri ab homine poteſt, & vbi mora, culpa, vel offenſa, præceſsit.

Nunquam in pœnam excommunicatio profertur, quia ſi ſe corrigere quis vult incontinenti relaxatur.

Quoties notorium eſſet delictum, abſque contumacia excommunicatus quis declaratur.

Quamuis excommunicari quis propter crimen nequeat ſuſpendi tamen propter crimen, & in pœnam directè poterit.

83 Locus fictionibus non eſt, vbi de excommunicationis ſententia incurrenda agitur, eaque in caſu tantum vero non autem in ficto ligat.

Citationem ſciuiſſe ad domum citatum præſumitur.

Vera vt excommunicari quis poſsit contumacia requiritur, necnon perſonalis citatio ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Eo caſu in excommunicationis ſententia ferenda perſonalis citatio eſt neceſſaria, vbi perſonaliter quis reperiri poteſt alias ſi perſonaliter reperiri nequit citationem domi factam, vel per edictum pro omnibus actibus iudiciariis ſufficere magis communis eſt ſcribentium opinio, & qualiter articulos, quod citatio ad citati notitiam deuenerit, licet perſonaliter apprehenſus non ſit formare conueniat remiſsiuè.

84 Quoties à contumace iudex contemneretur criminaliter punire contumacem, & mulctare iudici licere, communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Mulctam à iudice impoſitam ratione inopiæ, non ſoluenti remiſsionem ei totaliter, & liberationem fieri communis eſt ſcribentium opinio.

Neque eum ſi ad pinguiorem deuenerit ſtatum de ſoluendo cauere, nec dato quod ad pinguiorem poſtea fortunam deueniſſet ſoluere tenetur.

Vera ſolum concurrente contumacia mulctare contumacem licere, neque fictam ſufficere contumaciam, communis eſt ſcribentium opinio.

Mulcta in Regno Neapolis eſt tertia bonorum mobilium pars.

De mulctæ ſignificatu, & de differentia inter pœnam, & mulctam remiſsiue.

85 Rite, & ſecundum leges executa, ex alio euentu reſuſcitari minime debent.

Legitime factum retractare nullatenus licere, etiam quod poſtea caſus à quo inchoari non potuerit euenisset communis ſcribentium opinio refertur.

86 Principalem cauſam regulariter propter contuma-

citum contumacem non amittere, neque contumaciã ad quem iure ſuo priuandum iuſtam cenſeri cauſam communis ſcribentium opinio refertur.

Expenſarum condemnationem, & iacturam, quod contumax patiatur, neque nouam in hac expenſarum condemnatione requiri citationem communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Partis iuramento, aduerſus contumacem de expenſis creditur.

87 Reus in reſpondendo contumax à iudice, vt reſpondeat abſque indicus torqueri poteſt.

Quod in eo ſolum, qui in criminali cauſa contumax eſt procedit.

Nunquid moram, in hoc caſu à iudice declaratione facta purgare contumaci liceat remiſſiue.

88 Ad primi decreti interpoſitionem, vt tadio affectus reſponſurus contumax veniat deuenitur.

Primum decretum contumaciæ, pœnam eſſe, necnon ſecundum decretum ſecundam iudicis aggrauationem eſſe deducitur.

Et quid, vt contumax quis in hoc caſu dicatur concurrere debeat remiſſiue.

Eo caſu citationem ad domum ante litem conteſtatam validam cenſeri, vbi perſonæ principalis diligenti inueſtigatione facta, eiuſque procuratoris, vbi illum conſtitutum fuiſſe certum eſt, reperiri non potuerit communis ſcribentium opinio refertur.

Tunc reperiri, quem non poſſe, ac ad domum ante litem conteſtatam legitime citari, vbi à ciuitate citatus abeſſet, communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Quibus in caſibus, ad domum citatio ſufficiat, & quãdo ſit in perſonam neceſſaria, ac quot modis abeſſe quis dicatur remiſſiue.

89 Summatim, ad primum decretum contra contumacem obtinendum, atque etiam per actoris iuramentum, de credito conſtare ſufficit, ſecus in ſecundo decreto, ad quod tanquam maioris præiudicii, niſi plene de debito conſtet non deuenitur.

Perſeuerantiæ tempus in contumacia, poſt primum decretum, vt ad ſecundum decretum perueniatur, eſſe iudicis arbitrarium communis ſcribentium opinio refertur.

Etſi de æquitate, niſi anno integro à die primi decreti, elapſo iudicem neutiquam ad ſecundum peocedere decretum debere, niſi aliud iuſta cauſa ſuaderet de communi ſimiliter teſtantes aliqui ſentiunt.

90 Ad primum decretum, ex procuratoris contumacia, contra dominum deueniri communis ſcribẽtium opinio refertur, ſecus in ſecundo decreto in quo verus doli, ac domini latitatio requiritur.

91 Nunquam ſecundum communem ſcribentium opinionem iuriſdictionem prorogare contumax cenſetur.

92 Coram iudice, qui ſuſpectus ſit litigare periculoſum eſt.

Vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum.

Contumax in dando teſtibus interrogatoria etiam poſt teſtes examinatos ſuo ſumptu, quod ſuper interrogatoriis teſtes recipiantur, eſt admittendus.

Teſtes non repetitos ſuper interrogatoriis rei non probare, neque aliquam inducere probationem communis eſt ſcribentium opinio.

93 Abſenti poſt incurſam contumaciam reuerſo actorum copiam expenſis prius per ipſum refectis eſſe præſtandam, eique terminum ad opponendum eſſe concedendum, ex Bartolo aſſeritur.

Contumacem expenſis refectis in eo ſtatu, & gradu, eſſe audiendum in quo cauſa ante termini aſsignatio nem reperiebatur magis communis ſcribentium opinio refertur, quod num. 96. declaratur.

94 Contumacia non verè, & propriè, ſed interpretatiuè, ex qua in omittendo conſiſtit delictum cenſetur.

Statuta de delictis loquentia, quæ propriè intelligenda veniunt contumaciam non comprehendunt.

Ex contumacia condemnatum neutiquam ex delicto condemnatum dici communis eſt ſcribentium opinio.

Eo caſu contumacia delictum cenſetur, quoties admiſſu contemptum iudicis haberet, quodque iudici criminaliter ob contumacem, tali caſu punire liceat communis ſcribentium pariter opinio refertur.

95 Litigatoris abſentia Dei præſentia ſuppletur.

Iudex contra contumacem, niſi de meritis cauſæ vnius ſaltem partis ſibi conſtet, nullatenus promulgare ſententiam debet.

Aliis modis eſt contumacia arcenda, neque ob contumaciam eſt ſententia præcipitanda.

In criminalibus vltra contumaciam ad inquirendum indicia tali caſu non ſufficere, vt in praxi, Clarus opinatur, ſed indicia ad torturam omnino requiri veriorem contra ipſum eſſe exponitur ſcribentium opinionem.

96 Communi eſſe inhærendum opinioni, magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quoties ad illos actus in cauſis in quibus lis non conteſtatur in partis contumaciam deuentum fuerit, qui in cauſis, in quibus lis conteſtatur poſt litem conteſtatam fieri ſolent, nullatenus contumax tanquam ab omnibus dilatoriis, excluſus eſt admittendus.

97 Contumaci, poſt expenſas refectas etiam poſt litem conteſtatam ſeu pro conteſtata habitam, vel poſt actum vim lis conteſtationis habentem, noua ex cauſa, vel veteri, de nouo ad notitiam deducta, recuſare iudicem licet.

Dummodo vltra iuramentum cauſam ſuperueniſſe, ſeu de nouo ad notitiam deueniſſe ab ipſo recuſante præſtitum aliquæ concurrant coniecturæ, quæ an cõcurrant, vel ne arbitri de ſuſpicione cognoſcentes iudicabunt.

Contumax, qui fuit negligentem pariter eum fuiſſe exiſtimatur.

98 Quamuis iuriſdictionem neutiquam prorogare contumax cenſeatur, attamen vt declinatorias exceptiones opponere ne poſsit quæ non ipſo iure, nullum iudicium reddunt, ſed ope tantum exceptionis qualis propriè eſt recuſationis iudicis exceptio ſibi præiudicare contumacem aſſeritur.

99 Verus tantum contumax ab appellando excluditur, & à iudice recuſando.

Statuto, vt lis contra contumacem pro conteſtata habeatur diſponẽte, vt à recuſationis exceptione, aliiſque dilatoriis, quæ per litis conteſtationem tolluntur, excludatur veram requiri contumaciam communis ſcribentium opinio refertur.

100 Illum verum cenſeri contumacem, ad quem citationis notitia vere peruenit, & qui perſonaliter apprehenſus nollle ad cauſam venire declarauit, cõmunis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Idem, vbi nullum citatus reſponſum dediſſet, nulloque modo comparuiſſet procedit, nam facto ipſo non comparendo venire nolle declarauit.

Citationem ad notitiam peruenire, veriſimiliter potuiſſe non ſufficit, cum potuerit non peruenire.

Ille, qui data opera fecit quominus ad ipſius notitiam citatio peruenire poſſet, vel ne ſibi præſentaretur effe-

cit

Digitized by Google

tis verus, ac ſi nolle venire dixiſſet, contumax dicitur.

Citatione debite executa citato ad cauſam proſequendam procuratore mittente certam citatus citationis notitiam habuiſſe præſumitur, ac contra ipſum tanquam contra contumacem etiam ad excommunicationis ſententiam procedere licet.

101 *Domi citatus fictus contumax cenſetur, ac ita demum citationem ad domum ſufficere, vbi perſonæ copia haberi nequit, communis ſcribentium opinio refertur.*

Ut quis tanquam contumax à recuſationis exceptiones excludatur perſonalem citationem eſſe neceſſariam concluditur, vel vbi ad domum citatus quis fuiſſet, ad citatum citationis perueniſſe notitiam euidenter appareret.

102 *Ad contumaciam incurrendam legitima citatio tribus edictis vel vno omnibus peremptorio requiritur ſecundum communem ſcribentium receptam opinionem.*

Quod procedit etiam poſtquam, qui ſemel perſonaliter citatus fuit minime comparuiſſet.

Trinam in manifeſto contumace, non requiri citationem ſed vnicam ſufficere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Illum manifeſtum cenſeri contumacem, quem ſe comparere nolle nuntio reſpondiſſe conſtat, ipſumque, nõ eſſe amplius citandum communis ſcribentium opinio refertur.

Vaſallus domini voluntate citatus, ac nolle venire reſpondens ſtatim ob veram, quam ſic reſpondendo contumaciam incurrit ſtatim feudum perdit.

In prima citatione citatum non comparentem alias citationes expectare eum voluiſſe dum ſe iterum citandum ſciebat, non autem quod comparentem, alias citationes expectare eum voluiſſe dum ſe iterum citandum ſciebat, non autem quod comparere, amplius nolit, eſt præſumendum.

Iuſtior in dubio interpretatio, & coniectura eſt capienda iudicis monitio trinæ citationis, ac peremptorii vim habet.

Prenotata de trina citatione, vel vna pro omnibus, cum peremptorio in ciuitate, & Regno Neapolis non obſeruantur, cum vna die pro alia citatione facta in die ſequenti prima contumacia accuſatur, & poſtea per triduum citatus expectatur, ac triduo peracto in quarta die, vltima contumacia accuſatur, ac ex tunc citatus contumax reputatur.

Peremptorium, & tres citationes æquiparantur.

In beneficialibus cauſis, & ſummariis peremptorii ſolennitas non requiritur.

Peremptorium in Romana Curia, ex ſtylo non apponitur.

103 *Reus nullatenus contumax dicitur, niſi in vltimo perẽptorio actor compareat, illiuſque contumaciam, ſecundum aliquos accuſet.*

Circumducta remanet citatio actore in vltimo peremptorio, non comparente, etiam quod reus ipſe non compareat.

Contumaciam accuſans, vſque ad iudicis diſceſſum à Tribunali expectare, vel à iudice licentiatus recedere debet.

Quod non obſeruari aſſeritur, ac contumacia non aliter accuſata per partis comparitionem accuſatam intelligi eamque iudice partem contumacem fuiſſe atteſtante accuſatum præſumi explicatur.

Nullatenus contra contumacem proceditur, niſi altera parte inſtante, & communis ſcribentium opinio refertur.

Adeſſe peremptoriæ citationis poſt trinam citationem alia, & ſic quarta citatio non requiritur.

104 *Antequam contumacem iudex condemnet ad illius contumaciam primo pateſaciendam tenetur.*

105 *Ad contumacem conuincendum ad cauſas allegandum cur condemnari tanquam contumax non debeat præceptum requiri communis eſt ſcribentium opinio.*

Ante aliquam ſentiam, ſeu mulctam contra contumacem pronunciatam ad cauſas allegandum, quare mulctari citandus non debeat communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

106 *In ſecunda citatione comparentem ad illius citationis expenſas in qua contumax fuit reficiendum teneri communis item ſcribentium opinio refertur.*

Tam verus, quam fictus contumax, niſi refectis expenſis non auditur.

107 *Uſque ad vnum denarium expenſas reficere contumax debet, vt audiatur.*

Actoris maior, quam rei contumacia in ciuilibus, cenſetur.

Secus in criminalibus, in quibus maior actoris eſt contumacia.

108 *Semper expenſæ contumaciales perſolui debent, etiam quod iuſtam contumax litigandi cauſam habeat.*

Contumace in cauſa poſt expenſas refectas obtinente, expenſas contumaciæ occaſione ſolutas nullatenus, eum repetere, communis ſcribentium opinio refertur.

Qui contra iudicis prohibitionem ædificat, & demoliri cogitur, etiam quod in cauſa poſtea obtineat nullatenus et demolitionis damnum eſſe reſarciendum communis ſimiliter ſcribentium opinio refertur.

109 *Damna etiam, & intereſſe contumaciales expenſas comprehendere omnium in iure ſcribentium communis eſt opinio.*

Iudicis arbitrio repoſitum eſt, quas, vt contumax audiatur reficere expenſas debeat, & quæ expenſæ ſint à contumace reficiendæ declaratur.

Pars ſine expenſarum refectione quamuis inſtructum procuratorem miſiſſet, qui non comparuit non auditur.

Procuratorem in cauſa diligentem, non conſtituens in culpa cenſetur, ſibique imputare debet.

Ubi in itinere interfectus procurator fuiſſet, ſine aliqua expenſarum refectione dominus auditur.

110 *In diffinitiua, & aliis, quæ grauis ſunt præiudicii trinam requiri citationem, ſecus, quo ad expenſarum condemnationem, ſeu multæ impoſitionem, in quibus vnicam ſufficere citationem communis omnium in iure ſcribentium eſt opinio.*

Unica regulariter, vt quis contumax dicatur citatio requiritur, neque alia, niſi ad malitiam ſolum magis conuincendam citatio requiritur.

Trinam, vt quis à iudice recuſando ob contumaciam, excludatur requiri citationem exponitur, & numero ſequenti.

111 *Aliquo quem commodo priuari pœna eſt.*

Ut vaſallum feudi poſſeſſione legitimè propter contumaciam priuare dominus poſſit trina citatio requiritur.

Lege citatum ratione contumaciæ pœnam incurrere diſponente trinam pariter, vbi pœna grauis eſſet, citationem requiri, communis eſt ſcribentium opinio.

Niſi manifeſtus quis contumax exiſteret, quo caſu vnica ſufficit citatio.

Digitized by Google

Ad aliquem iure ſuo priuandum vnicam non ſufficere citationem communis eſt ſcribentium opinio.

Non à procuratore in priuationis materia, ſed à principali citatio eſt inchoanda.

Regulariter à procuratore, quod incipere prima citatio poſſit, communis eſt ſcribentium opinio.

Quod quoties dominus eſt abſens intelligitur, ſecus ſi in ciuitate præſens eſſet, quo caſu à domino incipere citatio debet.

Item in his quæ parui ſunt præiudicii præfata regula procedit in quibus procuratoris contumacia nocere domino poteſt, ſecus vero in his, quæ magni ſunt præiudicii.

112 Actoris vice appellans in appellationis cauſa, rei vero appellatus vice fungitur.

Aliud eſt actorem quem eſſe, aliud vero, quod actoris vice fungatur appellans iudicem, quem appellauit, non recuſat.

Neque refectis expenſis appellatus, vbi competentem ſe, uel appellationis remedio cauſam ad ſe deuolutam iudex pronunciaſſet ad recuſationis exceptionem proponendam auditur.

Et contra ipſum tam in principali cauſa, quam contumaciæ punitiuus proceſſus valet.

113 Nunquid admittenda, vel non appellatio ſit ante omnia, & antequam partes in meritis ad procedendum cogat pronunciare appellationis iudex debet, alias nulla cenſetur pronunciatio articulo iſto tanquam præiudiciali omiſſo.

Ac tali caſu, neque de partium conſenſu, ſeu prorogatione cognoſcere de principali cauſa iudici licet.

Lites non differri, ſed breuiari cõuenit, ac infinitas euitanda eſt.

114 Iudex quantumcunque ſuſpectus recuſationis exceptione contra ipſum non propoſita iudex eſſe poteſt, ac ab ipſo ſententia lata, niſi recuſetur valet.

Poſt allegatam contra iudicem legitimam ſuſpicionis cauſam illam non militare nullam eſſe, aut friuolam nullatenus pronunciare iudici licet.

Tam de iure canonico, quam ciuili iudicis proceſſus poſt recuſationem legitimam fabricatus, etiam quod à tali proceſſu non appelletur nullus eſt, & validus.

115 Citatus iuſto aliquo impedimento detentus, neque contumax, ſecũdum veram opinionem reputatur, neque expenſas, vt audiatur reficere tenetur.

Ac iudice impedimentum ſciente totus proceſſus ruit, ſecus, ſi iudex illud ignoraret, quo caſu valere proceſſum, ſed reſtitutionis in integrum remedio impedito ſuccurri aſſeritur.

Ad excuſatorem mittendum, ſeu ad iudici infirmitatem, vel impedimentum nunciandum impedito conſulitur, niſi de infirmitate, vel impedimento fama eſſet, vel notorium, quo caſu nunciatio non requiritur.

Contumaci hoc caſu, ex clauſula generali in integrum reſtitutionem concedi explicatur.

Probabili concurrente ignorantia etiam aduerſus ea ad iuris rigorem conſeruandum introducta ſunt in integrum reſtitutio, ſine aliqua expenſarum refectione conceditur.

Impedito poſtea comparenti iudicem excuſare, cæteraque omnia ad ſui commodum deducere, & allegare licet.

116 Quoties facti impedimentum eſt ipſo iure terminus currit, ſed reſtitutionis in integrum remedio impedito ſuccurritur.

Regula illa non valenti agere tempus non currere dictans, quoties iuris impedimẽto quis agere impeditur ſolum procedit.

Impedito item quando in termino hominis ſumus terminus currit, ſed ipſi reſtitutionis in integrum remedio conſulitur.

117 Poſt terminum veniens, ac iuſto ſe impedimento detentum fuiſſe docens auditur.

Quamuis anni tempore elapſo hæredi ad exequendum dato conceſſi iure ſuo ipſum priuari communis ſit ſcribentium opinio, attamen vbi iuſtum aliquod hæredi impedimentum ſuperueniſſet, neutiquam hoc procedit.

In omni caſu impedito ſuccurritur, quoties aduerſarii facto impedimentum ſucceſſiſſet.

In integrum reſtitutione fictus contumax non indiget.

Iuſtam cauſam, iuſtumque impedimentum à contumacia excuſare communis ſcribentium opinio refertur.

118 Ob infirmitatis, ſeu aliud legitimum impedimentum in actis allegatum iudicis ſuſpendi poteſtatem, ac in bonæ valetudinis tempus diffundi communis eſt ſcribentium opinio.

Iuſtum ægritudinis impedimentum, & neceſſarium, cẽſetur ac à mora, & pœna, etiam quod impediti culpa illud proueniſſet excuſat, iuſtamque reſtitutionis cauſam, necnon excuſationem morbi impedimentum præſtat.

Impedimentum in iudicio allegans offerre ſaltem ſuper allegatis probationem debet.

Quemlibet excuſatorem, etiam quod minor ille ſit mulier, & infamis ad neceſſariorum impedimentorum, cauſas probandum, etiam caſu, quo de crimine ageretur admitti communis ſcribentium opinio refertur.

Impedimenti cauſis legitimis à iudice declaratis tempus quo impedimenta tollantur eſt expectandum, vel ſi capitalis cauſa non ſit, quod procurator admittatur, & quatenus excuſationes vt calumnioſas iudex reiecisſet ad vlteriora et quod procedere, liceat.

Si quæ allegantur impedimenta perpetua ſint, ipſaque legitima per iudicem declarentur monitus in partibus, aut cuſtodiendus eſt, aut carceribus mancipandus.

119 Ad infirmum à comparendo excuſandum, duo ad minus Medici infirmitatis fidem facere debent.

Duorum ſaltem numerum pluralis locutio requirit.

Tunc duo Medici requiruntur, quoties duo in loco, & ciuitate haberi poſſunt alias vnum ſufficere declaratur.

Et quatenus plures in loco extarent vnus ſufficit, vbi à publico ille vnus, vel ab vniuerſitate deputatus extitiſſet.

In Regno Neapolis excuſationis inſtrumentum, etiam quod vnus Medicus, vel vna obſtetrix interueneric. aliquem eſſe infirmum, vel mulierem eſſe prægnantem, fidem facientes de æquitate, ſic ritu Magnæ Curiæ diſponente admittitur.

Infirmitatis ſpeciem, & qualitatem, quodque abſque vitæ periculo diſcedere citatus nequit continere Medici fides debet, alias quod nullatenus excuſatio iuuet.

Valida eſt Medici fides pro infirmo, ſiue doctrinæ gradum Medicus habeat, ſiue non, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, ſiue maſculus, ſiue fœmina.

Quoties, qui vt infirmus excuſatur in eadem eſt ciuitate proponere excuſatorem ſatis eſt, vt infirmi domum actuarius cum Medico accedat, ad quem transmittendum, ſi dubitat iudex tenetur.

Non

120 *Non propriam ſolum, ſed ſuorum etiam infirmitatem à contumacia excuſare aliqui ſentiunt.*

Ex facti narratione in iure poſita, nec ad iuris, neque ad cauſarum deciſionem arguere licet, quoties in illis verbis in facto narratis intentionem ſuam legiſlator minime fundat.

Non ſolum ob duram ſuorum valetudinem, ſed neque ob patris, matris, vel vxoris mortem, quem hodie excuſari opinio refertur, & ex ritu Magnæ Curiæ Vicariæ deducitur.

Quodque in deriſum abiret, ſi quis ad comparendum de perſona citatus ob præfatorum infirmitatem excuſaretur.

Ob fraudes, quæ in citatis excuſandis quotidie fiunt, etiam propria attenta infirmitate excuſationem non admitti aliqui ſentiunt.

Quoties huiuſmodi excuſationes per fraudem proponi veriſimiliter appareret, eas nullatenus recipiendas eſſe concluditur, ſed quatenus de patris, filii, immo & fratris morte, ſeu graui infirmitate vere appareret. in locis in quibus præfati ritus diſpoſitio non viget à iuris communis diſpoſitione, quod recedendum non ſit.

121 *In vinculis quem, ſeu ſub quauis alia cuſtodia detineri, ubi iudex certioratus fuit, proceſſus, ab eo geſtus minime tenet.*

Quando talis erat cauſa, quæ neque tractari per procuratorem poterat, nec debebat.

Quod in illo limitatur, qui per ciuitatem, vel Territorium citationis tempore detineretur, ex quo facti tunc impedimentum non habet.

Eo caſu ſententiam contra carceratum latam nullam eſſe explicatur, vbi notum carceris impedimentum iudici fuiſſet, alias ſecus.

Valida eſt ad ſolitæ habitationis domum carcerati citatio, ac ei in integrum ſolum reſtitutio, propter ignorantiam tali caſu competit.

Infirmitatis ad inſtar, quodcunque aliud legitimum impedimētum, idem operari communis ſcribentium opinio refertur.

Mulier, quæ grauida ſit, ad perſonaliter comparendum, non tenetur, niſi ruſtica mulier prægnans eſſet, & ita valens, quæ ac ſi grauida nō eſſet onera portet quo caſu, cum ad iudicium ire poſsit non excuſatur, niſi valde partui proxima eſſet.

Quoties affectata carceratio fuiſſet contra citatum, tanquam contra contumacem procedere, licet.

Ex Beneuentanæ ciuitatis ſtatuti diſpoſitione carceris, & infirmitatis impedimentum, æquiparantur.

122 *Quoties procuratorem impeditus mittere tenetur, vbi propter odia, vel partialitates comparere impeditus fuit ad illum mittendum, neutiquam tenetur.*

Morbo, alioque iuſto impedimento detentum, & impeditum ad procuratorem mittendum non teneri, crebrior eſt, & magis communis ſcribentium opinio.

In illis caſibus, in quibus procuratorem quis mittere tenetur, ſi procuratorem minus legitimū miſit, pro non comparente, & contumace habetur.

Quod in eo, qui legitimum conſtituiſſet, non abſimiliter procedit.

Quibus in caſibus procuratorem quis mittere teneatur, & an & quando dominus à procuratoris contumacia, quem miſit, ſi fortuitus caſus, qui dominum excuſaſſet procuratori euenit excuſetur, remiſſiue.

123 *Impedimenti probationem à iudicis arbitrio pendere iudicis qualitate, inſpecta impedimenti, perſonarum, & iudicii illis tantum caſibus exceptis, in quibus qualiter impedimentum probare oportet iure cautum expreſſe apparet, magis communis eſt ſcribentium opinio.*

Iudici aliquando ſolo partis iuramento de impedimento credere quod liceat communis ſcribentium opinio refertur.

Quoties de exceptione conſequenda ageretur ſolo impediti iuramento impedimentum probari, neque hoc eſſe iudici arbitrarium, ſed ad iuramentum omnino deferendum iudicem teneri, magis communis eſt ſcribentium opinio.

124 *In his, quæ modici ſunt præiudicii qualis proprie eſt iudicis recuſatio iuramentum in hoc caſu eſſe deferendum arbitrari iudex debet.*

Secus in his, quæ magni ſunt præiudicii, vt ſi ſecundum aliquos de communi ſcribentium opinione teſtantes de ſecundo ſatais ob impedimentum obtinendo, ageretur.

Quod niſi aliæ concurrant coniecturæ limitatur, quo vtique caſu impedimentum ſolo etiam iuramento, etiam in his, quæ magni ſunt præiudicii, quod probabare liceat communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Caſu quo iuramentum ſufficit probatio per iuramentum euidens dicitur.

123 *Difficili impedimenti probatione exiſtente per iuramentum tali caſu etiam de re magni, quod agatur, præiudicii probatio recipitur.*

Et nunquid talis militet difficultas, quæ legitimam fieri probationem impediat, & an ſit, vel ne iuramentum deferendum iudex illud arbitratur.

In caſibus in quibus, per partis iuramentum probatio admittitur ſemel tantum illud deferre iudici licet.

Illud item, quod honeſta, qui iurat ſit perſona, quodque ex facti qualitate allegatum conſonet impedimentum requiritur, necnon ab ipſo iudice eſt iuramentum tali caſu deferendum alias illud minime releuat.

126 *Dilationem, ac in integrum reſtitutionem aduerſus impedimentum illius tantū temporis reſpectu, quo impeditus quis fuit, non autem integra dilatione attenta, eſſe concedendam communis ſcribentium opinio refertur.*

Niſi aliquorum dierum impedimentum totius termini commodum abſtuliſſet, quo caſu ex integro dilatio eſt concedenda.

Eo caſu per iuramentum probatio admittitur, vbi illud à iudice in prima dilatione poſtularetur, ſecus ſi in ſecunda, aut vlteriori dilatione hoc peteretur, quo caſu probatio, eſt legitimè facienda.

127 *Illud iuſtum impedimentum cenſetur, quod tale eſſe iudex arbitratur, ac pluribus de cauſis à contumacia excuſantibus remiſſiue.*

Duo ab illo probanda eſſe, qui impedimenti prætextu vult iuuari, tale quod fuerit impedimentum, vt minime remoueri potuerit, quodque quantum in ſe fuit, omni ſe diligentia vſum eſſe probet, vt impedimentum remoueret communis omnium in iure ſcribentium opinio refertur.

Et qui in impedimento non amouendo in leuiſſima culpa fuit imputatur, ac diligentiæ appellatione, vt leuiſsima etiam culpa incluſa intelligatur, comprehenditur.

Illud probare impeditus debet, quod actus citra impedimentum ſecutus fuiſſet.

Impedimentum ſuperueniens, non excuſat, niſi ſe facere paratum eſſe appareat communis eſt ſcribentium opinio.

opinio, niſi notorium impedimentũ fuiſſet, eo quod fruſtratoria omnis diligentia fuiſſet.

Impeditus ille non cenſetur, qui amouere impedimentum potuit.

128 Impedito, qui iudicem adeundo remouere impedimentum potuit ſi negligens fuerit abſque reſtitutionis ſpe tempus currit quatenus impedimentum de facili remoueri potuiſſet.

129 Facultatem probandi per iuramentum periurus amittit, & qui à ſatiſdationis onere ob iuratoriam cautionem alias releuatus fuiſſet, ſi ſemel periurus fuerit, iuratoria cautione mediante nunquam à ſatiſdandi onere releuabitur.

Ei, contra quem aliqua militat præſumptio iuramentum vt ſcribentes communiter affirmant, non defertur.

130 Impediti iuramento de impedimento ſtandum eſſe iudice arbitrante eius quoque iuramento, quod omnem conatum pro impedimento amouendo adhibuerit, quodque propter fluminis inundationem tempeſtatis vim, aut hoſtium incurſum inceptum iter, complere nequiuerit ſtandum eſſe ſtatuere iudex debet.

Stante ſtatuto, quod in cauſis damnorum datorum iuramento damnum paſſi credatur incidentes articuli, & emergentes iuramento ſimiliter mediante, ſicut cauſa principalis decidi debent.

131 Ad contumaciam excludendam, non impedimentum ſolum, ſed iuſtam etiam cauſam allegare oportet, quam vbi comparere citatus potuiſſet, eamque aduerſus actorem allegaſſet, obtinuiſſet.

Ad ea ad quæ prius impeditus tenebatur impedimento ceſſante tenetur.

Vbi nulla venditori defenſio competebat emptorem cõtra ipſum etiam nulla defenſione facta agere de euictione poſſe dummodo euincentis iuſtitiam, ac iure rem à ſe euictam fuiſſe nullumque ius venditorem, quo rem illam defendere poſſet habuiſſe probet, communis eſt ſcribentium opinio.

132 Notorio ſtante impedimento, nec probatio eſt neceſſaria, nec proteſtatio, ſecus ſi notorium impedimentum non fuiſſet, quo caſu allegari illud, & probari, per excuſatorem debet, ac proteſtatione facta, ne ad vlteriora procedatur ab vlteriori proceſſu, quod appellare liceat.

Ad locum non tutum citato, qui mittere excuſatorem nequit, ipſimet appellare licet.

Ob notorium belli impedimentum omnino tolli contumaciam explicatur.

133 Quoties iudicis facto impedimentum ſucceſſit proteſtationem requiri, ſecus vbi in illius perſonam, qui gerere actum debebat fortuitus caſus ſucceſſiſſet, magis communem, eſſe explicatur ſcribentium opinionem.

Quod quoties illius copia, contra quem proteſtandum eſſet haberi non poſſet limitatur, & qualiter tali caſu præſtandum ſit aſſeritur.

134 Re quoties ſibi locata, vti conductor impeditur locatori notum facere impedimentum, illumque, vt amoueat, ei denunciare ac contra ipſum proteſtari debet, alias non liberatur, ac locati actione tenetur.

Conductor ad mercedis remiſſionem ob ſterilitatis caſum obtinendam domino ſterilitatem denunciare debet.

Locator, ne ſibi proteſtatio a conductore facta præiudicet, vt reſpondeat admonetur.

Conductori, vt in ſpecie articulos locatorem amouere impedimentum potuiſſe continentes faciat, conſulitur:

Neutiquam proteſtatio eſt neceſſaria, quoties ab ipſo locatore impedimentum prouenisſet, & ratio aſſignatur.

Idem quando notorium eſt impedimentum, ſiue illud ab ipſomet locatore ſiue à tertio prouenisſet.

Nec a conductione ſolum tali caſu conductor liberatur, ſed ad intereſſe etiam tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis locator ei tenetur.

135 Vbi notoriũ non eſt impedimẽtum, quod propter illud quis venire impeditus fuit, vt à contumacia excuſetur docere debeat, communis eſt ſcribentium opinio.

Tunc impedimentum excuſat, vbi ſe quis nimium non non arctauit, de quo pro eius arbitrio iudex cognoſcit.

Neceſſarium, vt proſit, & ineuitabile eſſe impedimentum debet.

136 Qui à iudice, vt compareat citatus, ex quo ad ipſum ire timebat non comparuit, etiam quod ex leui cauſa timor procederet, contumax non cenſetur.

137 Nunquid procuratoris contumacia, non obſtante, recuſationis exceptionem opponere principalis poſſit explicatur.

Vera procuratoris contumacia in non appellando à ſententia contra ipſum lata domino nocet.

Mala electio eſt in culpa.

Domino procurator omittendo, regulariter præiudicat.

In appellationis deſertione ex procuratoris negligentia cauſata dominus non excuſatur, nec in integrum reſtituitur.

Alicuius Eccleſiæ Paſtor quamuis futuro Rectori, nec actus agere nociuos, neque ei præiudicare valeat, tacite tamen per negligentiam non appellando puta illi nocere poteſt.

Nunquid in cauſis matrimonialibus beneficialibus, & ſtatus, dolus negligentia, malitia, ſeu procuratoris cõtumacia domino quoad expenſarum condemnationem præiudicet remiſſiue.

138 Tam cauſa, quam expreſſa procuratoris confeſſio, in contentioſæ iuriſdictionis modum facta, domino ſecundum communem ſcribentium opinionem præiudicat.

Domino ſpontanea procuratoris confeſſio ſine ſpeciali mandato non præiudicat.

Sponte libellum procuratore, vel poſitiones porrigente confeſſiones ex iſtorum productione reſultantes in contentioſæ iuriſdictionis modum, factæ dicuntur.

Quando voluntaria, quando vero contentioſa procuratoris confeſſio dicatur, eamque quo caſu ſimpliciter, vel docto de errore domino reuocare, vel procuratori liceat remiſſiue.

Tutoris, & curatoris contumaciam pupillo præiudicare, magis communis eſt recepta ſcribentium opinio.

139 Sine ſpeciali mandato, aut generali cum libera iuriſdictionem procuratori prorogare communi attenta opinione minime licet.

Remiſſorie iudicem à procuratore in Curia domino abſente impetratum, ſiue quod illius deputationi procurator conſentiſſet principalis in partibus, dummodo coram illo non conſenſerit recuſare poteſt.

140 Procuratori quantumuis generale mandatum habenti iudicem, qui domino ſuſpectus ſit, neutiquam eligere licet.

Mandato de certo iudice impetrando procuratori tradito inualida eſt impetratio, mandati formam procuratore tranſgrediente, ſecus vbi iudices à domino

no nominatos procurator impetraſſe, quo caſu illos niſi ex noua cauſa, nullatenus recuſare domino licet.

Mandato de eligendis iudicibus in genere procuratori iniuncto ſi per'ona dominus ſit, cui in integrum reſtitutio competit aduerſus talem impetrationem cauſæ qualitate, & grauaminis periculo hac ſuadentibus, petere licet.

Nunquid ſuſpectus iudex, vel ne ſit de his ſunt, quæ in principalis animo reſident, quæ nullatenus ſine ſpeciali mandato explicare procurator poteſt.

141 *Etiam quod procurator verus ſit contumax appellare domino licere magis communis eſt ſcribentium opinio.*

Ac nullatenus procuratoris contumacia domino nocet, niſi in perſonam domini ſit contumacia radicata.

Ex procuratoris contumacia non verus, ſed fictus tantum contumax dominus conſtituitur.

In his quæ grauis ſunt præiudicii nullatenus procuratoris contumacia domino nocet.

Vera ad mulctam imponendam contumacia requiritur vt communiter ſcribentes ſentiunt, ac ex procuratoris contumacia mulctare dominum non licere veram eſſe explicatur, & communem ſcribentium opinionem.

Iudicem illum habere, qui ſuſpectus ſit grauis eſt præiudicii.

Vniuerſitatem, ex ſyndici communitatis contumacia contumacem non effici, ſed in concilio vniuerſitatem, quod citare oporteat communis ſcribentium opinio refertur.

Niſi concilium congregare conciliarii recuſaſſent, quo caſu ſyndico citato, ac ſi citata eſſet vniuerſitas habetur.

142 *Nec tacite, nec expreſſe iudicem, qui ſuſpectus ſit eligere procuratori licet.*

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium.

Non ſic tate tacitis actus ſicut expreſſi interpretantur, ac tacito expreſſum potentius eſt.

Siue expreſſe domino præiudicare procurator nequit, ita & pariter nec tacite, neque illius iuribus renunciare procuratori licet.

Generale Mandatum à lege, cum libera adminiſtratione tutores habere communis eſt ſcribentium opinio.

Tam mandatum generale cum libera, quam ſpeciale mandatum ad prorogandam iuriſdictionem ſufficit.

Procuratoris contumacia non obſtante, quandocunque ante ſententiam dominus comparuerit iudicem et refectis tamen expenſis recuſare licere, concluditur.

An confeſſio coram fideiuſſore, procuratore, Nuntio, & negotiorum geſtore facta: parte præſente facta dicatur, & quando ius per eam, & actio cum ceſſione, vel ſine domino acquiratur requiſitue.

143 *Sicut expreſſe per expenſarum refectionem contumacia purgatur ita, & tacite, vt ſi contumacem auditi quis patitur, neque eum contumacem eſſe oppoſuerit.*

144 *Tunc tutoris, ſeu curatoris confeſſio per viam intentionis iuriſdictionis ſa in pupillo nocet, vbi tutor ipſe, ſeu curator iudicium agitaret, ſecus vbi pupillus, cum tutoris authoritate iudicium ageret, quo caſu tutoris confeſſionem pupillo non nocere vera eſt, & iuridica opinio.*

145 *Voluntariam tutoris confeſſionem etiam extra actum cum tutore geſtum, & in re ad eius adminiſtrationem pertinente emanatam pupillo, non nocere communis eſt ſcribentium opinio.*

Quod etiam, vbi iuramento roborata tutoris confeſſio exiſteret procedere communis eſt ſcribentium opinio.

Limitatur eo caſu, vbi liberatoria eſſet confeſſio ad liberandum tenderet, ac in ipſius tutoris facto proprio conſiſteret.

Vel vbi adminicula cum tutoris confeſſione concurrerent.

Prælati confeſſia adminiculis roborata, Eccleſiæ nocet.

Caput Decimumquartum.

1 QValiter, & quo tempore ſit recuſationis exceptio proponenda hoc in capite tractare cenſuri illius omiſſa diffinitione, 2 & alijs in vſu forenſi parum neceſſarijs: legum etenim conditores in verbis non dialecticare, ſed rerũ ponderare exitus poſt textum in l. ſcire leges C. de legibus in l. prima, Bald. ait numero decimotertio, & in l. ſi quis ſeruo numero ſeptimo, C. de furt. cuius in tractat. de coniect. vltim. volunt. meritiſſ. Cardinal. Mantic. libro primo, meminit titu. primo numero quarto, Vitium etenim eſſe magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras, atque difficiles conferre, eaſdemque non neceſſarias Cicero inquit à Symanca in tract. de cathol. inſtitut relatus titulo primo num. 12. in fin. eoque magis quia de diffinitione ipſa in tit. de recuſationibus in principio plene Speculat. loquitur, & alij quamplures ibidem in addit. relati, & de ſuſpicione in genere ſumpta quotuplex ſit, illiuſque ſubdiſtinctiones quales, & quo docte Silueſter Prier. & elegantior in tractat. de ſtrig. mag. & demon. Mirand. libro tertio capitulo quarto, puncto 2. fol. 241. & de differentia inter dubietatem ſuſpicionum, & præſumptionem, poſt Baldum in rub. numero quarto, C. de probationibus, & in l ea quidem num. quinto, C. de edendo, quem in tract. de commiſſ. parte 1. Ma. chieſ refert, & ſequitur commiſſ. 3. capitulo primo nume. 3. cuius in tract. de iudic. Sigiſmund. Scaccia meminit capit. 101. numero 23. in fine libro primo in tractat. de iure prothomis. Afflictum inſpectum facias, §. ſecundo numero quinto fol. 321 digniſſimum Cardinalem Manticam in ſupracitato libro primo tit. primo per totum. Follerium in pract. crimin. canon. par. prima, numero 105. de triplici ſuſpicionis gradu d. ſcutientem, & late in tract. de præſumpt. lib. primo, Menochium quæſtione ſeptima declarantem numero 4. cum ſequentibus vſque ad finem; illam tamen non prætermittam deſcriptionem, ab Hoſtienſe relatam in ſumma in tit. de recu-

ſat.iudic.deleg. §.quid ſit recuſatio,ſic illam deſcribente ob iuſtam cauſam ſuſpicionis contra iudicem propoſitam audientię eiuſdem iudicis declinatio canonice allegata, cuius in præfato numero 21. Scaccia meminit, Baldi similiter memor in l.impuberibus,§.fin.ff.de ſuſpect. tut. alter eam deſcribentis, quem, & Segnam ad Eymericum inſpicias in 3.par.directorij inquiſitor.commentar. 10.in principio folio 485. Primoque loco ante litem conteſtatam recuſationis exceptionem eſſe proponendam iuxta text. ſcite oportet in l. apertiſsimi, C. de iudicijs. Lanfranc. de Ocia. idem ſequitur in capitulo quoniam contra verbo recuſationes in principio de probat.& quamuis recuſationem, vſque ad viginti dies, ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non fieri poſſe nonnulli iuxta text. opinentur in auth.& conſequenter.C.de ſentent.& interlocut.omn. iudic. attamen quia de liberatio ni poſt litem conteſtatam,ad quod dicti viginti dies dantur locum non eſſe text.eſt in auth.offeratur,C.de litis conteſt.neque recuſationi locum eſſe, ex notatis per Speculatorem conſtat in loco præcitato,§.fit autem numero primo & ſecundo,necnon iuxta tex.in præfata l. apertiſſimi, iudicis recuſationem ſolum antequam lis inchoetur fieri poſſe clare continere,quod plenius,vt intelligatur in titulo de dilationibus, §. nunc videndum numero ſeptimo,cum ſequenti, Speculat.inſpiciatur & Felyn.in capitulo inter monaſterium de re iudicata numero quarto,per totum,ac poſt textum, & gloſ. in dicta l. apertiſsimi communem hanc Carno. ſuper ritu Mag Cur.267.numero 10.eſſe aſſeuerat ſcribentium opinionem verba illa ritus, quotieſcumque occurrerit ante ſcilicet litem conteſtatam intelligi explicans,& interpretari, idem in capitulo paſtoralis verbo proteſtatę de except. gloſa ſentit, & eo loci ſcribentes communiter, Barto.& cæteri in l. non videtur la ſeconda, ff. de iudic.& alij quorum in tractat.practic.quæſtion.capitulo 26.Couarruuias meminit numero ſecundo,alias exceptiones opponentem, iuxta ſententiam à iudice ad textum, in l.ſed iudic & pronunciationem petere,ac in illius iuriſdictionem ſucceſsiue conſentire cenſeri dicens, & Afin.qui alios recenſet hanc in iudiciorum praxi §. decimooctauo capitulo primo numero 6. communem ſimiliter eſſe explicans ſcribentium opinionem.

2 Eademque attenta ratione ante dilatorias omnes exceptionē hanc eſſe opponendā in dicto §. fit autem numero tertio Speculat. aſſerit, Marantha in Speculo aduocat.verbo,& quandocunque appellatur numero vigeſimoſexto, Pariſ.conſ.31.numero 94.lib 1.Ioann. Anton. de Nigr. in capitulo regni prolixitatem numero 26.hanc pluribus relatis communem eſſe enarrans ſcribentium opinionem eandemque Becc. in conſil.22. numero quarto poſt longam ſcribentium ſeriem recitatam magis communem aſſeuerat, quem notab. circa id loquentem inſpicere non prætermittas, & Speculatorem in dicto,§.fit autem numero tertio, qui quamuis, ex Ioanne Andr eo caſu præfata procedere explicet, vbi ſuper alijs exceptionibus oppoſitis opponens obtinuiſſet, ita textum in dicta l. ſed etſi ſuſceperit in principio cum alijs concordantibus procedere ſubnectens, ſecus vbi opponens ſuccubuiſſet, textu in argum. relato in capitulo induciæ, 2.quæſtion.tertia, §. offeratur, vbi gloſ.in verbo fideiuſsione in fine hoc ſimiliter aſſeuerat,attamen additionem ad Speculatorem proxime relatum tali pacto diſtinguentem amplectendam eſſe cenſeo, aut actorem reus,vel interlocutoriam prouocauit, & ei iudicem tali caſu,quod recuſare nullatenus liceat, aut ab actore reus prouocatus fuit,& iudicem ei tali caſu recuſare argumen.textus quod permittatur in l.& ideo ff.de condit. furt. qui quidem text. exceptionem proponentem eo ipſo, quod eam proponit iudicem approbare,quamuis iudicis pronunciatio non ſequatur bene probat, & poſt gloſam in dicto capitulo inter monaſterium verbo ſubeundo iudicium in fine de ſentent.& re iudic.hoc in praxi commiſſ. commiſſ.8. verbo adiunctum verſicul.ratio eſt, Mandoſ.affirmat,ſenſuſque eo ipſo in iudicem, quem conſentire dictat quod ſuper aliquo incidenti, vel emergenti: vt iudex ipſe prouideat proclamat,idque clariſsime in ſingularibus imperial.Cameræ obſeruat. obſeruat. 59. centur. quarta, Mynſinger. aſſeuerat iudicem dicens, vbi alia ante recuſationis exceptionem dilatoria opponeretur, ad pronunciandum ſuper ea prouocari,& in eum ne amplius recuſare liceat conſenſum induci,quem inſpectum facias, quibus attentis etiam ante delegatorium reſcriptum præſentatum recuſare coram Papa, vel alio delegante delegatum licere in capitulo iudex vlt.colum.de off.delegat.io 6.Dominic.explanat,cuius aliorumque in dicto capitulo inter monaſterium numero 10.in fine,Felyn.meminit, & nos qualiter hoc procedat ſuper capitulo 5. nume. vigeſimoquinto, vbi recurras declarauimus.

3 Immo ſi tacite quis in iudicem, vt quia declinatoriam non oppoſuerit conſentijſſet, ac ob proceſſus nullitatem ab inſtantia iudicij abſolueretur, vbi iterum coram eodem iudice conueniretur iudicium alterius declinare ei non licere,ex Gulielmo in l.eum qui,ff.de conſtit.pecu.in ſingul 145.Roman.affirmat, in textu tale dictum fundante, quem Roman. ibi optimum appellat in l.ſi quis repetere in principio ff.ad Turpillianum, quod in eodem ſingul. Pignolat.in addit.caſu quo ab eodem, ſecus ſi ab alio conueniatur, per textum, & ibi Bartolum in l.hos accuſare, §. hoc etiam beneficio, ff.de accuſationibus procedere declarat, eſt vtique

iſthæc

iſthæc notab. illius regulæ reſtrictio, & limitatio acta iudicij ordinatoria perire dictantis & annullari inſtantia perempta qualia ſunt citatio litis conteſtatio datio fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo, & ſimiles quorum effectum in alia inſtantia etiam inter eaſdem parte in conſideratione non haberi, poſt Bartolum in l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. & in l ſecunda, C de edendo Capell. Tholoſ. in deciſ. 180 & ibi Aufrer. in addit. quem declarantem videas clare in dicta l. ſecunda ſcribentes tradunt, Lancellot. in tractat. de attentat. 2. par. capitulo duodecimo de attentat appellat. pend. limit. 52. numero decimo folio 316. & Ripa in dicta l. ſecunda, vbi in numero vigeſimonono in principio communem hanc eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem eo loci in numero vigeſimoſeptimo, & ſequenti, & in eodem numero vigeſimonono per totũ hoc plenius declarantem inſdicere non prætereas, ex eo item limitatio iſthæc fit notab. nam præfatam ob nullitatem proceſſus ab inſtantia, ſeu ab obſeruatione iudicij abſolutionem interlocutoriam diffinitiuæ tamen vim habentem ſententiam, & pronunciationem dici, ex Rebuffo in l. quod iuſſit númer o quadrageſimo, ff, de re iudicata communem, Didac. Couarruuias in tractat. variar. reſol. libro primo numero octauo, poſt principium verſic. alioqui eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quod expiratam eſſe inſtantiam ad textum in l. cum lite mortua, ff. iudicatum ſolui efficacius demonſtrat, licet aliter gloſ. ſentiat in l. harum actionum verbo abſoluetur, ff ſi ſeruit. vendicet. meram hanc interlocutoriam ſententiam eſſe dicens.

4 Attamen pluribus ſimul oppoſitis exceptionibus quarum alia literæ ordine attento, quam recuſationis exceptio prima ſit pura, quod ſtare actor in iudicio nequit, vt quia minor, vel infamis, ſeu infans, item quod iudex non eſt competens, & vltimo loco, quod reo ipſi ſuſpectus eſt validam oppoſitionem hanc cenſeri, ac literæ ſermoniſve ordine aliter non ſeruato recuſationis exceptionem præpoſitam intelligi in ſupracitato verbo recuſationes numero primo in fine, Lanfranc aſſeuerat, Felyn in dicto capitulo inter monaſterium numero quinto, & in capitulo vnico numero decimonono verſic. valet etiam iſte libellus de lit. conteſt. ex Bartolo in l. quidam, ff de pecul. & alijs libellum hunc, compelli quem, & condemnari continentem validum eſſe dicens, ac præpoſterationem hanc condemnari, deinde compelli eſſe exponendam ex Bartolo item in l. quidam conſulebant numero vndecimo, & Alexand. numero vigeſimotertio, ex textu in l. talem, ff. de hæred inſtit. & in l. ſecunda, §. fin. ff. de vulg. & pupill. non verborum ordinem, ſed iuris, & intellectum eſſe conſtat attendendum, qoodque non inepte excipiens, ſed ſuo ordine exceptiones proponere intelligatur in l. final. Bald. ſequitur, C. de iudic vbi Bartol. exceptiones primò contra iudicem, & alias ſub conditione opponere tutius eſſe enarrat, & Ioann Anton. de Nigris in dicto capitulo Regni prolixitatem numero nono in his itidem, quæ coniunctim fiunt prioritatis, & poſteritatis ordinem, neutiquam attendi, ex text. in l. quidam ff. de inutil. ſtipulat. & in §. ante hæredis inſtit. de legat. in tractat. de priuileg. iurament. priuileg. 10. nume. 20. Seraph. atteſtatur, illudque quod in ordine eſt, poſterius præceſſiſſe vt actus valeat præſumi Crauet. quem plura notab cumulantem videas in conſilio quinquageſimoſecundo notat numero tertio, cum ſequentibus, ac proprijs in terminis exceptionem primo oppoſitam contra iudicem cenſeri in locis legal. loco ab ordine Nicol. Euerald. clare firmat, & Menoch. in tractat. de præſumpt. libro ſexto præſumpt. ſeprima, etſi hodie verba illa, in fine recuſationis apponere bono cauſidicos aſſueuiſſe, quæ omnia gradatim conditionaliter, & ſucceſſiue opponuntur in deciſionibus extrauagant. Dicto. quinquageſimooctauo, in folio decimoquinto Petrus Garſia teſtetur.

5 Vbi vero incompetentiæ ſuſpicioniſque exceptionem diuiſim contra iudicem opponere quis vellet, incompetentiæ exceptionem eſſe præponendam, quæ nullam iuriſdictionem ſubeſſe præſupponit in dicta l fin. numero ſexto Bald. enarrat a Felyno aliorum memore in dicto capitulo inter monaſterium numero quinto in fine relatus, cuius contrarium ſuſpicionis exceptio dictat, quæ iuriſdictionem ſubeſſe præſupponit, vel ſuſpecti iudicis exceptionem conditionaliter eſſe opponendam iudicem non eſſe competentem dicendo, & quatenus extaret iſtud negando, quod ſuſpectus pariter exiſtat incompetentiæ cauſam, & ſuſpicionis ſimul narrando in libello declinatoria fori verbo, & in quantum apparet Papienſ. aſſeuerat: quo loci pure etiam, vtramque exceptionem, & ſimpliciter quod incompetens iudex ſit, quodque ſuſpectus opponere licere ſubdit, necnon cumulationem hanc, cum exceptiones iſthæc conueniant ad vnum tendant finem, ac iudicium per vtramque ipſiuſque iudicis examen declinetur contraria non continere ac iuxta textum in l contra maiores, C. de inofficioſo teſtamen. ac attentis per Dynum notatis in capitulo nullus pluribus de regulis iuris in 6. concurrere poſſe concludit, ad quod plenius, clariuſque intelligendum in tractat. de Cardin. legat. à lat. quinta quæſtion. princip. número octauo, & nono, Barbatiam inſpicias, præfatam libelli formulam iudicis incompetentiam explicantis, & quatenus competens eſſet illius pariter recuſationem continentis reprobantem fruſtra iudiciũm ſuper competentia, vel incompetentia ſi iudicem competentia data, vt ſuſpectum, recu-

recuſare intendo ventilari aſſerens, ipſum igitur inſpicias.

6 Cumque aliarum primam ſuſpicionis exceptionem eſſe debere paulo ante illa aſsignata ratione dixerimus, quia iudex alia propoſita exceptione ad pronunciandum ſuper ea prouocaretur, & ſucceſsiue approbaretur, nec ipſum propterea, ex textu, & Felyno ibi in ſupracitato capitulo inter monaſterium nume. quarto, & Bartolo in dicta l. quidam conſulebant, numero nono, recuſare vlterius liceret, nunquid incompetentiæ exceptione propoſita, per quam incompetentem eſſe iudicem, quis petere hoc procedat, ex ſola enim prouocatione ſolaque exceptionis propoſitione approbationem induci, ſiue pro, ſiue contra exceptionem pronunciet notatum fecimus, nec caſu quo incompetentem ſe iudex declararet, dubitandum venit inutilis vtique eſſet quæſtio, & ſine dubio, & Bald qui in dicta l. finali numero ſexto, in fine hanc mouet dubitationem poſt plura præfatum argumentum ſoluendo incompetentiæ exceptionem proponentem in iudicem ſuper ipſa tantum exceptione conſentire, cum hoc ex neceſsitate faciat, ac vt iuris ordinem in opponendo ſeruet, necnon iuxta textum in l. non videtur, ff de iud. c. actum neceſſarium conſenſum in ipſum iudicem inducere minime poſſe, inquit vltra, quod ex Innocentio in capitulo cum ſpeciali numero tertio, in fine de appellationibus petitionem hanc ad iuſdicentis iuriſdictionem, illiuſque iudicium ſolum declinandum tendentem minime præiudicare poſſe conſtat; quibus ab addition ad Speculat. præfato titulo de recuſationibus, §. ſic autem in additionibus fin. r lata ſuffragantur, aut exceptio di ſtinguente, per quam iuriſdictio negatur pro ponitur, & tunc quod conſenſus nullatenus concurrat, aut exceptio, per quam iuriſdictio non negatur, & per eam tali caſu, quod conſenſus inducatur, & veritatem, vt docet cokndo illa propoſita exceptione per quam iuriſdictio negatur aliquem ex ea conſenſum reſultare, ne mo qui ſani ſit capitis affirmabit, quod Barbat ſupra proxime citatus dicto num. 8. & 9. late comprobat, iudicem eo etiam caſu, quo ſe incompetentem pronunciaret in dicto loco recuſare licere, concludens.

7 Et quo ad illud nunquid a iudice an experiri cum aduerſario velit interrogatus affirmatiue ac experiri ſe velle reſpondens iudicis declinare iuriſdictionem liceat, quamuis ex Butrio in dicto capitulo de iudic. quando de exceptione ſibi competente, vel certus litigans fuiſſet, vel eſſe debuit à iudicis declinatoria, ipſum excludi in cautela centeſimauigeſima, Cæpolla aſſeueret, contrariam tamen opinionem in eodem capitulo primo de iudic numero vigeſimo primo verſiculo ſecundo adducte, Ripa complectitur, ac reſponſionem, modo quo ſupra factam nullo modo præiudicium afferre exponit, præ notatamque Cæpollæ cautelam, vbi per verba, volo litigare concepta reſponſio fuiſſet, ſibi locum vendicare, & ita in ſupracitata l. quidam conſulebant columna finali, ff. de re iudicata ſcribentes eponere aſſeuerat, ſecus ſi per verbum, vt diximus experiri, aut reſpondere modo quo ſupra interrogatus, reſpondiſſet, ac rationabilem ſatis Ripæ opinionem cenſeri conſtat, cum ſuis iuribus & defenſionibus, niſi clare, & aperte liqueat renunciare quem velle, nullo modo præſumi neminem lateat: ſtricti enim iuris renunciationem dici, eamque expreſſam ſolū comprehendere, ex Romano in conſilio centeſimoſexageſimooctauo, & Decio in conſilio tricenteſimoſeptuageſimonono in tractatu de priuilegio iuramenti priuileg. ſeptuageſimo numero decimoſeptimo, in fine Seraphinus aſſerit, ac Ripam in dicto numero vigeſimoprimo illepide declarantem inſpectum omnino facere non prætereas, & Viuium in deciſione tricenteſimadecimaſexta, libro ſecundo latiſſime differentem.

8 Per ſatiſdationem item de ſtando iuri, ſeu de iudicio ſiſti, nullatenus iudicem approbari, per textum in dicta authentica offeratur. C. de litis conteſtatione gloſa inquit in dicto capit. inter monaſterium verbo ſubeundo verſiculo, ſed contra de ſententia, & re iudicata, & quamuis contrarium in ſingul. ducenteſimaprima. Amanel. teneat iudicem coram quo de iudicio ſiſti cautio præſtita fuit recuſari amplius per textum non poſſe dicens in dicto §. illud in authentica de exhibend. reis, attamen quia contrarium dictus textus ſi bene inſpiciatur concludit tali propterea non obſtante cautione, quod recuſare iudicem liceat clare liquet, ac ex Paride in tractat. de Syndic. ſimiliter conſtat verbo ſuſpicio numero vndecimo verſiculo vnum tamen, cautione de ſtando ſyndicatui, coram ſyndicatoribus ab officiali præſtita non obſtante, neutiquam ſuſpicionum viam ſi quas contra ſyndicatores officialis habeteri præcluſam remanere pluribus hoc affirmantibus relatis, aſſerente, & in fine dicti numeri vndecimi, ex Baldo in l. Gallus. §. primo, ff de liber. & poſthumis, ac ex Innocentio in dicto capitulo 1 ter monaſterium de re iudicata iudici ſportulas ſoluere promittentem non præteteas enim in iudicem conſentire aſſerit ab aliquo irē conuentum de expenſis ſibi ab actore refundendis iuxta textum ſibi caueri petentem in authentica generaliter, C. de epiſcopis, & clericis in iudicem conſentire non cenſeri deciſio Capellæ Tholoſanæ centeſimaoctuageſimaprima concludit quam, & ibi Aufrerium in additionibus inſpicete non præterεas, quamuis iſtud, nullatenus ex paulo ante numero ſecundo notatis ſuſtentabile videatur.

Neque,

9 Neque, ex eo quod libelli quis copiam petierit iudicem approbari textus eſt in leg. non videtur, ff. de iudicijs, Felynus hoc ſequitur in dicto capitulo inter monaſterium, numero ſeptimo, quem declarantem inſpicere non prætereas, Maranta in Speculo aduocatorum duodecima principali diſtinctio. numero quinto, in fine, & numero ſeptimo, ex Socino in conſilio centeſimooctauo, neque per ſolam confeſsionem coram iudice inconſenſum in eum, neque iuriſdictionis prorogationem induci aſſerens, idem ſi de iudicio ſiſti, ſeu de iudicato ſoluendo cautionem quis præſtiterit, necnon de eo qui ſportulas ſoluit in præſata authentica offeratur, C. de litis conteſtatione ſcribentes aſſeuerant tenet hoc Archidiaconus in capitulo nullus, quarta quæſtione quarta, Felynus poſt Innocentium in dicto capitulo inter monaſterium numero nono, Bartolus in leg. vir bonus, ff. iudicatum ſolui Rota in deciſione ſeptentesimaſeptuageſimanona numero ſexto, in fine in deciſionibus diuerſoram nouiſsimis parte prima folio ducenteſimoſeptuageſimo, alijque plures, quorum in ſupraciraro capitulo Regni, prolixitatem numeto decimo, Ioannes Antonius de Nigris meminit indiſtincte, poſt Felynum in dicto numero nono, nullum per actum à reo ex neceſsitate factum, in iudicem conſentire eum concludens eodem loci, numero trigeſimoprimo pluribus relatis iterum hoc affirmans, ad illum, qui de parendo mandatis indicis ſatis dediſſet hoc extendens hanc in ſatiſdatione hac conditionem ſubtelligi dicens, ſi & quatenus ad id de iure iſtud ſaciens teneatur, illoque caſu iſthæc, ex eodem Innocentio in dicto capitulo inter monaſterium, quando quis à indice iuſſus fideiuſsionem hanc præſtaret, ſecus vbi illam ſua ſponte præſtitiſſet procedere declarat, & Imola in dicta leg. quidam conſulebant prædicta hoc modo reſtringens hanc dummodo præſtans fideiuſsionem ſe ibi litigare non teneri ſciret, ex quo ad rexrum in l. ſi cum aurum, ff. de ſolutionibus cum ſimilibus alia coniectura, niſi quod conſenſerit concurrere non videtur, ſecus eſſe enarrans, ſi in iure ſe teneri putans erraret, quem quidem errorem in dubio niſi in perſonis quas iuris ignorantia excuſat, non eſſe inquit præſumendum, illiuſque in præfato capitulo inter monaſterium numero nono, Felynus memor illud circa finem enarrans, quod cum coram Capitaneo Piſano Ruſticus quidam non ſuppoſitus de parendo mandatis ipſius ſatiſdationem præſtitiſſet, Capitanei incompetentiam allegare, & opponere ruſtico licuiſſe enarrat, quamuis ſponte, quia ſe ſubditum putabat, ſatiſdediſſet, necnon quia iuris ignorantia iuxta textum in leg. finali, ff. de iuris, & facti ignorant. vt paulo ante notatum extitit excuſabatur, ex facto reſpondiſſe, necnon obtinuiſſe concludit, & Iaſone in leg. ſi per errorem, ff. de iuriſdictione omnium iudicum numero decimo litigatorem, qui peritus non ſit in dubio per errorem coram indice incompetenti litigare eſſe præſumendum opinatur Vantius in dicto tractatu de nullitatibus, idem ſentit in titulo quibus modis ſententia nulla defendis poſsit numero octauo verſiculo erit tamen, alijque plures quorum in tractatu de præſumptione, Menochius libro ſecundo meminit præſumptione decima nona numero duodecimo folio ſexageſimoſecundo, & hanc in libro primo quæſtionum familiarum quæſtione quinta, vbi late communem Ancharanus Regienſis eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & in regul. 212. Socinus, quem quinque modis limitantem inſpectum facias.

10 Prefatæ nihilominus diſtinctioni, quam in præſato capitulo inter monaſterium numero nono, Felynus ſequitur hanc conuenire declarationem, eamque admittendam pariter eſſe cenſeo, vt ſi ſatiſdationes illas de iudicatum ſoluendo de iudicio ſiſti, & de parendo mandatis iudicis, ſiue ſponte quis, ſine iudicis præcepto accedente præſtiterit, qualem proprie illam eſſe conſtat, quam reus conuentus immobilia non poſsidens ob fugæ ſuſpicionem, quæ ex immobilium poſſeſſione excluditur iuxta textum præſtare tenetur in leg. ſciendum ff. qui ſatiſdare cogantur, vbi Iaſone numero primo, communem hanc omnium in iure ſcribentium eſſe inquit opinionem, & de qua in dicta authentica offeratur C de litis conteſtatione diſponitur illas, ſiue ſponte quis, ſiue iudicis accedenre præcepto præſtiterit, nec conſenſum in iudicem, neque iuriſdictionis prorogationem inducere aptas eſſe qualem illam pariter eſſe liquet, quam quilibet alienam defendens litem ex parte rei conuenti in ciuilibus de iudicato ſoluendo pro litis æſtimatione præſtat, & ſine qua, nec idoneus defenſor eſt, neque etiam, quod mandatum habeat ad dominum defendendum eum admitti textus probat in §. ſi vero reus, Inſtitutione de ſatiſdationibus, Bartolus in rubrica, ff. iudicatum ſolui in leg. qui proprio, §. qui aliena, ff. de procuratoribus, & in leg. exigendi C. eodem titulo, & Vantium in tractatu de nullitatibus, in titulo de nullitatibus ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparendi numero octuageſimoprimo, cum ſequenti, quod

etiam

Digitized by Google

etiam vbi dominus immobilia non poſſidens, in mandato Procuratori iniuncto, ipſam à ſatiſdandi onere releuaſſet locum habere, ac procedere intelligas nihil enim clauſulam illam releuans eum ab omni onere ſatiſdandi in mandato Procuratoris apponi conſuetam tali caſu operari in leg. filiusſamilias, ff. qui ſatiſdare cogantur ſcribentes communiter affirmanr, & alij quorum in Speculo Aduocatorum octauo membro primæ partis verbo ſatiſdationes numero vndecimo, in paruis, Maranta meminit, ac de neceſsitate fideiuſsionem hanc in hoc caſu præſtari dum dominum ſine ea defendere procurator prohibetur, ſiue coacte, ſiue ſponte, vt diximus hoc faciat clarum eſt; ſponte enim quis illud, ad quod faciendum cogi poterat, nunquam facere cenſetur leg. nouiſsime, ff. quod falſo tutor. auth. & Crauettam in conſilio centeſimotrigeſimoprimo numero primo teſtem ſponte deponentem inuitum, ex eo quod ad teſtificandum cogi poterat dicens, quod in illa pariter cautione de parendo mandatis iudicis ſibi locum vendicare in leg. ſecunda, C. de bonis authoritate iudicis poſſidendis, & in capitulo ad hæc il ſecundo de appellationibus, Baldus notat, & ibi cæteri ſcribentes ab excommunicatione abſoluendum, quamuis de parendo mandatis iudicis ad textum in capitulo ex parte il primo de verborum ſignificatione iureiurando promittere debere concludanr, hac nihilominus promiſsione, & obligatione non obſtante, quam in dicto capitulo ad hæc numero quarto neceſſariam Franchus, ex quo excommunicatus abſolutus, aliter non fuiſſet promiſsionem eſſe inquir, & ibi Decius in fine appellare ei, & proclamare quod liceat, aſſeuerant, ſecus vbi voluntaria promiſsio fuiſſet, quo caſu tolli appellationem, neque ei locum eſſe vnanimi voto concludunr, cumque à pari appellationem, & recuſationem, ex textu in capitulo ſuper eo il ſecondo, eodem titulo de appellationibus ſæpius ſupra procedere dixerimus recuſationi quoque neceſſaria ſtante promiſsione locum eſſe eſt omnino veritati conſentaneum, qnod niſi verus quis contumax fuiſſet, vt infra hoc eodem capitulo numero ſexageſimoſexto limitatur, & numero centeſimononageſimonono ſicut de eo, qui contumax fuit, & poſtea ad reuocandam tenutam, quam propter ſuam coutumaciam, ex primo decreto paſſus fuit iuxta textum admittitur in capitulo quoniam frequenter, vt lite non conteſtata odio ſuæ contumaciæ ne ſorum vlterius ei declinare liceat, poſt textum in leg. eum qui in poſſeſsione, ff. de priuilegio creditorum in ſupracitato capitulo inter monaſterium numero nono, in fine inductum fuiſſe Felynus explicar, Ioannes Antonius de Nigris in dicto capitulo Regni prolixitatem numero ducenteſimotrigeſimoprimo, in fine, & infra hoc eodem capitulo notata videas numero ſexcenteſimoquadrageſimoſeptimo. Quæ omnia videntur eſſe intelligenda, vt ſupra dictum, ac explicatum eſt, & locum habent in vero contumace, qui ad reuocandam poſtea tenutam quam ipſe propter eius inobedientiam, & non comparitionem, ex prima ſententia paſſus eſt iuxta doctrinam ſuperius allatam, & hoc odio ſuæ contumaciæ ne forum vlterius ei declinare liceat, inductum fuiſſe ex ſupra per Felynum relatis ſatis comprobatur.

11 Secus ſi exempli ſtudio de iudicatum ſoluendo voluntariam quis promiſsionem feciſſet, ſeu cautionem præſtitiſſet, qualitercunque enim, ſiue iudice iubente veluti ſi ſequeſtrum liberari à parte petatur, illudque iudex de ſtando iuri, & iudicatum ſuluendo caurione præſtita liberari decernat, quod iuridicum eſſe in deciſione centeſimaſeptuageſimaprima numero finali, Afflictus atteſtatur, & in deciſione Lucenſi quinquageſimaprima, Ioſephus Ludouicus numero terrio, cum ſequenti vſque ad numerum decimumſeptimum, quem ibi, & per rotam dictam deciſionem de ſequeſtro, & ipſius munere loquentem inſpicere non prætereas, ſiue ſpoute, ac ſine tali iuſſu dicta cautio præſtetur, data vtique ſatiſdatione ſequeſtrum regulariter tolli communiter ſcribentes in leg. prima, C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ, & in leg. fideiuſſor, §. finali, ff. qui ſatiſdare cogantur, & vnanimiter fatentur, tenet hoc Papienſis in forma ſequeſtri numero primo, cum ſequentibns, Viuius in tractatu communium opinionum capitulo ducenteſimoſexageſimoſexto libro vndecimo, & Hieronymus Gabrielus, quem in terminis huius voluntariæ cautionis ad neceſſariæ cautionis differentiam in conſilio duceuteſimoquinquageſimotertio libro primo notabil. loquentem inſpectum facias voluntariam ſemper promiſsionem hanc cenſeti, nullatenus eſt ambigendum.

12 Quo vero ad illud nunquid ex procuratoris cõſtitutione ad cõparendũ corã aliquo iudice

vel

vel reſpondendum, aut ad diſputandum ſuper exceptionibus in iudicem conſentire quis cenſeatur, Quamuis ex Butrio in capitulo primo, de iudic. iuxta tex. in cap. ſi de dilat. in iudicem tali caſu, quem nullatenus conſentire conſtet, ex Felyno tamen in capitulo inter Monaſterium numero vndecimo, & ex Alexandro in dicta leg. quidam conſulebant numero vigeſimoſecundo textui in dicto capitulo finali de dilationibus, in contrarium à ſcribentibus allegato reſpondentibus illa ratione præfatum textum non obſtare enarrant, ex quo dominum in dicto textu non ſimpliciter, ſed cum clauſula ſaluis exceptionibus procuratorem conſtituiſſe legitur, nullamque inter reſpondentem per ſe, vel per procuratorem diuerſitatis adeſſe rationem aſſeuerant, hinc cautum ad clauſulam hanc ſaluis exceptionibus recuſatorijs in mandato inferendam conſtituentem eſſe debere in dicto Regni capitulo prolixitatem poſt Cœpollam in ſupracitata caut. 120. verſic. ſi autem, Ioann. Anton. de Nigris, quem inſpectum facias aduertit, necnon Cœpollam, in præfata cautela ab ipſo non citatum ex text. in leg. ſi fideiuſſor in principio gloſa ibi, & ſcribentibus, ff. qui ſatiſd. cog. vt quis ſaluis omnibus ſuis exceptionibus procuratorē ad reſpondendum conſtituat admonentem.

13 Item, nec in iudicem conſentire, neq; illius iuriſdictionem prorogare quem cenſeri, quoties ſuper dilatoria ab aduerſario oppoſita diſpuſputaretur, vt quia à reo contra iudicem recuſationis exceptione oppoſita aduerſus exceptionem ipſam actor replicet, iterumque aduerſus replicata reus reſpondeat, vel quoties à principio reus reſcripti, ſeu libelli copiam, vt ſi cedere velit, vel contendere deliberare poſsit, quod iterum paulo ante retulimus petierit, & circa id replicationibus factis diſputetur in ſupracitato capitulo inter monaſterium in ſexta oppoſition. Abb. concludit, & ibi Felyn. numero ſeptimo, & decimotertio, quem declarantem inſpectum omnino facias, iudicis recuſationi præiudicium his in caſibus, ex quo nondum ſi cedere excipiens volebat, vel contendere deliberare potuit minime fieri, alias, quod in actoris poteſtate controuerſiam mouente à iudice recuſando reum excludere, ſemper eſſet aſſeuerant, idem in præfato Regni capitulo prolixitatem numero vigeſimonono, & numero trigeſimoquinto, Ioannes Anton. de Nigr. ſequitur, & vbi ſupra Felyn. numero octauo excipienti, vt cum proteſtatione, quod in iudicem conſentire non intendit excipiat conſulentem, quam quidem proteſtationis formulam infra numero decimoſexto, notatam fecimus, quodque duobus tantum modis in iuriſdictionem conſenſus inducatur, per litis ſcilicet conteſtationem, & per exceptionum dilatoriarum oppoſitionem, communem eſſe ſcribentium opinionem Rota inquit in ſupracitata deciſione 779. numero ſexto, in deciſionibus Diuerſorum nouiſsimis parte prima, folio 270.

14 Iudice, itidem in caſu, qui prohibitur ſit inquirente etiam poſt litem conteſtatam, cum iudicium retro nullum talis exceptio reddat opponi contra proceſſum poſſe, poſt Baldum Feſtum de hoc in leg. licet C. de procuratoribus facientem Felyn. illius memor in ſæpè relato capitulo inter Monaſterium numero duodecimo aſſeuerat, ideo nullum tali caſu exiſtere iudicium, quia incompetens procedendi modus fuerat, ex Baldo ibidem ſubdens, ex eodem Baldo in l. ſecunda, ff. ſi quis in ius voc. non ier. exceptionem, quandocunque quæ iuriſdictionem penitus nullam infert, hac adducta ratione opponere licere ſubdens, quia cum litis conteſtatio minime valuerit ſemper in principio eſſe iudicium exiſtimatur, Alexandrum in leg. prima, §. ſublata columna ſecunda, ff. ad Trebellianum valde iſtud notare explicans, alijſque in locis ibi per eum relatis, quem & Ioann. Anton de Nigris in dicto capitulo Regni prolixitatem numero trigeſimoquarto, & Boerium in cōſilio vigeſimoſecundo numero ſexto, & 7. notabil. declarantem inſpicere non prætermittas, ſicut non abſimiliter, vbi naturæ defectum recuſationis exceptio concerneret, vt quia mutus iudex diceretur, furioſus, vel infans, etiam poſt litem conteſtatam, exceptionem hanc opponere licere in ſupracitato capitulo exceptionem limitat. 8. numero vigeſimooctauo de exceptionibus Felyn. aſſeuerat, & in dicto capitulo inter Monaſterium de re iudicat. numero vndecimo, quem alios recenſentem inſpectum facias, & Ioannem Antonium de Nigris in præfato capitulo Regni prolixitatem numero 31.

15 Idem quoties dilatorijs exceptionibus oppoſitis litem eſſe conteſtandam iudex præciperet, ipſa litis conteſtatione, cum proteſtatione, ac iurium omnium, & exceptionum reſeruatione, vt fieri paſsim aſſueuit executa, ex talis enim proteſtationis, & reculationis vi, etiam poſt litem conteſtatam opponere dilatorias exceptiones licere ſingularis eſt text. iuncta gloſ. in capitulo ex conqueſtione, & ibi Abb. columna ſecunda de reſtit. ſpoliatorum, & Franch. illius memor in capitulo ſollicitudinem numero decimoquinto, de appellationibus, à qua quidem opinione ratione illa in praxi iudiciorum, §. decimoſeptimo, capitulo ſecundo, declaratione ſecunda, in principio folio ducenteſimoſexageſimoſecundo, & ſequenti diſſentire Aſinius videtur, quia proteſtationis verba hæc, & reſeruationis, de iuribus, & defenſionibus merita cauſæ reſpicientibus intelliguntur, necnon quia à proteſtantis poteſtate, ſeu voluntate, minime dicta proteſtatio,

ſeu reſeruatio dependet dilatorijs viam per litis conteſtationem præcludi aſſerens ibi igitur Aſinium non de iuratum, aut exceptionum, ſed de defenſionum reſeruatione loquentem inſpectum facias.

16 Regulariter etenim hac cum proteſtatione excipientem, quod in iudicem conſentire non intendit neutiquam ſibi in iure recuſandi præiudicium facere, cum tacitum expreſſa hæc proteſtatio conſenſum tollat in dicto capitulo inter Monaſterium Felynus enarrat hoc modo, quod in iudicem excipiens niſi ſi & quatenus eſt iudex, vel quatenus ordo poſtulat rationis conſentire non intendit ex Baldo ibidem in quarta declaration. in leg. finali, C. de iudicis, & in ſupracitata leg. non videtur la ſecunda, ff. eodem titulo & in leg. pacta nouiſsima columna tertia; C. de pact. Abbate in capitulo Cumana numero nono, extra de electio. Alexand. in conſilio quadrageſimoſecundo columna tertia, verſicu. ex quibus tertio volumine, & in lege non ſolum, § Morte, in fine; ff. de noui operis nunciatione proteſtationem eſſe dicens concipiendam, illaque verba, niſi ſi & quatenus de iure tenetur neceſſario in proteſtatione apponere quod oporteat, alias fatuum aliter proteſtantem dici, ex Innocentio in præfato capitulo Cumana, in fine in ſupracitato numero octauo Felyn. aſſerit, Iaſ. in præfato, §. Morte numero quadrageſimoſexto, idemque Felyn. latius in capitulo cum M. numero ſexageſimoſexto, de conſtitutionibus, ac contra ſine tali clauſula proteſtantem, tanquam contra contumacem procedere iudici licere, ipſumque incu e penſis, vt contumacem condemnare in dicto capitulo Cumana Innocentius tenet, in ſuprarelato numero octauo, à Felyno relatus, & à Ioanne Antonio de Nigris in præfato capitulo Regni prolixitatem numero trigeſimo, ex eodem Felyno in dicto capitulo cum M. tam in principio actus, quam in fine proteſtationem hanc fieri poſſe, eo loci aſſerente, idemque clauſulam citra indebitum conſenſum operari, neque paſsim quem tali caſu, ſed quatenus indebite coram Iudice conueniatur proteſtari in tractatu de proteſtation. §. ſecundo numero decimoſeptimo, Conſtant. Roger. in fine concludit, idem ſi clauſula non conſentio, niſi quatenus competens iudex ſit apponatur, in Margarita verbo contumax verſiculo quinto; Bald. inquit, & alij ab additionad Felynum in dicto capitulo cum M. numero ſexageſimoſexto lit. a relati verbo teneor, præfatamque proteſtationem, ſine aliqua adiectione, ſi Innocentij authoritas in contrarium non extaret; eo quia proteſtantis mens tunc re vera ſit iuriſdictionem declinare velle, ſi ille non eſt iudex, alias ſecus ex Caſtrenſe in dicta leg. non videtur de hoc plene loquente in dicto capitulo inter Monaſterium numero octauo, in fine; Felyn. inquit, prædictamque proteſtationem; etiam quod illa facto contraria videatur iuuare proteſtantem de communi in cap. ſollicitudinem num. 18. ante medium de appell. Franch. atteſtatur.

17 Declaratur item, quoties recuſationis exceptio de nouo ſuperueniſſet, quo caſu etiam poſt litem conteſtatam eam opponere licere textus probat in leg. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr. & in l. prætor. ff. de iuriſdictione omnium iudic. Barto. tenet hoc in l. falſus procurator in fine, C. de furt. gloſa in leg. ſecunda C. de conſort. eiuſdem lit. & in capitulo inſinuante de officio delegati ſcribentes in capitulo primo, de iudic. in leg. quia poterat, ff. ad Trebellianum dicto capitulo inter Monaſterium de re iudic. & in capitulo poſtremo, de appellationibus Caſtrenſ. & Alexand. in leg. ſi cum Cornelius, ff. de ſolut. Lanfranc. in dicto capitulo quoniam contra verſiculum recuſationes numero ſecundo, Caraui ta ſuper præfato ritu 265. numero decimo, Ioann. Anton. de Nigr. in dicto capitulo Regni prolixitatem numero quarto, Mandoſius in tractatu ſeu praxi commiſſ. commiſſ. octaua, verbo adiunctum verſic. aut nuper emergit, Pariſ. dicto conſilio trigeſimoprimo numero nonageſimoquarto, libro primo, iudicem etiam ordinarium poſt litis conteſtationem noua ſtante ſuſpicionis cauſa quamuis approbatus prius fuiſſet recuſare licere clariſsime explicans, & in praxi iudiciorum, Maranta parte ſexta membro nono, numero nono, quem declarantem videas, quod iuramento per recuſantem præſtito ſuſpicionis cauſam poſt litem ſuperueniſſe conteſtatam locum habere, Imola & Alexandro in leg. ſecunda, affirmant, in principio, ff. ſoluto matrimonio Angel. in leg. nemo carcerem, C. de exaction. tribut. libro decimo, ipſorum memor Gabriel. in libro ſecundo, communium concluſ. titu. de iudicibus concluſ. vltima numero nono, Gallin. inſpiciendus in tractatu de verborum ſignification. libro 10. capitulo vigeſimotertio numero 42. & 41. & Aſin. in ſupracitata praxi iudiciorum, §. decimotertio capitulo ſecundo limit. 4. numero quinto, quod quidem in periuro, quem omni diſtinctione remota probandi per iuramentum facultatem amittere iuxta text. limitatur in capitulo paruuli, vigeſimaſecunda quæſtione tertia, Iaſon. alios referens hoc ſequitur in leg. ſecunda, §. quod diximus numero tertio, ff. ſi quis cautiones, & in §. ſed iſte numero nonageſimoſexto inſtitutionum de actionibus, & latè in tract. de priuileg. iurament. Seraphin. priuileg. decimooctauo, numero nono; cum ſequentibus, & priuileg. quarto numero ſeptuageſimooctauo, idem in illo contra quem, ne ei iuramentum deferatur aliqua militat præſumptio, vt infra numero 129.

Idem-

18 Idemque, quoties ante litem conteſtatam talis exceptio, quæ poſtea ad allegantis cognitionem deuenerit, viguiſſet, iuxta textum procedere ſciendum eſt in ſupracitato capitulo inſinuante de officio delegati, quod alijs ſimiliter in exceptionibus procedere quas ante litem conteſtatam eſſe opponendas iura diſponunt, eas, etiam poſt litem conteſtatam quamuis prius ortas, quando illarum notitiam poſt litem conteſtatam opponens habuiſſet opponere licere, gloſa inquit in l. error verbo facti, C. de iuris, & facti ignor. cum qua communiter ſcribentes & vnanimiter ſentire, Iaſon. ibi numero decimoſexto, poſt Bartolum, & alios atteſtatur, idem in capitulo paſtoralis, Decius tenet numero decimooctauo, & Felyn. numero vigeſimo de exceptionibus communem hanc pariter eſſe ſcribentium opin. aſſerentes, idem in ſupracit. cap. 23. num. 42. & 43. Galſiu. firmat, Balbus deciſ. 40. centur. 1. & Tiraq. in tract. de pœnis temper. per quem notab. cumulata videas in præfat. num. 25. cum multis ſequent. & ſignanter nu. 29. & 30. & quamuis contrarium in l. qui procuratorem gloſa teneat, verbo remiſit, ff. de procuratoribus, Caſtrenſ. in l. ita demum, C. eodem titulo, & in l. exceptionem columna vltima, C. de probationibus, & in capitulo primo, Aret. columna ſecunda; de accuſationibus veriorem opinionem hanc eſſe dicentes, cuius aliorumque in tractatu practicarum quæſtion. capitulo vigeſimoſexto, numero ſecundo, Couar. meminit, ſatis æquam hanc eſſe dicens opinionem, quoties aliqua excipienti imputari negligentia poſſet, vt quia ante litem conteſtatam, an ſibi exceptio competeret, non perquiſiuit, Aſinio teſte in præfata iudiciorum praxi, §. 13. capitulo ſecundo, limit. 4. numero quarto, & in 3. ſublimitat, numero ſecundo, eum qui exceptionem in hac ſpecie, poſt litem conteſtatam vult opponere diligentiam ſe adhibuiſſe probare oportere aſſerens, idem in l. ſi mulier, Alexand. tenet columna vltima, ff. ſoluto matrimonio, & in conſil. ſexto, Ruyn. numero nono, libro quarto, negligentia nihilominus non data veriorem Couar. proxime relatus præcitatam eſſe inquit communem opinionem, quem, & Felynum in dicto capitulo inſinuante numero 8. 9. & 10. notabilit. circa id declarantem inſpicere non prætermittas, quod in illo caſu, vbi pars poſt nouam cauſam ſuſpicionis ortam coram iudice comparuiſſet limitatur, de quo plene infra numero 52.

19 Quæ quidem, quod notandum eſt in Regno Neapolis ex textu in præfato capitulo prolixitatem locum ſibi neutiquam vendicant in eo enim ſuſpecti iudicis exceptionem tam delegati quam ordinarij poſt litis conteſtationem oppoſitam, quæ poſtmodum emerſiſſe dicatur omnino ceſſare, ac à iudice, niſi ſic dicta emergens ſuſpicio lucide liqueat, quod euidenter, atque notorie notabiliter ſe oſtendat nullatenus admittendam eſſe diſpunitur, cuius in ſupracitato ritu 265. numero duodecimo, Carau. meminit Amonus in tractatu differentiarum differentia 76. & Maranta in Speculo aduocatorum verſiculum, & quandoque appellatur numero ſeptuageſimoquarto, folio 489. in Magnis.

20 Præfatamque ſuſpicionis exceptionem etiam poſtquam in cauſa concluſum extitit, opponi poſſe quando ea poſt cauſæ concluſionem orta fuiſſet in ſupracitato capitulo paſtoralis numero decimoſeptimo verſic. excipiuntur certi caſus Felyn. tenet, etſi ab opinione hac, Ioannes Andr. in capitulo cum dilectus de ordine cognit. ex textu in cap. auditis de procuratoribus illa aſſignata ratione diſſentiat, quia recuſari in notorijs iudex, vt ſuſpectus nequit capitulo propoſuiſti de appellat. & late ſupra capitulo vndecimo, numero 11. ac ex gloſa in capitulo ſignificauerunt verbo liquere, vbi Innocentius cæterique omnes de teſtibus, notorium concluſione in cauſa facta acta facere teſtatur, & in tractat de appellationibus nouiſsime Brederod. parte prima, titulo 19. colum. 255. parum ante fin. quod illius inſtantiæ reſpectu in qua factæ ſunt probationes, non autem reſpectu alterius inſtantiæ, quando appellatum extitit, cum per appellationem ſuſpendatur effectus cõcluſionis in cauſa ac omniũ in prima inſtantia productorum intelligendum venit, vt ex Rota in deciſione decimaſexta, de reſtitution. ſpoliator in nouis, & alijs quos refert, Virgin. de Boccat. in annotat. ad legem vnicam inquit C. de momentanea poſſeſsione addit. 14. numero decimoquarto folio 66. Viuius hoc pariter in deciſione 174. ſectatur numero vndecimo, in principio libri ſecundi, & in ſingul. 316. Romanus contrarium eo luci in fine teneri poſſe aſſerens, etſi non eſſet authoritas Ioannis And. pro alia parte deductis reſponderi, cui in præfato numero decimoſeptimo, in dicto capitulo paſtoralis, ſatis bene Felyn. reſpondet, & Decius ibidem multo melius numero nono præcitatum capit. propoſuiſti in criminalibus, loqui dicentes, & vbi notorium delictum eſt, & graue non autem in ciuilibus, necnon vbi iuris pœna certa eſt, ſecus ſi arbitraria, & hanc opinionem in dicto ritu 265. numero 10. & 11. Carauita poſt alios, eſſe exponit veriorem; quodque ſuſpectus iudex recuſari regulariter, poſt cauſæ cõcluſionem, nequeat Marſilio in practicarum criminal. relato, §. ſequens numero vigeſimoſecundo, & Hoſtienſe in titu. de iudic. deleg. §. quando in principio in deciſione 363. nume. 8. lib. 2. Viuius aſſerit.

21 Illudque notatum omnino facere non prætereas, quod quamuis exceptionẽ quãlibet dilatoriã, ortam poſt litem conteſt. poſtea cõmuni,

vt ſupra notauimus attenta opinione, o pponere liceat, attamen vbi in cauſa concluſio facta fuiſſet, alias quaſcumque exceptiones probationem exigentes, quantumuis poſt concluſionem in cauſa factam ortas recuſationis cauſa excepta illa ratione neutiquam admittendas eſſe, quia exceptionibus quibuſcunque, probationem exigentibus concluſio in cauſa viã præcludit, Felyn. modis quinque hoc notabil. limitans in dicto capit. inſinuante numero decimotertio tenet, & numero 14. de officio delegati, Roman. in ſingul. 359. & ibi Pignolat in additi. & alij plures per Aſinium in praxi iudiciorum relati, 5. 1 1. in ſupracitato capitulo 2. ſublimit. 5. & hanc in præfato capitu. 26. poſt numerum ſecundum, verſ. huius autem opinionis ante finem, magis communẽ Couar. eſſe inquit ſcribentium ſententiam, Decij opinionem in dicto capitulo paſtoralis numero 9. exceptionem indiſtinctè poſt concluſum in cauſa ortam opponi poſſe, eamque etiam quod probationem exigat eſſe admittendam, exiſtimantis tunc in praxi recipiendam eſſe concedit, quoties nec appellare à ſententia proferenda, neque ſupplicare licet, alias ſecus, idque æquitatẽ à ratione textus dicti capituli paſtoralis reſultantem dictare, ac recuſationis cauſa excepta eſſe ſecundum communem opinionem iudicandum, quã iuxta Decij & aliorum opinionem poſt concluſum in cauſa, & proponere, & probare licere, ſi eo tempore orta ſit aſſeuerat, quem inſpicias, & quæ infra num. 49. adnotauimus.

22 Sed quamuis exceptiones has incompetentiæ, & ſuſpicionis iudicis ædequari, ex Papienſe aliorum memore conſtet in libello declinatoria fori, eas tamen diſſentire in hoc eſt aduertendum, cũ nullo modo ipſimet iudici, qui recuſatur, de recuſationis cauſa cognoſcere permittatur, ſed arbitrorum electionem, qui de ea cognoſcunt, & pronuncient iuxta text. per partes deuenitur in præfata l. apertiſsimi C. de iudic. in dicto capitulo ſuſpicionis, de officio delegati, capitulo cum ſpeciali, & capitulo ſecundo requiris de appellat. probat hoc gloſa notabil. in l. ſecunda, verbo ſciatur in fine, ff. ſi quis in ius voc. non ier. quam Iaſ. ibi numero 23, eſſe inquit à ſcribẽtibus communiter approbatam, omneſque ſimiliter eam ſequi in dicto capitulo ſuper literis numero vigeſimoſecundo verſicul. fallit ſecundo Felynus inquit de reſcript. ſecus verò vbi de incompetentia iudicis ageretur, pluresque Franch. in præfato capitulo ſecundo requiris numero duodecimo, quare quoties incompetens iudex aſſeritur ipſe an ſua ſit iuriſdictio cognoſcit, ſecus vero, vbi tanquam ſuſpectus recuſatur, ac de cauſa ſuſpicionis agitur diuerſitatis aſsignat rationes, & in capitulo ſollicitudinem numero quinto verſ. in eadem gloſa in fine eodem titulo de appellation. vbi Ioannis Andr. affert opinionem illa ratione hoc procedere dicentis, quia iudex in exceptione hac magis afficitur Innocentij in capitulo prudentiam de officio delegati, & Bartoli in dicta leg. quidam conſulebant, eandemmet differentiæ rationem eſſe dicentium, quia iudicis perſonam ſuſpicionis exceptio afficit, & inhabilitat, & ſicut de principali negotio, neutiquam ei cognoſcere permittitur, neque de incidẽti hoc ei, quod cognoſcere conueniat eadem vtrobique ſuſpicionis ratione militante, & Felyn in dicto capitu o inter Monaſterium numero quarto, verſ. & ad hanc rationem, ſi iudici inquit de ſuſpicione ipſi cognoſcere liceret æqualis periculi gladium ſicut ſi de principali negotio cognoſceret in manu haberet, quia perperam, ſe non ſuſpectum iudicare poſſet, aliamque Franch. in præfato capitulo ſecundo requiris eodem numero duodecimo, Abbatis in prædicto capitulo prudentiam aſsignat rationem, ex recuſatione iudicem ad indignationẽ ad textum in l. litigatores, ff. de arbitr. prouocari communiter dicentis, & ideo, ne ſic prouocatus noceat, non leuem timoris cauſam hinc reſurgere, quod in capitulo ſuper literis, numero duodecimo, poſt principium de reſcript. Decius non abſimiliter ſequitur, quem inſpicias, & Gail. in ſuis practic. obſeruat, obſeruat. trigeſimaquarta, nume. 6. 7. & 8. libro 1.

23 Secus, vbi ſubreptitium eſſe reſcriptum opponeretur, ſeu alias inter partes de iudicis iuriſdictione contenderetur dicto capitulo paſtoralis, & capitulo ſuper literis, de reſcript. immo etiam per inquiſitionem iudice procedente ei an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere licere contra gloſam in capitulo ſtatutum, §. ſancimus in verſiculo copia de reſcript. in ſexto, & contra Bartolum, Caſtrenſem, & Romanum in dicta leg. ſecunda, ff. ſi quis in ius voc. non ier. contrarium tenentes eodem loci Iaſ numero vigeſimoquarto, affirmat verſic. tu tene contrarium, etiam quando ex mero officio iudex procederet, ex Abbate, & Geminiano in præfato capitulo ſuper literis, eodem Abbate in capitulo ſollicitudinem columna tertia, de appellation. Imola in dicta l. quidam conſulebant Bartolo in repetit. dictæ leg. ſecundæ, columna 3. opinionem hanc aduerſus aliam, quam ipſe ſecutus fuerat, tria per fundamenta ſuſtinente, & alijs locum generaliter prænotatam regulam obtinere dicens hoc ibidem in numero vigeſimoquinto, quando iuriſdictionis cauſa à principali cauſa eſſet ſeparata, ſecus quando vna eſt, & eadem vt in capitulo venerabili de cenſibus procedere declarans, in quo Archiepiſcopo prouinciam ſuam viſitante, & pro viſitatione debitam charitatiui ſubſidij penſionem poſtulante, ſi ſe à tali viſitatione exemptum Monaſterium allegaret, ex quo principalis cauſa atque cauſa iuriſdictionis, vna eſt, atque eadem Archiepiſcopo, neutiquam cognoſcere licere diſpo-

diſponitur in præfato tamen num. 24. & ſeq. Iaſonem alios referentem inſpectum facias, & in nume. 26. inter religioſum,& prælatum vtrum religio, ad quam tranſire religioſus intendit ſtrictior ſit, adſit contentio, nullatenus prælatum tali caſu, ſed immediatum ſuperiorem, ex Abbate incau. licet colum. 2. de regul. & tranſeunt ad relig. cuius opinionem in dicto cap. ſuper literis num. 29. verſ. adde etiam Felyn. amplectitur iudicem eſſe eo loci declarantem, circa quod illud notare, nō prætereas, quod quā petita ſolum licentia, etſi illam à ſuperiore non obtineat regulam ad arctionem iuxta textū in dicto capitulo licet,& capitulo non eſt de regular. & l. qui ſub prætextu C. de Sacroſanctis Eccleſijs,& ibi gloſa religioſo tranſire liceat ad parem vero regulam nullomodo ſine prælati licentia, neque ad laxiorem Summi Pontifici licentia ei, quod tranſire liceat in ſingul. 458. hoc modo notabilibus declarans Roman. inquit, Iaſonem nihilominus in præfato numero vigeſimo ſexto, & ſequenti,& in numero 28. aliam pariter declarationem afferentem inſpectum omnino facias.

24 Prænotata limitantur, quoties mentis defectus, vel intellectus in iudice allegeretur, puta quod fatuus iudex ſit: demens, vel furioſus, quo caſu de hoc iudicem ipſam non cognoſcere, iuxta text. in l. cum prætor. ff. de iudic. ſcribentes communiter tenere in præfato capitulo ſuper literis numero 22. verſic. fallit ſecundo, Felyn. aſſerit, ſecus ſi alter in iudice ſolius cauſæ, vel perſonæ litigantis conditionem reſpiciens defectus allegetur, quo qn idem caſu, & pronunciare iudici, & cognoſcere de eo licere in lege, ſi quis ex aliena textus probat, ff. de iudicibus.

25 Niſi aliquid decimę veluti, aut ſportulę iudici applicarentur: quo caſu, cum iudicem eum in cauſa propria agere dici poſſit, vt in conſilio 1. volum. 5. poſt gloſam in l. de iure verbo Prouinciæ, ff. ad Municipalem Alexand. aſſeuerat, Bartol. in dicta l. quidam conſulebant numero 3. & 4. & in tertio cauſæ Finatienſ. reſponſo Menoch. numero 22. ad ipſum ſucceſsiuè iuriſdictio pertineat ei cognoſcere non licere aſſerunt, ſed Butrius, & Panormitanus perſonæ iudicis qualitatem, necnon ſportularum quantitatem an parua, vel magna ſit ad ipſum ſuſpectū iudicandum attendendam eſſe exiſtimant in deciſ. 256. verſ. poſſet in hoc à Balbo relati, quē in tota deciſ. plene de hoc articulo, & diſtinctè aſſerentem inſpicere non omittas in dicto capitulo ſuper literis Felynum, Iaſonem in dicta l. ſecunda à num. 16. verſic. ex parte, vſque ad num. 26. ff. ſi quis in ius voc. non ier. quinque diuerſas circa id ſcribentium opiniones afferentem, ac iudicem an ſua ſit iuriſdictio ſiue ſpectet ad eum, ſiue non ſportularum commodum cognoſcere poſſe concludentem prædictaque in delegato, ex textu procedere ampliantem in dicto capitulo ſuper literis de reſcript. vbi Abb. & Felyn. num. 18. & ibi addit. ad eundem Felyn. lit. à, hoc ex textu in l. ſi præſcriptione C. ſi contra ius, vel vtilitat. publ. probari communem hanc eſſe dicunt ſcribentium opinionem, necnon gloſam in capitulo accuſatus, §. ſane in verbo manifeſtæ de hæret. in 6. contrarium tenentem in ſpecie in dicto capitulo ſuper literis reprobari per Cardinalem aſſeuerant ad arbitrum iſtud extendentes, quem quoties an aliqua res in compromiſſo comprehendantur inter partes quæſtio vertatur, cognoſcere ei de hoc, & pronunciare licere, ex Abbate affirmant in capitulo cum dilectus columna quinta poſt gloſam final. ibi extra de arbitr. ſed quatenus commodum aliquod, vel incōmodum iudex ſentiret, vt quia aliqui ſolidi ad eum pro libra pertinerent eum an ſua ſit iuriſdictio tali caſu cognoſcere, additio ad Felynum in ſupracit. ca. ſuper literis num. 18. lit. a limit in princ. quam & in dicto numero. 16. vſque ad num. 19. Iaſonem inſpectum omnino facias.

26 Sicut quando de reſcripti ſubreptione opponitur ipſummet iudicem, vt diximus cognoſcere poſt textum ſupracitato capitulo ſuper literis, vbi ſcribentes de reſcript. in dicta l. 3. numero ſexto, ff. ſi quis in ius voc, non ier. Iaſ. inquit, niſi falſum penitus reſcriptum eſſet eo loci limitans, vt quia de Papæ illud, ſeu Principis Cancellaria nunquam emanaſſe diceretur, quod in præfato capitulo ſuper literis fallent 6. numero 29 Felyn. pariter ſequitur, iudicem per tale reſcriptum deputatum nullatenus ſe eſſe iudicem, etiam ſi hoc ignoretur pronunciare licere, ac ex Innocentio, Ioanne Andr. Butrio, & alijs omnibus omnem proceſſum de tectā poſtmodum falſitate illa aſsignata ratione inualidum, declarari dicens, quia nullatenus iuriſdictionem falſi reſcripti fabricator tribuere potuit, & quamuis ex Bartolo in ſupracitata l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtilit. public. vere, ex tali reſcripto iuriſdictionem non acquiri dicat, talem tamen delegatum, in qua poſſeſsione iuriſdictionis, propter quod ad tex. in l. ſi arbiter C. de ſentent. iuſtam habuit cognitionem, & pronunciationem conſtitui aſſerit, Bald. tamen in eadem l. præſcriptione contrarium tenentem refert, ac perſonam in tali caſu omnino priuatam in prædicta quaſi poſſeſsione conſtitui rem ridiculam eſſe aſſerentem, quodque iuxta tex. in l. ſecunda, C. de eo qui pro tut. aliquis titulus in iſtis incorporalibus requiratur, ac canoniſtas omnes in præfato capitulo ſuper literis contra Bartolum tenere addit. ad Felynum ibidem in præfato num. 29. lit. c. teſtatur eodem Baldo l. 1. citato. C. de colluſ. deteg. & Romano in cōſ. 330. ſed Felynum in dicto num 29. cum ſequenti notabiliter declarantem inſpectum facere non prætereas.

27 Secus, quod iterum paulo ante tetigimus, ſi iudicis perſonam defectus ipſe reſpiciat, vt quia hæreticum eſſe iudicem, ſeruum, vel excommunicatum diceretur, vel ei, quod infamis ſit opponatur, quia ſimiliter his in caſibus iudex in facto proprio diceretur cognoſcere ei non licere in præfata l. 2. num. 20. ff. ſi quis in ius vocatus non iet. Iaſ. inquit. hanc pluribus relatis ſcribẽtibus communiter in dicto cap. ſuper literis canoniſtas tenere aſſerens, vbi Decius præſertim num. 12. in princip. communem hanc ſimiliter eſſe fatetur ſcribentium opinionem, quam eadem adducta ratione, quia iudex in cauſa propria tali caſu diceretur in praxi crimin. quæſtio, 43. in fine nouiſsimè Clarus ſequitur, ſic neminem eſſe iudicẽ qui infamem ſe, vel excommunicatum pronuntiatet ſenſum dictare concludit, & quamuis Decius in præfato num 12. Alexandro relato in dicta l. quidam conſulebant, & alijs iudicem etſi recuſare ipſum liceat cognitionem, tamen habere dicat, præfata tamen ratione in omni caſu militante à communi prælegata opinione ad notata per ſcribentes in c. 1. & in cap ne innitaris de conſtit. poſt textum in l. 1. ff. de off. quæſt. neutiquam eſſe exiſtimo, recedendum, ac Innocentium in cap. cum ſuper de off. deleg. contrarium ſentientem male loqui in ſupracit l. quidam conſulebant nu. 7. Bartolus inquit. Papienſis in ſupracit. libello declinatoria fori hoc ſequitur verbo nec fuiſſe nume. 15. ante finem, in illo ſolum caſu cognoſcere iudici licere exponens, quando iudicem exceptio, quæ opponitur non oſtendit, ac ætatis defectus tantum allegatur, vt ſi minorem annis 18. iudicem eſſe opponeretur, idque obiter tangendo, qua in ætate iudex tam ordinatus, quam delegatus, atque arbiter conſtitui poſsit poſt text. in capitulo cum vigeſimum de officio delegati, & poſt Alexandrum in præfata l. quidam cõſulebant columna prima per totum declarantem Vantium in ſupracit. tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iuriſdict delegat, nu. 19. in fine inſpicere non prætereas, & quamuis in præfato num. 12. in delegato concluſionem hanc, non autem in ordinario locum habere Dec. enarret, quem infamiæ prætextu. ex Innocentio, & alijs in capitulo ſciſcitatus eodem titulo de reſcript. repelli non poſſe ait in eo ſe fundans, quia tex. in dicto capitulo ſuper literis in delegato ſolum loquitur indiſtinctè, tamen ſiue ordinarius iudex ſit, ſiue delegatus hoc procedere, cum circa id diuerſitatis rationem, non ſine magna difficultate conſiderari poſſe, ex notatis ferè in terminis per Oſaſcum conſtat in deciſione Pedemontana 15. nume. quarto, necnon rationem à Claro, vbi ſupra, & alijs relatam tam in ordinario, quam in delegato, omni ſemota diſtinctione indubitate militare clariſsimum eſt, Deciumque in dicto capitulo ſuper literis numero duodecimo multos caſus, multaque exempla, quando iudici an ſua ſit iuriſdictio cognoſcere liceat referentem inſpectum facias, & in tracta. de recuſationibus Aufrerium num. 41.

28 Prædictamque infamiæ exceptionem difficilius contra delegatum procedere, maxime vbi delegationis tempore talem illum fuiſſe Princeps ſciuiſſet, quodque tacite cum illo diſpenſare Princeps tali caſu cenſeatur in ſupracitata l. quidam conſulebant numero ſecundo, & numero duodecimo, Barto. inquit. Roman. in conſilio 217. & Vantium in ſupracitato tractat. de nullitat. in dicto titu de nullit. ex defe. iuriſd. deleg. numero 52. quem, & Aufrerium, in tract. de recuſat. in ſupracitato numero 41. cum ſequentibus, vſque ad numerum quadrageſimumquartum plene diſcutiẽtem videas, & declarantem, Blancum in tractat. de compromiſſ. quæſtione ſecunda numero 22. cum multis ſequentibus, & ſignãter num. 66. & 67. quod etiam inhabilitate in literis nõ expreſſa, & quãuis clauſula illa ex certa ſcientia in illis adhibita non ſit, idque qualitercunque inhabilitatem Princeps ſciuerit, locum habere, poſtquam plures relatos iſtud annuentes, communem Menochium in tract. de præſumpt. libro ſecundo præſumpt. 20 num. 7 poſt medium eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quem eo loci per totum plene, & notab. declarantem inſpicere non prætermittas, & Iaſonem l. Barbarius nume. decimoquarto in principio ff. de off. prætor. de magis communi teſtantem, & in ſingul. 47. Arnonum illud, eo loci aſſerentem, quod ſi cauſam Monacho Summus Pontifex committeret, quãuis, nec Monachus, neque qui canonicus ſit, regularis Papæ delegatus ſecundum communem ſcribentium opinionem eſſe poſsit à Duen. in tractat. regul. 78. verbo canonicus, cum illo Sũmus Pontifex diſpenſare, ac Monachum cauſam illi committendo capacem reddere quod cenſeatur, inferioribus vero à Principe diſpenſandi poteſtatem habentibus, non ſolum certã ſcientiam circa defectum diſpenſandi, ſed cauſæ cognitionem adhibendam eſſe, & neceſſariã in præfata l. Barbarius nu. 14. Iaſ. affirmat, quem & Alex. in dicta l. quidam conſulebant numero ſexto plene declarantes inſpectos facere non prætereas.

29 Præcitata item, vbi ſe clericum conuentus allegaret limitantur, & laicus iudex eſſet, nullo enim modo coram iudice laico clericatus probationem fieri poſſe, ſed eam coram clerici iudice eccleſiaſtico fieri debere poſt textum in capitulo ſi iudex laicus, & ibi ſcribentes de ſentẽtia excommunic. in 6. in l. ſi qua per calumniam C. de epiſc. & cleric. iſtud Bald. aſſeuerat, Iaſ. in dicta l. ſecunda numero 21. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Cepolla, qui in conſil. vndecimo numero 11. verſicul. de prima quæſtione communem hanc eſſe ait ſcribentium opin. eandemque

magis

magis communẽ in pract.crimin.§.ſi q.36.verſicul.dixi clericum circa fin. Clarus affirmat, ipſamque in tractatu practicar.q.c.33.nu.1.in Hiſpania ſeruari,etſi contrarium apud Gallos ſeruari dicat, Couar. atteſtatur, cui quidẽ Gallorũ obſeruationi Mediolanẽſem accedere cõſuetudinẽ in eadẽ q. 36.verſ. regulariter, idẽ Clarus aſſeuerat, quãuis in ciuitate Neapolis, ex ritus Magnæ Curiæ 235. diſpoſitione cõmunem hãc opinionem, quodammodo nõ obſeruari, ſed allegato clericatu terminum ad ipſum probandũ eandem per Magnam Curiam præfigi, ac dupli cem termino ad probandum dato iudicis arbitrio ſeruari modum in dicto ritu Carauita enarret, nume.4.& 5. quem, & Dominum Vincentium de Franch.in deciſ.119. de hac Magnæ Curiæ facultate ſe de clericatu informandi in notab.caſu diſcurrentem inſpicere non prætereas, non tamen iudicẽ adſtringi laicum ad clericum eccleſiaſtico iudici remittendũ niſi prius à ſuo iudice illum eſſe clericum cognito additio ad Alexandrum inquit in l.fina.ff.de iuriſd. omnium iudic.nu.10.lit. e in fine, quod notare non prætereas, item vbi de habitu ſolum clericali,& an habitus, quem clericus gerit clericalis, vel ne ſit controuerteretur ad laicum cognitionem hanc ſpectare in capitulo primo de cleric.coniug.in 6. Gemin. tenet in conſil. 122. Socin.colum.2. parte 1.& Guido Pap. quæſtio. 138. quorum Ripa in cap. decernimus numero quarto meminit verſic.quod limita de iudic.in dicta quæſt. 36. verſ. regulariter circa medium à Claro relatus, quem in tota dicta quæſ.,plene circa id diſcutientem inſpectum omnino facias, & Ripam in dicto num.4.de pluribus præfata reſpicientibus non inutiliter diſſerentem, itidẽ vtrum clericus coniugatus a iudice laico detentus cum vnica matrimonium contraxerit, & virgine cognoſcere priuſquam remittatur iudici laico licere clare in deciſione tertia de ſententia excommunicat. in nou. Doctores de Rota teſtantur.

30 Iudicem ſimiliter à cuius ſententia appellatur, vbi an legitima, vel ſit appellatio dubitaretur minime cognoſcere Decius in dicto capit. ſollicitudinem poſt Franchum ibi nume. 9.de appellat. iſta ratione ab Antonio de Butr. deſumpta concludit, quia iudex à quo cum principaliter de appellationis cauſa cognoſcere iuxta tex. nequeat in l.eos in principio C.de appellat, ad ſuperiorem, ac ad appellationis iudicem iuriſdictionem neceſſario transferri enarrat, ac ad ipſum cuius de principali cauſa cognitio eſt de hoc etiam incidẽti an talis ſit appellatio, per quam ad eum iuriſdictio transferatur, quod cognoſcere pertineat, ex tex. inquit in dicto capit, ſuper literis de reſcript. & in dicta l.2 ff. ſi quis in ius voc. non ier, & quamuis iudicem à quo vtrum iuriſdictione priuetur, vel an ipſius iuriſdictio ſuſpẽdatur cognoſcere debere veriſimile eſſe dicat, & rationabile, attamen magis conueniens eſſe inquit, & regulæ conſonantem cognitionem hanc ad appellationis iudicem pertinere Abbatis reſpondet opinioni, & in hoc ſe firmat, illaque diſtinctio a Francho in capitulo vt debitus numero 42. de appellat. relata aptiſsime conuenit, iudicem a quo dicente, vtrum appellationi deferre teneatur cognoſcere tantum poſſe, ſed an legitima appellatio ſit, & deuoluatur vel non & an cauſa appellabilis, vel ne ſit, & nunquid debito tempore ſit interpoſita appellatio ad appellationis iudicem cognitionem hanc iuxta text. pertinere inquit in cap. dilectus il primo de reſcript.& poſt gloſam in Clemẽt. vnica in verbo manifeſtare poſt medium verſ. iudex tamen ad quem de dolo, & contum.in tract. iſtud de in litẽ iur. Plotus alios recenſens fol. 4 . à tergo, §. quarto numero 42. affirmat, illa per Franchum vbi ſupra aſsignata ratione, quia ab appellationis receptione abſtinere facti eſt, iuris verò & iuriſdictionis, quod appellatio recipiatur pronunciare, ac cauſæ cognitionem hoc requirere in deciſ. 24 nu. vndecimo, in fine Capyc. exponit. quam quidem cognitionem ad alium quam ad appellationis iudicem nullatenus pertinere per textũ in præfato capitulo dilectus in fine Franch. affirmat, ac declarationem hanc tanquam iure, & ratione munitam amplectendam omnino,& intelligendam eſſe conſtat, ſiue appellationi per iudicem a quo delatum fuerit, ſiue nõ, vtroque etenim caſu vtrum deuoluatur appellatio iudicẽ ad quem cognoſcere poſt Capyceum proxime relatum in tract. momentanea poſſeſsione limitat. 13. Contard. atteſtatur, idem in loco proxime citato Franch. concludit, dum in fine iudicis à quo contraria ſententia non obſtante appellationem legitimam pronunciare appellationis iudici licere aſſeuerat, idemque vbi ſupra quæſtione prima numero 17. cum pluribus ſequentibus eleganter, & latiſsime Contard. comprobat, quod vbi ab appellationis eiectione iterato pars appellaſſet facilius procedere, & locum habere exiſtimo, talem etenim reiectionem in rem tranſire iudicatam in præfata Clementina prima columna tertia de dolo, & contumacia, Cardin. Zabarell. aſſerit, quem in communium opinionum tractatu capit. 166. in prin. citat Viuiu,& ſequitur parte 1. etſi in dicta deciſione 34 Capyc nu. 12. appellantem ego appellationi mee inſiſto apud acta explicare ſatis eſſe dicat, imno quod neceſſe non ſit hoc in caſu appellare ex tex. inquit in c.ſuper Abbatia de off. delegai, quem inſpicias

31 Sed exceptione iudicis perſonam afficiente, & inhabilitante oppoſita à ſuſpicionis exceptione diuerſa, verbi gratia, quod infamis, vt ſupra diximus, vel excommunicatus iudex ſit, quo caſu iudicem ipſum cognoſcere de hoc minimè poſſe adnotauimus, prout ei nec cognoſcere

licere quando, non ſolum de nudo iuriſdictionis agitur exercitio, ſed de ſubiectionis etiã proprietate, vt quia ſe exemptum citatus dicat, iudex vero neget, vbi ſupra verſic. octuageſimaquarta Aufrer. inquit, Iaſ. in dicta l. 2. ſupra iterum relatus, ff ſi quis in ius voc. nõ ſer. nu. 28. & plenè Alex. in dicta l. quidam cõſulebant num. 14. cũ ſeqq. nũquid ad arbitrorum electionem, qui de exceptione iſta cognoſcãt deuenire oporteat quæſtionis eſt apud ſcribẽtes, affirmatiuã tamen ac ad arbitrorum electionem eſſe deueniendũ, eo quod eadem, quæ in ſuſpicionis exceptione cũ ipſius iudicis vtroq; caſu perſona aſſiciatur militet ratio clarè in dicta l. quidam con ſulebant num. 7. Bar. affirmat, idemque in cap. pia de except. in 6. Hoſtienſ. ſequitur. Archid. vero in c. quod ſuſpecti, 3. quæſt. 5 cuius in præfato ca. 2. requiris nu 13. Franch. meminit aperte à præfatis recedendo ſuperiorem eſſe adeundum, nec arbitros hoc caſu eligendos eſſe concludit, aliiſq; pluribus per ipſum relatis, aut notoria eſt exceptio diſtinguit, & ſolam exceptionis propoſitionẽ, quia probatione notoria non indigent ſufficere aſſerit, aut notoria non eſt, & tunc aut exceptionem proponens de ea cognoſcere iudicem conſentit, & iudici tali caſu iudicare licere aſſerit, & ita Innocentij opinionem in c. cum ſuper de except. caſuquo male iudex iudicaret ab eo appellare licere dicentis locum habere fatetur, aut opponens non conſentit, ſed iudicem ſuper tali cognitione recuſat, & tunc neque cognoſcere, neque inſtam hanc ſuſpicionis cauſam eſſe ait, niſi ei, qui minime ſuſpectus ſit iuxta tex. in c. ſi quis contra clericum de foro compet articulum hũc delegare iudex velit, ita in præfato ca. pia reſidere Doctores licens, ac illorum opinionem arbitros hoc in caſu eligendos eſſe dicentium, ex Imola in eodem, cap. 2. requiris col. ſi procedere aſſerens.

32 In contrarium vero ac arbitros ſolum à iure expreſsis eſſe eligendos in præfato cap. cum ſpeciali de appellat. Abb. tenet. Archid. in dicto c. 1. de except. in 6. cuius ibidem Ioann. Andr. meminit, & Dominic idemque Domin. in c. ab arbitris circa fi. de off. deleg. in 6. & quamuis Abb. & alij in c. paſtoralis de reſcript. & in c. 1 in principio de arbitr. idem in caſibus expreſsis ſimilibus iuxta gloſ. eſſe putent in c. ſtatutum de reſcript. in 6. huius contrarium in ſingul. 461 Roman. tenet gloſam in dicto c ſtatutum veram non eſſe dicens, ac contra communẽ loqui opinionem illum, qui in cauſa principali iudex eſt ſuper incidenti etiam ad l quoties, C. de iudic. & in dicto cap. ſuper literis circa fin. de reſcipt. iudicem agere dictantem, à qua quidem regula Decius in dicto cap. cum ſpeciali num. 3. de appellat eodem Romano, vbi ſupra relato non eſſe inquit recedendum, niſi quatenus iura ſpecialiter vlterius ad arbitros recurrendum eſſe diſponendo procedant, hanc arbitrorum diſpoſitionem tanquam à iure communi exorbitantem in caſibus ſolum à iure expreſsis eſſe ſubdens reſtringendam, idemque Dec. in dicto nu. 3. verſ & concordando dictas opiniones conciliando arbitros in caſu omnino ſimili caſui expreſſo, & in quo eadem militat ratio eligi debere argum. c. cum dilecta de confirmat. vtil vel inutil. concludi poſſe aſſerit; illud ſimiliter ſubnectens, quod ſi caſus ex toto non ſit ſimilis minime ex eo quod ita quibuſdam in caſibus factũ reperitur ſit ad arbitros recurrẽdũ expreſsis, ſolum in caſibus locũ hoc habere concludens. Ripa tamen tam ex maioribus, quam ſimilibus ex cauſis ipſis in iure expreſsia iuris arbitros eligẽdos in l. fi. tenet quæſt. 41. nu. 138. poſt principiũ C. de reuoc. donat. & Pignolat. in addit. ad præfatum Romani ſingulare 461. poſt Decium in dicto cap. paſtoralis col. 2. de reſcript. & in dicto c. cum ſpeciali de appellat. & poſt Nicolaum Euerald. in locis legal. in loco ab exceptione ad regulam tertia limit. ſi caſus expreſſo ſimilis ſpecialiter in aliquo dubio non reperitur arbitros non eſſe inquit eligendos in caſibus ſolum à iure expreſsis locum hoc habere cum Decio aſſerens, ſed quamuis articulum hunc in ambiguo poſitum eſſe pateat, nihilominus à Panormitani doctrina in ſupracitat. capitulo cum ſpeciali de appellat. nullatenus arbitros, niſi in caſibus à iure expreſsis eligendos eſſe dicentis, neque à communi regula à qua vt neminem latet recedere de facili non debemus neutiquam recedendum eſſe tutius vtique, & omnino verum exiſtimo.

33 Ac ad aliquorum caſuum in iure expreſſorũ cognitionem in quibus arbitros eligendos eſſe cauent, Eueraldum in loco proxime relato inſpectũ facias, quibus aliũ pariter ab ipſo omiſſum adiungas, per quem tutori conſulitur vt tutelæ per eum geſtæ adminiſtratione finita ad arbitrorum deueniat electionem, qui an tutor ipſe pupilli debitor remaneat, vel creditor cognoſcant, atque iudicent, vtque arbitris pupillo nihil tutorẽ debere declarantibus ad aliquid amplius conueniri tutor nequeat, vt per Cæpollam in caut. 141. tutelam hanc per rex. dantem in l. vix certis ff de iud. Natta hoc ſequitur, in Clement. ſæpe in princ col. 33. verſ. adde etiam de verborum ſignific. Cardin Pariſ. in conſil. 96. numero 27. lib. 1. & Cotta in memor. verbo tutor teſtamentarius in fine quorum in commentar. l. diffamati, C. de ingen. & manumiſſ. in gloſa num. 52. Contard meminit, tam tutorum eo loci, & curatorum, quam factorum dominorum cautelam hanc eſſe dicens, eundemque Cæpollam in cautela. 221. pleniſſimè loquentẽ videas, quod vtique quando pupillo de curatore prius cum quo ad arbitrorum electionem deuenire tutor legitime poſsit prouiſum fuiſſet intelligere oportet, alias tam arbitrorum deputationẽ, quam declarationem, quam arbitri facerent pupillo

pillo

pillo ipſi curatore non dato nullam eſſe,& inualidam,ex notatis in ſingular. 135. per Mattheſ. conſtat, vbi notab.

34 Aliuſque ſimiliter notandus remanet caſus, quando ſcilicet iudici delegato per ſecundas literas alteri delegato directas reuocatã eſſe ipſius iuriſdictionem opponeretur, quo caſu iudices ſibi in cognitione non deferentes, neque ſe inuicem concordantes arbitrorum iudicio communiter à partibus electorum eſſe quæſtionem hanc terminandam text.eſt in ſupracitato cap.paſtoralis in princip. de reſcript. cum quo Sacri Concilij Tridentini cap.5. verſ.quod ſi in his cauſis 14.ſeſſ.tex.cõcordat,quod in duobus etiam ordinarijs de iuriſdictione contendentibus,eo quod iuriſdictionem ad ſe vnuſquiſque pertinere dicat locum habere in ſupra cit.tract. de recuſat.num 45.verſ.nonageſimaprima Aufrer.affirmat amborum ſuperiorem iuxta text. in dicto c.paſtoralis,& l.de iure ff. ad Municip. in hoc caſu cognoſcere dicens, vel arbitros per ſuperiorem ipſum eligendos, attamen plenius, vt hoc atque clarius intelligas Burr. in dicto c. paſtoralis col.2.inſpectum facias, & ibi Abbatem,& Felynum ſcribentes in dicta l.2.ff.ſi quis in ius vocat. non ier.quoloci,Iaſ.in 7 limit.nu. 27.poſt Angelum, ibidem Romanum,Caſtrenſem, & alios quos refert,quoties de iuriſdictione contendentes ordinarij eſſent ad ſuperiorẽ cauſam eſſe inquit remittendum dictam l.de iure in qua fundamentum Aufrer.facit parum facere dicens,ac eodem in loco Iaſ.nume. 19.vbi an iuriſdictio ad iudicem eccleſiaſticum,vel ſecularem ſpectare dubitaretur maiorem iudicẽ & ſic eccleſiaſticum,ex Butrio in dicto cap cæterum colum 4. de iudic.eſſe declarat præferendum,ex Imola ibidem communem hãc eſſe affirmãs ſcribentium opinionem, Iaſonẽ tamen, & Ioannem Anton. de Nigr. in Regni Cap illuſtri Viceregi noſtro in tit. de cauſis criminal. vel ciuil.nume.12. inſpicere non prætermittas, quando vero vt in ſupra relato caſu exceptio à ſuſpicionis exceptione diuerſa iudicis perſonã afficiens opponeretur ad ſuperiorem,vt ipſe de cauſa cognoſcat iuxta in ſpecie, per Abbatẽ notata in repet.dicti c.ſi quis contra clericum nu.25.de foro compet.eſt recurrendum,vel data longa ſuperioris diſtantia,caſu quo poſt oppoſitam exceptionẽ cauſam iudex perſonæ partibus non ſuſpectæ non delegaret ad arbitrorũ electionem, quod deueniatur praxim in hoc à Carauita relatam ſeruãdo ſuper dicto ritu 265. num.27.in fine opinionis ſum, & ita obſeruari debere cenſeo, aliumque caſum in quo arbitri eliguntur ſupra in capite 12.num.2.vbi videas, adnotauimus.

35 Quæſtionis apud ſcribentes ſimiliter eſſe ſolet, an incompetentiæ contra iudicem exceptione oppoſita ſe de neceſsitate competẽtem pronunciare iudex teneatur,& quoad eum, qui nullam ipſo iure iuriſdictionem habet qualem propriè delegatum eſſe cõſtat,expreſſam requiri pronunciationem, per quam ſe competẽtem declaret,tacitamque pronunciationem ad vlteriora ſcilicet eſſe procedendũ continentem nõ ſufficere ad text. in c. ex parte il ſecondo de appellat.& in l.à procedente C.de dilat.& iuxta gloſ.in l.2.§.ſed ſi dubitetur,ff.de iudic.& iuxta per Alexandrum notata in conſil.89.nu.2.poſt principium,& per Franchum in cap.cum ceſſante num.29.ante fin.verſ.aliquando,& quinto,& vltimo de appellat.communem in conſilio 24. col.fin.lib.5. eſſe ſcribentium opinionẽ Ruyn. tenet diſtinctionibus illis omiſsis in c.ſuborta in 4.limit. de re iudicat. à Felyno adductis,& à Francho in c.ſi duobus nu.22.cum ſequentibus de appellat.ac illa ſignanter,quod vbi pars comparuiſſet iuriſdictioniſque defectum oppoſuiſſet expreſſa pronunciatio minime requiratur, ſecus vbi pars nullatenus comparuiſſet, attamen tacitam pronunciationem non ſufficere, ſed expreſſam indiſtinctè requiri pronunciationem, alias quod nullus ſit proceſſus, & inualidus in conſ.117.num.3.& nu.18.vol.5. idem Ruyn. tenet communem hanc eſſe explicans ſcribentiũ opinionem à Gabriel in tract. cõmunium concluſ.relatus lib 2.tit.de except.concluſ.1. nu.7. in fine,quem qualis expreſſa hæc pronunciatio eſſe debeat declarantem videas,& quamuis cõtra Gabrielium,& alios tacitam in hoc caſu pronũciationem ſufficere in conſ.31. nu.6. Beccius nouiſsime ſentiat cõmunẽ hanc eſſe dicens ſcribentiũ opin.attamen illa adducta ratione,quia cũ adhuc non conſtet an delegatus ſit iudex eſſe propterea expreſſe circa id,vt dictum eſt pronunciandum,alioqui nullum remanere proceſſum magis receptam etiam per partem oppoſitione facta eſſe ſcribentiũ opinionem in tract. de præſumpt.præſumpr.64.num.ſecundo in fine Menoch.quem per plures referentem inſpicias reſtatur.

36 Quibus attentis non eſſe Cornei opinioni deferendum in conf.85 lib.4.nu.12.verſ.quidam, tamẽ ambigendũ non videtur tali pacto in hoc caſu diſtinguentis,aut ſtatim declinatoria exceptione oppoſita ad vlteriora eſſe procedẽdũ iudex pronunciauit, & quia tunc de exceptione oppoſita minime iudicẽ cognouiſſe apparet, illorũ opinionẽ tali caſu proceſſum non valere tenentiũ illa ratione procedere,quia ſuper emergenti cauſæ cognitio requiritur,quam nullatenus tali caſu interueniſſe conſtat,aut non incõtiuenti ad vlteriora iudex proceſsit,ſed inter exceptionis obiectum,& proceſſum ad vlteriora tanta temporis extitit diſtantia in qua videre iudex exceptionem,& cognoſcere veriſimiliter potuit,& aliam tali caſu procedere opinionem inquit ſimpliciter,& generaliter per proceſſum ad vlteriora ſuper exceptione emergenti tacite quod pronunciatum cenſeatur diſponentem,

quod-

xerimus hoc, vbi vere lis conteſtata, & in cauſa concluſum fuiſſet intelligendum venit, & quatenus ad litis conteſtationem attinet in forma ſtipolationis eam vere fieri ſciendum eſt per interrogationem ſcilicet præcedentem, & reſponſionem ſubſequentem, vt in l. edita num. 47. in fine, C. de edendo Bald. inquit, & in cap 1. Hoſtienſ. de lit. conteſt. in antiq. & Abbatem in ca. 1. de litis conteſt. & in ca. 1. vt lite non conteſt. num. 4. & 5. & quoties in re ſumus præiudiciali, quod litis conteſtatio vera, & propria attendi debeat inquit Anton. Gama. in deciſio. Lituan. 147. num. 3. iſtaque æqoiparari, per ſtipulationem quod fieri, & per litis conteſtationem Iodoch. in ſuo Enchirid. parium verbo fieri per ſtipulationem, & litis conteſtationem clare aſſerit, ac litem pro conteſtata haberi reo litem conteſtari nolente illa ratione decernere, quod nullatenus iudici liceat, quia à facto partium, non iudicis hoc dependet in l. prima text. probat, §. primo ibi, nec enim factum prætoris fit de feriis in conſ. 82. Alexand. numero 2. poſt principium lib. 3. addit. ibi in verbo litem conteſtatam, & in praxi iudiciorum, Maranta verbo litis conteſtatio num. 12. iudices hoc facientes, quia facto ad litis conteſtationem, ac verborum expreſsione opus eſt minus docte facere dicens, ac reo facto præcepto, quod litem conteſtetur decreto in ipſius cõtumaciam, quod pro confeſſo habeatur à iudice prolato iuxta tex. nõ valere ſubdens in c. 1. & 2 vt lite non conteſtat. quodque iudex vt lis pro conteſtata habeatur pronunciare nequeat, ſed ad primum ſtante contumacia, & ſecundum decretum procedere in ſingul 61. numero 2. Mathesil. aliorum memor aſſeuerat.

41 Neque in Rotæ deciſ. 2. & 6 de lit conteſt. in nouis notata obſtant per rei reſponſionem partem libelli actoris abſentis negantis, & partim confitentis litis conteſtationem fieri continente, nam poſt Franchum in cap. 2. num. 2. de litis conteſt. in 6. contrarium expreſſe ſentientem ac litis conteſtationem nullatenus parte abſente fieri licere clare affirmantem hanc Mariano Socino in c. 17. articul. de lit. conteſt. relato, & Frãciſco Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune numero 87. in ſupracit. l. diffamari, C. de ingen & manumiſſ. in gloſa nume. 13. fol. 106. Contard. enarrat, & hoc omnes tenere in L. 1. nu. 9. C. de lit. conteſt. Bart. bona ratione motus concludit & eodem loc, Bal nu. 4. per tres rationes ibi per ipſum relatas, ibidemque Bart. num 10. nullatenus per reſponſionem, ex interuallo factam litis conteſtatio inducatur, eo loci notabil. exponentes infectos facias, ac illo caſu, & no aliter præfatam Rotæ deciſionem 6. de litis conteſt. in nouis alias 354. ſecundum antiquam impreſsionẽ procedere, vbi reus ad reſpondendum ab actore compelleretur, & vbi actor ipſe, vt reus reſpõdere compellatur inſteterit, ac tali caſu, etiam quod reſponſionis tempore actor non loquatur, vel quando lis conteſtatur præſens non ſit, litis conteſtationem induci in praxi iudic. §. 17. cap. 2. declaratione 2. nu. 6. fol. 163. Ioannes Baptiſt. Aſin. quem perbelle loquentem videas declarat, ac pro pleniori dictatum Rotæ deciſionum intelligentia Felynum in c. vnico de lit. cõteſt. legas nom. 4. & 5. & ſignãret ante finem, ſupracitatam Rotæ deciſionem 2. notab. explicantem, aliamque Iaſonis declarationem in dicto, § nihil commune num. 149. notatam facere non prætereas, quamuis ad diffinitam contra reum lite non cõteſtata nullatenus eſſe enarret deueniendum, contra actorẽ tamen abſque conteſtatione ab ipſo reo facta deuenire, quod cõueniat, cui licet Ripa in præfato num. 187. ſe opponat, Iaſonis nihilominus ſententiam in præfato num. 179 præpotenti ratione munitam, eſſe omnino ſequendam reos, ac eodem loci Felyn. num. 3. etiam Rotæ deciſionem 18. de teſtibus in antiq. pe. reſponſionem ad articulus cõcluſiuos factam litis conteſtationem fieri continentem tunc procedere declarat, vbicũque admiſtam poſitio petitionem contineret, alias ſecus textus pariter hoc probat in ſupracitato c. vnico, & gloſa ibi de litis conteſt. quo loci, idem Felyn. num. 5. eo caſu communi opinione attẽta, ex rei confeſsione litis induci conteſtationẽ aſſerit, quando libello in figura iudicij oblato, confeſsio fieret; ipſum igitur, hæc & alia. quãdo ex confeſsione, vel negatione aut aliter litis cõteſtatio inducatur in d. ca. vnico per totum explicantem inſpectum facias.

42 Quo vero ad cauſæ concluſionem, quamuis in cauſa concluſum eſſe & iudicatũ, paria cenſeri in l error col. 4. C. de iur. & fact. ignoran. & in l. certi C. de interd. Bal explicet, probat hoc tex. in c. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propriet. Affli. in deciſ. 396. num. 22. Menocb in tractat. de arbitr ind. lib. 2. centur. 1. caſu 51. nume. 23. & 24. latè hoc declarans, & latiſsimè Marſil in ſua praxi. §. ſequens, eo caſu locũ hoc habere ſcire oportet, vbi vere in cauſa, ac vtraq; parte conſentiente concluſum iuxta tex. extitiſſet in c. cum dilectus, & ibi nota. de fid. inſtrum. & in cap. quoniã contra in verbo renũciationes de probat. ſecus verò quando tacite, & ſolum ab vna parte permiſsionem veluti citationis ad ſententiam concluſum in cauſa fuiſſet, quo vtique caſu concluſum in cauſa vere non dici in quæſtio. famil. 124. num 3. Berous inſpiciendus inquit, idẽ vbi vtraque pars peremptorie citari, ac proferri ſententiam inſtetiſſet, quo caſu vere in cauſa concluſum dici, ſecus ſi vna partium tantum id poſtulaſſet; idem Berous in ſupracit. ca. quoniam contra num. 215. de probat. affirmàt ab Aſinio in iudicior. praxi relatus §. 23. cap. 3. quorum in ſupracit. tract. de præſumpt. lib. 2. Menoch meminit præſumpt. 65. quem perbelle declarantem inſpicere non prætermittas, quapropter

Ruyni

Ruyni opinionem in conſ. 6. num. 12. lib. 4. recuſationis exceptionem poſt citationem ad ſententiam audiendam expeditam admittendam non eſſe dicentis valde dubiam reddi appareat niſi eam vbi in caſu eſſemus, in quo in cauſa nõ concluditur intelligere velimus, tũc enim iuxta prænotata citationem ad ſententiam pro concluſione haberi, nec tunc recuſationis exceptioni locum eſſe vbi vtraque parte præſente, vel inſtante iuxta proxime notata expedita citatio fuiſſet eſſe exiſtimo veriſsimum.

43 Iſtud vtique comprobatur. nam in materia ſumus renunciationis quam ſtricti iuris eſſe eãque interpretari in conſil. 115. num. 1. lib. 5. Alexand. notat. Decius in conſ 379. nu. 2. in conſil. 419. num. 19. & in conſil. 551 notata per ſcribentes conueniunt poſt textum ibi in l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrban. præd. & latè per Gallin. in dicto cap. 23. num. 20. cum ſequentibus plura de concluſione in cauſa, deque illius effectibus notab. explicantem; per litis enim conteſtationem dilatorijs omnibus exceptionibus renunciari in terminis Innocent in cap. præterea de dilat. affirmat, & per concluſionem in cauſa probationibus quibuſcunque renunciari in dicto, §. ſequens num. 9. Marſil. aſſeuerat, ipſamque recuſationis exceptionem, cui per tales actus præiudicatur à iure prouenire naturali, ex textu liquet in dicto cap ſecundo requiris de appellat. eamque magni ſimiliter eſſe momenti conſtat, cum illa excluſa coram iudice, qui ſuſpectus ſit quis litigare cogatur, quod graue vtique omnino, & durum eſſe textus eſt in l. apertiſsimi, C. de iudic. cum ſimil. quapropter ſtricte in hoc caſu procedendum eſt, & ne illi renunciatum intelligatur tam litis conteſtationem, quam concluſionem in cauſa, quando vere vt dictum eſt & proprie interuenerunt intelligendas eſſe, & interpretandas, quod Anton. Gama paulo ante citatus concludit in deciſione. Lituan. 147. numero tertio.

44 Prænotata item in illis cauſis in quibus ſummarie, & ſine figura iudicij controuertitur illa ratione, quia in illis ad ſolas probationes reſpicitur, non procedere, illũque actum, qui in cauſis in quibus lis conteſtatur immediatè fieri ſolet, vim litis conteſtationis habere gloſa eſt notab. in cap. 2. verbo abſentia de elect. in 6. in dicto c. exceptionem à Felyno aliorum memore numc. 10. de except. relata tenet hoc Ripa in ſupracit. l edita in fine. C de edendo, & in iudiciorum praxi Maranta verbo litis conteſtatio num. 2. actum hunc ex Romano in conſ. 174. illum eſſe declarans, in quo de meritis cauſæ cognoſcere iudex incępit, ac in ciuitate, & Regno Neapolis, vbi cauſas omnes tam ciuiles, quam miſtas ex forma Regiæ Pragmat. 1. & cap. deteſtantes ſummarias eſſe neminem latet primum actum vim litis conteſtationis habentem dilationem eſſe ad probandum à iudice decretam, idque paſsim in praxi admitti Carauita ſuper ritu Magnæ Curiæ 208. num. 42. affirmat, & in deciſ. 48. Capyceus nu. 4. poſt medium, eoſdemque effectus, ex dicto primo actu reſultare, qui ex vera litis conteſtatione reſultarent Felyn. aliquos, ex dictis effectibus enumerans in dicto c. inſinuante num. 18. de off. deleg. affirmat Bart. & alij ſcribẽtes in l. nihil, & in l. nulla. C. de procurat. & in praxi iudicior. Aſin. in ſupracit. §. 17. cap. 6. nu. 7. & 8. fol. 259. illud, eodem loci num. 3. explicans litem, ſcilicet quoad præſcriptionẽ interrumpendam, atque vt actio alioqui ad hæredes non tranſitura ad ipſos tranſeat reo conuento litem conteſtari ſubterfugiente pro conteſtata haberi, ac interrumpi præſcriptionem, quemadmodum per veram litis conteſtationẽ interrumperetur, ex Balbo in tractat. de præſcript. in 1. quæſt 4. quæſt. princip. & in 3. par. 6. par. princ. num. 3. & ſequenti, & ex Ioanne de Flat. in l. Mutus, §. qui non cogitur ff. de procuratoribus communem, vbi ſupra num. 2. eſſe ait ſcribentium opinionem, actionemque ad hæredes in hoc caſu, vt dictum eſt tranſire, ex textu in l. ſi eum, §. qui iniuriarũ, ff. ſi quis caut. & ibi Baldo in 7. notab. alibi hoc non reperiri aſſerẽte, ibique Iaſone poſt alios colum. 3. num. fin. de communi teſtante in præfato nu. 3. idem Aſin. aſſeuerat, quem eo loci, & in eodem, §. 17. cap. 1. colum. fin. fol. 362. dupliciter hoc, & notab. limitantem inſpectum facias, quapropter Mandoſium in ſupracit. tract. ſeu praxi commiſſ. commiſſ. 8. verbo adiunctum verſ. ſi vero non opponitur inter cauſas in his terminis diſtinguentem in quibus litis conteſtatio requiritur, & in quibus, non eſt litis conteſtationi locus nullatenus bene diſtinguere, ex prænotatis clariſsime demonſtratur.

45 Sicut a ſimili in cauſis in quibus de executione agitur inſtrumentorum, ac quocunque modo executiuis, eſſe idem obſeruandum ſuper ritu Magnæ Curiæ 243. num. 2. Carauita notat inſtantiam talibus in cauſis ab illo actu, qui poſt litem cõteſtatam in ordinarijs fieri ſolet, vel ab eo die, quo de meritis cauſæ tractatum fuit, ex Baldo in l. nulla, C de procurat. Alexandro ibidem, & Iaſone Romano in dicto conſ. 174. num. 5. alijs currere explicans, quodque in executiuis etiam ſit dare inſtantiam poſt Afflictum in deciſ. 356. & ibi Vrſillum in addit. poſt Frecciam de præſentat. inſtrum. pat. 10. quęſt. 1. Ioannem de Amic. in conſ. 66. num. 4. & alios magis communem hanc Lancell. de attent. par 3. cap. 23. num. 104. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, ſic quoque & procuratorem tunc in cauſis in quibus lis non conteſtatur litis effici dominum, vbi tractare de cauſæ meritis incœpiſſet: textus eſt in dicta l. nulla C. de procurat. & Bartolum in l. poſt litem numero tertio eodem titulo quem declarantem, & Vantium inſpicias in tractat. de nullit. in titu. de nullitat. ex defect.

inhab.

inhab. ſeu mand. comparent. num. 110. de communi teſtantem.

46 In eā itidē in qua natura litis hoc dictāte nō concluditur primum actū, qui poſt concluſionē in cauſa fieri ſolet pro cauſæ cōcluſione haberi in Clemẽt. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. Imola cō eludit à Felyno in ſupracit. c. inſinuante nu. 16. verſ. 4. vide de off. deleg. relatus Corn. tenet hoc in cōſ. 235. col. 3. lib. 3. Berous in c. in literis nu. 5. de reſtit. ſpoliat. Carauita ſuper ritu Magnæ Curiæ. 238. num. 2. & alij quorum in præfata iudic. praxi §. 43. c. 6. limit. 7. nu. 2. Aſin. meminit.

47 Et ſicut in caſibus in quibus litis conteſtatio nō eſt neceſſaria declinatorias exceptiones primo actu, qui poſt litis conteſtationem fieri ſolet excludi diximus, ita & pariter poſt litem pro cōteſtata habitam quæque ſtatuto ſic diſponente loco veræ litis conteſtationis eſt excluſas cenſeri ad deciſ. 277. Capellæ Tholoſ. num. 2. Aufrer. exponit, & in conſ. 47. Hieron. Gabriel. nu. 5. lib. 1. illam inter hos caſus quare ſtatutum litē pro cōteſtata haberi, non autē iudex diſponere poſſit eſſe exiſtimo diuerſitatis rationē, quia cum à fictionis efficacia hoc pendere clarū ſit fictionē ipſam neutiquam homini, niſi lex permittat inducere licere tex. eſt in l. ſi forte, ff. de Caſtrenſi Peculio iuncto textu in §. eſt autem inſtitutio. quib. mod. coll. obligat. ſcribentes in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap. affirmant, & Maſſa præſertim hanc, eo loci num. 134. communem eſſe explicans ſcribentium opinionem.

48 Et ideo quamuis, quod lis pro conteſtata habeatur, & quantumuis partes cōſentiant, quod ſine litis conteſtatione in cauſa procedatur decernere iudex nequeat, in cauſis etenim in quibus iuris ordinem ſeruare oportet, nec de tacita, nec de expreſſa partium voluntate litis conteſtatione omiſſa procedere licere in deciſ. Capellæ Tholoſ. habetur, vbi Aufrer. in addit. quādo partes iudicem, tanquam iudicem cauſam, & iudicium conſtituere conſentiunt, hoc procedere declarat, ſecus ſi prout ſibi videtur procedere poſſe iudicem conſentiunt, quo caſu iuris ſolemnitates omittere licere inquit, quē inſpicias, ex legis nihilominus tam communis quā municipalis diſpoſitione fictionem hanc, quod lis pro conteſtata habeatur induci poſſe, ex notatis liquet per Bar. in d. l. ſi is, qui pro emptore nu. 23. iuris ciuilis ſtatuta eſſe, & per conſequēs iuxta tex. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. fingere poſſe concludentem, quod in loco ſupracitato nu. 132. Maſſa ſequitur dictam legem omnes populi tanquam in ſtatutis, & in ſtatuendi poteſtate loquentem, Bartolum ſemper intellexiſſe, ac communem hanc eſſe explicat ſcribentium opinionem, quod ad ſtatuti ciuitatis meæ Beneuentanæ declarationem facit lib. 3. in titu. de modo procedēdi in ciuilibus in fine, vbi per primam reſponſionem à reconuento ſiue neget ſiue affirmet faciendam litem ipſo facto conteſtatam intelligi diſponitur, idque vulgatā regula attenta ſtatuta paſſiuam à iure communi ad tex. in l. 2. cum ſimil. C. de noxalib. interpretationem recipere tunc procedere eſt notādum, vbi reſponſio iſthæc litis conteſtandi animo ſubſequeretur iuxta per ſcribentes notata in l. 1. C. de litis conteſt. & in c. 1. extra eod. tit. in praxi iudicior. d. §. 17. cap. 2. declaratione 2. num. 4. in fine fol. 268. Aſin. quem inſpectum facias affirmat.

49 Ad inſtitutum tamen, vt redeamus, illud ex Couar. in ſupracit. practicarum quæſt. tract. cap. 26. poſt nume. 2. verſ. ſic & poſt concluſum poſt principium notare conuenit, ſuſpicionis ſcilicet cauſam ante concluſionem in cauſa ortam, eo caſu poſt concluſionē proponere licere, vbi ſuſpicionis cauſa ita notorie & euidēter pateret, quod probationē aliquā non requireret, Imola relato in c. iudex de off. delega. in 6. Francho in c. cum ſpeciali nume. 22. de appellat. & Felyno in c. paſtoralis de except. nu. 17. & in c. inſinuante nu. 15. de off. deleg. idem ex Francho in præfato nu. 22. ſubnectens, quoties ſuſpicionis cauſa ante cauſæ concluſionem orta poſtea ad recuſantis notitiam deueniſſet, quā proponi poſtea, & probari poſſe aſſerit, etſi eodem loci verſic. ſed vbi exceptio contrarium expreſſe ac dubiā ſibi Franchi ſententiā opinionibus frequentiſ ime receptis contra ipſam militantibus videri ſentiat, quod ex deductis per Mynſing. in ſingular. Imper. Cameræ obſeruationibus comprobatur obſeruat. 59. cētur. 4. recuſationis cauſam etiam poſt concluſionem in cauſa ortam, & poſtea ſuperuenientem eo caſu recipiendam, & admittendam eſſe deciſum fuiſſe teſtantem, vbi notorie eam, & euidenter de nouo ſuperueniſſe iudici conſtaret, alias ſecus, ſed vltra hoc eodem cap. ſupra num. 20. & 21. circa id notata in praxi §. ſequens nu. 22. Marſilium poſt Lapū, & alios in c. iudex de off. deleg. in 6. ſimpliciter iudicem poſt concluſionem in cauſa, vbi ſuſpicio ſuperueniſſet iuxta tex. in dicto c. inſinuante recuſare licere concludentem inſpectum facias, quod quamuis Magnæ Imperialis Cameræ authoritatis ſit, magis placet ita ſcribentibus in dicto num. 20. & 21. ſupra relatis communiter in hoc caſu ſentientibus.

50 Prænotata in loco proxime relato comprobare Couar. cenſetur, dum Franchi opinionem Regni Hiſpaniarum conſtitutioni contrariam eſſe inquit, per quam tunc teſtibus, alijſque legitimis probationibus probare ſuſpicionis cauſam licere diſponi dicit, quoties orta ſuſpicionis cauſa poſt cauſæ concluſionem extitiſſet, ſecus vero ſi iudicem quis ob cauſam ante cauſæ concluſionem ortam, & cuius cognitionem poſtea habuiſſet recuſare vellet, quo caſu dicta cōſtitutione prohibente nullatenus recuſationem eſſe inquit admittendam idem in Neapolis Regno ex pragmatica ſanctione in anno 1585. edita die 20. menſis Iulij fol. 33. in nouis prouiſum

ſum

Digitized by Google

ſum fuiſſe conſtat ſuſpiciones continente ante concluſionem in cauſa ortas nullatenus poſt cõcluſionem in cauſa factam allegari contra iudicem poſſe, etiam quod illas allegans de nouo ipſarũ notitiam habuiſſe probare velit, quod per ſupracitatum Regni capitulum prolixitatem prouiſum antea fuiſſe in deciſ. 431. Dom. Vincent. de Franch. par. 2. refert in princ. ac obtinere ſolum in hoc caſu opponentem poſſe, Couar. inquit, ſi iudicis recuſati ſuper hoc iuramẽtum petat, quod qualiter exequendũ veniat, ex Imola, & alijs in cap. 1. de exceptionibus ab arbitris ſi electi ſunt iudicem, vt cum iuramento reſpõdeat, cogi poſſe, ex quo in cauſa recuſationis arbitri iudices cenſentur in dicto ca. cum ſpeciali, Franch. declarat, arbitris vero non electis illa aſsignata ratione extraiudicium ſolum, & abſq; iuramento interrogare, quod iudicem liceat, quis cum iudex adhuc ſit duplici eum officio, partis ſcilicet & iudicis fungi minime poſſe explicat, illamque in hoc caſu rationem Couar. aſsignat, quia quoties probationi locus non eſt nullatenus iuramenti delatio prohibetur, quod probationem minime dici in deciſ. 206. num. 2. Teſſaur inquit, quodque iuramentum legitima probatio minime dicatur in l. cum de indebito gloſ. inquit verbo legitimis, ff. de probat. quam in ſuis ſingul. Corſet. verbo mandatum, il 2. cõmuniter eſſe fatetur approbatam, idque in quacunque litis parte fieri poſſe iſta ductus ratione, quia ſuſpicionis, & recuſationis cognitionem tanquam incidentem, & quæ incidenter examinatur eſſe ſummariam, ac iudici etiam poſt cõcluſum in cauſa tam ex officio, quam ad partis poſtulationem interrogare litigatores licere iuxta gloſ. idem, Couar. declarat in Clementina ſæpè verbo interrogabit de verbor. ſignific. quẽ alios referentem, & Menochium in tract. de arbitrar. iudic. libro 2. centur. 1. caſu 51. latè declarantem, & in praxi iudiciorum, Marantam par. 4. diſt. 9. nu. 28. ante fin. fol. 156. in magnis magis cõmunẽ hanc eo loci eſſe exponentẽ ſcribentium opinionem, non autem ad hanc faciendam interrogationem cogi iudicem poſſe vltra regulam l. non quicquid, ff. de iud. communem eſſe ſcribentium opinionem in l admonẽdi, nu. 67. ff. de iureiur. Iaſ. atteſtatur, tenet hoc Maranta in præfato tract. de ord. iudic. par. 3. actu 15. num. 2. plene Marſil ſingul. 155. alios recenſens, & alij plures, quorum in praxi iudiciorum Aſin. nouiſsime meminit, §. 23. capitulo ſexto, limit. 20. num. 3.

51 Item, quia conuentionis, & reconuentionis cauſas, non vnica, ſed duobus ſententijs, vna ſcilicet immediate poſt aliam eſſe terminandas, cũ ſententia ſuper conuentione finita hoc modo ſubdere iudicem deceat cæterum, quia conſtat nobis partis reconuenientis intentionem &c. ad ea quę, in c. cum dilectus tex. notat, de ordin. cognit. & in c. cum eccleſia de cauſ. poſſ. & propriet. nũquid in cõuentionis cauſa condẽnatus qui à condẽnatione ſtatim appellauit iudice eo quod ipſum iniuſtè condẽnaſſet iuxta tex. in c. propoſuit de appellat. recuſare tanquã ſuſpectũ poſsit & ſucceſsiue ne ſententiam in reconuentione ſententiam proferre liceat, & quamuis in præalleg. c. cum dilectus cauſam ſuper reconuẽtione ſtante allegata ſuſpicione terminare non licere Hoſtienſ. opinetur, idque et plenè per Brederod. in tract. de appellat. par. 1. tit. 19. col. 256. circa fin. & col. 2. comprobatur, Abbas tamen eodem loci num. 15. cum Ioanne Andr. quem ſequitur, dicta Hoſtienſis ſententia confutata illa allegata ratione, quia nihil concluſione in cauſa facta, nec de iure, nec de facto quod paulo ante notauimus opponere licet ſententiam ſuper reconuentione ob allegatam ſuſpicionem, & propoſitam recuſationẽ impedire, quod non liceat concludit, maxime quia propter connexitatem tales ſententias, & quia in eodem papyro, ac eodem fere tempore vna, vt diximus immediate poſt aliam proferuntur pro vna haberi, & exiſtimari in deciſ. 367. Capellæ Tholoſ. habetur, vbi Aufrer. in addit. in princ. & in fine, poſt Abbatem iſthæc in præfato cap. cum dilectus bene notanda eſſe admonentem, & cõmẽdantem eadem ipſe pariter eſſe notanda admonet, & aduertit, quem, & Petrum Anchar. Regienſem in quæſt famil. 18. par. 2 inſpicere non diſpliceat; ac ad pleniorem præſentis articuli, cognitionem, & vt plene, quando prænotatis locus ſit, notata per Sebaſtianum Medic. in ſuo de compenſat. tract. par. 2. quæſt. 1. per totum fol. 149. cum ſeqq. inſpicias, aliaque reconuentionis articulum concernẽtia in deciſ. 128. lib. 1. Viuius refert, quem inſpectum omnino facias.

52 Illudque nõ abſimiliter ſcire decet, quod ſicut declinatorijs exceptionibus alia dilatoria exceptione oppoſita iuxta gloſam, & ſcribentes in c. cum inter monaſterium de re iud. cum concord. in ſupracit. praxi cõmiſſ. commiſſ. 8. verbo adiunctum verſ. ratio eſt per Mandoſium relatis, & nos ſupra iterum adnotauimus, renunciatur illa ratione militante, quia dum, vt ſuper oppoſita exceptione iudex pronunciet prouocatur in eũ cõſenſus inducitur, ſic & pariter quãdo quis poſt oppoſitam recuſationem coram iudice, quem recuſauit litem agit illius ſubeundo iudicium ponendo puta, allegando, vel eius interlocutoriam audiendo, petendo, vel recipiendo terminum, aut teſtes tanquam coram iudice, vel inſtrumenta producendo oppoſitæ, quod recuſationi renunciare cẽſeatur in ſupratato c. inter monaſterium in 3. notab. poſt gloſ. in dicto verbo ſubeundo Panormitan. inquit à Maranta in iudiciorum praxi relatus verbo appellatio num. 75. idem Abb. in ca. ſciſcitatus de reſcript. Alexand. conſ. 12. num 6. lib. 6 & in præfato conſil. 83. lib. 1. textu ibi in argum. per eum relato in c. gratum de off. deleg. & in conſ. 183.

num.

num. 5. lib. 2. & Franch. poſt Abbatem in ſupra citato cap. cum ſpeciali num. 47. verſ. ſed aduertere de appellat. niſi in iudicem conſentire nolle comparens proteſtetur, eo loci limitans Ioann. Anton. de Nigr. in dicto c. Regni prolixitatem num. 5. ſequitur, & num. 6. quo loci partem, cui iudex effectus eſt ſuſpectus ne in eum, vt in iudicem conſentire videatur, in quocunque actu proteſtationem eſſe adhibendam, quod in perſonam tanquam in iudicem conſentire non intendit, dum ipſum iudicem nominat, neque alicui aſsignationi quam iudex faceret aſſentiat, & conſilium præbet, & hoc Rotam tenere in tract. de attent. par. 2. cap. 6. de attentat. poſt recuſat. iudic. num. 29. Lancellot. atteſtatur duabus Rotæ deciſionibus relatis, vna Paleoti 157. alia Mohedani 44. necnō regulā illam proteſtationem ius proteſtant iuxta text. reſeruante diſtantem in l. ſi debitor, §. 1. vbi Bar. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſoluit. ab Oſaſcho in deciſ. Pedem. 178. num. 2. relatam, vbi videas.

52 Sed quamuis non eſſe hodie penitus veram limitationem hanc vbi ſupra Lancellot. in contrarium ſtantibus eiuſdem Rotæ deciſionibus aſſeueret, vt in deciſ. Putei 42. & 43. in tit. de iud. ſecundum vnam impreſsionem, & ſecundum aliam in deciſ. 180. lib. 1. quo loci proteſtatione ab initio ab aliquo facta, quod in iudicē per quemcunque actum faciendum conſentire non intendebat, eo plures ad actus procedente proteſtatione ipſa ab initio facta non obſtante proceſſum fuiſſe validum concluditur, eodem tamen loci Lancellotus numero 30. in fine pro opinionum concordia in quolibet actu iurat, vt ſalua ſint eſſe proteſtationem adhibendam, & tali caſu, Mohedani, & Paleoti deciſiones procedere explicat, ſecus ſi in quolibet actu proteſtationem fieri omitteretur, quo caſu proceſſum generica proteſtatione præcedente, non obſtante validum eſſe ſi in cauſa procedatur, & ita Putei deciſionem eſſe enarrat intelligendam, attamen conciliatio iſthæc, & declaratio tutæ mihi non videntur, hoc etenim pacto in c. cum M. Ferrarienſis de conſtitut. & in l. non ſolum, §. Morte, ff. de oper. nou. nunciat. ſcribentes diſtinguunt, aut iudici ipſi proteſtatio coram, quo actus poſtea geritur, non fit, & tunc indiſtinctè per actum contrarium ab emiſſa proteſtatione, quod recedatur, aut ipſi fit iudici, non tamen per verba generaliter futurum reſpicientia, & ad actum tūc ex interuallo poſtea geſtum, quod proteſtatio non trahatur, ſecus vero generalibus verbis futurum tempus reſpicientibus, proteſtatione facta, quo caſu à proteſtatione per actus ſubſequentes non recedi, & hanc magis communem eſſe ſcribentium opinionem in præfato, §. morte num. 13. verſic. ſi tamen velis, Iaſon meminit, ſed in deciſ. Putei validam ſemper fuiſſe proteſtationem, & repetitam, vel factam generaliter, quod futurum reſpexerit in ipſa clare legitur, vnde non ex proteſtationis defectu in caſu deciſionis Putei validus declaratus proceſſus fuit, ſed quia ille, qui citra conſenſum in iuriſdictionem proteſtabatur à iudice poſtea teſtes iurare, ipſorumque examen, aliaque quæ ab ipſo petijt obtinuit, cumque iudex ſic proteſtantem non expuliſſet vitiata extitit proteſtatio, proceſſuſque per comparitionem coram iudice recuſato factam, validatus, non quia proteſtatio in vnoquoq; actu repetita non fuit, ſeu quia per verba facta non extitit generaliter futurum reſpicientia, quod idē omnino eſt, ac ſi in omni, & quolibet actu facta illa fuiſſet, ſed quia per factum illud contrariū, qualitercunque facta proteſtatio extiterit recuſationi proteſtantem renunciaſſe conſtitit clare vtique in prin. dictæ deciſ. exponitur, quod quoties proteſtatio eſt facto contraria, & iudex proteſtantem non repellit, factumque effectum ſuum, vt diximus ſortitum fuit vitiari proteſtationem, & factum manere, ex Abbate, Imola, & alijs, per Decium in cap. ſollicitudinem colum. pen. circa finem de appellat. relatis, ac ex Alexandro in dicto, §. morte num. 55. verſ. vnde dici poteſt magis communem hanc eſſe ſcribentium opinionem Puteus in eadem deciſione, quem alios referentem inſpicias atteſtatur. Quapropter proceſſus validitatem, non quia proteſtatio repetita in quolibet actu non fuit, proceſsiſſe apparet, ſed quia facto, vt dictū eſt contraria facta extitit, quo caſu quomodocunque iuxta prænotata proteſtatio concipiatur factum contrarium, ipſam deſtruit, & vere iudicē recuſare, & ab eo aliquid iudicialiter, quod faciat petere euidenter repugnant, hoc etenim pacto propoſitæ recuſationi, quod paulo ante notauimus renunciatur, & iuxta ea, quæ Gabr. in tractatu communium opinionum libro ſecundo titulo de appellationibus concluſione ſecunda per totum, & ſignanter numero 23. videndus notat.

54 Quapropter, vt poſt proteſtationem recuſatio iuuet, non ſolum in vnoquoque actu, ipſam repeti, vel verbis eam generalibus futurum tempus reſpiciētibus fieri eſt omnino neceſſarium, ſed aduertendum eſt pariter, vt ſolum contra actorem, quando reus ipſe in ius vocatur actione ipſum carere perſonam in iudicio comparēdi legitimam non habere, & id genus ſimiles reſpondeat, & excipiat nihil à iudice, vt Puteus exemplificat petendo, ſed ſolū quando ab actore prouocatur excipiendo, vt dictum eſt reſpondeat, quo caſu quāuis ſuper exceptione oppoſita iudex decernat recuſationis exceptioni prius oppoſitæ ſtante proteſtatione reum renunciaſſe non cenſeri, tamen ex neceſsitate, quodammodo, ac prouocatum actum facere, eique propterea eſſe fauendum argumento tex. tus probatur in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cogant. ex quibus adducta per Speculat. in titu. de

de recuſat. §. fit autem num. 3. ac eo loci per addir. notata declarantur, quorum iterum hoc eod. cap. poſt princ. meminimus, vere enim ex hoc ſolum, quod actione actorem carere reus opponit vel excommunicationis vinculo, verbi gratia innodatum reperiri, dum quod in indicem cõſentire nõ intendo proteſtatio præceſsit etſi actione actorem carere, vel ipſum excõmunicatum exiſtere iudex decernat, ex hoc iudicis approbationem, à quo nullatenus vt ſic decernat reus petijt, imò cõtrarium potius dum illus iudicio, nolle aſſentiri, proteſtatus fuit, neutiquam inſurgere clarum eſt, idque ex Gloſa, in dicto c. inter Monaſterium, verbo ſubeundo ſi bene inſpiciatur aperte colligitur, & ſignanter in fine, inqua eo ſolum caſu ſecũdum Tancredi opinionem ibi relatam, quomodocũque exceptionem quis opponat, in iudicem conſentire, illiuſque perſonam approbare cenſeri exponitur vbicunque proteſtatione nõ aliter facta, exceptionem propoſuiſſet vere vtique quod in iudicem conſentire, non intendo proteſtatione præmiſſa, illud operari proteſtationẽ, vt cognoſcere de cauſa ipſa iudex nequeat ſiue cũ alijs iuncta exceptionibus, ſiue in primo actu, quę in futurum, vt prænotauimus reſpiciat adhibeatur, rem eſſe clariſsimam adnotauimus, nec quamuis ſuper alijs exceptionibus, vel ſimul cum proteſtatione, vel poſtea oppoſitis iudex decernat ipſius approbari perſonam, inde reſultat, ſiue ad opponentis fauorem, ſiue contra eum iudex decernat, dummodo actum aliquem proteſtationi repugnantem, & contrarium opponens proteſtationiſque excluſiuum, minime faciat, vt quia aliquid quod decreto à iudice prolato cõueniat, exequatur, vel faciat dicta èque declinatoriæ exceptioni, quod in iudicem conſentire, non intendit, ſemper inhæreat, quã ſiue ab initio ſimpliciter, & abſolute ſiue coniunctim, cum alijs exceptionibus propoſitam præmiſſam, ſemper cenſeri, ſupra hoc eod. c. poſt princ. num. 4. adnotauimus, vel ſi à iudice eſſe actorem excõmunicatum, ſeu ad calumniæ iuramentum præſtandum adſtringi, vel aliud decerni reus petijſſet, nam qualitercunque tali caſu, vt paulo ante notatum eſt, proteſtetur, & ſiue iudex pro, ſiue contra, ſeu nullo modo, ſuum in hoc iudicium, promat, dum ad pronunciandum iudicem prouocat ipſum iuxta in dicto nũ. 4. notata approbare cenſetur, quod niſi aliquid reus in faciliorẽ oppoſitæ recuſationis exitum cedens, petierit, iuxta tex. limitatur in c. cũ teneamur, vbi Frãch. in 2. notab. de appellat. & in c. ſollicitudinẽ, nu. 13. eod. tit. & late Lancellot de attentat. 2. par. c. 12. de attentat. appell. pend. limit. 4. actum hunc approbationem parere nullo modo poſſe veluti ſi à iudice aliam partem ad ſuum arbitrum, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcat eligendum, reus petierit concludentes, & ideo quando à iudice, nihil petitur indubitate proteſtationẽ, incipientem, vt dictum eſt, tueri, ſiue in quocunque actu, proteſtatio repetatur, ſiue ſemel generalibus verbis futurũ etiam tempus cõplectentibus, concipiatur imò quãdo nihil à iudice petitur ſimplicẽ proteſtationẽ, ab initio factam, per quã nolle in iudicẽ conſentire reus declarat indubitate iuuare, in cõſ. 21. nu. 29. in fi. & nu. in lib. 1. Burſat. aſſeuerat, ex Mohedano in deciſ. 39. & Ioanne Paulo, in deciſ. 41. in deciſionibus manuſcriptis, proteſtationem in ſcripturis rei poſitam, ius, ſuo loco, & tempore de ſuſpicione dicendi reſeruare aſſerit, & quamuis ex textu in cap. ſuper eo il. 2. de appellat. adæquari appellationẽ, & recuſationem, diximus, in hoc tamen renuntiationis articulo ex comparitione coram eodẽ iudice facta, vt diximus reſultantis, differre, ex notatis cõſtat, per Aufrerium, in addit. ad deciſ. Cappellæ Tholos. 194. & per Gabriel. in dicta concluſ. 2. in tit. de appellat. alios referentẽ, illudque circa prædicta in præfato conſ. 21. num. 32. ab eodem Burſato relatum notare non prætermittas, quod quoties an per aliquem actũ in iudicem recuſatum, conſenſum eſſe præſtitũ, aut recuſationis exceptioni, renuntiatum, in dubium reuocatur, quia cauſæ cognitionẽ, ac terminationem hoc requirit iudici ipſi recuſato, neutiquam de hoc cognoſcere licere, ſed ipſius ſuperiorem, vel arbitros ad quorum electionẽ, ſuper hoc articulo deueniendum eſſe aſſeuerat.

55 Et ſicut cõcluſione in cauſa facta, recuſare iudicem non licere ex paulo ante notatis conſtat, ita etiam imò multo magis quoties iudex prout in cedula, quod in vrbe paſsim alijsque in locis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſubiectis obſeruatur pronũciaſſet hoc procedit, tali namque caſu res non ſolum iudicarii incœpta, ſed iudicata etiam certo modo dici poteſt dictaſque pronũtiationes ſi ab eis infra decem dies ad appellandũ cõceſſos illa aſsignata ratione ne diu in ſuſpenſo litigantes detineantur eſſe omnino aperiendas ne ve mali occaſio iudicibus prębeatur, Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ lib. 7. notat cap. 1. nu. 12.

56 Quamquidem ſententiam prout in Cedula prolatam & ſi non valere, poſt gloſam in l. 1. C. de ſent. ex breuic. recit. in conſil. 109. col. 1. lib. 5. quando cedula in actis producta non fuiſſet Alex. aſſeueret, & hanc in l. 1. §. ſi quis, ita col. 2. ff. de verbor. obligat. cõmunem Aret. eſſe dicat ſcribentium opinionem & Dec. in c. cum venerabilis nu. 39. de except. ipſam nihilominus valere Bald. in l. 3. nu. 12. concludit C. de ſentent. quæ ſine certa quant. prof. & in dicta l. 1. ad fin. C. de ſentent. ex breuic. recit. ſententiam ita ferri non debere latã tamen valere dicẽs Contard. in tract. de moment. poſſeſ. iſtud ſequitur queſt. 22. in princ. & hoc vbi iudex in ſentẽtia ad cedulam ſe referre procedere in supracit. l. 1. Bal. notat Felyn. in dicto c. cum venerabilis, nu. 40. de except. Paris. in conſ. 49. ad fin. lib. 3. & alij in conſ. 78. nu. 36. lib. 1. per Beccium citati ac hodie pro-

die pronunciationes huiuſmodi paſsim in hac forma notarios cõſtruere iudex ſententiã pronunciauit, quam in manibus habebat tenoris ſequentis &c. neminem latet, quod quidem magis eſt, quam ſi ſententia à iudice ſcripta eſſet, & ſubſcripta, & actuario, vt publicetur tradita; quo caſu ideo recuſationis exceptionem non eſſe admittendam, quia res iudicari incœpta extitit in lib. 1. Forenſium inſtitut. cap. 48. Rupellan. affirmat, à Didaco Conar. in præfato c. 26. practicarum quæſt. relatus nu. 1. in fine: quo loci, etſi exceptionem hanc eo tempore in Hiſpania recipi dicat, Gallorum tamen praxim, vbi Rupell. verſabatur ad tot calumnias quibus in iudicum recuſationibus litigantes paſsim vtantur tollendas vtiliorem cenſeri aſſerit.

57 Illud item in praxi valde frequens, & opportunũ attingendo nunquid ſuſpicionis exceptionem contra iudicem allegare ac ipſum recuſare contumaci liceat, & quatenus contumacem in contumacia exiſtẽtem conſiderare volumus iudicem ei nullatenus, quod recuſare liceat, ex pluribus eſſe conſtat indubitatum, pro cõtumace vtique neminem loqui, ac eſſe illi audiẽtiam penitus denegandam aptiſsime in ritu Magnæ Cur. 230. Carauita tenet, vbi late, & in ritu 219. num. 7. ante finem, quem & quæ inferius plene circa id notauimus inſpicias, quod in contumace etiam qui minor ſit locum ſibi vendicare in l. ſi finita, §. ſi forte, ff de damno infect. Bartol. inquit Marſil. in l de vnoquoque num. 235. ff. de re iudic. ac ibidem in nume. 238. poſt Iaſonem & cæteros tam in reo contumace, quam in actore iſtud procedere intelligens, Iaſon. in leg. ſancimus, C. de indic. alias extenſiones non inutili apparatu enumerans à Menochio in tractatu de arbitrat. iudic. relatus libro primo, quæſtio. 36 numero primo, immo rei conuenti cunctationem, fugam, moram, dilationem, contumaciam, & fruſtrationem litis conteſtationis vice fungi, ac eoſdem inducere effectus quos ipſa litis conteſtatio inducit, ex textu notab. in leg. ſi eum, §. quis iniuriarum, ff. ſi quis cautiones paulo ante num. 44. relato, ex Aſinio in praxi iudiciorum, §. 17. capitulo ſexto nume. 3. 6. & 7. & in eodem §. 17. capitulo primo, numero duodecimo, quem per totum inſpicere non prætereas, & ſignanter circa finem, ex textu in l. & qui data, Bartolo poſt gloſam ibi in verbo, vel litis, ff. ex quibus cauſ. maior. abſentem litis vitandæ cauſa pro præſente haberi explicantem, etſi eodem capitulo primo columna fina. eo caſu litem propter rei contumaciam conteſtatam, non intelligi enarret, quando iuſtam non veniẽdi cauſam conuentus habuiſſet, vel quoties mora, vel contumacia aduerſarij ceſſante conteſtari lis minime potuiſſet, eo vtique caſu conſideranda dubitatio, & diſcutienda venit, vbi per ſe contumax, vel procuratorem compareret, ac refectis expenſis contumaciam purgaret, contumacem etenim etiam per procuratorem ad cõtumaciam purgandam admitti ſuper ritu Magnæ Cur. 65. Carauita notat.

58 Nec pro clariori huius articuli cognitione in appellationis cauſa vel in alia in qua lite non conteſtata procedi poſsit hoc in dubium præcipue reuocari ſcire oportet, vt in beneficialibus in quibus quando de beneficio agitur eccleſiaſtico altera parte per contumaciam abſente ad diffinitiuam lite non conteſtata dum tamen de cauſa liqueat procedi poſſe text. eſt in capitulo quoniam frequenter, §. porrò, vt lite non conteſtat. capitulo ex tuæ de cleric. non reſid & cap. primo, de eo qui mitt. in poſſ. libro 6. cum concordantibus, & Franc. Marc. deciſ. Delphin. 120. tenet hoc in fine partis ſecundæ in poſſeſſorio edicti Carboniani in quo litis conteſtationem non requiri in l. naturaliter, § nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſsione num. 17. communem Coraſ. eſſe inquit ſcribentium opinionem, etſi iſtud ſibi diſplicere enarret, idem quando in caſu eſſemus, & in cauſa in qua periculum eſſet in mora, ſecundum Iaſonem in præfato § nihil commune in numero 172. de communi ſimiliter teſtantem, quos, & eodem loci Ripam inſpicias regulam ponentem duobuſque modis ampliantem, ac nouem modis limitantem, Grauat. ad Veſtr. refert in praxi Romanæ Curiæ libro ſeptimo capitulo 3. nume. 41. circa finem in cauſa ſimiliter libertatis ad diffinitiuam lite non conteſtata, quod deueniatur text. eſt in l. 3. § fina. ff. de libero homin. exhib. & in capit. cum olim, vbi gloſ. fina. quam Contard. in dicta leg. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. in oppoſition. num. 47. & 48. quo loci caſus alios in quibus ad diffinitiuam, abſque litis conteſtatione peruenitur enumerat, poſt litem namque conteſtatam recuſationis exceptioni locum nullatenus eſſe poſſe clarè ſupra notatum fuit.

59 Et quatenus in prima Inſtantia ante litem conteſtatam quis contumax eſſet ſine dubio refectis expẽſis tam iudicem recuſare, quam alias dilatorias exceptiones opponere eum poſſe eſt omnino clariſsimum, cautione etiam de iudicio ſiſti ab ipſo contumace præſtita, & vbi actor contumax eſſet cautione per ipſum de comparendo in termino præſtita, quam comparitionem, cum perſeuerantia eſſe intelligendam, & indefinite vſque ad finem litis per textum conſtat, & ibi gloſam in verbo ſufficienter in capitulo actor de dolo, & contumacia in 6. & in authentica generaliter, C. de epiſcopis, & clericis Veſtrius ſimiliter hoc tenet in praxi Romanæ Curiæ libro quarto capitulo quarto, numero tertio, ex eodem textu in capitulo actor idoneam cautionem hanc pignoribus, vel fideiuſſoribus datis iuxta textum in leg. ſi mandato, §. fin. ff. mandati eſſe debere explicans niſi talis eſſet actor, qui ſimilis cautionis præſtandæ facultatem non haberet, quo caſu iurato-

riam eum præſtare cautionem ſatis eſſe exponit, vel vbi bona contumax immobilia poſsideret in quibus de facili executio fieri poſsit teſte Mandoſio in dicto tract. de monitor. quæſt 32. num. 2. textum in id allegante in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. Socinum in tractat. fallent. reg. 45. & alios, idem eo loci circa beneficia poſsidentes, qui foro eccleſiaſtico ſubijciuntur Mandoſ. concludens, ac ad prædicta contumacem teneri in tit. de ſatiſdando Speculat. ponit, §. 1. in fine, & Afflict. in conſtit. ſua reali 3 & 5. notab. & in conſtit contumacem circa finem quorum in ritu Magnæ Cur 211, num. 2. & in dicto ritu 65. nu. 6. Carauita meminit, quem ad quid contumaciam purgare volens tam in ciuilibus, quam in criminalibus teneatur declarantem inſpectum facias, & pulchram Rotę deciſionem vltimam de verb. ſignific. in antiquis, attamen hac cautione de lite vſque ad finem proſequēda deque expenſis reficiendis in caſu ſuccumbentiæ nullatenus ex communi curiarum ſtylo præſtari niſi alterius quis eſſet fori, ac iuriſdictioni iudicantis non ſubditus communem Viuius in deciſ. 11 num. 19. lib. 1. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

60 Ac duplicem eſſe dilatoriam exceptionē eſt notandum, quandam ſcilicet, quæ iudicium tātum reſpicit, cum contra perſonas tantum in iudicio interuenientes opponatur, vt puta contra iudicem, quod iuriſdictione careat contra actorem quod ad agendum ſit inhabilis, contra procuratorem, quod mandato careat, vel quod habeat illud, ſed minus ſufficiens ſiue quod eſſe procurator nequeat, & id genus ſimiles, talemque dilatoriam, non ſolum ante litem conteſtatam eſſe proponendam, ſed probandam etiam tex. probat in l. fin. C. de except. & in l. ſed etſi ſuſceperit ff. de iudic. aliam verò exceptionem dilatoriam non abſimiliter eſſe conſtat, non tamē iudicium, illiuſque perſonas reſpicientem, ſed negotium tantum de quo agitur, vt ſi actorem ante diem, vel ante conditionem agere opponatur, talemque exceptionem, quam ſolutionis dilatoriam ſcribentes appellant ante litem conteſtatam eſſe proponendam, poſtea verò probādam tex. eſt in l. exceptionem: quo loci Doctores omnes hanc faciunt diſtinctionem, C. de probat. Abb. in c. exceptionē nu. 10. & ſeq. notabilem rationem afferens de exceptionibus, & alij per Aſinium in ſupracitata iudiciorum praxi relati, §. 18, capitulo primo numero tertio, 2. cum ſequenti, quem inſpicias, & notata per Venafrium conueniunt in conſilio 24. à Benintend. in deciſione 18. in fine relatus, quodque pars dilatorias exceptiones ante litis conteſtationem non opponens illis, vt ſupra dictum eſt renunciare cenſeatur, ex text. conſtat in ſupracitato capitulo inter Monaſterium de re iudic. & in capit. præterea: quo loci notat hoc Innoc. extra de dilat.

61 Sicut dilatoriam exceptionem in principali cauſa ante litem conteſtatam non oppoſitam, neque eam regulariter loquendo in appellationis cauſa etiam ante litem in ea conteſtatam opponere licere Bat. & alij tenent in l. ita demum, C. de procurat quo loci Iaſ. nu. 6. verſ. ſed aduerte, & nu. 7. communē hanc eſſe enarrat ſcribentium opin. quod quando in prima inſtantia lis conteſtata fuiſſet, neque pars dilatorias opponere curaſſet eſſe intelligendū, ſecus verò ſi pars ab aliquo emergenti ante litis conteſtationem appellaſſet, quo caſu, cum lis in cauſa neceſſario ſit conteſtanda antequam lis ſecunda inſtantia, poſt negotium deuolutum conteſtetur omnes dilatorias exceptiones in prima inſtantia contra actorem nō oppoſitas opponere quod liceat Saray. inquit ad ſingul. Mattheſ. 63. verſ. adde tamē, vel caſu quo exceptio ſuperueniſſet iuxta infra notata nu. 97. & Franch. in ſupracit. cum ceſſante num. 29. verſ. aliquando, & primo, vſque ad nu. 10. quem inſpectum omnino facias de appellationibus.

62 Quodque ob omiſſam in appellationis cauſa litis conteſtationem proceſſus non vitietur, dūmodo in prima inſtantia litis cōteſtatio facta extiterit, ac illius effectū etiā poſt ſententiam in appellationis cauſa durare, neque per eam ſuſpendi litis conteſtationem, aut extingui Dec. in rubr de appellat. & in c. per tuas eodem titu. aſſeuerat, & eo loci Franch. in 8. caſu, & quamuis Saray. ad eundem Mattheſ. ſingul. 66. in cauſa appellationis à diffinitiua quando inter præſentes proceditur eſſe litis conteſtationem adhibendam communem eſſe dicat ſcibentium opinionem, ac nullum ex illius omiſsione proceſſum reddi, ſecus iuxta tex. eſſe dicens in l. fi. § illud C. de temp. appellat. ſi vna parte pręſente, & altera per contumaciam abſente procederetur pręfata nihilominus diſtinctione circumſcripta nullatenus in ſecunda inſtantia eſſe litis conteſtationem adhibendam, quoties in prima inſtātia adhibita fuiſſet Mynſinger. alios referens in præfatis Imperialis Cam. obſeruat. affirmat obſeruat. 1. Saray. in præfato ſingul. 96. clare iſtud; approbans, & in alia pariter addit. ad præcitatum ſingul. 63. Hieronym. Gigas in conſilio 80. numero 4. omnino inſpiciendus, & Franciſcus Marc. qui à prædictis in deciſione 706. parte ſecunda numero 3. in fine diſſentire non videtur, ac opinionem hanc contra communem in praxi ſemper receptam recipiendam eſſe, & amplectendam nullatenus eſt ambigendum, quam nouiſsime in repetit. leg. ſi curatorem in verbo, per quod priſtinum num. 43. & ſequenti, Franciſc. de Calder. ſequitur, quem iuribus contrarium quodammodo probantibus reſpondentem videas, ſicut in illis pariter cauſis in quibus, abſque litis conteſtatione ad diffinitiuam procedi poteſt, vbi ad meritorum cauſæ diſcuſsionem proceſſum extitiſſet, viam quoque decli-

natorijs præcludi iuxta gloſ.ſupracit.in c.1. ver
bo abſentia de elect.in 6.Franc. Marc. in præfa-
ta deciſ.120.num.6.circa fin.& alij plures quos
ſupra retulimus affirmant.

63 Et vt vnde diſceſsit oratio regrediatur nulla-
tenus contumaci poſtquam ad merita cauſæ di
ſcutienda deuentum fuerit, quē actum loco eſſe
diximus litis conteſtationis, neque refectis ex-
pēſis, quod recuſare iudicē liceat illa probatur
ratione, quia melioris contumax cōditionis eſ-
ſe, nequit, quā obediens, & non cōtumax Auth.
qua in prouincia, verſ. ſed ſi nec ipſe in fin. C. vbi
de crimine agi oport. quo loci tex. pro præſen-
te contumacem haberi clare diſponit tex. con-
cordat in c. veritatis, & eo loci Abbas num 12.
de dol. & contum. & gloſ. notat in dicto c. 1. de
elect. in 6. item ſicut pars, quæ abſens fuit, ſi præ
ſens in iudicio fuiſſet, nec ſuas debito tempore
exceptiones oppoſuiſſet, amplius poſtea nō au-
diretur ſupracit. c. paſtoralis de except. cum cō-
cord. ita & pariter, imò multo magis, vbi per cō
tumaciam pars abſens fuiſſet, quamuis poſtea
comparuerit ſupracitata ratione, quod audiri
nequeat, quia contumacis melior, quam obediē
tiū conditio eſſe nequit tex. eſt in c. 1. de poſtul.
& in c. contingit de dolo, & contum. ſicut pari-
ter, neque ſtultum melioris quam peritum con
ditionis eſſe debere tex. eſt in l. nam etſi ſeruus,
ff. quod vi, aut clam & c. eum qui verſ. non enim
de præb. in 6. & ibi gloſa in verbo exiſtat Frāch.
in c. ſi duobus de appellat. nu. 29. verſ. vltimo te
nere, & Franc. Marc. in præfata deciſ. 120. nu. 5.
& 6. par. 2. ſed nonnullos vt cognitos habeas ca-
ſus valde notabiles in quibus contumax melio-
ris quam præſens conditionis eſt Mattheſilanū
omnino videas & ibi Saray. in addit. in ſing. 17.

64 Obſtat ſimiliter cōtumaci, quia dum fori de-
clinatoriam exceptionē propter inobediētiam
contumax amittit, Aflicto teſte in deciſ. 133.
Pace Scala in dicto tract. de conſ. ſap. lib. 3. cap.
5. poſt principium, & Grauatio ad Veſtr. libr. 3.
cap. 2. num. 25. à recuſationis etiam exceptione
proponenda cum iſta valde inter ſe ſimilia ſint
& ab vno ad aliam ad textum in l. rem, §. item
quæcunque, ff. de rei vendicat. in l. à Titio, ff. de
verborum obligatione & in l. fin. C ad legem
Falcidiam cum concord. facilis ſit tranſitus ar-
ceri contumacem, cumque declinandi forū pri
uilegium amittere in præfato c. ſi duobus Imo-
la tenet col. 1. in fine, & ibi Franc. num. 30. in il-
lo caſu iſtud eo loci limitans quando iudex om
nino incompetens fuiſſet; quo caſu contumacia
non obſtante de incompetentia dici poſſe, clare
explicat dummodo ſe antea competentem in-
terlocutus iudex non fuiſſet, quo caſu ſi à tali in
terlocutoria contra præſentem, vel contumaci-
ter abſentem prolata non appelletur, neutiquā
de cætero de incompetentia dici poſſe, ex Inno
centio affirmat in dicto cap. præterea num. pri-
mo, in fine de dilat. alijſque in locis relatis, ex
Bartolo in dicta l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.
& Abbate in dicto capit. ſi duobus num. 14. cir-
ca medium de appellat. quem, & Franchum ibi
in præcitato num. 30. plene declarantem inſpe-
ctum omnino facias, Alexandrum in conſil. 77.
num. 3. in conſ. 82. num. 3. volumine 3. & in ſu-
pracitata leg. fin. ff. de iuriſdiction. omnium iu-
dic. numero 10. Afflictum in deciſione 354. nu-
mero 15. & 16. & in conſilio 454. Romanum
notab. loquentem.

65 Idem quoties iudici ſe iuriſdictionem, non
habere conſtaret, quo vtique caſu, nec in prin-
cipali cauſa, nec cōtumaciæ punitiuum proceſ-
ſum valere, immo etiam quod alicuius iuriſdi-
ctionis color adeſſet proceſſum ipſo iure nullū
exiſtere clarus eſt tex. in dicto c. ſi duobus, in fi-
ne princip. ibi a Panormitano tam in notabil.
quam poſtea in num. 14. in prin. commendatus
cuius opinionem eſſe ab omnibus receptam,
Nauar. in relect. cap. cum contingat de reſcript.
vndecima cauſa nullitat. poſt principium affir-
mat num. 1. & in fine ibidem verſ. quare tertio,
non ſolum iudicis proceſſum ſe non habere iu-
riſdictionem ſcientis nullum, vt diximus exiſte-
re, ſed illius etiam iudicis, qui iuriſdictionem
an habeat dubius eſt, ex Bartoli doctrina in leg.
nullum ff. de conditio. & demonſtrat. quam cō-
muniter itidem receptam eſſe affirmat, & iuxta
tex. in c. ſciſcitatus, de reſcript. in c. prudentiam
de off. delegat. & in l. quæro, in fine, ff. de eo qui
pro tut. cum cōcordantibus nullum eſſe inquit,
& inualidum, Ancharanum, idem ſectantem re
ferens in capitulo ſanè il primo, de offic. deleg.
Alexādrum in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn.
infect. & alios illum pariter ad iudicem elegan-
ter hoc extendens, qui ſe iuriſdictionem non ha
bere ſciuit, ſcire vel dubitare debuit, ſcire, & ſci-
re debere, quod communiter ſcribentes, a Vi-
uio in deciſ. 34 num. 14. ib. 1. citati ſentiunt ha
bere, & habere debere, dubitare, & dubitare, de
bere, paria eſſe in dicto loco concludens. nume.
2. & 4. ac eodem loci verſ. quinto facit, ex Abba
te in dicto num. 14 poſt princ. illius iudicis pro-
ceſſum valere, ait, qui iuriſdictionis defectū pro
babiliter ignorauit, quatenus ad tex. in dicta l.
2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. cum concord. ibi
relatis cōtumaciæ punitiuus proceſſus eſſet, ſe
cus vero ſuper principali in veritate, niſi com-
petentem ſe pronunciaſſet iuriſdictionem non
habere iudicem enarrans, ac Abbatis opinio-
nem, poſt Innocentium in dicto capit. præterea
numero primo, in fine à ſcribentibus eſſe affir-
mat communiter receptam nihilominus Panor
mitanum tam in dicto nu. 14. quam per totum
dictum c. alias diſtinctiones facientem, & plenè
declarantē inſpectū omnino facias in d. c. præte
rea Innoc. nu. 1. in fin. Bartolum in dicta leg. 2.
ff. ſi quis in ius voc. non ier. Franchum in dicto
capitu. ſi duobus per totum, & ſignanter dicto
numero 30. & ibi Decium clarè, & diſtinctè, à

num. 10. vſque ad num. 13. diſcutientem Afflictum in præfata deciſ. 133. & ibi Vrſillum multa in addit congerentem, Franciſcum Marcum in pluries citata deciſ. 120. col. 1. & 2. & Vant. in ſuo de nullit. ex def. iuriſd. nu. 167. cũ ſeq. neq; litis pendentiã, quã per cõtumaciã ſpreuit, quod allegare cõtumaci liceat poſt Gabriel, in cõium concluſionum tract. in tit. de iud. concluſ. 1. nu. 21. & ſeq. in tract. de attentat. 2. par. ca. 4. limit. 18. nu. 2. Lancellor. inquit, & communẽ hanc eſſe teſtatur ſcribentium opin. niſi expenſas contumax reficeret, & cõtumaciam purgaret, quo caſu litis pendentiam allegare contumaci licere eodem loci limitat nu. 4. & 5. ſed non licere contumaci, neque contumacia purgata cauſæ remiſſionem petere in deciſ. 133. Afflict. concludit, cuius aliorumque Marcell. Cala in tract. de modo artic. meminit, §. 1. nu. 104. fol. 12. quẽ ibi, vſque ad num. 110. alios referentem, aliaſque notabiles declarationes explicantem inſpicere non prætereas.

66 Obſtat pariter contumaci, quod cauſam in illo ſtatu in quo ipſam reperit, quamuis refectis expẽſis audiatur proſequi tenetur, & ideo ſi termino ad dilatorias opponendum elapſo dilatoriam exceptionem poſt contumaciam purgatã opponere contumax velit non aliter excludendus venit, ac ille, qui vt diximus in iudicio ſi præſens fuiſſet, illamque in termino opponere non curaſſet vlterius non audiretur, vt plene Abbas inquit, & notab. in ſupracit. ca. ſi duobus nu. 12. abſentem aſſerens, cui declinatoria, vel peremptoria exceptio competebat illam ſi proponere velit, niſi eo tempore veniat, quo illã, ſi præſens fuiſſet proponere poſſet ſupracitata ratione nõ eſſe inquit audiendum, quia cõtumacia ipſa, ac ſi præſens contumax fuiſſet operatur hoc, idem in dicto verbo contumacia nu. 28. Marãta ſequitur, & Frãch. in eod. c. ſi duobus nu. 30. in prin. & parũ ante fin. & eodem loci Decius nu. 10. vbi poſt Ang. in l. perẽptorias col. 1. ſñiam reſcindi nõ poſſe, per ipſum relatũ Speculatorem in tit. de appellat. §. qualiter verſ. ſed pone iſtud pariter tenere aſſerit, Bart in l. quamuis, ff. de dãno infect. eoq; loci cæteros ſcribẽtes Vrſil. ad Affl. in deciſ. 133. nu. 4. ſimiliter hoc affirmat, Veſtr. in praxi Rom. Cur. in ſupracit. lib. 4. c 4. num 9. quẽ inſpicias, & Franciſ. Marc. in præfata deciſ. 120. num. 6. poſt prin. omnino pariter inſpiciendus illud præfatis adſtipulatur damnum ſolum aptam eſſe contumaciam afferre, contumacem, vtique pro negante, aut affirmante, vt illi magis præiudiciale eſt exiſtimari, ex textu conſtat in l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. action. cuius in conſ. 174. num. 5. poſt princ. Roman. meminit gloſa ſimiliter in l. quamdiu, la grande per ipſum relata, ff. de acquir hæred. tenet hoc Maranta in ſupracit. verbo contumacia nu. 30. & Felyn. ante ipſum in c. intelleximus nu. 2. de iud. quem notab. loquentem inſpectum facias.

67 Concurrit etiam, nam audientiam cõtumaci denegari vltra ſupranotata in l. 1 §. fi. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. Alex. inquit in c. tuæ ſcribẽtes notant, vt lite non conteſt. & in l. ſed etſi per prætorem, §. ſed etſi eum decreto, ff. ex quibus cauſ. maior. Bal. in l. conſentaneum, C. quomodo, & quando iudic. & in l. 2. C. de epiſc. aud. ab Alex. in conſ. 3. col. 1. verſ. & ideo in lib. 2. relatus nec ſolum in illa cauſa in qua contumax eſt, ſed in omnibus etiam cauſis inter eaſdem perſonas coram eodem iudice vertentibus eſſe cõtumaci audientiam denegandam in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. ait prætor in ſecundo notab. ff. de iureiur & in dicta l. ſancimus col. 1. Iaſ. cõcludit, & in ſupracit. deciſ. 11. Viuius lib. 1 imò alijs etiã iudicibus, vt contumacem in aliqua cauſa non audiant mãdare iudicẽ poſſe in eodem, §. ait prætor Iaſ. aſſerit à Maranta in præfato verbo contumacia nu. 5. relatus eodem loci nu. 26. iudicem contumacis colonis, & inquilinis, vt ei de penſionibus non reſpõdeant, quodque nullus ad eius agros colendos accedat mandare poſſe dicens nouam pœnam hanc, & parum iudicibus cognitã eſſe, ex Abbate dicens in c grauem de ſent. excom. per illum tex. hoc tenẽtem, ad quod plenius intelligendum in ſupracitat. l. diffamari in gloſa nu. 60 cum ſeq. C. de ingen. & manumiſſ. Contard. inſpectum facias, pluraque aduerſus contumaces eſſe à iure remedia prodita mulctam veluti, bãnum, immiſſionẽ in poſſeſſionem, & alia quibus prætorem iuriſdictionem ſuam aduerſus contumacem tueri in dicta l. 1 ff. ſi quis iuſdic. nõ obtemp. ſcribentes atteſtantur quorum remediorum nouẽ eleganter more ſuo in l ſi curatoris, C. de ſuſpect. tuto. & duodecim in l 1. nu. 11. C. de hæred. inſtit. Bal. enarrat, à Contardo in eadem l diffamari in oppoſitionibus nu. 50. cũ ſeq. relatus, quem & Carauitam in ſupracit. ritu Magnæ Curiæ diſerte quidẽ circa prædicta diſcutientem inſpectũ facias, & omnino Duen. in reg. 152. num. 2.

68 Comprobantur prænotata, Nam verum contumacem à ſententia ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua contra eum abſentem lata non appellare poſt textum in l. ex conſenſu, §. fina. vbi gloſa, & ſcribentes, ff. de appellationibus, & in l. prima, C. quorum appellat non recip. in l. fina. Bald. colum. 3. in fine ff. de in integrum reſtit. & in l. contumacia in principio ff. de re iudic. cum concordantibus per Mattheſilaum in ſingu. 29. num. 5. relatis, cumque appellationem, & recuſationem æquiparari pluries notauerimus dicto capitulo ſuper eo il ſecondo de appellationibus Oſaſch. in deciſ. 84. nume. 13. & Alexand. in ſupracitato conſ. 89. num. 4. verſ. quinto probatur lib. 1. nullatenus contumaci recuſare iudicem licere neutiquam eſt ambigẽdum, ac in proprijs terminis in cap. ad hæc il primo nume. 5. de appellationibus, Panormit. quem inſpectum omnino facias affirmat.

69 Ac illum propriè verum cenſeri contumacē, qui ante ſententiam poſt tamen litem conteſtatam contumax fuit in Regni conſtit. Grandiſ. 9. notab. Afflict. declarat, maioremq; illius eſſe cõtumaciā, qui comparuit, & poſtea ante ſententiam effectus eſt contumax, cum illi, qui nolle venire dixit æquipatetur, quam illius, qui nunquā cõparuit, ex Baldo in dicta l. 1. in fin. C. quorum appellat. non recip. in ſua pract. crim. ſexto caſu nu. 5. & 11 fol. 12. à tergo Carrer. enarrat, quem per totum dictum ſextum caſum tam iure communi quam Regni conſtitutionibus inſpectis quis verus, quiſve fictus contumax dicatur notab. declarantem inſpicere non prætermittas, quæque infra num. 100. cum ſeqq. plene notauimus, immo nec Principi ſupplicare, neque ad ipſum recurrere contumaci licere in dicta l. ex cõſenſu, §. fin. Imola tenet, Alex. in l. properandū, §. ſin autem reus C. de iudic. cuius dicti illā eſſe rationem, ne quod vna via ſubmouetur alia cõcedatur in tract. de Syndic. Pariſ. inquit in verbo appellatio verſ. an ſi ſtatuto, in fine, quem, & in praxi Marſilium, §. opportune num. 89. quando appellationis remedio ſublato ad Principē contumaci recurrere, eiq; ſupplicare liceat. Carrerius ſupracit. ſexto caſu declarantes refert.

70 Sed quatenus de facto per iudicem, ad quem verus contumax, qui appellauit admitteretur, in cauſa cum iniuſta exiſtente ſententia obtinere poſſe, ex Innocentio in capit. ſuper literis de reſcript. & Angelo in l. & poſt edictum, §. ſciendum nume. 4. & ibi Iacobo de Sancto Georgio num 6. de iudic. in tract. de moment. poſſeſſ. limit. 13. num. 15. illa ratione, quia licet alias negotium ad iudicem ad quem deuolui non poſſe videatur admiſſionem tamen, & pronunciationem negocium ad eum deuoluere, eiuſque iuriſdictionis eſſe quod nō erat operari, neque de ipſius iuriſdictione contendere poſtea licere Contard. aſſeuerat.

71 Ex prænotata igitur recuſationis, & appellationis æquiparatione, idem in recuſationis caſu annuere licet, vt ſi propoſitam à contumace recuſationis exceptionem admittat iudex, & fateatur notoria recuſantis contumacia non obſtāte ſuum propoſita recuſatio iuxta gloſam fi. effectum ſortiatur in c. nonit de appell. & iuxta per Innocent. notata in c. cum ſpeciali nume. 2. eod. tit. ac quæ ſupra c. 1. nu. 15. circa finem adnotauimus inſpicias.

72 Illudque neutiquam à prænotatis extraneū notare non prætereas à iudicis ſcilicet interlocutoria appellantem cum hoc ipſo coram iudice, a quo appellauit compare ſe nolle declarare cenſeatur, ipſum tanquam iudicij deſertorem, & verè contumacem in ſuæ contumaciæ pœnā, & odium ad alia quæ poſtea in iudicio facienda incumbunt, ipſum vlterius citare quod index non teneatur, immo nec ipſo ad ſententiam citato diffinitiuam contra eum ſententiam proferre iudici licere clarus eſt tex. & notab. in capit. eum qui de dolo, & contum. in 6. quem, & Bar. dicti tex. memorem in l qui Romæ, §. Seia, & ibi poſt Alexandrum, Iaſonem in num. 21. ff. de verborum obligat. Saraynam in additio. ad Mattheſil. in dicto ſingul. 29 colum. 3. & Menochium alios referentem, ac ſcite in ſecundo cauſæ Finarienſ. reſponſo artic. 9. per totum explicantem, ac Curt. in addit. ad Alexandrum in l. 1. nu. 52. lit. c. verſ. ſi etiam videmus, ff. de off eius, cui mand. eſt iuriſdict. tunc in præfato caſu appellante amplius non citato ad vlteriora procedere iudici licere, vbi periculum eſſet in mora declarantem inſpicere non prætereas, Baldo in rubric. C. comminat. vel epiſt. per eum relato & Romano in l ſi verò, §. de viro fallent. 40 ff. ſoluto matrimonio perpetuo iſtud eſſe notandum exclamante.

73 Adſtipulatur prænotatis, Nam omnia iura contra contumaces tanquam legibus odioſos, clamare in deciſ. 16. Rota explicat de dolo, & contum. in nou. & hanc communem eſſe omniū in iure ſcribentium opinionem in libro 1. quæſtionum criminal. in tit. de delict. & pœnis quæſtio. 18. num. 26. circa fin. poſt tex. in §. ſunt quorum 2. q. 7. & in c. de illicita 24. quæſt. 2. Dom. Farinac. affirmat. Milis pariter hoc tenet in praxi crimin. in tit. de probat. nu. 9. & Teſſaur. nouiſſimè in deciſ. 265. in prin. & nu. 1. dolo iuxta rubr. de dolo, & cōtum. contumaciā æquiparari dicēs, necnō ad tex. in l. cōtumacia, ff. de re ind. ac ex notatis per Bar. in l. pen. ff. eod. tit. & in l. ſi plures ff. de admin tut. & alios plures in delictū contumaciā tranſire dicens, ibidēque nu. 3. poſt prin ex Decio in cōſ. 34. n. 1. quāuis iudex à quo appellationi detuliſſet, cōtumace tamē corā appellationis iudice cōparente iudicē illū nō eſſe appellationi locū pronunciare, ac ad primū iudicē, vt illi debitus honor ſeruetur cauſam remittere debere ſubdens, ipſum igitur & Marantam in praxi iudiciorum par. 6. in tit. de contumace ab eodem Teſſauro relatum viginti quatuor pœnas contra contumaces inductas cumulantem, Carauitam alias pœnas in dicto ritu Magnæ Curiæ 220 per totum enumerantem inſpicere nō prætereas, & Viuiā in deciſ. 138. lib. 1.

74 Quarum illam, vt alijs grauiorem adnotabis contumacem ſcilicet in non comparendo in nō reſpondendo, ſeu in præcepto ei facto contraueniendo, ſiue ante tempus, ſine iudicis licentia recedentem, quod excommunicare liceat gloſa probat ſingular. in l. in actionibus, ff. de in litem iur. gloſa in c. 1. de dolo, & contum. in 6. & in c. querelam de procur. c. de illicita 24. q. 3. & in c. conſtitutus, vbi plene Franch. de ſent. excōm. in 6. tex. probat in c. 1. & ibi Abb. num. 10. de iudic. & in cap. certum 11. q. 3. gloſa in capit. duo in verbo videbatur 96. diſtin. Duen. reg. 153. Cōcil. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. de reformat. verſic. quod ſi executio Ripa in dicto cap. 1. de iud. nume. 29.

cum ſeqq quem, ſex modis ampliantem, & declarantem videas in tract. de Monitor. Mandoſium quæſt. 11. num. 5. nullamque pœnam in eccleſia excommunicatione maiorem cenſeri, ex textu liquet in capit. corripiantur 24. q. 1. quod excommunicatione durante intelligendum eſſe, alias quia in poteſtate eſt excommunicati comparendo, & parendo à ſe pœnam hanc remouere leuem iſto reſpectu, & medicinalem ſimul reputari ad textum in c. 1 de ſent. excomm. in 6. in ſupracit. ſingul Matth. ſil. 10. columna penul. verſ. ſed tunc demum Saray. in addition. notab. declarat.

75 Ac quamlibet contumaciam, etiam minimã excommunicatione dignam exiſtimari, eamq; tanto maiorem eſſe quanto ex minori, & leuiori re, & cauſa reſurgit, cum fortius quis tali caſu contemnere videatur gloſa eſt in dicto ca. duo. 96. diſtinct. à Corſeto in ſuis ſingul. relata ſingul. verbo contumax, & à Duen. in ſupracit. regul. 153. nume. 3. eamque circa id ſingulare cenſeri in præfato c. 1. de iud. eodem nu. 29. verſ. 1. vt procedat Ripa tenet, eodẽque loci nu. 32. circa fin. verſ. ergo non eſt maior, præfatam pœnam, ex quo medicinalem excommunicationem eſſe adnotauimus neutiquam delictis commenſurari ex præfato affirmat textu in c. 1. de ſent. excommun. in 6. Abbas item in dicto c. 1. de iud. in prin. & num. 10. & ibi Ripa num. 31. mortale peccatum contumaciam eſſe exponũt, alias, quod eam iuxta tex. in c. nullus & c. nemo 11. q. 3. proferre minimè liceret, ac ex textu in c. ſciendum 8 q. 1. & ca. ſi qui ſunt presbyteri 81. diſtin. maximum inobedientiam peccatum dici, necnon infidelem appellari contumacem, & qualiter pro leuibus culpis non eſſe excommunicationem infligendam canones hoc dicentes intelligere conueniat in præfato nume. 10. Abbas quem inſpicias declarat, & Viuius in præfata deciſ. 178 col. 1.

76 Et quamuis ob ſolam contumaciam excommunicatum beneficio priuare non licere in dicto c. 1. num. 1. verſ. contumax, & nu. 11. in prin. idem Abbas ſentiat, non omne mortale peccatum beneficij priuatione dignum eſſe, eo loci enarrãs, etiam quod propter peccatum excommunicatio ſequatur, fructibus nihilominus beneficij ipſo iure excommunicatum priuari, cõmunem in dicto c. 1. de iud. nu. 27. eſſe ſcribentium opin. Ripa aſſerit, & Viuius in deciſ. 328. lib. 2. quem eo loci per totum plenè & notab. declarantem aliosque referentem inſpicere non prætereas & in præfata deciſ. 178. nu. 4. nec pro alimentis ei eſſe in aliquo ſubueniendum, niſi fame excommunicatus periret Franchus, poſt Ioannem Andream in c. paſtoralis, §. 1. numero 11. & 14. in fine, de appellat. affirmat, & num 16. eo loci etiam appellatione pendẽte, & caſu quo nihil de hoc in ſententia ſit expreſſum beneficij fructibus excommunicatum illa ratione priuari; & quotidianis ſiguanter diſtributionibus, quia cum ei communio ab eccleſia denegetur omnẽ vtilitatẽ ab eccleſia prouenientem ei pariter eodem in loco nu. 4. eſſe inquit denegandam, quod in ſupracit. praxi iud. verbo appellatio Miranda ſimiliter notat nu 168. in patuis.

77 Ac ita contumaciam eſſe conſtat odioſam, quod quamuis ſuſpenſo, ne ei in cleri opprobrium medicare contingat ſit in neceſſarijs prouidendũ, hoc tamen qñ pp crimẽ ſuſpenſio ſuccesſiſſet eſſe intelligendũ ſecus vero ſi pp contumaciã in eod. c. paſtoralis in præfato nu. 16. Philipp. Frãc. aſſeuerat, & eo loci Panor, illa per eos aſsignata rõne, qa ſibi tali caſu cõtumaciã ipſã purgãdo prouidere cõtumax poſſet, ac ſuſpẽſionis pœnam à diuinis contra clericos, ſolum excommunicationis verò pœnam contra clericos & laicos pariter, quod proferre liceat in tracta. de iurepatronat. par. 1. lib. 2. art. 9. nu. 3. Libert. inquit, quẽ & in ſumma Hoſtienſ de ſent. exco͂. gloſam in Clem. cupientes in verbo ſuſpẽſio de pœnis ſuſpenſionum genera, quot ſint late proſequentem, & declarantem text. in c. quærenti, de verb ſign. Soc. in c. ad audientiã nu. 23. verſ. tu dic de homicid. de multiplici, à diuinis ſuſpẽſione diſcurrentem, aliosque in ſupracit. de monitor tractatu q. 14 n. 2. Mãdoſ. vidẽdus refert.

78 Sed quatenus in excommunicatione per annum contumax inſordeſceret, ac excommunicatus pro crimine fuiſſet ipſo iure eccleſiaſtico beneficio priuatũ eũ cenſeri, vel priuandũ, vbi crimẽ, cuius in iudicio delatus fuerat priuatione, dignũ fuiſſet, in c. rurſus tex. probat. & c. ſeq. 11. q. 3. tenet hoc Panormit in d c. 1. nu. 24. de iud, & in c. contingit nu 7. de dolo, & contum. cuius aliorumque in eod. c. 1. nu. 76. in fi. Ripa meminit, & Duen. in præfata reg 153. nu 4 & hanc in commentar. c. alma mater de ſent. exco͂. in 6. p. 1. §. 7. nu. 10. verſ. primũ hinc apparet, cõem Couar. eſſe teſtatur ſcribentiũ opin. idẽ in ſing. Romani 307. poſt Rom. Pign. aliorũ memor ibi in addit. ſentit, Grauat. ad Veſtrium alios ſimiliter in praxi Romanæ Curiæ recenſens lib. 8, cap. vlt nu. 42. & 43. & Capella Tholoſ. in deciſ. 366, & ibi Aufrer. in addit. quem ad prædictorum declarationem inſpicere non prætereas.

79 Sed quãmuis ex gloſa in d. c. cõtingit in præfato ſing. 307. Rom. nullatenus pro ciuili cã excõicatum, ẽt quod mille annis ex cõicatione permãſiſſet eccleſiaſticis beneficijs priuari poſſe explicet, cõtrariũ nihilominus, ac ex triẽnali in cõtumacia perſeuerãtia beneficijs, quẽ eccleſiaſticis priuare licere, ex textu in c. cũ bonæ de æta. & qualit. clare iſtud aſſerente in d. c. 1. nu. 78. Ripa concludit, ac eodem loci nu. 77. verſ. retenta igitur, tam gloſam in dicto ca. contingit, quam Romani dictum in præfato ſingul. aliud exponere enarrat, imò vltra annũ in contumacia, quẽ hoc in caſu perſiſtere ſatis eſſe, nec eum, vſque ad triennium perſeuerare quod requiratur in

dicto

dicto,§.7.nu.10.verſ.3.ſi quis Couar.aſſeuerat, ac ex eo veram Ripæ opinionem eſſe conſtat, & ſequendam:nam excommunicato in ſua contumacia perdurante pœna,quod creſcere debeat, contumacia ipſa creſcente vltra plura circa id per Mandoſium in ſupracit.tract.ſeu praxi com miſſ.cumulata commiſſ.2. verbo aggrauãdo in c.quoniam tex.dictat de off.ordin.in c.quia 50. diſtin. & in c clericus in fine de cohabit. cleric. & mulier.cum concord.quorum Galleſ.in trac. ad formul.Camer.obligat.meminit,cap.pen.in tit.reliqua de proceſſu num.46.in fine fol. 257. in paruis, vbi eodem textu relato in dicto cap. cum bonæ,cum concord. iudicem hoc in caſu, ad perpetuam officij,ac beneficij ſuſpẽſionem, vel priuationem procedere poſſe explicat,ac eodem loci num.47.ſententiæ formam, quam inſpectam facere poteris enarrat, ac poſſe quem in excommunicatione per tempus aliquod perſeuerantem temporali pœna, etiam ante annum puniri,ex Anania,& Felyno in c.poſtulaſti de homicid.in dicto num.10.circa finem, Couaruuias affirmat.

80 Ac per annum in excommunicatione perſeuerantem pro confeſſo de crimine de quo imputatus fuerat,& pro conuicto haberi communem idem Ripa in dicto c.1.nu.77 in prin. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quem eo loci per totum qualiter hoc intelligendum ſit declarantem inſpectum facias, Marãtam in dicto verbo contumacia num.33.& in dicto num.10. Couar.de communi ſimiliter teſtãtem, & alios referentẽ,nec ſolum pro crimine excõmunicatum,ſi per annum in excommunicatione perſeuerauerit de hæreſi ſuſpectum dici, vt in c. fin. de pœnis,& in c.cum contumacia, & gloſa ibi de hæretic.in 6.per Ripam in præfato num.77. relatorum, & per Afflictum in conſtit. pœnam eorum primo notab.in pract.criminal. in ſupra cit.caſu 6.num.16.fol.13.à tergo à Carrer.relatum,ſed indiſtinctè excommunicatum, quemcumque per annum,vt dictum eſt inſordeſcentem eſſe de hæreſi ſuſpectum in ſupracit.Cõcil. Trident.ſeſſ.25.c.3.in fi. de reformat.clariſsimè diſponitur,etſi ex recepta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudine, & generalis inquiſitionis, contra excommunicatos per annũ,aut amplius niſi ex cauſa hæreſis fuerint excõmunicati procedi non ſolere, ac præfatum, Sacri Tridentini Concil. caput ita intelligendum eſſe Pegna inquit ad Eimeric.in director.inquiſitor par.2.q. 47.lit.c.illudque præfatam ſuſpicionem operari,vt ſi in dicta purgatione deficiat purgandus eum condemnare tanquam hęreticũ liceat tex. probat in c nos inter de purgat.canon.idque in præfato c.fin.de pœnis Panormitanum velle in d.nu.77.verſ.2.reſtringe in fi.Ripa teſtatur,iſtoque caſu de hæreſi ſuſpectum, ac ab Inquiſitoribus vocatum ſubterfugientem in excommunicatione ob contumaciam ipſam lata ad annũ vſque perſeuerantem elapſo anno pro conuicto haberi pœniſque tanquam hæreticum eſſe cũ ſubijciendum ex textu liquet in c.excommunicamus,§.qui autem,& in dicto c.cum contumacia de hæret.in 6.quorũ iurium Grauat.ad Veſtrium in praxi Romanę Cur.lib.vlt.meminit c.vlt.in fine.Couar.in dicto c.alma mater,§.7 nu. 11.verſ.illud etenim,eo caſu deciſioni huic locũ eſſe enarrans,vbi contumax de hæreſi ſuſpectus expreſsim, vt ad iudicium ſuper rebus fidei accedat,vel ſuper hęreſis crimine cuius accuſatur aut ſuſpectus eſt reſponſurus citatus fuerit gloſa per ipſum relata in dicto c. cum contumacia quam eſſe ait à ſcribentibus communiter receptam,quodque in genere hęreſis crimen hoc in edicto exponere ſufficiat, nec in ſpecie hæreſis ſpeciem eſſe exprimendam Francho in d.c.contumacia,& alijs plurib. relatis aſſeuerat, ipſum igitur in d.§.7.num.10.& ſeq.plura in id notab. tendentia inſpectum omnino facias directoriũ inquiſitorum dicta 2.par.quæſt.47.col.2.nu 6. poſt mediũ,vbi ex Hoſt.in ſumma tit. de hæret. §.qualiter quis deprehẽdatur in hæreſim,vim in eo nõ eſſe faciendã Eymeric.aſſerit,quod tex.in c.grauẽ de pęnis, & in c.cum bonæ de ætate, & qualit.de biennio loquantur, & triennio factũ, dicta iura narrare,quia ſic contigerat,ac idẽ eſſe,ſi per annũ ex gloſa ait in d.c.grauẽ verbo hęreticæ prauitatis,ac ex glo.in c.excõicamus itaque,§.qui aũt ſuper verbo condẽnentur de hæret.in 6. idẽque Archidiaconũ ſequi enarrat in c.accuſatus ſuper verbo orta eod tit.in 6.& Symanc.in ſuo de cathol.inſtitut.tracta.tit.14.nu. 2.& 3.annũ hunc eo loci non vtilem, vt aiunt intermiſſum e, ſed continuum continuis perpetuiſq; diebus computandũ eſſe exponentẽ, quẽ ibi,& in tit.27.nu.4 & 9.inſpicere nõ pręteteas, & qualiter ne miſſum hoc fiat vtile tẽpus aut cõtinuũ dicatur in c quærẽti in prin.de off.deleg. Felyn. inſpectum facias, & Marc.Ant.Bardum in tract.de temp vtili. & cõtin. plenius de hoc diſcutientem per annũ itidẽ in excõicatione inſordeſcentẽ generali illa abſolutione ad effectũ validitatis collationis in literis apoſtolicis apponi conſuetã non iuuari,poſt Boer.in deciſ. 290. num.3.alios referentem,& poſt Roland à Valle in conſ.46.nu. 17.lib.1. ipſorum memor Mandoſ.in tract.de ingratitud.c.5.affirmat fol.188.

81 Ac ex eo arctã eſſe excõicationis ſñiam, eãq; acriter ligare cõſtat,quod ſi quis donec ſatisfecerit excõicationis ſñiam patiatur eũ nullatenus,quãuis poſtea ſatisfecerit liberari,ſed abſolutionẽ omnino,quod adhibere oporteat gloſa probat in Clem.1.verſi. donec de decimis,& in Clem.1.ver.obtinere de conſanguinit.& affinit. tenet hoc Felyn.in dicto cap.1.colum.1.de iud. in proxime relato tract. de formula Camer.c. fin.num.12.fol.277.à Galleſio citatus Ripa in

eodem c.1.nu 23.textum ibi in id clarũ referens in c.ad aures, & ibi Panormitanum de Symon. & in c.cum deſideres, § fi.de ſent. excomm. hoc in excommunicato ad tempus procedere ampliãs, quem nullatenus elapſo tempore, niſi obtenta abſolutione liberari inquit, & hanc in cõmun. opinionum tractatu verbo excommunicatio nu.189.communem, Suarez eſſe inquit ſcribentium opinionem, etſi idem Ripa vbi ſupra, ex eadem gloſa in dicta Clement. 1. de decim. proxime relata in ſuſpenſo, ſecus eſſe explicet, ſuſpenſum, donec ſatisfecerit abſque abſolutione ſatisfaciendo liberari dicens, & hanc cõmunem eſſe affirmat ſcribentium opinionem, quem ibi inter excommunicatum, & ſuſpenſum in num.23.& 24.diuerſitatis rationem afferentem.ac in excommunicatum per Papam, quem neque ſolam per ſatisfactionem poſt latam excommunicationem, donec ſatisfecerit, ex Abbate in cap.fin.de matrim.contract. contra interd. eccleſ. & Gemin.in c.in primis 2.q.1.nullatenus ſine abſolutione liberari ampliantem, & afferentem inſpicere non omittas, iterumque Ripa eodem loci ad interdictum hoc extendit, quo donec ſatisfactio facta fuerit continente ſatisfactione ipſa ſecuta relaxationem adhuc requiri, ex textu inquit in c.cũ tu, verbo donec de vſur. in c quoniam in fine de cenſibus in 6. & ex præfata gloſ.in Clement. 1.de decim. quem in præfato num.23 24.& 25. notab. declarantem inſpectum omnino facias, ac ex eo ab excommunicatione interdictum, & à ſuſpenſione differre conſtat, ſuſpenditur enim perſona, & excommunicatur at locum interdici Regnum Prouinciã, Caſtrum, Ciuitatem populum Clerum Capitulum Collegium Villam, ex tex. in c. cum ab eccleſiarũ de off.ord cum ſimil.in ſupracit.tracta. ſeu praxi cõmiſſ.commiſſ.2.verbo interdicẽdo, Mandoſ.enarrat, non ſine magna cã ad interdictũ deueniri debere illa rõne eodẽ loci ſubdẽs, quia multi plerunque ob vnius peccatũ, ſeu cõtumaciã plectuntur, interdictũque quod in locũ fertur generale eſſe, quandoque ſpeciale in ſupracit.c.alma mater pat. 2.§.1. numero 9. & 10.aliorum memor, Couar.ac more ſuo notab, declarans aſſeuerat.

82 Ac ab hoĩe excõicationẽ nullatenus niſi propter contumaciã in non parẽdo non aũt pro delicto, vel alio caſu proferri contumaciãque immediatã huius excõicationis cenſeri cãm iuxta tex.in c præterea de off deleg.in c.1.in fi.& c.tuæ 2.reſponſo, vt lite nõ cõteſt.c.ex parte il 1.verſ. ad intelligendũ de verb.ſig.cũ ſimil.in ſupracit. 2.cõmiſſ.verbo nõ paritionis fol.22.à terg.Mãdoſ.affirmat, idẽ gloſa tenet in c. epiſcopi, & c. nemo epiſcoporũ 11.q.3. Brederod. nouiſsime in tract.de appell.p.1.tit.19.col.253.excõicationẽ ratione contẽptus ſolum proferri dicens, & Franch.in ſupracit.c.reprehenſibilis nu. 1. poſt prin.& in fi. de appell. nũquã excõicationem in pænã proferri enarrans, quia ſi ſe corrigere quis vult incõtinenti relaxatur Abb.hoc ſequitr in d. c.1.de iud.nu.10.verſ.cũ excõicatio. Ripa ibidẽ nu.29.verſ.3.ſcias, niſi declarãs notoriũ eſſet delictũ, quo caſu, abſq; alia cõtumacia, quẽ excõicatum declarari poſſe ſubnectit, & Rota deciſ. 9.nu.3 de reſcript.in antiq.ac nunquã excõicationẽ proferri debere, niſi culpa præcedat mora, vel offenſa in c.2.col.1.de teſtibus cog. Fel.aſſerit a Viuio in deciſ.94.relatus nu.2. lib.1. & in d.deciſ.138.nu.35.cum ſeqq.ſed contumaciã ex citatione ad domũ facta reſultantẽ, vt quis excõicari poſsit non ſufficere, neque verã procuratoris contumaciã concurrere ſatis eſſe, niſi dominus ſciens non purget eã, idque ẽt in caſu notorio, ſibi locũ vendicare, vbi ſupra col.252.circa fin.& col.ſeq.Brederod. affirmat; Nihilominus quæ in praxi crimin.canon.p.2.c.31. cuius inſcriptio eſt, etſi confeſsi, aut conuicti ſint, condẽnentur nu.140.cũ pluribus ſeqq.vſque ad nu. 147.Foller.cumular inſpecta facere non prætereas, ac excõicationẽ in hoc, & ſuſpenſionẽ differre ſimiliter ſcias.quia licet ab homine quis pro delicto, vt diximus excõicari nequeat, ſed contumaciã ſolũ, ſiue procedat delictũ, ſiue non ſuſpendi tamen propter crimen, & in pœnã directè, quẽ poſſe in d.c.reprehenſibilis nu.1.in fi. Franch ait, & ex textu, & Aretino ibi in c. at ſi clerici de ind.in d.n.29.Ripa p̃ſato verſ.3.ſcias.

83 Fictumque pariter cõtumacem excõmunicare iudici licere ex Baldo in l.notab.5.C. de procurat.addit. ad Abbatem in d.c. 1. de iudic. in prin.lit.b.affirmat, & quamuis contrariũ fictionibus ſcilicet locum non eſſe, vbi de excommunicationis ſententia incurrẽda agitur, eamque in caſu tantum vero non autẽ in ficto ligare in deciſ.3.Balbus explicet, vbi etſi ad domũ citatũ citationem eum ſciuiſſe præſumi, ex gloſa dicat & Bartolo in l.ſi tutor petitus C.de peric tutor. & ex gloſ. in l.ſi legibus C.de epiſc aud.verſ probatũ fuerit, ex tali tamen præſumptione excõicare quẽ nullatenus licere illa ratione, ex Innoc. inquit in c.fi.de eo qui mitt. in poſſeſſ. & Felyn. in c.cũ ſit Romana de appell.quia vera in tali caſu non autem præſumpta contumacia requiritur, quodque excommunicandus ob grauitatem præiudicij perſonaliter non autem domi citari debeat communem Viuius alios recenſens in deciſ.95.nu.6. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quem ibi & in dicta deciſ.138.num. 21.cum multis ſequent.hoc plene declarantem inſpicere non omittas, attamen eo caſu perſonalem citationem eſſe neceſſariam, vbi perſonaliter quis reperiri poteſt, alias ſi perſonaliter reperiri nequit citationẽ domi factã, vel p edictũ pro omnibus actibus iudiciarijs ſufficere, magis cõem Mandoſ.in ſupracit.trac.de monitor. quæſt.26.nu.3, verſ.quantum vero eſſe affirmat

ſcriben-

ſcribentium opin. quem alios referentem Fran-
ciſcum Marcum in deciſ. 121. plene & notab. de
clarantem, & Galleſium in pręfato tract. formu-
læ Cameral. in dicto cap. pen. cuius inſcriptio,
eſt reliqua de proceſſu nume. 11. & 12. inſpicere
non prætereas, quodque eo caſu domi citatus,
excommunicari poſsi vbi ad eius notitiam cita-
tionem deueniſſe probaretur in prænotata de-
ciſ. 138. nume. 15. poſt. Rotæ deciſ. quam refert
Viuius aſſeuerat & qualiter articulos ad docen-
dum, quod citatio, ad citati deuenir notitiam,
formare conueniat, licet apprehenſus perſona-
liter non ſit vide in formulario variarum com-
miſſ. fol. 145.

84 Ac criminaliter cõtumacem punire, & mul-
ctare iudici licere quoties à contumace contē-
neretur gloſa eſt in dicta l. vnicá. §. fin. in fine, ff.
ſi quis iuſdic. non obtemp. quam aliorum me-
mor D. Farinac. communiter in præfata quæſt.
18. nu. 17. in medio eſſe inquit à ſcribẽtibus ap-
probatũ quę ibi a nu. 18. vſque ad nu. 19. de mul-
cta, quæ cõtumaci, infligitur, quã plura copioſe
cumulantē, & Contardũ in dicta l. diffamari, in
gloſa a nu. 72. vſque ad nu. 80. inſpectos facere
non tędeat, mulctãque, quod notabis a iudice
impoſitã ratione inopiæ non ſoluẽtis remitti, ac
ei remiſsionem totaliter & liberationẽ fieri tex.
eſt in l. illicitas in fine ff. de off. præſid. neque in
corpus licere contumacẽ in hoc caſu debere cõ-
munẽ, Menchiacha in tract. cõtrouerſ. illuſtriũ.
cap. 24. nu. 15. atteſtatur ſcribentiũ opin. à Cla-
ro in pract. crimin. relatus. §. fina. quæſt. 95. circa
fin. verſ. hæc tamen omnina quem & Menochiũ,
plenius circa id loquentem in tract. de arbitrar.
iudic. inſpicias lib. 2. centut. 5. nouiter impreſſa
caſu. 447. nu. 9. cum ſeqq. neque eum ſi ad prin-
guiorem poſtea deuenerit fortunam teneri ex
Ioanne And. & alijs in c. authoritate de inſtitut.
in princ. in c. reprehenſibilis, num. 20. de appel-
lat. Franch. aſſeuerat, ac vera ſolũ ſtante contu-
macia mulctari contumacem poſſe neque, fictã
ſufficere contumaciam communem in dicta l.
1. §. fi. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. eſſe ſcriben-
tium opin. Maranta alios plures referens in plu-
ries citato verbo, contumacia num. 9. affirmat,
mulctam eo loci in Regno Neapolis tertiam bo
norum mobilium partẽ eſſe declarans quem in-
ſpicies, vtque mulctæ ſignificatũ dignoſcas dif-
ferentias inter pœnam & mulctam ac alias plu-
ra pro plena dictarũ vocum cognitione Alcia-
tum in l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam & in l. ſi
qua pęna ff. de verbor. ſigniſ. iſtud more ſuo di-
ſertiſsime explicantem inſpectum facias.

85 Illud contra contumacẽ non abſimiliter con-
currit, legitime ſcilicet contra contumacem ge-
ſta vlterius iudicem iuxta text. reuocare nõ de-
bere in c. auditis de reſtit. ſpoliat. & in l. ſanci-
mus C. de adminiſtr. tutor. quæ rite, & ſecundũ
leges ſunt executa, ex alio euentu reſuſcitari nõ
debere clare explicante, imò etiam, quod caſus
poſtea à quo inchoari nõ potuerit eueniſſet le-
gitime factum, quod retractare nullatenus li-
ceat pluribus relatis ac Tiraquello ſignanter in
tract. de primogenit. quęſt. 34. nume. 3. cum ſeq.
communem Rota Auenion. in deciſ. 12. in fine
eſſe explicat ſcribentium opin. & Mandoſ idem
in addit. fin. poſt mediũ ad conſil. Romani. 280.
clare explicans, quę ſi iudicij declinatorias ad-
mittere liceret indubitare vtique reuocarentur
vt in dicto. c. præterea num. 4. verſ. item hic iu-
dex per Innocent. notab. de dilat.

86 Et quamuis principalem cauſam regulariter
propter contumaciam contumacem non amit-
tere contumaciam ad quem iure ſuo priuandũ
iuſtã cauſam cenſeri gloſa in l. 1. explicet. §. hoc
iudicium in gloſa magna. ff ſi quis iuſdic non
obtemp. quam in l. 2. Decius nu. 30. verſ. ſed ta-
men quem notab. declarantem videas commu-
niter à ſcribentibus eſſe exponit approbatam,
attamen expenſarum condemnationem, & ia-
cturam, quod contumax patiatur tex. clarus eſt,
in ſupracit. l. properandum. §. & ſi quidem verſ.
ſin autem & geſtis. C. de iudic. & Duenn. in ſu-
pracit. reg. 152. in princ. concordantes referens,
neque in hac expenſarum condemnatione, ex
contumacia, vt diximus procedente nouam re-
quiri citationem, communem iuxta tex. in c. cõ-
ſtitutus, & ibi gloſa & ſcribentes de procurat.
Ripa in præfato c. 1. num. 83. verſ. quęritur iuxta
præmiſſa, de iudic. eſſe enarrat, ſcribẽtium opi-
nionem, quodque aduerſus cõtumacem de ex-
penſis partis iuramento ſtari debeat, idem Ripa
in l. 2. nu. 8. explicat, ff. de re iud & Marſil. in ſin-
gul. 239. ad quod plenius intelligendum in de-
ciſ. 70. Afflictũ & ibi Vrſillum in addit. per totũ
inſpicere non deſinas.

87 Reumque in reſpondẽdo contumacem à iu-
dice, vt reſpondeat torqueri poſſe in l. accuſa-
tionem C. qui accuſ. non poſſ. Bald. affirmat Iaſ.
in l qui in aliena. §. Celſus ff. de acquir. hæred. &
Capic. in deciſ. 145. quorũ in ſupracit. tract. de
catholic. inſtitut. tit. 14. nu. 9. Simanc. meminit,
& Maranta, alios ſimiliter recẽſens in dicto ver-
bo contumacia nume. 27. torturam tali caſu ex
quo non vt reus confiteatur, ſed vt tantum tor-
tus reſpondeat adhibetur abſque indicijs, itro-
gari poſſe dicens, quod in eo, qui in criminali
cauſa contumax eſſet ſolum procedere plene in
ſupracit. ritu. 220. num. 8. cum ſeqq. Carauita
plene notat & deciſ. Auenion. 115. quam nun-
quid moram hoc in caſu declaratione a iudice
facta purgare liceat notab. ſimiliter explicantẽ
inſpectum omnino facias.

88 Ad primi ſimiliter decreti interpoſitionẽ, vt
tędio affectus reſponſurus contumax veniat de-
ueniri in l. is cui tex. probat in princ. ff. vt in poſ-
ſeſſ legat. l. ſatis, ff. de in ius voc. & c. quoniam
frequenter, vt lite non conteſt. Roman, ſequitur
in ſupracit. conſ. 454. nume. 3. Contumaciæ pœ-
nam clare primum decretum eſſe dicens Ma-
ranta

ranta in dicto verbo contumacia nu.10. & Carauita ſuper dicto ritu. 220.nume.21.ac contumacia creſcente ad immiſsionem ex ſecundo etiam decreto, quod deuenire liceat in eodem Romani conſ. per totum explicatur & ſignātet nu. 15.nil aliud ſecundum decretum, quam ſecundam iudicis aggrauationem in contumacis odium eſſe dicēs, quem plene maxime circa illud, quæ, vt contumax quis in hoc caſu dicatur concurrere debeant & de citatione præcipue iniungenda declarantem videas, tunc citationē ad domum ante litem conteſtatam validā cenſeri omnium in iure ſcribentium concluſionem eſſe dicens, cū perſonæ principalis diligenti inueſtigatione facta, eiuſque procuratoris vbi illum conſtitutum fuiſſe certum eſt reperiri non potuerunt textu ibi in nu. 4. per eum relato in l.4.§.prętor ait cū cōcord.ff.de re iud.ac ex textu in l.ab eo & ibi Cyno.C.quomodo,& quando iud.citationem ad domum, quoties poſt litem illa fieret conteſtatam ſufficere explicans eodē loci nu.5. tunc, quem reperiri non poſſe intelligendum eſſe ſubdens ac ante litem conteſtatam legitime ad domum citari,vt diximus, quē poſſe vbi citatus a ciuitate abeſſet, Bartoli hanc & omnium in iure ſcribentium communem iuxta tex.eſſe dicens opinionem in §. ſi vero etiam in auth. de exhib.reis & in l. vt perfectius.C.de annal.except.ac quibus in caſibus citatio ad domū ſufficiat, & quando ſit in perſonam neceſſaria in decis.124.par.2.Franciſcum Marcum notab. declarantē omnino videas,quotque modis abeſſe, quis dicatur in præfato conſ.454. Roman.plene declarat & Mādos.eo loci plenius in addit.lit.m.

89 Vtque veram, & plenam ſimul præfatorū terminorum primi ſcilicet, & ſecūdi decreti cognitionem habeas,vltra Speculatorem in tit.de primo & in tit. de ſecūdo decreto & Baldū in auth. ei qui iurat. C de bonis auth.iud.poſſ. in dicto, verbo contumacia Marantam per totum videas & præſertim nu. 12. quo loci inter actionē realē & perſonalē notabili diſtinctione facta,adhoc vt primū decretū obtineri contra contumacē poſſit plenā crediti probationē non eſſe neceſſariā, ac ſummatim de eo imò etiā per actoris iuramētū ex quo modicum illud patat præiudiciū conſtare ſatis eſſe explicat,ſecus in ſecundo decreto aſſeuerans, quod tanquā maioris præiudicij cū verā poſſeſsionem & dominiū ſi dominus, contumax erat transferat alias vſucapiendi conditionē non eſſe illud interponendū niſi plene de debito per teſtes, vel inſtrumēta conſtet ex Bartolo enarrat in l.cū proponas,& in l.fin.C.de bonis auth.iud. poſsid.& in l. Fulcinius.§.cū hoc. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. ac perſeuerantiæ tēpus in contumacia, ad ſecundū decretū vt perueniatur cōmuni ſcribentiū opinione attenta, iudici eſſe ſubdit arbitrariū,quod Menoch.poſt plures relatus ſcribentiū opiniones in tract. de arbitr. iudic.lib.2.centur.2.affirmat caſu.9.nu. 13. & ſi de æquitate Maranta in loco proxime relato niſi anno integro a die primi decreti elapſo neutiquā iudicē ad ſecundū decretum interponendū procedere debere dicat ex Felyno,in c.conſultationibus col.2 de off.deleg. cōmunē niſi aliud iuſta cauſa ſuaderet hanc eſſe affirmans ſcribentium opinionem,quem qualiter in regno per regias pragmaticas in hoc prouiſum ſit in toto dicto nu. 12. declarantē & in præfato caſu. 6. Menochium inſpicere non deſinas.

90 Ex procuratoris itidem contumacia ne miſſum iſtud fiat ad primū decretum contra dominū,quod deueniatur communē in c.1.vt lite nō cont.nu.4.eſſe ſcribentium opinionem,Felynus atteſtatur, ſecus ſi de ſecundo decreto expediendo ageretur,quo caſu verus cum dolus ac domini latitatio requiratur nullatenus procuratori contumaciam nocere eodem loci nu. 3. enarrat verſ.pro hoc etiam.

91 In contrarium nihilominus ac illud ſupranotatis obſtat,quia nunquam iuriſdictionē prorogare nec aliquo pacto in iudicē cōſentire, quod contumax intelligatur in c. innotuit de eo, qui furtiue ordin.ſuſcep Innocent.inquit in l.ſi quis ex conſenſu. C. de Epiſc. & Cleric a Baldo relatus idem ipſius memor in dicto.c.ſi duobus,nu. 19.de appellat.Franch.tenet,Franciſc.Marc.dicta deciſ.120.nu.3.Decius in eodem cap.ſi duobus nu.10 in fine & Oſaſch. in deciſ. Pedem.10. nu 4. communē hanc ſcribentium opinionē eſſe dicens, qua propter iudicem in quem quis non conſentijt, quod recuſare liceat ſatis cōueniens & rationabile videtur.

92 Illud etiam ſæpe ſæpius allegatum ſuffragatur rem eſſe periculoſam coram iudice, qui ſuſpectus ſit litigare,quod ſuſpecti.3.9.5.& l.apertiſsimi.C.de iudic.ipſumque legiſlatorē ne corā ſuſpecto iudice litē quis agere adſtringatur admonere,poſt tex.in dicta l. apertiſsimi & in c.cū inter de except. Paris. de Sindic.inquit verbo ſuſpicio nu.11.verſ.tamen conſulo,& quia vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum. c. vbi periculū de elect. in 6. contumaci recedere,poſt contumaciā purgatam a iudice ſuſpecto licere ſubſtentabile vtique ac rationi conſonum cenſetur,concurrit ſimiliter,quia licet in præfato.c. ſi duobus nu.10.contra contumacem, vt non audiatur ſcribentes omnes prȩallegata prȩcipere ratione tenere Decius exponat, quia melioris contumax illo,cui prȩſens fuiſſet conditionis eſſe non debet, hanc tamen concluſionem dū expenſas,vt audiatur reficere contumax tenetur ſibi dubitabilē videri propterea contumacē melioris eſſe conditionis aſſeuerat,ſibique illū, qui præſens fuit ſi in termino ſtatuto non oppoſuit imputare debere, quam rationē in abſente, qui contumax ſit ceſſare,illudque, quod contumaci audientia denegetur ſimiliter ceſſare inquit,nec non illud iura omnia contra cōtumaces clamare, dictans ac alia ſupra notata contumaciam

enim

enim expenſæ dum reficiuntur ceſſare cōſtat & quæcunque ſucceſsiue ex contumacia reſultantia argum. l. nam origo ff. quod vi aut clā & l. cū principalis ff de Iur. cum ſimil. hinc in exhibendo interrogatoria in termino ad hoc exequēdū ſibi præfixo contumacem ac teſtibus ſine interrogatorijs examinatis ſuis expēſis ſuper interrogatorijs quod repetantur obtinere facile poſſe in praxi Romanæ Curiæ cap. 4. Veſtr. inquit nu. 9. ac regulariter teſtes non repetitos ſuper interrogatorijs rei non probare nec vllam penitus præſumptionem inducere de communi Brunor. a Sole in cōpend. iuris reſolut. teſtatur lit. c. verbo teſtes non repetiti.

93 Ex Bartoli item doctrina in l. 2. nu. 3. & 4. C. de edēdo hoc cōprobatur, qua attenta abſenti, poſt incurſam contumaciam reuerſo actorū copiam expenſis prius per ipſum refectis eſſe faciendam, eique terminū pariter ad opponendū eſſe præſtandum eodem loci, Decius nu. 22. cōmunē hanc cum Bartolo eſſe teſtatur ſcribentiū opinione ac ibidem nu. 56. Bartolū in hoc nullū habere ait contradictorem, quorum in tract. de arbitrar. iudic. quæſt. 36. nume. 6. & 7. lib. 1. Menoch. meminit, contumacem, qui expenſis refectis auditur in eo ſtatu & gradu audiri in quo cauſa ante termini aſsignationem reperiebatur magis communem eſſe dicens ſcribentiū opin.

94 Ex Baldo item, & Imola in præfata l. ſi mora ff. ſoluto matrim. Bartolo in l. omne delictū. ff. de re milit. eodemque Baldo in l. 1. in fine ff ſi quis iuſdic. non obtemp. contumaciam non vere, & proprie, vt prænotauimus ſed interpretatiue quia in omittendo cōſiſtit delictum cenſeri conſtat, & ideo ſtatuta de delictis loquētia, quia iuxta text. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. cū ſimil. proprie intelligenda veniunt contumaciam comprehendere in decis. 154. Balbus affirmat, ac ex contumacia condemnatum neutiquam condemnatum ex delicto dici communem Felyn. in c. ex literis nu. 27. de conſtitut. eſſe enarrat ſcribentium opin. in præfato c. 1. de iudic. nu. 31. in fine a Ripa relatus, Clarus in pract. crimin. §. 1. verſ. quæro etiam, quem inſpicias hoc ſectatur & D. Farinac. in præfata quæſt. 18. nu. 8. poſt princ. niſi admiſtum alicuius contumacia contēptum iudicis haberet, quo caſu delictum contumaciā cenſeri & poſſe ob contumaciā criminaliter contumacem puniri communē idem Clarus in præfato. §. 1. verſ. quæro etiam prope fin. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

95 Neque adeo legibus exoſi contumaces quin ipſos iura non reſpiciant ex textu etenim in ſupracit. l. properandum. §. ſin autem reus litigatoris abſentiam, Dei præſentia repleri clare conſtat & Abb. notab. in c. dudum il. 1. nu. 3. de elect. iudicem contra contumacem niſi de meritis cauſæ vnius ſaltem partis ſibi conſtet ferre ſententiā non debere clare explicat, ac eo. [illegible] nu. 4. in fi. alijs modis eſſe cōtumaciā arcendā nec ſententiā ob contumaciam præcipitandam eſſe, ex textu ait in c. cum Bertoldus de re iud. ēodemque numero quarto in prin. contra contumacem, vt legitur, & notatur in capitulo prout de dolo, & cōtum. & in l. conſentaneum C. quomodo, & quādo iud. cum ſimil. ibi per gloſam, & ſcribentes relatis eſſe ſubdit procedendum, cuius in deciſ. 16. numero 2 Beninrend. meminit, quæ Cotta in ſuis Memoral notat in memor. incip. actore non probante magnopere conueniunt notata, per Franciſcum Marcum in dicta deciſione 120. numero 7. & 8. per Cœpollam in caut 255. & alios quorum in præfato ritu 220. num. ſexto in medio, & num 10. Carauita meminit, quem & gloſam finalem in proxime citato capit. prout, cuius initium eſt diffinitiua ſententia, & gloſam in cap fin. verbo ad ſententiam de dolo, & cōtum. in 6. neutiquam inſpicere prętermittas ſed quamuis in criminalibus indicia vltra contumaciam ad inquiſitionem ſaltem tranſmittendam ſufficientia adeſſe debere, vt condemnari contumax poſsit, nec probationes eſſe propterea neceſſarias in pract. crimin. Clarus explicet, §. fina. quæſt. 44. verſ. quæro nunquid probationes, attamen indicia ad inquirendum hoc in caſu non ſufficere, ſed indicia ad torturam omnino requiri, ex Natta in conſ. 94. nume. 14. veriorem contra [illegible] larum eſſe ſcribētium opinionem in conſilio 11. numero ſeptimo, & octauo, Beccius aliorum pariter memor, quem inſpicias, aſſeuerat.

96. Prætatis nihilominus non obſtātibus, ac omnibus bene diſcuſsis, & conſideratis communi ſupracitatæ opinioni contra contumacem omnino inhærendum eſſe ex Viuio conſtat in ſuo communium opinionum tract opin. 182 incip. iudex in iudicando, vbi à communi opinione, tam in conſulendo quam in iudicando non eſſe recedendum affluenter exornat. & hanc magis communem eſſe ait ſcribentium opinionem, illaque difficultas quod cōtumax excluſa per expenſarum refectionem, & purgata contumacia in illis tantum terminis in quibus cauſa reperitur audiendus veniat, à nemine explodirur, nullaque ad ipſam euertendam efficax ratio, aut affertur, aut conſiderari poteſt, & quæ aduerſario per cōtumaciam abſente acta ſunt, & quem iuxta text. in dicto, §. ſin autem reus in iudicio præſentē cenſeri diximus in alterius partis prę iudicium reuocari neutiquam: rationabile eſſe conſtat, & ideo in cauſis in quibus lis non conteſtatur, ſi ad illos actus in partis contumaciā deuentum fuerit, qui in cauſis in quibus lis cōteſtatur poſt litem conteſtatam fieri ſolent, quique iuxta gloſ. in præfato capitulo 1. de elect. in 6. & iuxta in ritu Magnæ Curiæ 243. per Carauitam notata num 2. litis conteſtationis efficaciam habent nullatenus contumacem tanquam ab omnibus dilatorijs excluſum admittendum eſſe ſupra relatis rationibus concludo, eoque

magis

Digitized by Google

magis quia in præcitata quęſt. 36. Menoch. nu. 8. quem poſt alios idem ſectantes, pro contumace potius ſentire paulo ante adnotauimus & ſi in pręcedentibus, cõtumacẽ ante termini ad opponendũ aſsignationẽ ſalua ſibi opponẽdi facultate eſſe concedat audiendũ, termino vero ad opponẽdũ elapſo contumace cõparẽte maiorẽ hoc difficultatẽ cõtinere minime negat & propterea eo loci, nu. 11. diſtinctionẽ hanc caſui noſtro aſſignat congruentẽ, aut cõtumax tẽpore quo terminus ad opponendũ aſsignatus fuit eſſe contumax incœperat aut vero poſt terminũ elapſum, & primo caſu cum ad cãm contumax in terminis in quibus cauſa reperitur reſtituatur atque in termino adhuc ſit opponendi, ex quo terminus quando contumax eſſe incœpit lapſus non erat præfatam tali caſu communem ſententiã, ſine dubio procedere inquit: ſecundo vero caſu ac termino ad opponendum elapſo contumace comparente eandem per rationẽ nullomodo ad opponendũ, quod reſtituatur, quæ quidem Menochij diſtrinctio an prorſus ſatisfaciat alij iudicent, in illud enim ſupra iterum relatum hoc reincidit, quod ſicut qui præſens fuiſſet & in termino non oppoſuiſſet non audiretur, neque contumax ne melioris vt diximus conditionis ſit poſt termini lapſum quod audiendus veniat & in præfata l. 2. Decius in nu. 32. C. de edendo & ſi Bartoli opinionem receptam ab omnibus eſſe dicat, ibidem tamen in verſ. mihi verior videtur eidem inhærens fundamento ne melioris contumax quam obediens conditionis appareat Fulgoſij veriorem eſſe inquit opinionem, ac eidem Menochio in præfatã quæſt. 36. in fine non ratione contumacię poſt terminum ad opponendum contumacem non reſtitui dicenti, ſed quia ipſo præſente & non opponente lapſus eſt terminus ad opponendum, nec non præfatam communẽ ſcribentium opin. non de abſente contumace loqui, ſed de eo, qui præſens fuit & opponere nõ curauit neutiquam aſſentior, cum ſcribẽtes omnes articulum hunc & punctum in contumacia fundare conſtet & quamuis ille qui præſens fuit iuxta tex. contumax exiſtimetur in ſupracit. l. de ætate. §. qui tacuit ff. de interrog. action. quo qui textu & abſentem qui contumax ſit & præſentẽ iudici reſpondere recuſantem contumaces ęqua lance cenſeri, ac iudicem non inequaliter contemnere diſponi liquet & quatenus maiorem illius eſſe contumaciam qui præſens eſt & opponere negligit, quique omnino ſcienter terminum labi patitur, quo vti nolle facto ipſo ad l. Paulus ff. rem ratam hab. dum non oppoſuit declarauit, quam illius qui numquam comparuit, neque iudicio interfuit vereq; abſens fuit iuxta ſupra numero 96 notata, quique impedimento aliquo ſenſus, vt dictat detineri forſan potuit, ſuſtineri poſſet, non propterea abſens, qui concontumax eſt contumax nõ exiſtimatur, etſi vbi legitimo ſe detentum impedimento docuerit, in integrum aduerſus contumaciam, per ipſum incurſam iudice impedimentum ignorante reſtituatur, quod infra qualiter procedat numero 115. declaratur, cumque tam abſens quam præſens iuxta textũ in dicto, §. qui tacuit iudici non reſpondendo, ſeu negando, vel ei aliter non obtemperando, ipſum contemnere videatur, & cõtumax fiat, cumque indiſtinctè & ſimpliciter de contumace ſcribentes loquãtur tam abſentem, verè contumacem, quam petentem, ſiue taceat, ſiue neget, ſiue aliter iudici obtemperare negligat comprehendi dicat Menochius, quicquid velit eſſe exiſtimo clariſsimum.

97 Cumque contumacem poſt expenſas in hoc caſu per eum reſtitutas in illis terminis in quibus cauſa reperitur audiendum eſſe diximus ſicut ei, qui præſens in iudicio fuiſſet, etiam poſt litem conteſtatam, ſeu pro conteſtata habitam, vel poſt actum vim, vt diximus litis conteſtationis habentem, noua ex cauſa, vel veteri de nouo ad notitiam deducta iuxta gloſ. in cap. inſinuante verbo poſtmodum de off. deleg. recuſare iudicem licere in terminis in præfato ca. cum ceſſante num. 29. circa medium verſic. aliquando & tertio de appellation. Franchus, quem inſpicias affirmat, & ſupra hoc eodem capitulo notata num. 18. & ſequenti, & num. 61. in fi. ita, & pariter in dictis caſibus præfata ſtante æquiparatione contumacis, quod recuſare iudicem liceat ambigendum non videtur, dummodo vltra iuramentum cauſam ſuperueniſſe, ſeu de nouo ad notitiam deueniſſe à recuſante præſtitum, aliquæ iuxta textum in cap. vt circa verſiculo niſi aliquid de elect. in 6. coniecturæ concurrant, quæ an concurrant, vel ne arbitri de ſuſpicione cognoſcentes iudicabunt, cum iuxta ſupra in dicto numero 69. notata contumax qui fuit negligentem ſimiliter eum fuiſſe exiſtimari dixerimus.

98 Nec illud quod magis vrgere videbatur, in aliquo repugnat, contumacem ſcilicet iuriſdictionẽ prorogare, vt diximus nõ cenſeri, quia licet ex Innocentio in c. innotuit de eo qui furtiue ordin. ſuſcep. & alijs quos ſupra retulimus contumacem neutiquam iuriſdictionem prorogare liqueat, attamen contumacem bene ſibi præiudicare, vt nec iuriſdictionem declinare, ueve alias ſimiles declinatorias exceptiones opponere valeat, quæ non ipſo iure nullum iudicium redderent, ſed ope tantum exceptionis qualem proprie exceptionem eſſe recuſationis iudicis pluries adnotauimus, idem Innocent. in ſupracitato cap. fin. de dilat. ſingulariter per illum tex. ſentit in ca. ad petitionem de accuſat. cuius aliorumque hoc aſſerentium in ſupracitato cap. cum ceſſante num. 29. poſt princ. verſ. aliquando & primo de appellat. Franch. meminit, quem hæc & alia huc tendentia, vſque ad nume. 30. notab. explicantem inſpectum omnino facias.

Prædi-

99 Prædictaque in vero ſolum contumace illa ratione procedere ſciendũ eſt, quia recuſationis & appellationis ęquiparatione ſtante dicto. c. ſuper eo il 2. de appellat. ſicut ille tantum qui verus eſt contumax ab appellando excluditur ita & pariter ad contumacẽ a iudice recuſando excludendum in vera eum exiſtere contumacia indubitate ſentio; comprobatur iſtud nam ſtatuto vt lis contra contumacẽ pro conteſtata habeatur deſponente vt ijdẽ ex tali quaſi litis conteſtatione effectus reſultẽt qui ex vera litis conteſtatione reſultare ſolent ac vt ab hac recuſationis exceptione & ab alijs dilatorijs, quæ per litis conteſtationẽ tolluntur quis excludatur ſæpius citato. c. inter Monaſterium de re iud. verum omnino requiri contumaciá in l. fina. in princ. nu. 8. ff. de eo per quem fact. erit Alexand. atteſtatur & in §. pœnales Ioann. Faber inſtit. de action. quorum in ſupracit. iudiciorum prax. §. 17. cap. 6. nu. 4. circa fin. Aſin. meminit cõmunẽ hanc bene inſpectus eſſe dicens ſcribentium opin.

100 Illumque verum cenſeri contumacẽ, ad quẽ citationis notitia vere peruenit & qui perſonaliter a pprehẽſus nolle ad cauſam venire declarauit poſt Alexandrum in ſupra cit. l. contumacia nu. 4. in fine & poſt ſcribentes in pręfata l. ex cõſenſu. §. fi. ff de appellat. Ripa in pręllegato c. 1. de iudic. cõmunẽ hanc eſſe teſtatur ſcribentiũ opinionẽ contra Felynũ aliter ſentientẽ cõtrariamque opinionẽ communẽ eſſe aſſeuerantẽ, quam recta authoritatum cõputatione facta minime verã eſſe dicit a Cõtardo in cõmẽtar l. diffamari in limitat. nu. 68. relatus idẽque vbi nullus citatus reſponſum dediſſet nulloque modo cõparuiſſet procedere; nam facto ipſo non cõparendo venire nolle declarauit additio ad Ripam vbi ſupra nu. 80. lit. a. affirmat in fine & Rota clatius in præfata deciſ. 16. nu. 1. verſ. ſed ſi perſonaliter de dolo & contum. in nouis, & nu. 2. vbi citationem ad notitiã peruenire veriſimiliter potuiſſe non ſufficere continetur cum potuerit non peruenire & Teſſaur. hoc referens in ſupradicta deciſ. 265. nu. 5. ſicut & illum, qui data opera fecit, quo minus ad ipſius notitiã citatio peruenire poſſet, vel ne ſibi præſentaretur effecit, verum ac ſi nolo venire dixiſſet contumacem dici in deciſ. 254. cent. 3. Balbus inquit ad quorum tamen pleniorem cognitionẽ in præfata. l. ex conſenſu. §. fin. Bartolũ omnino videas Menochiũ in cõſ. 100. nu. 13. 14. & 15. bene quis verus quis fictus contumax dicatur declarantes Rotam in deciſ. 11. de dol. & contum. in nouis Felynum in cap. cum contingat nume 8. de reſcript. quo loci citatione ipſa debite executa citato, ad cauſam proſequendam procuratorem mittente certam citatus citationis notitiam habuiſſe, quod præſumatur, ac contra ipſum, tanquam contra verum contumacem etiam ad excommunicationis ſententiam procedi poſſe explicat & in ſupradicta deciſ. 138. Viuium nume. 41 cumſeqq.

101 Eumque qui domi citatur fictũ cenſeri contumacẽ in l. fin. col. pen. ff. de integr. reſtit. Bart. inquit & Decius in præfato conſ. 14. nume 4. ita demum citationem ipſam ad domum ſufficere vbi perſonæ copia haberi nequiret ex Alexandro, in dicta l. 4. §. prætor ait. ff. de damno inf. & alijs communem hanc Viuius in prælleg. deciſ. 138. nume. 13. eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quem & Franchum in c. bonæ num. 21. & 22. de appellat. notab. declarantem ſupra hoc eod. cap. nume. 88. notata & omnino notabiles additiones ad Rotę deciſiones 1. & 2. de dolo & contu. in nouis inſpicere non prætereas & Brunorum a ſole in ſuo iuris comprendio lit. c verbo citatio ad domũ, tunc citationẽ ad domũ validam cenſeri aſſerentẽ vbi principalis, eiuſque procuratoris diligẽti facta inueſtigatione neuter ipſorum reperiri potuit & hanc Brunor. ibi ex Romano in conſ. 454. ſub nu. 4. communem, eſſe ait ſcribentium opin. eo caſu ipſam procedere dicẽs quoties de citatione agitur, quæ ante litem ſit conteſtatam ſecus in ea, quæ poſtea ſuccederet, quam ad domum fieri poſſe abſque eo quod fiat diligentia de principali vel procuratore habendo textu per ipſum relato in l. ab eo C. quomodo & quando iud. & ibi Cyno ſic dictum text intelligente Abbate in conſ 43. lib. 2. Mandoſio in addit. ad dictum conſ. Romani verbo ſufficit & alijs attamen ad quem in hoc caſu a recuſationis exceptione excludendum perſonalem citationem cũ de magno vt ſæpius diximus agatur præiudicio eſſe exiſtimo neceſſariam vel ad domum citatione expedita ad citatum citationis peruenisse notitiam euidente, quod appareat vt eodem loci per Viuium num. 41. cumſeq. ac per Bartolum notata videantur in præfata. l ex conſenſu. §. fi. verſ. quocunque atque Rota in pręfata deciſ. 19. parũ ante fi. de dolo & contum. in nouis.

102 Requiritur etiam, quod legitime ſit citatus tribus ſcilicet edictis vel vno pro omnibus peremptorio. l. contumacia. ff de re iud. l. cõſentaneũ. C. quomodo & quando iud. Mandos. in ſupracit. tract. de monitor. quæſt. 31. nume. 7. & 8. & notab. Roman. in ſingul. 727. quod locum habere eſt aduertendum etiam poſtquam ſemel quis perſonaliter citatus minime comparuiſſet, gloſa magna in l. fi. in fine Bartolo & alijs ſic atteſtantib. ff de in integrũ reſtitutione, & Alex. in prefata l. contumacia nu. 3. hanc communẽ eſſe dicẽs ſcribentiũ opin. quod in notorio & manifeſto contumace limitari contra quem trinam citationem neutiquam requiri ſed vnicam ſufficere in dicto. cap. 1. de iud. nu. 81. communem Ripa pariter eſſe inquit ſcribentium opinionẽ, quem notab. declarantem inſpectum omnino facias & in ſupracitato tract. de appellat. Bredrodium par. 1. tit. 19. col. 252. in fine & 253. in princ.

Digitized by Google

princ. eodemque loci Ripa nu. 83. illum eſſe inquit manifeſtum contumacem quem ſe cōparere nolle nuntio reſpondiſſe conſtat, & quem iuxta textum in c. venerabili. §. ſecus de ſent. excom. in 6 & poſt gloſ. in præfata l. fina. ff. de in integr. reſtitut. & poſt Bartolū in dicta l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. non eſſe amplius citandum ſubdit, hanc communē pariter eſſe concludens ſcribentium opinionē imò vaſſallum domini voluntate citatū & nolle venire reſpondentē ſtatim ob veram quam ſic reſpondendo contumaciā incurrit ex Iſernia in cap. 1. col 2. in fine de mi ite vaſallo qui cont. eſt in vſib. feudor. feudum ſtatim amittere in præfata reg. 152. nu. 9. Duen. aſſerit & Alex ante ipſum in dicta l. contumacia in fine. ideo in prima citatione citatū nō comparuiſſe eſſe inquit interpretandū, quia alias citationes expectare eum voluiſſe dum ſe iterum citandum ſciebat non autem quod comparere amplius nolit exiſtimare conueniat iuſtiorem ad text. in l. ſi præſes cum concord. ff. de pœnis interpretationem in dubio & coniecturam eſſe dicens capiendā, cumque iſtud de trina citatione adhibenda multis modis Alexand. limitet & in praxi iudicior. Maranta verbo citatio nu. 45. in paruis iudicis monitionem eo loci vim trinæ citationis ac peremptorij habere explicans ad quos & ad Matthesilanū in ſingul. 150. & ad Saray, ibi in addit. late explicantem & declarantē recurrere non diſpliceat, quem inſpectū omnino facias & in loco proxime relato Marantā nu. 1. & in verbo cita io in quarto dubio in princip. quo loci, quoad illud de trina citatione vel vna pro omnibus cū peremptorio in ciuitate & Regno Neapolis ex Magnæ Curiæ Vicariæ rituū, ac Regiarū pragmaticarū diſpoſitione nullatenus ſeruari explicat, cum vna die pro alia citatione facta, in die ſequenti primā contumaciā accuſari & per triduū poſtea citatum expectari, triduoque peracto in quarta die vltima contumacia accuſata ex tunc ſucceſsiue contumacē reputari citatū enarrat, ac iuris cōmunis diſpoſitione attenta peremptoriū & tres citationes æquiparati iuxta text. in cap. de illicita. 24. q. 3. & iuxta text. in præfata l. contumacia. ff. de re iudic. Abb. in ca. tū ex literis de in integr. reſtitut. affirmat nu. 14 in fine in beneficialibus vero ſummarijſque cauſis ad text. in Clement. ſæpe vbi Ioann. Andr. in verbo peremptorie de verbor. ſignif. & iuxta eundē Abbatē notata in ca. cū olim de teſtib. a Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Cur. lib. 4. cap. 2. nu. 12. & 13. relatum peremptorij ſolemnitatē neutiquā requiri conſtat, ac perēptorium in Romana Curia in citationibu ſapponi ex ſtylo nō ſolere vbi ſupra Grauat. ſubneċtit, quē & in præfato conſ. 100. Menochiū in nu. 368. cumſeq. inſpectū omnino facias & Saraynā ad Matthesilan. in ſingul. 131.

103 Contumaciā item in vltimo perēptorio eſſe per actorē accuſandā alias reū contumacē nullatenus cenſeri in dicta l. conſentaneū Bart. poſt text. ibi aſſerit & in dicta. l. properandū. §. & ſi quidē & ibi Bald. col. 1. C. de iudic. alias circunductā remanere citationē actore in vltimo perēptorio non comparente etiam, quod reus ipſe non cōpareat quodque renouare citationem oporteat clarus eſt text. in l. & poſt edictum. §. 1. ff. de iudic. & Maranta alios hoc ſcribentes referens in ſupracit praxi iudic. par. 6. ſecundo mēbro dicto verbo & aduertatur circa contumacias nu. 1. fol 329. in magnis, ac contumacē minime quem exiſtimari niſi ipſius contumacia accuſata in l. ſi finita. §. Iulianus col. 2. nume. 8. & 10. ff. de damn. inf. Alex. tenet eodem loci, non comparentis accuſare contumaciam neutiquā ſufficere explicans ſed contumaciam accuſantē, vſque ad iudicis diſceſſum a Tribunali expectare vel a iudice licentiatū recedere debere, quodque in actis de hoc conſtare debeat in præfata reg. 153. quē notab. declarantem videas Duen. affirmat & Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 4. numero 2. quo loci illud de non diſcedendo niſi à Iudice is qui comparuit licentiam obtinuerit nullatenus in loco illo ſeruari dicit, prout neque in ciuitatis meæ Tribunalibus nunquā hoc ſeruari vidiſſe memini imò contumacia non aliter accuſata accuſatā per partis cōparitionē eā intelligi Vrſill. ad Afflictum inquit in deciſ. 3. nu. 4. quē inſpicias ſicut eā accuſatam pariter præſumi, dū contumaciā incurriſſe partem iudex atteſtatur ex Marſilio in conſ. 64. nu. 15. poſt Baldum in l. 1. C. de pœna iud. qui male iudic. ab ipſo relatū, præfato conſ. 110. nu. 269. Menochius alios eo loci hoc tenentes referens aſſeuerat, quodque nullatenus contra contumacem niſi altera parte inſtante procedatur in deciſ. 71. num. 5. idem Oſaſch. tenet, quem & Carauitam in ritu Magnæ Curiæ. 123. nu. 4. & ſeq. plene declarantem inſpectū facias & Viuium in præfata deciſ. 138, num. 22. cumſeqq. ampliantem & communem, hanc eſſe aſſerentem ſcribentium opinionem ad eſſe tamen peremptoriæ citationis poſt trinā citationem aliam & ſic quartam citationē nullatenus requiri in ſupracit. l. cōtumacia nu. 16. ff. de re iud. Abb. ſentit, quem inſpicias.

104 Cumque antequā contumacē iudex condēnet ad illius contumaciam primo patefaciendā quod teneatur ut de ea ſic in iudicio conſtet & appareat, alias iniuſtam eſſe condemnationem, in c. cum dilecti de dolo & contum. nu. 8. Abb. affirmet ad clariorem tamen huius dicti cognitionem in conſ. 467. Romanum inſpectū facias ab additione ad Abbatem in præfato num. 8. relatum Mandoſium in addit. ad dictum Romani conſil. eundem Romanum in conſ. 303. & conſ. 396. ferentem, Alexandrum omnino in ſupracit. §. Iulianus. nu. 33. cūſeqq. notab. declarantē & Felynum in cap. quoniam contra nu. 16. vbi noua addit. de probat.

Præce-

105 Præceptum item ad cauſas allegandum cur tanquam contumax condemnati, quis non debeat ad contumacẽ conuincendũ requiri plene in praxi. §. examinata in fine & in l. de vno quoque num. 191. ff. de re iud. Marſil. enarrat & communem hanc eſſe ſcribentium opin. in ſupracit. l. diffamari in quæſtionib. num. 89. C. de ingen. & manumiſſ. Contard. explicat, æquitati etiam eo quod iuſtum citato accidere impedimentum potuit & euenire propter quod excuſandus contumax venit opinionem hanc inniti enarrans, ac ante aliquam ſententiam ſeu mulctam contra contumacem pronuntiatam ad allegandum, quare mulctari non debeat citandus communem pariter Rol. a Vall. in conſil. 47. nu. 6. lib. 2. eſſe affirmat ſcribentiũ opin. cuius aliorumque Clarus nouiſſime in pract. crimin. §. fin. quæſt. 44. meminit verſ. vnum tamen ſcias quẽ inſpectum facias.

106 Sed quamuis in prima, vel in ſecunda citatione non comparentem minime contumacem exiſtimari diximus, ipſo tamen in ſecunda citatione comparente ad illius citationis expenſas in qua contumax fuit reficiendum eum teneri in authent. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. in princ. Barto. inquit, citatum ante, tertium terminum comparentem ad expenſas ſi in primis non comparuit reficiendas teneri clare explicans & hanc in præfata l. contumacia nu. 18. communem Alex. aliorum memor eſſe inquit ſcribentium opinionem idem nouiſsime in deciſ. 11. nume. 7. lib. 1. Viuius tenet & in ſupracit. deciſ. 138. nu. 9. & 10. vbi quando ſemel quis citatus contumax conſtituatur declarat quem inſpicias & in deciſ. 11. Theſſaur. num. 3. contumacemque niſi refectis expenſis non audiri ſiue verus ſit contumax ſiue fictus, poſt Marantam paulo ante citatum in repetit. l. de vnoque numero 197. & ſeq. ff. de re iud. Marſil. inquit ab Oſaſco aliorum memore in deciſ. Pedemont. 9. relatus nu. 2.

107 Præfatamque expenſarum ſolutionem, quã facere contumax debet talem, vt audiatur eſſe debere vt vno deficiente denario non audiatur in ca. conquerente de reſtitut. ſpoliat. col. 1. Bal. inquit a Decio in conſ. 34. nu. 6. in princ. relatus tenet hoc Calder. in conſil. 5. de dolo & contum. ab addit. ad dictum Decij conſil. lit. c. citatus & alij quorum in milleloq. 953. nu. 1. in princ. Caball. meminit, quod rationabile quidem & omnino veriſsimũ eſſe cenſeo actoris etenim maiorem ſemper quam rei contumaciam cenſeri gloſa inquit in cap. vnico de dolo & contu. in 6. & in tract. de arbitrar. iudic. Menoch. lib. 2. centur. 1. caſu. 45. quem plene & notabilius declarantem inſpicere non prætereas, ac præfatam gloſam in Ciuilibus non autem in criminalibus locum habere eſt aduertendum, rei vtique in criminalibus maiorem eſſe contumaciam quam actoris ſuper in ritu Magnæ Curiæ 202. numero 3. ratione ibi per ipſum aſsignata Carauita affirmat.

108 Expenſaſque ob contumaciam debitas eſſe ſemper perſoluendas etiam quod iuſtam cõtumax litigandi cauſam habeat poſt Caſſad. in deciſ. 3. nu. 3. de appellat. Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ lib. 4. cap. 4. explicat nu. 20. 21. & 22. nec citare illum oportere qui in expenſis ob contumaciam condemnatur idem Grauat. ad eundem Veſtr. lib. 6. ca. 2. affirmat num. 30. ver. ſeptimo limita, imò contumace in cauſa poſt expenſas refectas obtinente expenſas contumaciæ occaſione ſolutas nullatenus repetere in ſingul. ibi ex textu in l. ſi pignoris verſic. ſed quod ipſe. ff. de pignorat. act. quo loci Franc. de Aret. ſingulare dictum hoc eſſe dicit & perpetuo notandum Ananell. de claris aquis aſſeuerat. Decius aliorum memor ſequitur in l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. Boer. deciſ. 424. nu. 5. Caball milleloq. 951. nu. 2. Afflict. in deciſ. 177. in fine gloſ. Paris. in tit. 11. §. 54. num. 30. verſic. ſic in ſimili & D. Vincent. de Franch. nouiſsime in deciſ. 331. par. 2. communem hanc in fine eſſe explicans ſcribentium opin. illud ibidem omnino ſimile ex Bartolo ſubdens in l. 1. in prima quæſt. ff. de noui oper nuntiat. quod quãdo cõtra iudicis prohibitionem quis ædificat & demoliri cogitur etiam quod in cauſa poſtea obtineat ei demolitionis damnum cum demolitio ſuæ culpæ pœna ſit nullatenus reſarciendum eſſe inquit & hãc Bartoli doctrinã in eadẽ l. 1. nu. 275. & 279. omnes ſcribentes ſequi clare ſentit.

109 Præfataſque expenſas quas ratione contumaciæ, quis incurrit damna etiam & intereſſe comprehendere in deciſ. 97. nume. 3. Theſſaur. alios recenſens communem eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem & Menoch. qui in ſæpius relato tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 154. nu. 1. a præfata communi opinione diſſentire non videtur eodem loci num. 2. ob illa dictæ l. ſancimus iudicis æſtimatione iudicis arbitrio, quas litis expenſas vt audiatur contumax reficere teneatur repoſitum eſſe dicens, expenſas illas eſſe ſubdẽs enumerãdas quas cauſæ notarijs Aduocatis & procuratoribus ſoluiſſe partem demonſtrabitur in quo Afflictum in deciſ. 70. notab. loquentem inſpectum omnino facias Caballinum in milleloq. 951. & 955. quaſque in hoſpitijs eo tamen quod domi litigator veriſimiliter expendiſſet deducto damna etiam ex propria perſona prouenientia, vt quia artifex litigaſſet & a ſuo dici defeciſſet artificio illud quod lucratus ex artificio fuiſſet conſequi dicens, imò etiam cauſæ propriæ aduocatum aduocationis expenſas quas alium conducendo aduocatum veriſimiliter expendiſſet non in expenſarum modum ſed damni paſsi conſequi ipſi licere Menochius ſubnectit quem alios referentem aliaque circa id explicantem inſpectum facere non diſpliceat & Caballinum in proxime relatis milleloq. & in

mille-

Milleloq.947. & 954. eo etiam caſu ex textu in ca.audiris de procurat Bar. & alijs in d.l.vnica. §.ſi procurator.ff.ſi quis iuſdic,non obtemp.partem ſine expenſarũ refectione quamuis instructũ procuratorẽ miſiſſet qui nõ cõparuit illa ratione eſſe audiendũ explicantẽ,quia procuratorẽ pars dũ diligentem non conſtituit neque miſit in culpa iuxta tex.in §.ſi inſtitut de ſociet. eſſe cenſetur ſibique imputare debet idem ex eodem Bartolo in l.1.§.vſus.ff.de procurat.& in l. 1.§. quod ſi nemo. ff quod cuiuſque vniuerſ. nom.ac ex notatis per ſcribentes in ca. Nicolao de appellar. idẽ procedere aſſerentem vbi procuratorem quis cum mandato minus ſufficienti miſiſſet mandatumque in hoc caſu non ſufficiens prima die offerendum dilationem præſtari ſolere explicat, ac illo caſu vbi in itinere interfectus procurator fuiſſet ex textu vere pulchro & notab.in l.cũ a matribus. C. qui pet. tut. nullas a domino expenſas deberi illa aſsignata ratione concludit, quia dum in culpa dominus conſtitutus non reperirur,neque pœnã eum pati quod conueniat.

210 Similiter quamuis eo tantum caſu trinam citationem vel peremptorium requiri ſcribentes affirment quando vt contra contumacem ad diffinitiuã ſententiam procedi poſsit agitur vel ad iudicij abſolutoriam aut ad miſsionem ex primo vel ex ſecundo decreto quæ omnia grauis eſſe præiudicij clare Saray. & notab. in addit.ad dictum ſingul. Mattheſ. 131. quem inſpicias aſſeuerat,ſecus vero, quoad expenſarum condemnationem ſeu mulctæ impoſitionem in quibus vnicam ſufficere citationem in præfata l. contumacia Alex.& alij tenẽt & in dicta l.vnica.ff. ſi quis iuſdic.non obtemp.§.is viderur, & hanc communem eſſe ſcribentium opin.in præfata deciſ. 138. nu. 10.lib.1.Viuius affirmat, ac vnicam regulariter vt contumax quis dicatur citationem ſufficere in ſupracit.l.contumacia Barto.enarrat,contumaciamque in prima citatione contrahi, neque aliam niſi ſolum ad malitiam magis conuincendam requiri text. probat in authen. iubemus. C de iudic & Iaſ. hoc modo in dicta l. ſancimus numero 18. eod. tit notab. declarans; attamen a recuſationis iudicis exceptione proponenda contumacem excludẽdum ideo trinam eſſe adhibendam citationem veriſsimum eſſe cenſeo, quia in eo ſolum, qui verus contumax ſit argumento ab appellatione deſumpto hoc procedere diximus a qua verum ſolummodo excludi contumacem quem appellantem non auditri notauimus, quam etiam quia de magno in hoc caſu agi præiudicio clarum eſt dum coram iudice qui ſuſpectus ſit litigare quis cogitur, quod vt paulo ante notatum extitit ac millies hoc in opere repetitũ fuit deteſtandũ omnino eſt, ac ſummopere euitandũ.

211 Conſtat etiã contumaciæ occaſione præfata recuſationis exceptione partẽ priuari, ac aliquo quẽ cõmodo priuari pœnã conferi clarus & apertus eſt tex.in l.ſi quis maio. C.de trãſact, quem de iure meliorem in conſil.24. Barbat.exiſtimat,& in conſ.51,num.19,lib.1.& tex.in l.teſtamento centurio ff.de manumiſſ.teſtam.à Barbatia proxime relato citatus,& in auth.qui rem num.1,C.de Sacroſanct.eccleſ.Decius ſequitur quorum in conſ.9.num.3.lib.1.Becc.meminit, & ideo, vt feudi dominus vaſallum feudi poſſeſsione legitime propter contumaciam priuare poſsit trinam tali caſu eſſe citationem adhibendam in deciſ.265.num 93.Afflict.exponit, ac indiſtincte pœnam ratione contumaciæ citatum incurrere lege diſponente trinam requiri citationem gloſa in Clement.1. verbo tertio de vita,& honeſt.cleric.in ſupracit.ſingul.727.nu.2.à Romano citata notab.declarat, & Saray.in addit.ad dictum ſingul. Mattheſ.130.columna antepen.verſ.primus eſt in citatione,& in commentar.l.diffamari,Contard.in limit.à num.31. vſque ad numerum 66.quem ampliſsime declarantem inſpectum facere non prætereas, & quamuis hoc in graui pœna procedere in dicta l.contumacia numero 12. Alexand.declaret, ac excommunicationis exemplo adducto communiter præfatam gloſam ſequi ſcribentes atteſtatur, attamen Alexandri opinionem,& diſtinctionem caſum hunc ſuſpecti iudicis clare comprehendere, in quo de graui, ac magno ſimul agi præiudico vt paulo ante,& ſæpius explicauimus nullatenus eſt ambigendum, Quapropter trinam eſſe adhibendam citationem, nec pro omnibus vnam cum peremptorio ſat eſſe vt contumax quis hoc in caſu exiſtimetur eſt omnino concludendum,niſi in manifeſta, vt paulo ante notauimus contumacia quis exiſteret,quo caſu vnicã ſufficere citationem retulimus,ac ad aliquem iure ſuo priuandum vnicam regulariter citationem neutiquam ſufficere communem in præfata l.diffamari in gloſa num. 39. Contard. eſſe affirmat ſcribentium opinionem, vbi Cardinalem Pariſium,quem eminentis ſcientiæ virum appellat contrarium in conſ.99 nu.8.lib.4. ſentientem reprobet citationemque, quod notandum eſt in priuationis materia non a procuratore,ſed a principali eſſe inchoandã, ex Caſſad.in deciſ.2.de præben.& in deciſ.42.in ritu. de reſcript.Puteus in deciſ.371. lib.1. quem inſpectum omnino facias atteſtatur regulariter enim à procuratore prima, quod incipere citatio poſsit communem in l.eum qui res.nu.1.C. de procurat Iaſon eſſe inquit ſcribentium opin. quod quoties dominus abſens eſt,eſſe ait intelligendum ſecus ſi in ciuitate præſens eſſet, quo caſu a domino citationem incipere debere ex tex.inquit in l.1.§.1.ff.de liber.conoſc.& in l.aut qui aliter, §.etſi forte, ff.quod vi aut clam cum alijs ſimil.in his iterum quæ parui ſunt præiudicij præfatam regulam procedere declarans, in quibus procuratoris contumacia nocere do-

mino

mino poteſt, vt in primo decreto, quod ſupra etiam num.90. notarum extitit, ſecus verò in his quæ magni ſunt præiudicij, Ange. in §.hinc nobis in ſecundo notabil. relato per illum text. hoc affirmante in verſ. pro eis agentes in auth. de hæred.& Falc.

112 Vbi verò in appellationis cauſa eſſemus, ſi inſpicere appellantem volumus, ex quo appellans appellationis iudicem in ipſum appellando conſentit, & approbat, quemque actoris vice fungi gloſa finalis eſt, & notabil. parum ante finem in cap. ſi a ſubdelegato de offic. deleg. in 6. quamuis aliud actorem quem eſſe ſit, & aliud quod actoris vice fungatur, vt per Decium in c. cum inter num.14. de except. cuius aliorumque in præfato commentar. l. diffamari in quæſtion. numero 19. cum ſequentibus, C. de ingen. & manumiſſ. Contard. meminit, quem plenè, & notabil. declarantem inſpectum facias appellanti iudicem, quem appellauit recuſare, non licere ambigendum non videtur, attamen quia nonnulla ad præſentis articuli cognitionem concurrunt, quatenus hoc appellantem reſpicit ſuo loco infra in ſecunda huius operis parte in capit penult. diſcutietur, quatenus verò ad appellatum attinet, vbi appellatus, quem reus in hoc caſu partes agere clarè conſtat ab appellationis iudice in ius vocaretur, qui ſe eſſe iudicem ſciret, ipſius tamen iuriſdictionem exceptionis operatione puta ſurreptionis reſcripti, nullitatis appellationis, aut ratione ſuſpicionis ipſius iudicis elidere liceret, tunc, ſi contumax citatus eſſet, vt quia ad exceptionem hanc opponendā non comparuiſſet, quam antequam lis, & proceſſus coram iudice, ad quem inchoetur, proponere, quod oporteat, ex textu in terminis in l. fi. C. ne liceat prouoc. Franciſc. de Cald. in commētar. l. ſi curatorem in verbo, per quod priſtinam num. 43. & ſeq. fol. 375. à tergo clarè, quem inſpectum omnino facias affirmat tali etiam caſu vera appellati concurrente contumacia, neque enim refectis expenſis ad recuſationis exceptionem proponendam, vbi competentem ſe, vel appellationis remedio cauſam ad ſe deuolutam iudex pronunciaſſet eſſe audiendum, & tā in principali cauſa proceſſum, quam contumaciæ punitiuum valere, gloſa eſt notabil. in Clement. 1. verbo competente, vt lit. pend. in præfato cap. ſi duobus in fine columna prima, de appellationibus ab Imola recepta, quem eo loci Franch. nu. 17. in fine citat, & ſequitur, addictum hoc, vt bene notandum, quem inſpicias exclamat, illamque rationem, quam ſupra retulimus validiſsime contra contumacem militare, in illis tantum terminis, in quibus cauſa reperitur cōtumacē audiendum eſſe, vt diximus concludentē, ſed cauſæ deuolutione ſecuta, ſeu iudicis cōpetentię pronunciatione facta cauſa illis in terminis reperitur, vt dilatorijs omnibus excluſis, iudex de cauſæ meritis cognoſcat, neque exceptiones illæ, quæ dictas pronūciationes remouere poſſent, aut euertere, vt ſtatus cauſæ ꝓdictis attentis ſaluus remaneat admittendæ veniūt.

113 Et ideo ante omnia, & antequam ad procedendum in meritis, & principali negotio partes iudex cogat vtrum ſit, vel ne appellatio admittenda decernere iudicem debere alias articulo iſto tanquam præiudiciali omiſſo nulliter eum pronunciare, ex Bart. in l. 1. in fine, C. quorum appellat. non recip. & alijs in conſ. 102 numero 5. Crauetta, quem inſpectum facias affirmat, idque clauſula, etiam ſi & in quantum in appellatione appoſita procedere in conſil. 566. num. 6 Natta inquit, immo neque de partium conſenſu hoc caſu, ſeu prorogatione de principali cauſa cognoſcere iudici licere in imperial. obſeruat. centur. 3. obſeruation. 79. Mynſinger. enarrat in deciſ. Lucenſi. 37. nume. 5. cum ſeqq. à Magonio relatus, quem, & Rotam in deciſion. 23. de reſcript. in nouis nonnullas declarationes afferentem inſpicere non tædeat, & Vantiū in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex def. iuriſd. num 50. cum ſeqq. vſque ad nu. 67. & ideo præiudiciali articulo, vt dictum eſt deciſo iterum ad eundem redire inconueniens videtur, non enim differri lites, ſed breuiari in capitulo cordi de appellationibus in 6. cum pluribus ſimil. text. docet, ac infirmitatem eſſe euitandam in princ. de reſcript. in 6. text. diſponit, & alij plures cum ipſo concordantes.

114 Neque illud circa id eſt explorandum an ſe ſuſpectum iudex ſciret, vel ſuſpectum eum eſſe, quod notorium ſit, ſicut quando de iudicis, vt ſupradictum fuit competentia agitur, quo caſu quāuis non compareat citatus, nec in principali cauſa proceſſum, neq; contumaciæ punitiuū valere illa ratione adnotauimus, quia à non ſuo iudice ſnīa ſemper lata reperitur, Francho teſte in præfato c. ſi duobus nu. 15. cū pluribus ſeqq. quē eo loci circa id, cæteroſq; ſcribentes de hoc latè loquētes inſpectos facias in illis etenim terminis enarrata in quibus an cōpetens iudex ſit agitur in terminis in quibus de iudice ageretur recuſando nullatenus cōueniunt, imò iudicē ſe indubitatè ſuſpectū cognoſcentē, cuiuſq; ſuſpicio eſſet omnibus notoria nō propterea iudicē eū agere prohiberi, ac in patris cauſa iudicē eſſe filio licere tex. clarè probat in l. priuatis, ff. de iud. & nos ſupra c. 7. nu. 114. poſt mediū, & c. 13. nu 12. ante fi. notatū fecimus, ac ſnīam à iudice ſuſpecto latā validā eſſe, niſi recuſetur gloſa relata in c. cōſanguinei 3. q. 5. Fel. in c. cām quæ ii mit. 7. de off. deleg. & alijs in deciſ. 190. in prin. li. 2. nouiſsime, Viuius aſſeuerat, ac ſnīas pluries in Regia audiētia a iudicibus ſuſpectis, nō tñ recuſatis ꝓmulgatas validas declaratas fuiſſe ſubdit, ſed quatenus idē Viuius eo loci nu. 6. in fin. poſt Pariſ. in conſ. 31 nu. 119. lib. 1. quis iudicē recuſatū minime de ſuſpicionis cā cognoſcere, & iudicare poſſe dicat, ipſo tñ allegatam ſuſpicio-

nem non militare nullam eſſe, aut friuolam pronunciante appellare à tali decreto, quod oporteat, alias illud in rem, quod tranſeat iudicatam ipſi iuxta infra in ſecunda parte capitulo vltim. notatas quo loci tam de iure canonico, quam ciuili iudicis proceſſum poſt recuſationem legitimam fabricatum, etiam quod à tali proceſſu non appelletur nullum remanere, & inualidum adnorauimus non aſſentior.

115 Illudque pariter eſt circa prædicta notandum, quod quoties citatus iuſto aliquo detentus impedimento comparere nequiuiſſet, neque contumacem eum ſecūdum veram opinionem reputari, neque ad expenſas reficiendum teneri, ex Alexandro in l. ſecunda, §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautiones, cuius in deciſ. 29. numero tertio, Afflict meminit iudice impedimentum ſciente totum proceſſum ruere dicens, ſecus ſi iudex impedimentum ignoraret, quo caſu valere proceſſum inquit, ſed cōtumacem impeditum in integrum aduerſus contumaciam reſtitui, ex Baldo inquit in dicto, §. ſi quis in iudicio, Alexandro ibi, & alijs, idem in deciſione 16. Balbus ſequitur, vbi ex Bartol. in l. quæſitum ff. de re iud & in l. 2. ff. de appell. recip. ad excuſatorem iudici mittendum impeditum admonet ad infirmitatem illi, ſeu aliud quodcumque impedimentum nunciandum, niſi de infirmitate, vel impedimento fama eſſet, vel notorium, quo caſu nunciationem, ex textu in capitulo illud, de clerico excomm. miniſtra. ex gloſa in l. ſi tutor petitus, C. de peric. tutor. & alijs, non eſſe inquit neceſſariam, ac aduerſus contumaciam tali caſu, ex clauſula generali eſſe contumacem reſtituendum in dicto capitulo prӕterea circa finem verſiculo ſemper tamen de dilat. Innocentius aſſeuerat, ac ex probabili ignorantia, etiam aduerſus ea, quæ ad iuris rigorem conſeruandum introducta ſunt in integrum reſtitutionem, ſine aliqua expenſarum refectione concedi in præfata deciſ. 9. nu. 1. Oſaſc. fatetur, quem rationē aſsignantem inſpectū facias, & ideo cōtumacia hoc in caſu ſublatā, & iudicem poſtea comparenti recuſare ceteraq; omnia opponere, ac alia quæcunque ad ſui concommodum deducere licere, nullatenus eſt ambigendum.

116 Ad quorum pleniorem intelligentiam tūc impedito reſtitutionis in integrum remedio ſuccurri notandum eſt, vbi facti fuiſſet impedimentum, quo caſu ipſo iure, cum terminus curreret, nec regula l. fin. C. de Annali except. procedat, quam eo ſolum caſu, iuxta Bartoli declarationem in l. ſi vnus, §. finali, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. ſibi locum vendicare. quoties iuris impedimento, quis agere impeditur in ſupracitata l. diffamari in limit. numero 112. & 113. C. de ingen. & manumiſſ. Contard enarrat, idem in capitulo ex tranſmiſſa de præſcript. ſcribentes ſequi dicens, & in c. ex ratione, vbi Dec. numero quinto, de appellat. Capellam Tholoſ. in quæſtio. 76 & plene Balbum in tractat. de præſcript in prima par. 6 par. princ in caſu 22 columna 2. & ſeq. iſtud in regula 25. Iacob. Nouellus ſimiliter ſentit in prima fallentia, & Roman. in conſil. 9 & ibi Mandoſ. aliorum memor in prima addit. quem poſt Bartolum in l. Senatuſconſulto numero ſecundo, & tertio, ff. de off. præſid. perbelle declarātem inſpectum omnino facias, & vbi ſupra Contardum in numero 114. etiam in termino hominis tempus currere, ſed ſtante impedimento in integrum reſtitutionem eſſe poſtea concedendam, ex Felyno in capitu. cum inter priorem numero 20. verſiculo limita ſecundo de except. & ex Guidone Pap. explicantem in deciſione 64.

117 Ac regulariter poſt terminum venientem, ac iuſto ſe impedimento detentum fuiſſe demōſtrantem audiendū eſſe, & admittendum in capitulo finali text. probat, extra qui matrim. accuſ. poſſ. & in l. ob commiſſa. C. ad legem Iul. de adult. Felyn. in capitulo gratum de off. delegat. hoc pariter ſentit, & alij ab eodem Contardo, vbi ſupra numero 110. & ſeq. relati, ac eo loci quamuis iuxta communem ſcribentium opinionem in capitulo nos quidem per illum tex. de teſtamen. vnius anni tempore elapſo hæredi ad exequendum dato hæredem, qui executus non fuit iure ſuo priuari dicat, hoc tamen, vbi iuſtum aliquod hæredi impedimentum ſuperueniſſet neutiquam procedere, ex Federico de Sen. 8 inquit in conſil. 29. cuius in l. id quod numero 13. C. de epiſc. & cleric. Baldus meminit, ex Abbate in conſil. 41. libro 3. & in conſil. 60. libro 1. & Iaſone in authentic. hoc amplius numero 60. C. de fideicommiſſ. idem, ex Boerio aſſerens in deciſ. 40. numero nono, quoties aduerſarij facto impedimentum ſucceſſiſſet, ex præfatis igitur impeditos in omni caſu eſſe conſtat ſuccurrendos, quod in illo, qui verus eſſet contumax locum habere ſcire conuenit, fictum etenim contumacē in integrū reſtitutione non indigere in l. diuus nu. 3. ante fi. ff de integr. reſtitut. Bar inquit, quē eo loci per totū de hac contumacis reſtitutiōne plene diſcurientem inſpicere non prӕtereas iuſtāque cauſam, iuſtumque impedimentū à contumacia, quod excuſet cōmunē in l. 1 §. vlt. ff ſi quis iuſdic. non obtemp. eſſe ſcribentiū opin. in tract. de arbitrar. iud lib. 2. centur. 2. caſu 153. in principio Menoch. atteſtatur, & Symanc. in tract. de catholic. inſtitut. tit. 44. in fine.

118 Quapropter, ſi poſt legitimū aliquod abſentis impedimentū in actis allegatū infirmitatis puta, & de ea, quatenus opus eſſet medici oblata fides fuiſſet iudex interim proceſſerit nullū ipſo iure proceſſum exiſtere, cum iudicis ob huiuſmodi impedimentum poteſtas ſuſpendatur iudiciumque in bonæ valetudinis tempus diffundatur in præfata l. quæſitum, ff. de re iudicata, & in dicto, §. ſi quis in iudicio, Bartolus

cæteri-

cæterique notant, idem de alio quocunque legitimo impedimento aſſerentes, eoque loci Iaſo. communem hanc eſſe explicat ſcribentium opinionem, à Vantio aliorum memore in præfato de nullit. tract. in tit. de nullit. ex def. iuriſd. nu. 161. idem ex pluriũ voto in conſ. 104 nu. 6 Becc. ſentit ægritudinis impedimentum iuſtum cenſeri, & neceſſarium, ac à mora illud, & à pœna, etiam quod impediti culpa impedimentum proceſſiſſet excuſati dicens, quem & in dicta l. diffamari in limit. Contardum num. 133. morbi impedimentum iuſtam reſtitutionis cauſam, necnon excuſationem præſtare perbelle declarantem inſpicere non prætereas, & vbi ſupra Vantium in fine, illum, ex Innocentio in capitu. querelam in verbo deſtinauit de procurat. qui impedimentum in iudicio allegat probationē ſuper allegatis offerre ſaltem debere aſſeuerantem, ac quemlibet excuſatorem, etiam quod minor ille ſit mulier, & infamis ad neceſſariorum impedimentorum cauſas probandum, etiam caſu quo de crimine ageretur admitti, ex Bartolo, Baldo, & Imola in l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iudic. Innocentio, Ioanne And. Butrio, in capitulo veniens, & ibi Socino in num. 46. de accuſat. & alijs communem in ſupracitato tractat. de monitor. quæſt 33. num. 2. Mandoſ. eſſe exponit ſcribentium opinionem, ac eodem loci legitimis impedimenti cauſis à iudice declaratis tempus quo impedimenta tollantur eſſe inquit expectandum, vel ſi capitalis cauſa non ſit eſſe procuratorem admittendum, vel vbi vt vanas excuſationes, & calumnioſas iudex reiecisſet ad vlteriora ei procedere, quod liceat illud ſubdens, quod ſi quæ allegantur impedimēta perpetua ſint, ipſaque legitima per iudicem declarentur monitum eſſe ait in partibus cuſtodiendum, ſeu carceribus mancipandum, aut aliter, vt eo loci per ipſum ſtatuendū, quem quibus in terminis loquaſ inſpicere nō tędeat.

119 Ac ad infirmum à comparẽdo excuſandum infirmitatis fidem per duos ad minus medicos eſſe faciendam, ex textu cōſtat in l. ſemel C. de re milit. libro 10. in l. 1. §. primo, ff. de ventre inſpic. & in cap. ſignificaſti il ſecondo de homicid. quæ quidem iura in plurali de medicis loquentia duorum ſaltem numerum requirere ex tex. in cap. pluralis de reg. iur. in 6. in proœm. ff. poſt Bartolum Bald. tradit, & Plaza in epith. delict. lib. primo capitulo 13. numero 10. quod quando duo Medici in loco, & ciuitate haberi poſſent procedere alias vnius fidem ſatis eſſe ſicut vnum pariter Medicum pluribus in loco exſtantibus ſufficere, vbi à publico ille vnus, vel ab vniuerſitate deputatus extitiſſet infra in ſecunda parte capitulo primo. notatum fecimus in Regno item Neapolis, ex clara ritus Magnæ Curiæ 367. diſpoſitione de æquitate excuſationis inſtrumentum, etiam quod vnus Medicus, vel vna obſtetrix interuenerit, qui aliquem infirmum, vel prægnantem eſſe mulierem fidem faciat recipi atque admitti conceditur, præfatique ritus diſpoſitionem plures vbi Medicos, pluresque obſtetrices locus ſeu ciuitas haberet procedere aduertendum eſt, etſi aliter, & male in præfato Regni capitulo poſt commiſſ. Ioannes Anton de Nigr. numero decimoquarto ſentiat, tunc præfati ritus diſpoſitione attenta, vnum ſufficere Medicum concedens, quando vnus tantum in ciuitate exiſteret, vel vnus eſſet à publico conſtitutus, vnum etenim his in caſibus ſufficere non æquitati, ſed iuſtitiæ, vt diximus innititur, & ſic in præfato ritu nume. octauo, Carauita ſcite declarat illud eo loci aduertens numero quinto infirmitatis, vt ſpeciem, & qualitatem, necnon quod abſque vitæ periculo diſcedere citatus non poſsit, fides quam facit Medicus contineat, alias quod excuſatio nullatenus opituletur, ipſum igitur in præfato ritu præfatæ excuſationis praxim per totum explicantem, & quamplura circa id notabil. afferentem inſpectum facias, & numero octauo ſignanter, vbi ex Bartolo in l. ſciendum, ff. de ædilit. edic. ex Alexandro in conſil. 15. in fine volumine primo Iaſone in l. 2. in princip. ff. quod quiſque iur. & alijs Medici fidem pro infirmo, ſiue doctrinæ gradum Medicus habeat, ſiue non, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, ſiue maſculus, ſiue fœmina, quæ omnia quoties extra ciuitatem, qui excuſatur moram gereret procedere aduertendum eſt, ſecus ſi in eadem exiſteret ciuitate, quo caſu, etiam quod infirmitatis inſtrumentum non exhibeatur, ac ſatis eſſe proponere excuſatorem, vt infirmi domum actuarius cum Medico accedat ac teneri iudicem, ſi dubitat ad illos tranſmittendum ex Goffredo, Hoſtienſe, Ioanne Andr. & alijs in capitulo tenor de re iudic. & Bartolo in præfata l. quæſitum eodem titulo in practic. crimin. prima parte 2. par. in verbo audiantur excuſatores numero 31. folio 66. Foller. inquit millies hoc in Magna Curia ſeruari vidiſſe explicans, ac eodem loci nume. 34. poſt principium impedimenta hæc de facili in ciuilibus admitti ſubdens, non ſic in criminalibus, etſi in ciuilibus, ex quo procuratorem impeditus mittere poteſt neutiquam excuſationem hanc prodeſſe dicat.

120 Nec propriam ſolum, ſed ſuorum etiam infirmitatem à contumacia excuſare in præfata l. quæſitum columna finali, Iaſon. & alij fatentur in l. ſecunda, vbi Alexand. ff. ſi quis cautiones, Iaſon. & alij in l. prima columna penultim. ff. de offic. eius &c. & in l. de pupillo, § ſi quis ipſi prætori quæſtion. nona, ff. de noui oper. nunciation. quorum, aliorumque ſuper præfato ritu Magnæ Curiæ 269. nume. vigeſimoquarto, Carauita meminit, omnes ex textu moueri dicens in capitulo communis filius iuncta gloſa vigeſimatertia diſtinctio. quo vtique in textu illud non diſponi, ſed narratiue tantum de illo

epiſcopo qui ob ſuorum infirmitatem diſceſſerat explicare aſſerit, & nos ſupra capitulo ſecundo numero 14. ex facti narratione in iure poſita, nec ad iuris, neque ad cauſarum deciſionem arguere licere quoties in illis verbis in facto narratis intentionem ſuam non fundat legislator adnotauimus, etſi ex textu hoc probari Carauita explicet in l. interdum in principio verſic. humanum iuncta gloſa in verbo, & in ſimilibus, ff. de iudic. à Rebuffo, quem refert in commentar. conſtitut. Frāc. in tract. de excuſat. relato nu. 31. vol. 1. præfatumque textum generaliter de ſuis minime loqui aduertens, ſed de patre tantum ac filio, deque viro, & vxore vis ex eodem Rebuffo, non ſolum ob duram ſuorum valetudinem, ſed neque ob patris matris, vel vxoris mortem, quem hodie excuſari ſubdens, & tam verbis præfati ritus attentis de ipſius citati infirmitate, ſolum loquentis, quam iuris diſpoſitione, non ſolum ex aliorum quorumcunque infirmitate, quem non excuſari, ſed quod in deriſum abiret, ſi quis ad comparendum de perſona citatus ob præfatorum infirmitatem excuſaretur, Carauita concludit, taleſque excludit, taleſque excuſationes praxim nullatenus admittere, immo ob fraudes, quæ in citatis excuſandis quotidie fiunt etiam propria attenta infirmitate excuſationem non admitti aſſerit, idemque Foller. vbi ſupra nume. 34. in princip. fatetur, verè etenim quoties huiuſmodi excuſationes per fraudem proponi veriſimiliter appareret eas nullatenus eſſe recipiendas Carauitæ aſſentior, ſed caſu quo de patris filij, imò & fratris morte, ſeu graui infirmitate vere appareret, nullatenus in locis, in quibus præfati ritus diſpoſitio non viget ab eo, quod ius commune diſponit eſſe exiſtimo recedendum, vtque de hoc infirmitatis impedimento plenius inſtruaris in ſupracit. verbo audiantur excuſatores, à nume. 27 vſque ad num. 34. vbi ſatis plene Follerium inſpicias.

121 Quæque de infirmitatis impedimento adnotauimus idem, ex rationis identitate de alio quolibet legitimo impedimento, vt quia in vinculis ſeu ſub quauis alia cuſtodia, ſeu cautione, puta de præſentando alibi citatus detineatur procedere notandum eſt, quo caſu ſi de hoc ſecundus iudex certioratus in cauſa poſtea proceſſerit proceſſum non tenere, Vant. proximè citatus in tract. de nullit. affirmat in tit. de nullit. ex d. f. iuriſd. dicto numero 161. verſic. ſi quis igitur, hoc quando talis erat cauſa quæ nec tractari per procuratorem poterat, nec debebat, procedere aduertēs, ac taliter impeditis ex textu ſuccurri conſueuiſſe, ait in l. ſuccurritur cum duobus ll. ſequentibus, & l. necnō, §. item ſi quis ff. ex quibus cauſ. maior. etſi in illo qui per ciuitatem. vel territorium ſub cautione detinetur, iſta ratione contrarium in præfato ritu Magnæ Curiæ 269. nu. 16. in fine, & num. 17. Carauita teneat, quia in eiuſdem ciuitatis Tribunalibus comparendi facultatem habet, neque facti impedimento detinetur, quo vero ad illud de ſententia contra carceratum lata, quam nullam eſſe, & inualidam, ex Bartolo in l. ſecunda, §. fin. ff de cuſtod. reor. & alijs in præcitato loco idem Vant. cōcludit, ne mirum illud fiat, ei in illo tātum caſu, & quando iuxta prænotata notum carceris impedimentum iudici fuiſſet aſſentor, alias ſecus nam contra carceratum ipſo ad ſolitæ habitationis domum citato procedi poſſe, gloſa in l ſecunda, affirmat, Salic. & alij C. quibus ex cauſ. maior. Tiraq. de retracta Lignag. §. 9. gloſa 2. num. 19. & alij quorum in praxi iudiciorum, §. 6 Aſin. meminit capitulo 5. numero fin. vnde ſtante actus validitate remedio ſolum in integrum reſtitutionis taliter citato, propter ignorantiam ſuccurri eadem gloſ. in præfata l. ſecunda probat, & eo loci Baldus à Balbo in deciſ. 495 centur. 3. relati, quem & in deciſion. Delphin 626. numero tertio, in fine, Franciſcum Marcum inſpicias, maxime quia Bar. in dicta l. ſecunda, per Vantium citatus nullatenus ſententiam contra carceratum latam nullam eſſe concludit, immo nullum de hoc verbum penitus facit, quem & in praxi criminal. Follerium prima par. 2. par. in verſic. vel eos verbaliter citari faciat numero 20. fol. 46. plenius declarantem inſpicere non prætereas, & gloſam pragmat. ſanctionis in titulo de pacif. poſſeſſor. verbo impedimenti columna 1. in fine, eo ſolum caſu nullum ipſo iure, ex Bartolo in l is qui reus ff. de public. iudic. proceſſum eſſe dicentem contra carceratum fabricatum, vbi carceratum illum eſſe iudex ſciuiſſet, & textum de hoc eſſe ait in ca. 2. & ibi per Panormit. notata extra de arbitr. ſecus ſi iudex ignoraſſet, quo caſu carcerationem iuſtam cauſam eſſe ait petendi in integrum reſtitutionem, quem inſpicias, ſermonemque, vt omiſſum renouemus, idem quodcunque aliud legitimum impedimentum operatur, illudque etſi textū de hoc expreſſum nō habemus infirmitatis ad inſtar excuſare communem, Vant. vbi ſupra eſſe fatetur ſcribentiū opin. ad mulierem, quæ grauida ſit, ex Guid. Pap. hoc extendens in deciſ. 256. q. quād personaliter cōparendum nullatenus teneri inquit, niſi limitatur ruſtica eſſet mulier prægnans, & ita valens, quæ eo tēpore, ac ſi grauida non eſſet onera portet, quia cū ad iudicium tunc ire poſſit, non excuſari eā, niſi valde partui proxima eſſet, ex Fulg. & Iaſ. in l. 2. ff. de in ius voc. & Rebuffo in præfato tit. de excuſ. nu. 42. in d. verbo audiantur excuſatores nu. 30. clare Foller. teſtatur, & quę de carceris impedimento diximus, niſi affectata carceratio fuiſſet declarantur, quo caſu contra citatum tanquam contra contumacem procedere, quod liceat in præfato ritu Magnæ Curiæ 269. numero 16. Carauita quem inſpicias notabiliter affirmat, ac ex ſtatuti ciuitatis meæ

Bene-

Beneuentanæ diſpoſitione in lib. 2. in tit. de libris mercat. c. 2. carcerationis, & infirmitatis impedimentũ æquiparari conſtat, ac præfatis ſtantibus impedimentis impedito tempus non currere diſponitur.

122 Ac illis in caſibus in quibus procuratorem impeditus mittere tenetur quando propter odia, vel partialitates comparere impeditus fuit illum nullatenus quod mittere teneatur, ex Angelo, & Alexandro in dicta l. ſecunda, §. quod diximus, ff. ſi quis cautiones, Imola, & Alexandro in l. recuſare, §. fi. ff. ad Trebellianum, Afflictus in præfata deciſ. 29 nume. fina quem videas enarrat, immo morbo aliove iuſto impedimento detentum ad procuratorem mittendum non teneri gloſa in capitulo cum dilecti, verbo reſponſalem quam pulcherrimam dicit de dolo & contumacia relata, aliaque illi ſimilis in dicto §. quod diximus, crebriorem eſſe ſcribentium opinionem in ſingularibus Imperi d. Cam. obſeruat. centur. 4. obſeruat. 58. in principio Mynſiger. aſſeuerat, ac in caſibus in quibus procuratorem quis mittere tenetur procuratorem, ſi minus legitimum miſit, pro non comparente haberi, & contumace text. probat in l. prima, §. vnus autem, vbi Caſtrenſ. & alij, ff. de procuratoribus, idem in eo, qui legitimum conſtituiſſet procuratorem, qui mandatum non acceptauit procedere in ſupracitata praxi Romanæ Curiæ libro quarto capitulo quinto, Veſtr. inquit numero ſecundo, ac vt caſus in quibus procuratorem quis mittere tenetur non ignores, Mynſingerum in prænotata obſeruat. 58. illos cumulantem inſpectum facias, & an & quando dominus à procuratoris contumacia quem miſit, ſi caſus procuratori fortuitus, qui dominum excuſaſſet euenit excuſetur in capit. 1. vt lit. non conteſt. num. 5. Felynum notab. explicantem inſpectum facias.

123 Quò vero ad impedimenti probationem attinet à iudicis eam arbitrio pendere iudicis qualitate inſpecta impedimenti perſonarum, & iudicij in præfata l. quæſitum num. 4. & 5. ff. de re iudic. Alexand. aſſeuerat illos tantum caſus exceptos faciendo, in quibus qualiter impedimentum probare oportet iure cautum expreſſe apparet hanc magis receptam eſſe dicens ſcribentium opinionem, ac licere iudici aliquando ſolo partis iuramento de impedimento credere poſt textum in cap. quia propter de elect. ex Bartolo in dicta l. quæſitum in dicta l. contumacia, § fina. ff. de re iudic. in l. ſi quis C. de naufragis libro vndecimo, & in dicta l. ſecunda, §. quod diximus, eoque loci Alexandro numero ſecundo communiter hoc teneri aſſerente, & alijs ſuper ritu Magnæ Cur. 268. numero tertio, Grauita cuius pluries meminimus affirmat, Vantius in dicto tract. de nullitat. in præfato titulo de nullit. ex def. iuriſd. numero 166. parum ante finem iudici hoc pariter arbitrarium eſſe dicens, Contard. in dicta l. diffamari in limita num. 120. vbi, ex Baueria in tract de iurament. numero 65. verſiculo quarto principaliter, Guidone Pap. quæſtion. 64. Capella Tholoſ in quæſtion 447. in fin. Decio in capitulo ex ratione numero 6. de appellationibus, Imola in dicta l. quæſitum, ff. de re iudicat. & alijs id totum eſſe iudicis arbitrio remittendum crebriorem eſſe enarrat ſcribentium opinionem, qui præiudicij quantitate, & grauitate, ac impedimenti qualitate attenta, & an in loco longinquo & ſolitario, vel nõ impedimentũ ſucceſſerit perſonæ item impeditæ qualitate, & an bonæ famæ ſit, conſideratione adhibita, aliquando vt ipſi melius videbitur iuramentum deferet, aliquando verò plenam probationem exiget, & aliorum memor Seraph. nouiſsime in tract. de priuil. iurament. priuileg. 35. in princip immo quoties prout in hoc caſu, in quo de recuſationis agitur exceptione de exceptione conſequenda ageretur ſolo impediri iuramento impedimentum probari, ex Baldo & Romano in dicta l. ſecunda, §. quod diximus, & ibi Iaſone numero tertio, verſic. intellige, & planius, ff. ſi quis cautiones hoc neutiquam eſſe iudici arbitrarium, ſed ad iuramentum omnino deferendum iudicem teneri in ſupracitato conſil. 104. numero 10. in in fine, hanc Beccius alios recenſens magis cõmunem eſſe ait ſcribentium opin

124 Ex Crauetta itidem in conſ. 182. nume. 15. in his, quæ modici ſunt præiudicij iuramentum eſſe deferendum arbitrari iudicem decere in ſupracitato numero 120. in fine, Contard. aſſerit, qualem caſum hunc eſſe, in quo de iudice agitur recuſando, & remouendo illa ratione, Iaſone teſte in ſupracitata l. apertiſsimi numero ſeptimo C. de iudic. quia facile alter, qui iudicem agat reperitur, ſecus vero in alijs, quæ magni momenti ſunt, & præiudicij veluti ſi de ſecundo fatali obtinendo ageretur, quo caſu nec iuramentum ad impedimentum probandum deferri, neque ei poſt ipſum delatum ſtandum eſſe, ex Romano in ſingul. 211. numero tertio, textum referente in l. fina. §. illud in illis verbis euidentiſsimis probationibus. C. de tempor. appellat. Oſaſco in deciſion. Pedemont. 28. nume. 15. & alijs in præfato priuileg. 35. numero quarto, Seraph. aſſerit, hanc ex Alexandro in dicto, §. quod diximus, communem eſſe explicans ſcribentium opinionem, quod niſi aliæ concurrant coniecturæ limitatur, quo vtique caſu ſolo iuramento in his etiam, quæ magni dicuntur præiudicij probare impedimentum licere, poſt Felynum in capitulo ex parte il ſecondo columna penult. de reſcript. & poſt Afflictum in deciſione 79 & alios in addit. ad præfatum Romani ſingul. 211. hanc pariter communem eſſe dicẽs ſcribentium opin. Pignolat. aſſerit, hoc modo, textu in dicto §. illud reſponſione aſſignata, quod caſu quo iuramentũ ſufficit probatio per

iuramentum euidens dicatur iuxta gloſ in cap, ſtatutum, §. cum verò in verbo proprio iuramento de reſcript. in 6: quam citat, cuius in ſupracitata reg. 25. num. 2. Nouell. ſimiliter meminit, quem videas.

125 Item vbi difficilis eſſet impedimenti probatio etiam de re magni quod agatur præiudicij per iuramentum tali caſu eſſe probationem recipiendam, vbi ſupra numero 111. verſ. quod tamen limita Contard. inquit, & in eodem priuil. 35. num. 6. Seraph. quo loci an talis militet difficultas, quæ legitimam fieri probationem impediat, & an ſit, vel ne iuramentum deferendum iudicis arbitrio eſſe hoc inquit decidendum, ac ſemel tantum illi in caſibus in quibus per partis iuramentum probatio admittitur eſſe à iudice iuramentum deferendum, poſt Baldum. Angelum, & Caſtrenſem in l. veluti, §. finali, ff. de edendo, vbi ſupra Contard nume. 122. & 123 & in eodem priuil. 35. nume. 17. Seraph. per textum in l. fina. affirmant in fine ff. de bonis authorit. iud. poſſ. & Nouell. in dicta reg. 25. num. 7. & vbi ſupra Contard. numero 126. illud pariter, quod honeſta, qui iurat ſit perſona, quodque ex facti qualitate allegatum conſonet impedimentum iuxta per Marſilium notata in l. prima, in principio numero 35. ff. de quæſtio. requiri aſſent per Socinum iunior. in conſil. 79. num. 14. libro primo, & per Seraphinum in dicto priuil. 35. numero tertio, ac a iudice tali caſu eſſe iuramentum deferendum, alias quod illud minime releuet, vbi ſupra nu. 128. Contard, quem inſpectum facias aſſeuerat.

126 Eodemque loci, Contard. numero 115. dilationem, ac in inregrum reſtitutionem aduerſus impedimentum impedimento ipſo probato illius tantum temporis reſpectu, quo quis impeditus fuit, non autem integra dilatione attenta eſſe inquit concedendam, quod in capit. ſequenti numero 40. iterum adnotauimus, & ideo duorum dierum exempli ſtudio impedimento ſecuto ad duos tantum lites eſſe impeditum reſtituendum, ac ſolum impedimenti tempus eſſe de medio ſubducendum, ex Balbo in tract. de præſcript. prima part. 6. parte principali in caſu 22. & Boerio in deciſ. 294 numero 18. communẽ eſſe aſſerit ſcribentium opinionem niſi ex Caſtrenſe declarans in l. fina. numero 10. ff. de ferijs, ac ex Iaſone late de hoc loquente in l. ſi ita ſtipulatus eſſem numero 13. & in fine, ff. de verb. obligat. duorum, vt dictum eſt dierum impedimentum totius termini cõmodum abſtuliſſet, quibus in terminis Afflicti deciſionẽ 50. ex integro dilationem eſſe concedendam continentem procedere in ſupracit. priuil. 35. numero 10. Seraphin. aſſeuerat, ſecus enarrans, vbi certæ partis temporis vtilitatem impedimentum, quod ſuperuenit abſtuliſſet, quo caſu pro illa tantum parte, ex textu in l quod tempore C. de milit. teſtament. in capitulo primo in integrum reſtitutione, & in l. vltima, ff. de minor. ex Romano in conſilio 496. in fine, & Corneo in conſilio 43. columna ſecunda, volumine tertio dilationem eſſe inquit reintegrandam, cumque aliam pariter diſtinctionem in eodem numero 19 idem Contard. adducat verſic. alia etiam ipſum eo loci inſpectum facere non diſpliceat Seraph. item dicto priuileg. 35. numero 18. eo caſu, ex Speculatore in titulo de dilation. §. final. columna penul. num. duodecimo verſic. in ſumma nota Abbate in conſil. 64. numero ſecundo par. 2. & Benintendio in deciſio. Bonon. 45. per iuramentum probationem admitti ait, vbi ad docendum, quod propter impedimentum fieri aliquid non potuit in prima dilatione ad hoc probandum conceſſa iuramentum à iudice impedimentum paſſus ſibi præſtari poſtularet. ſecus ſi in ſecunda, aut vlteriori dilatione hoc peteretur, quo caſu legitimam eſſe concludit probationem faciendam.

127 Ac illud iuſtum impedimentum cenſeri, & & à contumacia excuſare, quod tale eſſe iudex arbitrabitur, ex Iaſone in dicta l. ſancimus col. tertia, verſic. ſecundo limita. Marſilio in l. quæſtionis modum numero 29. ff. de quæſtion. & alijs in dicto caſu 53, nume. quinto, cum ſequentibus, Menoch. enarrat, multas eo loci cauſas enumerans contumacem excuſantes, & latius, ac plenius eod. libro ſecundo centur. 2. caſu 118. vbi nu. 6. & 7. duo ab eo, qui impedimenti prætextu vult iuuari probanda eſſe ait, tale, ſcilicet quod fuerit impedimentum, vt remoueri minime potuerit dicta l. ſed etſi & ibi Socin. in tertio notab. ff. de condition. & demonſtratio. ex Crauetta in conſilio 270. numero tertio, & alijs, quodque quantum in ſe fuit omni diligentia, vt impedimentum remoueret ſe vſum fuiſſe impeditus probet. leg qui commeatus, ff. de re milit. Alexand. conſil. 48 volumine ſecundo, Felyn. in capitulo ſciſcitatus de reſcript. Iaſon in dicto, §. quod diximus, quem in nu. 3. & 4. perbelle declarantem inſpectum omnino facias, & alij quorum in præfato in ritu. 68. in fine Carauita meminit Afflic. deciſ. 50. Pariſ. conſilio 34. nu. 19. libro primo, Contard. qui communem in loco præallegato numero 116. & 117. hanc eſſe ait ſcribentium opinionem, & Seraphin. dicto priuil. 35. numero 7. 8. & 9. vbi ſi quis in impedimento non amonendo in leuiſsima culpa fuiſſet ſibi, ex quo, & iſtud diligentiæ appellatione comprehenditur, vtque leuiſsima etiam culpa incluſa intelligatur iuxta gloſam imputari ait, in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commodati, ac ex Iaſone in l. cum res numero 41. ff. de legat. primo, & Gozadino in conſil. 63. columna ſecunda numero ſeptimo, ac illud impeditum, probare debere, quod citra impedimentum actus ſecutus fuiſſet, ex plurium ibi relatorum voto in præfato conſilio 104. numero ſecundo, Beccius inquit ex Boerio in deciſ. 140. nume. 4.

impedi-

Digitized by Google

impedimentum ſuperueniens non excuſare ſubdens, niſi ſe facere paratum eſſe appareat, & de communi teſtatur, quod niſi notorium fuiſſet impedimentum iterum in præfato numero 117. in fine, Contardus declarat, illumque neutiquam impeditum dici, qui amouere impedimentum potuit in leg. quibus diebus, ff. de condit. & demonſt. Bald inquit & alij quorum in præfata reg. 25. Fallent. 4. Nouell. meminit.

128 Ac impedito, qui iudicem adeundo remouere impedimentum potuit in impedimento remouendo, ſi negligens fuerit, abſque reſtitutionis ſpe tempus currere plene in dicto cap ex tranſmiſſa col. 1. Felyn. explicat Patiſ. eo loci colum. 3. Balbus in tract. de præſcript. 6. par. prin. 22. caſu nu. 23. & alij, per Contardum in præfata l. diffamari in limitat. relati nume. 119. iſtud tali pacto, vt ipſe inquit intelligentes, quatenus ſcilicet de facili impedimentum remoueri potuiſſet Decio in c. in nomine domini de teſtibus in 5. notab. ſimiliter citato, Neguſantio in tract. de pignor. 6. par. membro 3. nu. 10. & alijs, idemque in ſupracit. fallent. 4. annuere Nouell. videtur, quem inſpicias.

129 Nec periurum ſolum, vt ſupta hoc eod. cap. nu. 17. circa finem adnotauimus probandi per iuramentum facultatem amittere quod in loco paulo ante citato nu. 124. & 125. Contard notat ex Baldo in auth. ei qui iurat C. de bon. auth iu dic. poſsid. à ſatiſdandi onere iuratoria cautioria mediante nunquam releuari periurum aſſerens hoc ad limitationem Auth. generaliter C. de epiſc. & cleric. & Felyno in cap. paſtoralis numero 27. de except. iſtud commendante eſſe explicans notãdum, vtque plura contra periuros à iure ſtatuta nota habeas in deciſione 120. per totum libro primo, Viuium inſpicias, ſed eum etiam, contra quem ne ei iuramẽtum deferatur aliqua militat præſumptio, vt per Bartolum in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. cuius opinionem eſſe cõmuniter à ſcribẽtibus approbatam in ſuptacit. tracta de priuil. iuram. priuil. 1. numero 22. Seraph. atteſtatur eo loci, ex Alciato pariter in tractat. de præſumpt. hoc firmans reg. 3. præſumpt. 16. & ex Abbate in capitulo paſtoralis numero octauo, de exceptionibus, ex Marſilio in conſilio 7. nume. 7. & conſil. 9. num. 32. cum ſequentibus, & alijs, illius tamen contrarium, quod quis iureiurando probauit illa ratione probare alteri parti licere, quia probatio quælibet in contrarium probationẽ recipit, vbi ſupra numeto 127. Contard. inquit, & in pręfato priuil. 16. Seraph numero 20. hæc, & alia eo loci huc tendentia notab. cumulans, quem & Contardum proxime relatum à nume. 110. vſque ad numerum 134. inſpectos omnino facias.

130 Idque candide lector neutiquam his in terminis miſſum facias, quod quotieſcunque iuxta ſupra notata impediti iuramento de impedimento ſtandum eſſe iudex arbitratur eius pariter iuramento omnem conatum pro impedimento amouendo, quod adhibuerit, quodque propter fluminis inundationem tempeſtatis vim aut hoſtium incurſum, aliave ſimili de cauſa inceptum iter complere nequiuerit, ei quod arbitrari liceat, per Bartolum notata conueniunt in l. ſolent, ff. de alim & cibar. legat. vbi ſtatuto exiſtente, quod in cauſis damnorum datorum damnum paſsi iuramẽto ſtari debeat, ſi aliqui incidant articuli vel emergant illos per iuramentum ſimiliter eſſe explicat decidendos, ſicut & principalem cauſam decidere licere conſtat à Iaſone in lege ſecunda numero ſexto, C. de edicto Diui Adriani tollend. aliorum memore relatum, quem inſpicias, & omnino Petrum Gerardum in ſingul. 23. latiſsime hoc diſcutientem.

131 Illudque non abſimiliter in præfata Afflict. deciſione 29. numeto tertio ab Vrſillo explicitum notandum venit, non impedimentum ſolum, ſed iuſtam etiam etiam cauſam ad contumaciam excludendam allegandam eſſe dicente, quam vbi comparere citatus potuiſſet camque aduerſus actorem allegaſſet obtinuiſſet, ex Iſernia in c ſancimus columna tertia, in verbo verius videtur, quo tempore miles impedimento ceſſante ad ea, ad quæ prius tenebatur impeditum teneri ſubdens, notata per Panormitanum conueniunt in dicto capitulo cum dilecti numero duodecimo de dolo, & contumacia, & in dicto priuil. 15. per Setaphinum numero 21. ad plura circa id apud ipſum videnda notabil. inferentem, ſicut à ſimili non ſufficere venditori ſimpliciter aduerſus emptorem de euictione contra ipſum agentem, ideo de euictione non teneri allegare, quia denunciatio ei facta non fuit, niſi rationabile aliquid alleget, & aliquid contra illius ius, qui euicit oſtendat alias cũ de ipſius intereſſe nunciationẽ fieri debuiſſe non appateat, ipſum non audiri in cap finali, Imola tenet de empt. & venditiõn. & leg. de pupillo, §. morte numeto 47. ff. de noui operis nunciat. ab Alexandro relatus: quo loci de denunciatione non facta venditore excipiente venditorem ei, quod ſua non intereſſet, quodque ille qui obtinuit ius fouebat, nec aliqua ipſi venditori defenſio competebat replicare poſſe aſſeuerat, quod multorum ſuffragijs relatis in ttact de euiction. §. tertio, numero 73. & 74. Caballus probat euincentis, dummodo, vt dictum eſt iuſtitiam emptor probet, ac iure à ſe rem euictam fuiſſe, nullumque ius venditorem, quo rem illam defendere poſſet habuiſſe deducat, & hanc poſt Alexandtum, & ibi modernos apoſtillantes in conſilio 63. columna finali libto 6. communem Couar. lib 3. variat. reſolut. capit. 17. nume. 6. eſſe concludit ſcribentium opinionem.

132 Vbi verò notoriũ impedimentũ fuiſſet, nec

S 4 pro-

Digitized by Google

probationem eſſe neceſſariam, neque proteſtationem, illudque allegare cuicunque licere ex Afflicto in præfata deciſ. 29. & alijs in ſupracit. num. 166. Vant. enarrat, ſecus vbi notorium impedimentũ nõ fuiſſet, quo caſu allegari illud tali caſu per excuſatorẽ, & probari debere, ac ad difficultates tollendas ſanum etiã ſimiliter eſſe ait proteſtationem ne ad vlteriora tali ſtãte impedimẽto procedatur adhibere, necnõ ab vlteriori proceſſu, tacitaque allegatorum reiectione appellare, quo. que ad locum non tutum citato, qui mittere excuſatorem nequit, ipſimet appellare liceat necnon ex Abbate in c. 2. de procurat. Alex. in l. de ætate, ff. ad Trebell. Innocentium, & Hoſtienſem circa id diſcordantes conciliante, & alijs de facili ſuper hoc literas in Romana Curia obtineri enarrat, ac per Affl. in præfata deciſ. 29. enarrata num. 3. notare conuenit, ex eodem Alex. in præfara l. 2 §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caution. ſi abſque culpa citatus comparere eſt impeditus, nec contumacem ſecundum veram opinionem, neque eum ad expenſas reficiendum teneri aſſerentem, itẽ quod ſi iudici impedimentum propter quod rite cõparere citatus non potuit notum fuit, totus proceſſus quod ruat, ſecus vbi iudex impedimentum ignoraſſet, quo caſu, ex Bartolo Baldo, & Alexandro in d. §. ſi quis in iudicio validum eſſe proceſſum inquit, ſed quod in integrũ, quod ſupra iterum notauimus impeditus reſtituatur, quem inſpicias, quodque vbi notorium fuiſſet impedimentum, nec diligentiæ probatio, neq; proteſtatio requiratur in eadem deciſ. 50. nu. 7. Cagnolo in l. in omnibus cauſis nu. 5. ff. de reg. iur. Pariſio in ca. ex tranſmiſſa nu. 14. verſ. quattus caſus de præſcript. & alijs in prænotata deciſ. 9. nu. 4. Oſaſc. aſſeuerat in eadem deciſ. nu. 3. notorio belli ſtante impedimento omnino cõtumaciam excludi dicens, quod & Contard. vbi ſupra dicto num. 118 affirmat in fine.

133 Proteſtationem item quoties iudicis facto impedimentum ſucceſsiſſet requiri, ſecus vbi in illius perſonam, qui gerere actum debebat fortuitus caſus ſucceſsiſſet, veluti vt adnotauimus, quod ægrotaſſet in præſata l. diſtamari in limit. numero 118. Contard. alios referens enarrat, & hanc pluribus in dicto conſilio 104. relatis magis communem Becc. in ſupracit. conſil. 104 nu. 13. eſſe aſſerit ſcribentium opinionem quem plures referentem inſpicere non prætereas: limitatur item, quoties illius copia contra quem præſtandum eſſet haberi non poſſet, quo caſu ſecũdum formam capituli paſtoralis, §. finali de offic ordin. cap. iuſtus metus de appellation. & l. prima, §. dies, ff. quando appelland. ſit eſſe proteſtandum in præfata reg. 25. limit. 2. Nouell. monet.

134 Iſtudque neutiquam ab hoc impedimenti, & proteſtationis articulo extraneum notatum pariter facias, quod quoties re ſibi locata vti ab aliquo conductor impeditur, vt ſe à conductionis onere liberet domino, & locatori notum impedimentum facere, vtque illud amoueat denunciare, necnon demigrando proteſtari debere alias nullatenus liberari, ac locati eum actione teneri text. eſt in leg. item quæritur. §. exercitu, ff. locati notat hoc Burſar in conſilio 9. numero 27. volumine ſecundo, deciſ. Peruſ. 50. numero decimo, parte prima, & Theſſaur. in deciſ Pedem. 108. conductorem ad mercedis remiſsionem ob caſum ſterilitatis obtinendam ſterilitatẽ domino denuntiare teneri aſſerens, vtque plura huc tendẽtia dignoſcas in tract. de locato & conducto lib. 2. tit. 2. cap. cuius inſcriptio eſt ſi non ſtat. per locatorẽ vel conductorem per totum fol. mihi. 62. eo loci nu. 5. locatorem cui proteſtatio præiudicet vt reſpondeat. admonet, nec non & conductorem vt in inſpecie articulos locatorẽ impedimentũ amouere potuiſſe continentes faciat & deducat quem inſpicias: præfatam tamen proteſtationem in hoc caſu ſeu denuntiationem non eſſe ſemper neceſſariam veluti vbi ab ipſo locatore impedimentũ proueniſſet ex Socino iun. conſ. 104. nume. 29. lib 3. idem proxime relatus Ioſeph. in tract. communium opin. inquit concluſ. 12. col. 4. verſ. ſecundus caſus fol. 21. a tergo rationem hanc eo loci aſsignante, quia dum ab ipſomet locatore damnum prouenit proteſtationem & denuntiationem quæ ad locatorẽ ſit certiorandum qui omnino certus eſt nullatenus eſſe conſtat neceſſariam ibidemque eadẽ col. 4. verſ primus caſus & col 6. verſ. eo tamen caſu fol. 22. neque quando notorium eſt impedimentum ſiue illud ab ipſomet locatore ſiue a tertio proueniat ex Decio in conſ. 336. col. 3. verſ. ſecundo reſpondetur Ruino in conſil. 77. num. 2. lib. 5. Boerio in præfata deciſ. 40. nu 7. eod. Socino. Iun. in conſ. 120. nu. 9. & 10. lib. 2. Ripa in tract. de peſte de priuileg iudic. nu. 26. Menochio in conſ. 120. nu. 15. lib. 2. & alijs denuntiationem non eſſe ſubdens neceſſariam eodem loci col. 7. verſ. iſtis enim, non ſolũ a conductione conductorem tali caſu liberari ſed intereſſe etiam tam lucri ceſſantis quam damni emergentis locatorem ipſum per tex. teneri in l. ſi in lege. §. colonus. ff. locati ex Baldo in conſ. 325. lib. 3. Rolando a Valle in conſ. 69. num. 22. lib. 2. & alijs affirmat.

135 Nec de impedimento fidem facere ſatis eſſe quoties in notorio impedimento non verſamur imò neceſſe pariter eſſe docere, quod venire quis propter illud impeditus fuit, vt quia iter ingreſſus propter fluminis inundationem vel vt in dicto §. quod diximus. nu. 4. Iaſ. inquit quod de domo ſua receſſerit & peruenerit ad flumen pro tranſeundo & propter tempeſtatis vim hoſtiũ incurſum & id genus ſimiles pertranſire aut vlterius progredi nequiuit in præfato. §. quod diximus l. 2. ff. ſi quis caution. Bartolo cõ-

muniter

muniter approbatus aſſerit, vt ibidem, per Iaſonem in præfato nu. 4. Boer. in prænotata deciſ. 40. nu. 4. vbi late, & ſimiliter de communi poſt textum in ſupracitata l. qui commeatus ff. de re milit. Crauet. in conſil. 151. num. 22. & conſilio 179. alijque plures in dicto nu. 166. verſ. & erit aduertendum à Vantio pluries citato relati de quo conſtito à contumacia, poſtea quem excuſari iuxta tex. in dicto, §. quod diximus, & dicto §. ſi quis in iudicio, & ibi Bartolo, Alexandro, & alijs in præfato ritu 368. num. 4. Carauita quem inſpectum facias affirmat, ac iuuare impedimentum, & excuſare tunc intelligas, vbi ſe quis nimium non arctaſſet, de quo pro eius arbitrio iudicem cognoſcere, ex textu in dicto, §. quod diximus in præfato num. 4. Carauita inquit alios recenſens, quodque neceſſarium, vt pro ſit & ineuitabile eſſe impedimẽtum debeat paulo ante notatum extitit. & hoc Vant. in dicto nume. 166. ſequitur verſicul. erit aduertendum circa finem.

136 Eumque qui à iudice citatus, ideo non cõparuit, ex quo ad ipſum ire timebat contumacem nullatenus cenſeri, etiam quod leui ex cauſa timor procederet, ex Baldo in l. deberi verſic. item cõſidera C. de fideicommiſſ. libert. ex Aretino in l. 2. notab. 2. C. de Carbon. edicto dictũ hoc pro aureo commendante Iaſone ibidem in 3. notab. & in d. l. vnica, §. vlt. vbi latè de veritate, ff. ſi quis caut. & alijs in memor. verbo cõtumax, Cotta affirmat, ab Vrſillo ad Afflictum in deciſ. 289. num. 11. parum ante finem relatus, ac vt plenius de hac impedimenti exceptione, maxime in criminalibus inſtruaris. Dominum Farinacium poſt hęc ſcripta à me viſum in dicto primo lib. quæſtionum crimin. titu. de inquiſit. quæſt. 11. à num. 50. vſque ad numerum 61. perbelle declarantem, multoſque referentem inſpicere non prætereas.

137 Vbi vero non ipſe principalis, ſed ab eo procurator conſtitutus contumax fuerit nunquid procuratoris contumacia nõ obſtante exceptionem opponere principalis poſsit, & vera procuratoris contumacia præſuppoſita, ſtante quod recuſationem, & appellationem adæquari pluries adnotauimus dicto c. ſuper eo il ſecõdo, de appellat. ſicut vera procuratoris contumacia in non appellando à ſententia contra ipſum lata, domino nocere tex. eſt in l. 1. §. ſi procurator ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. & ibi ſcribentes in l. 1. §. fi. ff. quando appell. ſir. c. 1. vt lit. non conteſt. vbi Doctores, & deciſ. Auen. 90. in qua appellandi facultatem neutiquam vltra decem dies viuere continetur, quodque talem eligens procuratorem ſibi imputare debeat clarus probat tex. in l. cum mandato, §. finali, ff. de minor. l. ſi procurator, §. ſi tutores, ff. mandati, & c. ſi compromiſſarius de elect. in 6. malam electionem in culpa eſſe clare diſponentes, & Ioann. Bapt. Ferret. quem notab. declarantem in conſ. 200. per totum, & in conſ. 215. inſpectum omnino facias, procuratoremque omittendo regulariter domino præiudicare Bal. inquit, & Abb in cap. cum olim in fine de off. deleg. Iaſ. in l. ſi procurator colum. 1. in 8. limit. C. de procurat. & Tiraquell. de legibus, connub. gloſ. 7. num. 78 quorum Rota in deciſionibus diuerſor. nouiſsimis deciſ. 719. meminit num. 4. par. 1. ac eodem loci num. 2. in appellationis deſertione, ex procuratoris negligẽtia cauſata, ex Caſſad. in deciſ. 5. in principio de appellat. non excuſari dominum, nec in integrum reſtitutionem ei propterea cõpetere continetur ſicut, & in alicuius eccleſiæ rectore, qui quãuis futuro Rectori, nec actus agẽre nociuos, neque illi præiudicare valeat, tacite tamen per negligentiam non appellando puta illi nocere quod poſsit, ex Pariſ. in conſ. 2. num. 15. lib. 4 in deciſ. Peruſ. 72. num. 29. Ioſeph. Ludou. aſſeuerat. ad pleniorem tamen pręfatorum cognitionem Felynum in dicto c. 1. vt lite non cont. num. 7. perbelle declarantem additionem ibi lit. b. Franchum quamplura in c. ſæpè nume. 1. & 2. de appellat notab. explicantem inſpicere non prætereas illud ibi præcipue diſcutientem, nunquid in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, & cauſa ſtatus, dolus, negligentia, malitia, ſeu procuratoris cõtumacia domino quoad expenſarum condemnationem præiudicet, aliaq; notabilia procuratoris contumaciam concernentia ſemper proſpicienda referentem in deciſ. Auenion. aliorum memore relatum, & Balbum in deciſ. 344. & ideo nec principalẽ ipſum poſt litem a procuratore conteſtatam, vel poſt aliud tempus dilatoriarum exceptionum excluſiuum neque refectis expenſis, ad recuſationis exceptionem proponendam admittendum eſſe inconueniens non videtur.

138 Ex eo illud cõprobatur, nã etiam procuratoris confeſsionẽ domino pręiudicare, poſt tex. in l. non ſolũ in prin. & ibi gloſ. Bar. & ſcribentes cõmuniter, ff. de procurat. & in l. certũ §. ſed an ipſos ff. de confeſſ. Capell. Tholoſ. in deciſ. 195. & alij quorũ in deciſ. 381. nu. 36. cum ſeqq. tam in tacita hoc, quam in expreſſa confeſsione locũ habere affirmans Oſaſch. meminit, quando ſcilicet non voluntariè eas, ſed in contentioſæ iuriſdictionis modũ factas fuiſſe appareat, Menoch. videndus ſequitur in conſ. 19. lib. 1. vbi latè, & Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſi 5. num. 10 & 31. illa quia actus iſte, quoties volũtaria eſſet cõfeſsio donationẽ ſaperet aſsignata ratione ſpõtaneãq; procuratoris confeſsionẽ domino, ſine ſpeciali mandato non nocere, ex Alexandro in conſil. 222. num. 16. lib. 2. conſ. 66. nume. 22 libro 6. Neuizano in conſ. 17. nume. 29. & Pariſio in conſ. 115. nume. 2. lib. 1. idem Menoch in ſecundo reſp. cauſæ Finarienſ. articulo 6. inquit, numero 9. & ſicut vbi libellum procurator, vel poſitiones porrigit, etſi ſponte illos porrigat tales tamẽ confeſsiones ex libelli, poſitionumque

produ-

productione reſultantes in contētioſæ iuriſdictionis modū factas cēſeri Oſaſe. paulo ante citatus inquit nu. 38. ſic & pariter ex his per procuratorē conſentijſſe cenſetur, eamque ex prænotatis principali præiudicare ſuſtentabile videtur & quando voluntaria quando vero contentioſa procuratoris confeſsio dicatur eāque quo caſu ſimpliciter vel docto de errore dominus vel procurator reuocare poſsit in dicto c. r. vt lite non cont. nu. 14. cumſeq. Felynum perpulchre diſcurientem inſpectū facias, Aufreriū in addit. ad deciſ. Cappellæ Tholoſ. 392. & Viuium in deciſ. 384. lib. 2. notab. declarantem ex eo etiam pręfata roborantur, nam tutoris etiā, & curatoris contumaciā minoribus præiudicare magis communē eſſe ſcribentium opin. in ſupracit. l. diffamari. C. de ingen. & manum. in ampliat. nu. 54. fol. 27. Contard alios pariter recenſens aſſeuerat.

139 Præfatis tamen non obſtantibus, neutiquā ſine ſpecifico ſeu ſpeciali mandato nec tacite, nec expreſſe iudicē approbare neque in ipſum conſentire procuratori licere ex eo quia ſine ſpeciali mandato aut generali cum libera iuriſdictionem procuratori protogare minime licet gloſ. probat, Panormit. & alij in c. cū olim Abbas de off. deleg. Angel. in l. 2. in princ. ff. de iudic. alijque in deciſ. 69. per Balbum relati & hanc Vant. alios recenſens cōmunē in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect inhabilit. ſeu mand. comparent. eſſe enatrat ſcribentiū opin.

140 Quæque ſupra cap. 5. nu. 22. circa fin. adnotauimus conueniunt quo loci ex Lancelloto in tract. de attentat. par. 2. cap 6. de attent poſt recuſat. iudic. in fine quoties procurator in Curia domino abſente pro iudice remiſsorie in aliquem conſentijſſet principalem in partibus dūmodo coram illo non proceſſerit iudicem illū a procuratore receptum, quod recuſare liceat retulimus & in proprijs terminis caſus noſtri procuratoris quantumuis generale mandatum habenti iudicem qui domino ſuſpectus ſit eligere quod minime liceat textus eſt & ibi gloſa in verbo ſi tamen in c. cauſamque de elect. ex qua iuncto textu cōſtat, quod ſi procuratori coram quocunque iudice comparendi data poteſtas fuiſſet de idoneo hoc & non ſuſpecto intelligendū ſit in dicto ca. vt lite non conteſt. nu. 13. verſ. adde Felyn. ſequitur, impetrationē nullatenus valere aſſerens, quoties de certo iudice impetrando mandatū procurator habuiſſet ipſeque mandati formā tranſgrediatur, ſecus vbi iudices a domino nominatos procurator impetraſſet, quo caſu illos niſi ex noua cauſa domino recuſare nullo modo licere ſubiungit, ac mandato de eligendis iudicibus in genere procuratori iniuncto ſi perſona dominus ſit cui in integrum reſtitutio competit eam aduerſus talem impetrationem cauſæ qualitate & grauaminis periculo hoc ſuadentibus ex Abbate poſt Butrium petere licere inquit in c. cum olim col. 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ac ſcribentes in l. ſi procurator. ff. de condict. indeb. videantur & Paris. in conſ. 31. nu. 112. per totum lib. 1. eo loci nunquid ſuſpectus iudex vel ne ſit de his eſſe exponens quę in principalis animo reſidēt, quæ nullatenus procuratorē ſine ſpeciali mandato explicare poſſe enarrat idque maximi eſſe præiudicij in eod. conſ nu. 113. Paris proxime relatus inquit, atque ex eo præfatæ exceptionis iudicis renunciationem reſurgere quę omnia ſpeciale mandatum requirere in eodē conſ. 31. nu. 113. ex Bartolo in l. 1. §. 1. col. 1. ff de liber. agnoſcen. & in l. filius famil. col. 2 ff de. donat. & Alexandro. in conſ. 88. lib. 5 & conſ. 133. nu. 1. & 9. lib. 6 & ex Imola in l. Paulus. ff. de acquir. hæredit. Paris. affirmat.

141 Neque ſucceſsiue ſupranotata obſtant nec illud præcipue quod ſicut domino vbi verus contumax procurator eſſet appellare non permittitur ita & pariter neque iudicem ei tali caſu, quod recuſare permittatur eiuſdem etiā argumenti terminis retentis appellationē & recuſationem æquiparantis in præfato ſimiliter caſu appellare, quod domino liceat magis cōmunem eſſe ſcribentium opinionē in ſupracit. deciſ 344. Vrſill. ad Afflict. atteſtatur cuius & nos infra cap. ſeq. vbi latius de hoc nu. 118. meminimus & Ioann Bapt Ferretrus in dicto cōſ. 200. nu. 3. nullatenus procuratoris contumaciā domino nocere dicens, niſi in perſona domini ſit contumacia radicata, quod quamuis ſatis præfatum ad argumentum tollendū ſuperque ſit, attamen ex ſupranotatis illud pariter eliditur vbi veram tantū contumaciam ab iſta recuſationis exceptione principalē excludere demōſtrauimus, nec ideo, quod verus cōtumax procurator ſit verus ſimiliter contumax principalis exiſtimādus eſt: ex procuratoris nāque cōtumacia verū nullatenus dominū ſed fictūtan ū conſtitui contumacē in ſupracit. l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis iuſdic. non obtēp. ſcribentes atteſtantur & Cagnol eo loci præſertim nu. 1. circa med. imò in his quæ grauis ſunt pręiudicij procuratoris contumaciam nullatenus domino nocere in dicto. §. ſi procurator nu. 2. Bart. inquit & eodem loci Curt. Iun. nu. 8. in ſupracit. 2. cauſæ. Finar. reſponſo artic. 5. num. 4. à Menochio relati qualem mulctę impoſitionem cenſeri ad quam imponendum veram requiri contumaciā neque fictum contumacē mulctari poſſe poſt Bald. in l. in mulctis C. de appellat. gloſam & Iſern. in Regni conſtitut. reinendicatione Angelo in 8. col. pen. & alijs communem hāc in præallegata deciſ. 138. nu 11. eſſe Viuius teſtatur ſcribentium opinionem & ideo ex procuratoris contumacia neutiquam mulctari dominum poſſe veram exiſtere, ac communi ſcribentium calculo approbatam opinionē in loco ſupra proxime citato nume. 7. in fine Cagnol.

aſſe-

aſſeuerat, quodque grauis immo pergrandis iudicem eum habere qui ſuſpectus ſit præiudicij cenſeatur res eſt vtique apud omnes indubitata & nos millies adnotauimus; comprobatur iſtud nam communitatem ſiue vniuerſitatẽ ex Syndici communitatis contumacia contumacem nullatenus effici niſi in concilio vel collegio communitas ipſa ſeu vniuerſitas citetur gloſa inquit communiter a ſcribentibus approbata in l. non poteſt dolo ff. de reg. iur. vel niſi congregare concilium conciliarij recuſaſſent, quo caſu Sindico citato perinde haberi, ac ſi communitas ſiue Vniuerſitas citaretur gloſa inquit in c. ſi capitulo de conceſſ. præb. in 6. Bart. & ſcribentes in dicta l. non poteſt & Balbus quẽ in deciſ. 80. centur. 1. alios referentem & declarantem poſt Felynum in dicto c. 1. vt lite non conteſt. nu. 6. verſic. ſed hoc, quod procurator inſpectum facere non prætereas.

142 Nec quæ de procuratoris confeſsione tam tacita quam expreſſa in contentioſæ iuriſdictionis modum facta ſupra notauimus repugnant, nã ſicut expreſſe procuratori iudicem qui ſuſpectus ſit vt ſupra notatũ fuit eligere minime licet, hoc ei multo minus tacite licere ex eo facile conſtat quia taciti & expreſsi idem iudiciũ fieri vulgatus eſt tex. in l. cum quid ff. ſi cer pet. nec non quia tacitos actus non ſic late ſicut expreſſos interpretari in eadem l. cum quid nu. 7. in fine Iaſ. notat, imò tacito expreſſum eſſe potentius, quodque expreſſum ceſſat e tacitũ faciat in l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. verbo donatione largitus nu. 157. Tiraquell. notab. affirmat & in terminis loquendo ſicut expreſſe domino præiudicare procurator nequit, ita & pariter nec tacite iſtud quod ei licere debeat neque iuribus illius renuntiare in l. 1. §. & poſt operis in fi. ff de noui oper. nũtiat. Bar. notat & Bal. in c. imperialẽ §. fi. nu. 19 de prohib. fe. alien. per Fed. ſuper ritu Magnæ Cur. 205. nu. 6. in prin. a Caraurelari, neque illud de tutore obſtat cuius cõtumaciã minori pręiudicare dictũ fuit cũ generale mandatum a lege cum libera adminiſtratione tutores habere gloſa clara explicet & final. in l. mandato generali. ff de procurat quam vnanimi conſenſu ſcribentes omnes ſequi in l. pactum curatoris in prin. C. de pact. Iaſ atteſtatur mãdatumque generale cũ libera etiã in caſibus ſpeciale mãdatũ requirẽtibus ſufficere in ſupracit. tract. de nullit. in tit. de nullit. ex de fec. mandati num. 87. Vant concludit & tam mandatum generale cum libera, quam ſpeciale mãdatum ad prorogandam iuriſdictionem ſufficere ex paulo ante notatis clariſsime demonſtratur & ideo non apte a tutore ad ſimplicem inferri procuratorem nec non præfatos actus nullatenus in iudicẽ generare conſenſum poſſe nullatenus eſt ambigẽdum ex ipſis vtique non cõtentioſa aliquo pacto ſed voluntaria cõfeſsio, ac in iudicem qui ſuſpectus ſit approbatio induceretur, quam domino nullatenus præiudicare, ex Pariſio in terminis in ſupracit. conſ. 31. num 114. dictum fuit & ideo dominum procuratoris cõtumacia non obſtante quandocunque ante ſententiam comparuerit recuſare iudicẽ poſſe clare liquet, quod quidem expenſis per principalẽ refectis & non aliter eſt intelligendum, quia licet dominus propter veram procuratoris contumaciam fictus contumax dicatur neque fictus contumax dicatur neque fictum contumacem niſi refectis expenſis audiendum eſſe ex Oſaſco in deciſ. 11. nume. 7. paulo ante notatum extitit quem perbelle declarantem inſpectum facias & an Confeſsio corã fideiuſſore procuratore nuntio negotiorum geſtore parte præſente facta dicatur & quando ius per eam & actio cũ ceſsione vel ſine domino acquiratur per Crauett. notab. cumulata videas in conſ. 272. nu. 15. circa fin. & num. ſeq. fol. 78.

143 Illudque pariter eſt ſciendũ, quod ſicut per expenſatũ refectionẽ contumacia purgatur, ita & pariter a parte contumaciã remitti & excludi poſſe & tam tacite quã expreſſe veluti ſi contumacẽ audiri quis patitur nec non quando contumacẽ eſſe quẽ opponere potuit & non oppoſuit in l. in ambiguis §. non eſt nouũ & in l. res iudicata in fin. ff. de reg iur. Dec. aſſerit & Cephal in conſ. 337. nu. 8. & 9. quorũ in dicta deciſ. Lucenſi. 5. nu. 61. & 62. Ioſeph inquit Ludouic. quẽ in tota dicta deciſ. notab. loquentẽ & declarãtẽ inſpectum facere libeat.

144 Nec nõ ad pleniorẽ eorũ quę adnotauimus declarationem tutoris ſeu curatoris confeſsionẽ tunc per viam contentioſæ iuriſdictionis factam pupillo nocere eſt aduertendum, vbi per tutorẽ ipſum ſeu curatorem iudicium agitaretur ſecus vbi pupillus ipſe cum tutoris authoritate iudicium ageret, quo vtique caſu ſolius tutoris confeſsionem pupillo neutiquam nocere ex textu & ibi Bartolo in l. certũ. §. ſed an ipſos. ff. de confeſſ. in l. 1. §. quod obſeruari & ibi ſcribentibus C. de iuram calumn. & in l. vnica. C. de confeſſ. Aufrer. in addit. ad ſupracit. deciſ. 392. Cappellæ Tholos. columna 2. inquit numero 2. quo loci ex Panormitano in dicto cap. 1. vt lite non conteſt. veram hanc eſſe explicat & iuridicam opinionem.

145 Quatenus vero ad volũtariam tutoris attinet confeſsionem ipſam etiam caſu, quo circa actũ cum tutore geſtũ & in re ad eius adminiſtrationẽ pertinente emanaret pupillo non nocere ex Tiraquello de retract. conuent. §. 4. gloſa. 6. num. 12. de communi teſtantẽ in deciſionibus Diuerſorum nouiſsimis Rota inquit deciſ. 177. nume. 1. par. 2. quod contra Ruinũ in conſ. 73. num. 4 lib. 5. aliter ſentientem etiam vbi iuramento roborata tutoris confeſsio exiſteret illa ratione iuxta tex. in c. quamuis de pactis in 6. & in c. licet de iureiur. ſimiliter in 6. ac ex Bartolo in l. Titia. §. Imperator nu. 5. ff. de legat. 2.

& ex

& ex Crauetta in conſ. 229. num. 7. quia in tertij præiudicium nullatenus iuramentum operatur pupillo non nocere & hanc omnium & in l. ſi. §. quod obſeruatur. C. de iuram. calumn commune meſſe concluditur ſcribentium opinioně eo caſu voluntariam tutoris confeſsionem & Caſtrěſe in conſ. 4. lib 1 cuius in prěcitato. §. quod obſeruari num 89. Curtius memoratur pupillo nocere non negatur vbi liberatoria eſſet confeſſio & ad liberandū tenderet ac in ipſius tutoris facto proprio conſiſteret vel vt in eadem deciſ. nume. 4. vbi adminicula cum tutoris confeſsione concurrerent ſic Ruino ibi relato in conſ. 14. admonente nume 4 lib. 1. & Natta in conſ. 543. nu. 2. quod ex Bal. in eadě deciſ. relato nu. 5 & 6. in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in prělati ſimite. cōfeſsione procedit quā adminiculis robora: ā Eccleſiæ nocere cōſtat ſed præcitatā Rotæ deciſionem notab. loquentě & plura huc tendentia accurate explicantem inſpicere non prætereas

SVMMARIVM.

1 *Minori Eccleſiæ & aliis ſimilibus beneficium in integrum reſtitutionis competit.*

Nunquid minor Eccleſia & ſimiles ad cauſam ſuſpicionis probandam ante cauſæ concluſionem ortam, ac poſt concluſionem propoſitam via ſaltem in integrū reſtitutionis ad illam per teſtes probandam ſint admittendi quæstio diſcutitur & num. 5. 5. & 6.

Minor ad dilatorias exceptiones opponendum poſt diem ad eas obiiciendas a lege datum nō reſtituitur & nu. 3. poſt medium vbi declaratur.

3 *Minor aduerſus temporis lapſum ad accuſandum dati non reſtituitur Neque ad crimina vel defectus opponendum neque propter obiectionem aut ob interrogatoria omiſſa.*

Neque aduerſus pœnarum executionem neque in actionibus ad vindictam tendentibus.

Tempus ad retrahendum a lege minori datum omninò currit, Statuta ſimpliciter & generaliter diſponentia etiam minores comprehendunt.

Quando aliquid de iure communi non punibile Statutum punit minor tali in caſu in generali Statuto non includitur.

Statuta generaliter diſponentia etiam minores comprehendere communis ſcribentiū opinio refertur, quod in ſtylo & conſuetudine procedere ampliatur.

Ad compromiſſum ſtatutum cogens, quod minores cōprehendat vera eſt atque cōmunis ſcribentiū opinio.

Statutum inſtrumentis non regiſtatis robur adimens minores etiam comprehendit.

Modica ſtante læſione minori in integrum reſtitutio non competit. recuſationis prætermiſſa exceptione appellationis remedium ſupereſt, quo mediante a ſuperiore iudicantis iniquitas corrigitur.

Minor reſtitutionis in integrum remedio aduerſus omiſſam ſuſpicionis exceptionem etiam vbi de expreſſo minoris conſenſu conſtaret auditur in Regio Grauatenſi prętorio minores Eccleſiam & rempublicam in integrum reſtitutionis remedio ad ſuſpicionis cauſam probandam ante cauſæ concluſionem ortam frequentiſſime admitti aſſeritur durum eſt coram iudice ſuſpecto litigare.

Si iudicem minor qui recuſari poteſt non recuſat in integrum indiſtincte reſtituitur.

Minor coram ſuſpecto Iudice litem agens grauiter læditur.

Minorem ad ſuſpicionem poſt concluſionem in cauſa probandam quæ ante concluſionem poſt orta fuit eſſe in integrum reſtituendum magis communis eſt ſcribentium opinio.

De diuerſitate inter declinatoriam & dilatoriam exceptionem remiſsiue.

Dilatoriam appellatione declinatoriæ comprehendentur exceptiones.

Minor ante litis cōteſtationem dilatorias exceptiones omittens ipſo iure poſt litem conteſtatam & abſque reſtitutionis auxilio opponere illas poteſt.

Melius eſt ab initio intacta iura ſeruare quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere,

Regni Neapolis pragmatica ſanctio minore mulieres & Collegia a proponenda in præfato caſu ſuſpicionis exceptionem excludens ab in integrum reſtitutionis remedio illos excludere non cenſetur lex expreſſe de minoribus loquens ne minor in integrum reſtitutionem petere valeat quod nullatenus contineat communis ſcribentium opinio refertur.

7 *In integrum reſtitutio ſublata non cenſetur etiam quod nulla ratione litē inſtaurari generaliter lex iubeat.*

In generali beneficiorum vel iurium excluſione nunquam reſtitutionis in integrum beneficium minori competens excluſum cenſetur.

Illis etiam in caſibus in quibus minor tanquam maior admittitur in integrum reſtitutionis beneficium ei competere communis ſcribentium opinio refertur.

Appellatione a lege prohibita reſtitutionis in integrū remedium ſublatum nunquam cenſeri communis pariter ſcribentium opinio refertur.

Ab appellatione ad reſtitutionis in integrum remediam probabile eſt argumentum, quod qualiter intelligatur remiſsiue.

8 *Per verba quantumuis generaliſſima nunquam in integrū reſtitutionis beneficio derogatum cenſetur niſi ſpecialis de eo mentio fiat & ſi expreſſe beneficium hoc ſtatuto vel conſuetudine tolli poſſit.*

Ubi a ſtatuto beneficium hoc in integrum reſtitutionis expreſſe nō tolleretur quamuis verba in eo quocunque priuilegio non obſtante legerentur in integrum reſtitutionis beneficiū in corpore iuris clauſum ſublatum non cenſetur.

Statuto; quod ab arbitri ſententia nec appellare neque ſupplicare nec de nullitate dici neque alio modo excipere liceat diſponente tali etiam caſu in integrū reſtitutionis beneficium competit.

Verba generaliter quem moleſtari vel inquietari nō poſſe a quauis perſona directe vel indirecte diſponentia ſpeciale in integrum reſtitutionis beneficium non tollunt, idem vbi omnem recurſum ſtatutum tolleret.

Neque in integrum reſtitutionis beneficio renuntiare licere communis ſcribentium opinio refertur quoties in ſimplici ſumus renuntiationes ſecus ſi iuramento mediante vallata ſit & infra numero 34. in medio.

Nunquam in integrum reſtitutionem niſi expreſſe excludi receptiſſima eſt ſcribentium opinio.

Aduerſus quadragenariam præſcriptionem integrū reſtitutionis remedium non competit.

Quamuis minor qui ſe maiorem eſſe tactis ſcripturis iurauit nullum contra tale iuramentum habere remedium dicatur ſtatuto tamen minorem, ſine certa ſolemnitate contrahere prohibente ordinarium nullitatis actus remedium deducere, ac ſe etiam

per

per teſtes minorem eſſe probare iuramento non obſtante quod minori liceat magis communis eſt ſcribentium opinio.

9 In integrum reſtitutionis beneficium ſemel minori cōceſſum eſſe ei iterum concedendum communis ſcribentium opinio refertur.

Afflicti opinio in deciſ. 35. & deciſ. 114. in integrū reſtitutionem in principali cauſa minori conceſſam non eſſe in liquidationis proceſſu iterum concedendā explicantis reprobatur.

10 Reſtitutionem minori ſemel conceſſam etiam noua cauſa iterum illam cōcedendi non concurrente eſſe concedendam communis eſt ſcribentium opinio.

Et vbi denegata minori in integrum reſtitutio fuiſſe: nō eſſe eam amplius niſi ex noua cauſa minori cōcedendam communi ſimiter calculo ſcribentes ſentiunt.

Nouamque cauſam in hac materia non ſolum illam cenſeri quæ de nouo emerſerit ſed illam etiam quæ denegata reſtitutionis tempore vigebat modo allegata non extiterit communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Bis tantum & non pluries in integrum reſtitutionis beneficium ne in infinitum proceſſus detur concedi debet.

11 Ob geminati conſenſus vigorem in integrum reſtitutionis beneficium non excluditur & ratio affertur.

Sine cum iuramento mulier fideiube‑t ſine geminatus in fideiuſſione cōſenſus interueniat Velleiani beneficio minime iuuatur.

Vim iuramentum geminati conſenſus nō habet iuratuſque actus a geminato differt neque ab vno ad aliud infertur.

De geminationis efficacia illiuſque effectibus remiſſiue.

12 Minori ex tutoris facto vel curatoris in iudicio læſo nullatenus reſtitutio conceditur ſed regreſſum ei contra tutorem tantum & curatorem reſeruatur, in inſtantia iudicii ſpeciale eſſe aſſeritur & quoties de inſtantiæ iudiciali lapſu agitur & nu. ſeq. vbi declaratur & nu. 18.

Neque Eccleſiæ aduerſus inſtātiæ iudicialis lapſum in integrum reſtitutio competit.

Omnes termini, ac iudiciales præſcriptiones indiſtincte contra Eccleſiam contra minores mero iure & contra omnes currunt temporaque item appellationis fatalia.

Abſentem ex cauſa reipublicæ in integrum ad appellandum reſtitui communis ſcribentium opinio refertur.

Pars a minore cōuenta cōtra tutores a quibus cauſam habet & curatores ad damna expenſas & intereſſe experiri poteſt.

14 In integrum reſtitutionis remedium aduerſus præſcriptionem lapſumque temporis vbicūque ſola ex clauſula generalis ſi qua mihi iuſta cauſa minori competeret etiam quod ſoluēdo tutor eſſet vel curator minori competit.

Minor ex ſimplici reſtitutione a iure ſibi conceſſa & tanquam minor non reſtituitur neque ex præfata generaliter clauſula reſtitutio illi conceditur.

Reſtitutio quæ maiori ex generali prænotata clauſula cōceditur illa quæ minori læſo datur minus fauorabilis eſſe quod cenſeatur magis communis eſt ſcribentium opinio.

In integrum reſtitutio ex dicta generali clauſula in caſibus in quibus de alio remedio etiam per actionem de dolo ſpecialiter eſt prouiſum nullatenus locum habet.

In minorum electione regulariter poſitum cenſetur vtrum petere reſtitutionem velint vel intereſſe a tutoribus vel curatoribus cōſequi, neque ſibi per electionem minor præiudicat quominus vna via electa ad alteram cōuolare poſſit & nu. ſequente medium & ante fi. nu 18 ſimiliter ante fi.

15 Ordinarium quoties remediū competit extraordinariū nō procedit niſi extraordinarium pinguius eſſet & plenius: quo caſu ab ordinario non tollitur & numero 23. in princ.

In integrum reſtitutionis beneficium minori competere quamuis cum tutoris authoritate cōtrahat vel curatoris communis ſcribentium opinio refertur.

Etiam, quod iudicis decretum in minoris contractu interueniat ratione læſionis in integrum cum reſtitus communis eſt pariter ſcribentium opinio.

16 Extraordinarium remedium cum ordinario quādo ad diuerſa & contra diuerſos competunt concurrere maxime quādo pinguius extraordinarium remediū prouidet communis eſt ſcribentium opinio.

Cum ſupplicationis remedio reſtitutionis in integrum remedium concurrit.

17 Caſus refertur in quo contra tutorem ſolum actio minori conceditur ei que reſtitutio denegatur.

Eo caſu aduerſus tempus petēdi ius congrui integrum minor reſtituitur vbi ius congrui per conſuetudinē locum habet ſeu per ciuitatis ſtatutum, ſecus vbi Federici Imperatoris conſtitutio locum ſibi vendicat.

Quoties tutore pupillus caret remedium quod ei alias cōtra tutores concederetur cōtra magiſtratum qui ei de tutore non prouidet competit.

18 Inſtātia tutoris vel curatoris culpa qui in iudicio interuenit perempta neque aduerſus expenſarum condemnationem a minore paſſam niſi in ſubſidium tutore aut curatore eorumque fideiuſſoribus nō ſoluēdo exiſtētibus in integrum minorem reſtitui cōmunis eſt ſcribentium opinio.

Diſpoſitio l. properandum. § fina. C. de iudic. in cauſæ principalis tātum inſtātia procedit, ſecus in inſtātia cauſæ appellationis.

19 Tunc extraordinarium remedium cum ordinario non cōcurrit quādo æque minori contra tutorem per viā & actionem ordinariam ſicut per in integrum reſtitutionis remedium ſuccurri poteſt vt quia de pecunia agatur alias ſecus.

Pupilli propriam rem illam maxime quæ maiorū ſuorum fuit habere intereſt, ac magni vtique eſt præiudicii talire minorem carere, iſtaque affectio an & quando conſiderabilis ſit iudicis eſt arbitrarium.

Statuto aliquibus emere prohibente ea quæ maiorum ſuorum fuerunt non comprehendit, nec emere prohibet.

Caſus in quibus extraordinarium remedium quādo ordinarium competit non ceſſet remiſſiue.

Minor ex rei diſtractione, quæ maiorum ſuorum fuit enormiter læditur.

Affectionis intereſſe in minore conſiderabile eſt, vbi vendendo aut permutādo in malum incideret viciniū.

Aliquid mali propter vicinum malum ex Plauto.

Malum vicinum æque, ac morbum nocere ex Catone.

Themiſtocles in prædii venditione bonum etiam habere vicinum proclamari iuſſit.

Læſus minor dicitur vbi in malam aeris intemperiam incideret.

Ei qui in vtero eſt integrum reſtitutio conceditur quamuis neque minor is ſit nec maior neque abſens.

Cuncta priuilegia quæ minoribus dantur mente captis dari ſimiliter & furioſis communis ſcribentiū opinio refertur,

20 Nunquid minor in iudicio ob omiſſam probationem

aut aliam

aut aliam ob ſimilem cauſam læſus reſtitui poſtulãs docere ante omnia de læſione debeat quæſtio diſcutitur, & num 29. & 30.

Minorem aduerſus actum tam iudicialem quàm extraiudicialem in integrum reſtitutionem poſtulantem minorem ſe, & læſum in cauſa quam ſi defendiſſet, & iura ded[u]xiſſet ſua fouere[t] b[o]n[u]m probare debere magis communis eſt ſcribentium opinio.

21 Ætatem tanquam ſuæ intentionis fundamentum eſſe à minore probandam communis ſcribentium opinio refertur.

Quod ſiue agat minor, ſiue excipiat procedere communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Tria ad obtinendam in integrum reſtitutionem probare minor debet ætatem, læſionem, ac aduerſarij dolum, vel ſui facilitatem.

Curæ inſtrumentum cum decreto iudicis, an quem minorem præſumi faciant declaratur.

Aduerſarij dolum, & ſui facilit item coniunctim à minore eſſe probandos, Seraphinus in tractatu de priuileg. iurament. concludens priuileg. 36. num. 10. confitatur.

Circumſcriptus minor non cenſetur qui iure vſus ſit cõmuni, & qui illud quod quilibet diligens pater familias feciſſet egerit.

Cauſa cognita in integrum minor reſtituitur.

Minor ius quærendum renuncians in integrum non reſtituitur.

22 Læſione probata dolum re ipſa, ac minoris in ipſum lædendo facilitatem probatos cenſeri aſſeritur.

Aduerſario quadriennium opponenti ad reſtitutionem in integrum petendam lapſum eſſe probandi onus incumbere magis communis eſt ſcribentium opinio.

Tunc minor ſui facilitate læſus dicitur, quando plus iuſto pretio rem aliquam emiſſet non tamen vltra dimidiam iuſti pretii, quia ordinario remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. tali caſu eſ[t] ſuccurri aliqui cum Bartolo ſentiunt, contra quem communis eſt ſcribentium opinio, & num. ſeq.

23 In integrum reſtitutionis remedium pinguius eſſe remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. communis ſcribentium ſententia refertur.

24 Minor non quia minor, ſed quia læſus in integrum reſtituitur.

Conſequentia illa minor eſt ergo læſus non procedit.

Ad minoris etiam hæredem ſtante læſione maior quãuis hæres ſit in integrum reſtitutionis beneficium tr[ã]ſit nec mere perſonale ſed mixtum reſtitutionis eſſe remedium communis eſt ſcribentium opinio.

Niſi in eo actu qui per hæredem agitur illud in quo reſtituendus minor veniebat probetur, & confirmetur vt quia adeundo pupillarem paternam in ea hæreditatem reperit, quo caſu cum paternam etiam adiuiſſe hæreditatem cenſeatur reſtitutionis beneficium in ea hæreditate perdere communis non abſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Non ad hæredes ſolum vniuerſales, ſed ſingularem etiam ad ſucceſſorem beneficium hoc tranſit, illudque cedere licet.

Exceptiones, quæ perſonales non ſunt ad principalem pertinentes illius quoque fideiuſſori competunt.

Tunc contractu reſciſſo teneri fideiuſſorem de iure, quoties ſpeciali alicui ſuccurritur, ſecus ſi ex iuris communis diſpoſitione contractus reſcinderetur, quo caſu fideiuſſorem non teneri communis eſt ſcribentium opinio.

Vbi dolo circumſcriptus minor fuiſſet minori conceſſa reſtitutio fideiuſſori prodeſt, ſecus ſi minori ſua lapſo facilitate reſtitutio concederetur.

Quoties ignorans, quem eſſe minorem fideiuſſet reſtitutio minore ipſe pariter reſtitutus cenſetur, ſecus ſi ſciens, quem eſſe minorem fideiuſſiſſet.

Vbi contra minorem minoris ageret fideiuſſor in integrum reſtitutionem poſtulare, minor non prohibetur.

25 Quamuis enormis læſio ad minorem & Eccleſiam in integrum reſtituendos requiratur, attamen pro rei modicæ etiam læſione minorem in integrum reſtitui magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quod procedere declaratur, de re quoties ageretur, quæ abſolute de ſe minima, ſit nullamque cum re vel mari ſumma connexitatem vel mixturam habeat.

Quoties de reſtitutione aduerſusus ſententiam ageretur illud, quod grandis eſſe debeat læſio per abnegationem intelligendum eſſe explicatur.

Minoris reſpectu, quæ enormis læſio dicatur non eſſe iure diffinitum, & propterea eſſe illud iudicis arbitrio relinquendum verior, & crebrior eſt ſcribentium opinio.

Eccleſiæ reſpectu intra dimidiam læſam eſſe eccleſiam ſufficit, ac Eccleſiæ reſpectu læſio in tertia parte ſatis eſt.

Minor aduerſus ſententiam, ſiue interlocutoriam, ſiue diffinitiuam in integrum reſtituitur.

26 Paria ſunt, non appellare, & appellationis fatalia, lapſa eſſe.

Minorem aduerſus appellationem, vel aduerſus illius omiſſam proſecutionẽ de læſione, ac de iure ſuo, quod probare debeat cum ſua non appellare, quia cauſam forſan iniuſtam fouebat poſsibile ſit non intereſſe, magis communis eſt ſcribentium opinio, ſiue ad appellandum appellationemve proſequendam, ſiue ad probandum in integrum reſtitutionem minor petat, & nu. 37. & 38.

Apud luſitanos fatalibus lapſis ad appellationem proſequendum ſine alia læſionis probatione in integrum minor reſtituitur.

27 Ex ſola procuratoris negligentia non appellando iuſta cauſa in integrum reſtitutionem petendi non reſurgit.

Ad in integrum reſtitutionem obtinendam impedimẽta quibus quis detentus appellare nequiuit minime probare ſufficit, ſed aliqualiter de ſuo intereſſe, ac ſua de læſione probare pariter impeditus debet.

Non minori ſolum Eccleſiis aliiſque perſonis priuilegiatis, ſed maioribus etiam ex generali clauſula in integrum reſtitutio conceditur, quod qualiter intelligendum ſit declaratur.

28 A quo iudice aduerſus appellationis deſertionem, ſeu quoties minor nullatenus appellaſſet in integrum reſtitutio petenda veniat declaratur.

Nullam circumſcripta appellatione reſpectu ſubditorum epiſcopi iuriſdictionem Archiepiſcopum habere, magis communis eſt ſcribentium opinio.

Minor aduerſus confeſſionem non ſtatim, ſed docto de errore in integrum reſtituendus venit, & aduerſus tranſactionem coram iudice domicilii rei eſt in integrum reſtitutio poſtulanda.

29 In ciuitate, & Regno Neapolis ob allegatam tantum minorem ætatem, & ſine aliqua cauſæ cognitione mulieribus, & minoribus primum, & ſecundum in integrum reſtitutionis beneficium conceditur.

Quod minor Eccleſia, aliique huiuſmodi ob omiſſam probationem abſque alia læſionis probatione in integrum reſtituantur, quoties citra calumniam reſtitutio petitur in praxi paſsim obſeruari nonnulli ſentiunt.

Minorem non appellantem eo ipſo, quod appellare omiſit

Digitized by Google

omiſit læſum cenſeri, eumque abſque læſionis probatione eſſe in integrum reſtituendum in Imperiali prætorio obſeruatur.

In integrum reſtitutionem aduerſus probationem omiſſam, abſque aliqua læſionis probatione eſſe minori concedendam eccleſiis, & ſimilibus communis canoniſtarum opinio refertur.

Minor aduerſus aliquid à tutore omiſſum, vel neglectum, quod ſi feciſſet ſibi vtile fuiſſet, abſque alia læſionis probatione eſt audiendus.

Senatus Neapolitani Aulæque Imperialis eximia eſt auctoritas.

Grauis eſt communis praxis norma, & ineuitabilis, veraque legum intellectrix praxis dicitur, ac longæuum cauſarum vſum pro lege allegari poſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Maxima eſt Pedemontani Senatus diſciplina.

In dubiis quæſtionibus opinio, quæ diſtinguit eſt ſequenda.

31 *Tunc in caſu omiſſæ probationis, & appellationis, ſeu illius non proſecutionis, ex ſola læſionis allegatione in integrum minor reſtituitur, quoties de damno tractaret euitando.*

Ex ſola confeſſione re ipſa minor damno affici dicitur, quando ſe fideiuſſiſſe confiteretur, ſecus ſi aliter, & vbi re ipſa damnum, ex confeſſione neceſſario non ſequeretur.

Minorem eo ipſo in criminalibus aduerſus confeſſionem, abſque alia erroris probatione eſſe in integrum reſtituendum communis ſcribentium opinio refertur.

Quando in extraiudicialibus, ſeu in cauſa criminis aduerſus confeſſionem, ſiue iuratam, ſiue ſimplicem, aut contra negationem, vt quia ſcripturam à ſe ſcriptam ſuam non eſſe, nec veritatem continere minor fateretur, ac aliis ſimilibus in caſibus reſtituendus minor veniat remiſſiuè.

32 *Vbi delictū minor, cuius nulla indicia nullæ aderant probationes, neque coniectura confiteretur, cum ex confeſſione ipſa læſum eſſe minorem appareat aduerſus talem confeſſionem eſſe eum in integrum reſtituendum communis eſt ſcribentium opinio.*

Niſi declaratur aliis confeſſio ipſa coniecturis comprobetur.

Confeſſio in tormentis per minorem emiſſa ei curatore non dato nunquid præiudicet remiſſiue.

33 *Nullis iudiciis, neque coniecturis cum minoris confeſſione concurrentibus nullam ei ad petendam in integrum reſtitutionem donec iudicium pēdet, & ætas ſuffragatur tempus currit.*

Quadriennio elapſo poſt ætatem annorum vigintiquinque, neque aduerſus confeſſionem minor reſtituitur.

Neque geminata, ſeu repetita confeſſio minori nocet, maioremque confeſſionis repetitio facilitatem arguit neque in integrum reſtitutionis renunciatio.

34 *Reſtitutionis in integrum renunciatio non ipſo iure, ſed eodem in integrum reſtitutionis remedio aduerſus renunciationem implorato tollitur.*

Minor ſtante renunciatione ipſo iure læſus dicitur.

In integrum reſtitutionis beneficium, & appellatio æquiparantur.

Eo ipſo, quod minor appellationi renunciat læſus cenſetur, & ſine alia læſionis probatione in integrum reſtituitur.

Quod vbi minor appellationi ante latam ſententiam renunciauit procedere declaratur.

Prælatus qui nullo modo in integrum reſtitutionem petere iurauit iuramento non obſtante in integrum reſtitutionem petere poteſt.

Eo ipſo, quod in arbitrum voluntarium minor compromittit quamuis aliter de læſione non appareat læſus præſumitur.

Ex ſola promiſſione de compromittendo minor læditur, eique in integrum reſtitutio competit.

Appellare ab arbitri ſententia de iure canonico licere magis communis eſt ſcribentium opinio.

35 *In delictis minor in integrum regulariter non reſtituitur, ſed vbi per dolum, ſeu per culpam omittendo delinqueret in integrum eum eſſe reſtituendum communis ſcribentium opinio refertur.*

Minorem ætatem ad petendam obtinendamque in integrum reſtitutionem aduerſus delicti confeſſionem per minorem etiam cum iuramento factam aliis non concurrentibus prodeſſe communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio, quod qualiter intelligendum ſit declaratur.

Minor aduerſus dolum verum, quem commiſit in integrum non reſtituitur, ſecus aduerſus dolum præſumptum de præterito aduerſus, quem reſtituitur.

Minor item aduerſus dolum præſumptum de futuro, ex quo tacitè ad delinquendum inuitaretur in integrum non reſtituitur.

Aduerſus dolum etiam verum non in faciendo, ſed in omittendo conſiſtentem in integrum minor reſtituitur.

Quamuis minor in integrum in delictis non reſtituatur in facto principali hoc procedere declaratur, ſecus in emergentibus, quo caſu data læſione in integrum minor reſtituitur.

36 *Qualiter aduerſus omiſſam probationem in integrum minor reſtituitur legiſtarum, & canoniſtarum opiniones ſibi inuicem aduerſantes referuntur, ac diſtinctionis fœdere conciliantur.*

Teſtes in ſummario reſtitutionis in integrum iudicio examinati iterum in principali cauſa examinandi veniunt.

Teſtes in ſummario iudicio examinati in plenario iudicio fidem non faciunt niſi denuo plenarie examinentur, quod niſi plenaria facta probatio fuiſſet procedere declaratur.

Teſtes ad proceſſum impediendum ante litem conteſtatam minime probant.

In iudicio ſummario teſtes examinati publicatione non obſtante in ordinario iudicio repeti poſſunt.

37 *Tunc aduerſus appellationem in integrum minor reſtituitur, vbi reus minor eſſet, ſecus ſi actor, quo caſu, niſi iuſtam ſe fouere cauſam, quodque ipſius appellare intereſſet oſtendat in integrum non reſtituitur, ſecundum communem ſcribentium opinionem, & numero ſequenti.*

Reſtitutio in hoc caſu, etiam non refectis expenſis quādo perſonaliter citatus reus non fuit proteſtanda venit, ſecus ſi citatus perſonaliter fuiſſet, quo caſu non aliter, niſi expenſis refectis conceditur.

39 *Minor aduerſus factum ſuum legitimè, & cum tutoris auctoritate factum difficilius reſtituitur, ſecus vbi reſtitutionem contra aliquid à ſe vel à tutore omiſſum, ſeu contra factum in quo tutoris authoritas nullatenus interuenit poſtularet.*

Quoties colluſio tutoris, vel curatoris interuenit minimo etiam pro damno, in integrum minor reſtituitur.

Vbi actus à minore geſtus ad lucrum ſe, & damnum habere poſſet in integrum minor minime reſtituitur.

Aduer-

Aduerſus mutuam, & viciſsitudinariam fideicommiſſi remiſsionem in integrum minor non reſtituitur.

Minori in integrum reſtitutionem pro parte impetrare, & pro parte non minime licet.

Præſcriptio in actoribus redhibitoriis, & quanto minoris, abſque reſtitutionis ſpe contra minores currit, & communis eſt ſcribentium opinio.

40 Illo caſu læſionis probatio non requiritur, vbi minor, ſiue maior neceſſaria ex cauſa abſens fuiſſet, ſeu per alium circumuentus, vel vbi alia iuſta reſtitutionis cauſa concurreret.

Eo ipſo, quod tempus eſt decurſum minori ætate per minorem probata ſeu per eum, qui maior ſit impedimento, aut alia iuſta cauſa probata aduerſus præſcriptionem in integrum reſtitutio conceditur.

Non ad in integrum præſcriptionis curſum, ſed vt abſentiæ tantum, ac impedimenti tempus de medio ſubducatur eſſe reſtitutionem concedendam communis ſcribentium opinio refertur.

41 Aduerſus mutuum quamuis læſum, ſe ex illo non probet eſſe in integrum minorem reſtituendum, niſi in ipſius minoris vtilitatem verſam creditor pecuniam fuiſſe probet.

Quod in creditore ſub vſuris mutuante ſecus in alio, non feneratitio creditore procedere receptiſsima, & communis eſt ſcribentium opinio.

In minore mutui actus noxius eſt ſemper, & perniciofus.

Læſus eo ipſo minor cenſetur, quod res aliqua, quæ maiorum ſuorum fuerat in extraneum peruenerit.

42 Pecuniam à minore perditam in ludo ſibi mutuatam mutuanti repetere non licet.

Publicam domo, & ordinarium ludum tenenti accuſare de furto illum, quem in ludo vicit, & qui aliquid ei furatus fuit minime licet.

43 Quoties diligens eſt minor, & induſtrioſus pecuniam ei mutuatam in proprias conuertiſſe vtilitates præſumitur, & hoc qualiter procedat declaratur.

Minorem ſatis eſt à principio effectum eſſe locupletiorem, neque ex læſione poſtea caſu fortuito ſuperueniente eo, quod res emptæ oblatæ forſan ſibi fuiſſent, eſſe in integrum reſtituendum communis ſcribentium opinio recitatur.

Minor ſobrie rem ſuam adminiſtrans damni occaſione inconſultè accidentis non reſtituitur, & hoc quo modo intelligatur remiſsiue.

Tunc ratione læſionis in integrum reſtitutionem minor petens plene de læſione probare minor debet, vbi aduerſus contractum reſtitutionem poſtularet, ſecus ſi aduerſus omiſſam allegationem, quo caſu qualem probationem ſufficere aſſeritur.

44 Minor qui in integrum reſtitui ad appellandum poſtulat ſemiplene de læſione eum docere ſatis eſt, ſecus ſi aduerſus rem iudicatam in integrum reſtitui poſtularet, quo caſu plenam eſſe læſionis probationem adhibendam magis communis eſt ſcribentium opinio.

Vbi aduerſus tres ſententias conformes integrum reſtitutio poſtulatur pleniſsimam requiri cognitionem, & nunquid minor iuſta occaſione conqueratur ſeque iniuſte condemnatum conſtare poſsit communis ſimiliter ſcribentium opinio refertur.

Maximè quando vltra in integrum reſtitutionem conſequi minor aliquid intendit veluti, vt ſententia retractetur aliaque meliori forma formetur.

Plena circa perſonæ legitimationem quamuis ſummaria cauſa ſit probatio requiritur.

Aduerſus tres conformes in integrum reſtitutionem petens niſi de noua cauſa propter quam ipſum eſſe læſum veriſimiliter doceat non auditur.

Aduerſus tres ſententias conformes in integrum reſtitutionem poſtulans expenſas ante omnia reficere aduerſario debet, ſecus ſi aduerſus vnam tantum ſententiam in integrum reſtitutio peteretur.

Ad appellandum in integrum reſtitutus infra decem dies à die habita reſtitutionis appellare debet, & infra num. 115 in fine.

Quoties de in integrum reſtitutione principaliter agitur præambulam etiam læſionem, ac ſummariam alicuius iuris probationem reſtitutionem petens præmittere debet.

Quoties bis aliquid duobus in iudiciis ſucceſsiue probandum venit, quorum vnum alterius eſt declaratorium ſummaria in primo iudicio probatio ſufficit.

Et vbi incidenter in integrum reſtitutio imploraretur leuis tali caſu probationem non requiri almum Rotæ decreuit auditorium.

45 Lite in principali cauſa conteſtata præambulæ cognitioni via præcluditur, neque quod cognitio de læſione præmiſſa non fuit opponere amplius licet.

Quo caſu in iudicio reſtitutionis in integrum litis ſit conteſtatio adhibenda remiſsiue.

46 Ex generali clauſula in integrum reſtitutio etiam aduerſus ſententiam in rem iudicatam tranſitam conceditur, atque ad in integrum dictæ clauſulæ virtute reſtitutionem conſequendam non allegandam ſolum à petente, ſed etiam probandam eſſe læſionem, & iuſtam cauſam, magis communis eſt ſcribentium opinio.

In integrum reſtitutio præfatæ generalis clauſulæ virtute ſententiæ executionem non impedit, niſi prius de cauſa ipſo, & incontinenti conſtet, ac duo in reſtitutione maiori concedenda concurrere debent enormis læſio, & iuſta cauſa in reſtitutione minori præſtanda, quo caſu enormis tantum læſio ſufficit.

47 Etiam aduerſus Papæ, & Imperatoris ſententiam in integrum reſtitutionis remedium minori competit, quod ex magna cauſa expreſſa, & probata, ac ab ipſo tantum Principe; qui ſententiam protulit conceditur.

Iudici inferiori ſolutionem ſuperioris authoritate factam reuocare non permittitur, etiam quod nullum ſuperioris factum appareret.

Inualida eſt conſuetudo, quod à maiore iudice ad minorem appelletur, vel quod de geſtis per ſuperiorem cognoſcere inferiori liceat.

De nullitate ſententiæ per ſuperiorem latæ iudici, qui inferior ſit cognoſcere non licet, etſi vbi dubium eſſet, an ſententia per ſuperiorem lata, obſtet vel ne incidenter de hoc iudici inferiori cognoſcere permittatur.

Quoties epiſcopus in rei eccleſiaſticæ alienatione decretum interpoſuiſſet ſi læſa ſit eccleſia inferiori ab epiſcopo in integrum reſtituere nullatenus licet.

Aduerſus contractum quamuis ſine ſolemnitate a minore geſtum, & quamuis læſio concurreret Principis authoritate roboratum in integrum minor, non reſtituitur.

Ex compromiſſo coram Principe, eoque auctore facto læſus minor non præſumitur.

48 Aduerſus cuiuſcunque iudicis ſententiam in rem iudicatam tranſitam a Principe ſolum in integrum reſtitutionem poſtulare licet, quod in caſibus limitatur in quibus ſententia in rem nō trāſit iudicatam in quibus ab inferiore etiam in integrum reſtitutionem poſtula-

poſtulare conceditur, idque de æquitate canonica tantum, ſecus aũt de iure ciuili procedere ſublimitatur.

49 In integrum reſtitutione aduerſus Principis ſententiã poſtulata illa pendente, & non obſtante ſententia ipſa executioni demandatur.

Quod eo etiam caſu procedere ampliatur, vbi non ipſe Princeps, ſed alter de ipſius mandato ſententiam protuliſſet.

Vbi ad alterius relationem ſententiam Princeps protuliſſet à Principis ſententia tali caſu appellare licet, & hoc qualiter procedat declaratur.

Aduerſus ſentẽtiã inferioris à Principe in integrum reſtitutione poſtulata ſententiæ executionem quamuis altiorem indaginem, & diſcuſsionẽ in integrum reſtitutio requirat retardari, & impediri magis recepta eſt ſcribentium opinio.

Quod ſiue antequam executio petatur, ſiue poſtea in integrum reſtitutio poſtuletur procedere ampliatur.

Vbi Princeps in integrum reſtitutionem cum clauſula, prout de iure conceſsiſſet executio retardatur, donec an executio concedenda ſit cognoſcatur termino tamen præfixo, nec de executionis cauſa docto executio conceditur.

50 In integrum reſtitutio etiam trium conformium calumniæ præſumptione ceſſante executionem impedit ſecundum magis communem ſcribẽtium opinionem.

Quod vbi minor præueniſſet, ac ante executionem, & re integra in integrum reſtitutionem poſtulaſſet procedere declaratur.

Secus ſi incœpta eſſet executio, ac data per actorem cautio fuiſſet de reſtituendo rem in caſu obtentæ reſtitutionis, & de executione, quæ reparabilis ſit agatur, ſecus ſi irretractabilis executio fuiſſet, quo caſu ſuperſedendum eſt, & de læſione prius diſcutiendum.

Idque, et quod calumnioſe reſtitutio peteretur procedit.

Etiam aduerſus pariter priuilegiatum petita in integrũ reſtitutio executionem impedit, quoties illam petens de damno tractaret euitando communi ſcribentium opinione attenta.

In integrũ reſtitutione aduerſus probationes non factas poſtulata executio non retardatur.

51 Executionem petens cautionem in integrum reſtitutionem poſtulanti præſtare debet de omnia reſtituendo in integrum reſtitut. petenti caſu quo obtinuerit.

Niſi reſtitutionem petens in manifeſta ſit calumnia, quod ã iudicis arbitrio an talis calumnia ſit pendet, quo caſu nulla præſtita cautione executio ſit.

Secus vbi præſumpta tantum eſſet calumnia, quo caſu quamuis executio non retardetur cautio nihilominus præſtatur.

Et vbi alia pſtari cautio nõ poſſet iuratori cautio ſufficit.

Quatenus poſt petitam cautionem executio cautione non præſtita fieret etiam quod poſtea cautio præſtetur executio non conualeſcit.

Cautio coram executore petenda eſt. & præſtanda non autem coram iudice de reſtitutione cognoſcente.

52 In integrum reſtitutionis iudicium quando aduerſus diffinitiuam ſententiam principaliter mouetur oblato libello, ac lite conteſtata, vbi vtraque pars præſens eſt eſſe veniendum communis ſcribentium opinio refertur, & num. 70.

Secus ſi alia pars per contumaciam in non veniendo abeſſet, quo caſu ipſa abſente proferre ſententiam licet, vbicũque ſcilicet tale eſt illud, quod petitur, ad quod per miſsionem ex primo, vel ſecundo decreto conſuli non poteſt, & nu. ſeq. vbi hoc plene declaratur.

Cauſa qualibet ex qua graue infertur præiudicium eſt ordinaria.

53 In remedio in integrum reſtitutionis quandoque iudicis officium reſcindens, & reſciſſorium intentatur.

Qualiter in iuditis officio reſcindente, & qualiter in reſciſſorio libellus formandus ſit remiſsiue.

54 Duo hæc remedia iudicis officium reſcindens, & reſciſſorium, quod cumulare liceat magis communis eſt ſcribentium opinio.

Libelli formula, quoties duo hæc remedia cumulantur explicatur.

55 Incidenter in integrum reſtitutione petita, nec libellũ nec litis conteſtationem, neque aliam terminorum requiri obſeruationem, ac iudici ſine his ex ſuo officio ſi ſibi videbitur in integrum reſtitutionem concedere vel ſtatim illam denegare licere maxime vbi remedium hoc lite pendente imploraretur communis pariter ſcribentium opinio refertur.

Idem quoties ad appellandum in integrum reſtitutio poſtuletur, quæ ex modica præſumptione conceditur.

Vel vbi poſt ſententiam non adhuc in iudicatum tranſitam, ac ante decem dierum lapſum ad appellandũ conceſſorum in integrum reſtitutio peteretur.

Aut quoties iudicis officium reſcindens tantum imploraretur.

Incidenter itidem in integrum reſtitutio petitur, vbi aduerſus interlocutoriam poſtulatur.

In integrum reſtitutionem etiam delegato incidenter concedere licet.

56 Per ſe, quoties de reſtitutione principaliter poſtulanda agitur in integrum reſtitutionem quis poſtulare debet maxime quando de ea in cauſa capitalis criminis ageretur.

Accuſatum per procuratorem non audiri, ſed ad perſonaliter cõparendum teneri cõis eſt ſcribentiũ opinio.

In carceribus exiſtenti, quod conſtituere procuratorem liceat communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

In ciuili cauſa per ſe, vel per procuratorem ſpeciale mãdatum habentem, vel generale cum libera quale tutor curator œconomus, & alij alieni patrimonij adminiſtrationem habentes habere dicuntur eſſe in integrum reſtitutionem poſtulandam non abſimiliter cõmunis eſt ſcribentium opinio.

In integrum reſtitutionem ſyndicus, ſine ſpeciali mandato poſtulare poteſt.

Prælatus tutor, & alij huiuſmodi calumniæ iuramentum, ſine ſpeciali mandato præſtant ſecundum communem ſcribentium opinionem.

An minor enormiter in ſpiritualibus læſus in integrum reſtituendus veniat remiſsiue.

Minor qui rem quam petit non aliter, niſi per in integrũ reſtitutionem obtinere poteſt re per eum petita in integrum reſtitutio eo ipſo petita cenſetur.

57 In integrum reſtitutionem poſtulãs in patris ſacris exiſtens illam poſtulare cũ patris conſenſu debet, ſiue principaliter reſtitutio, ſiue incidenter imploretur.

Neque agere filiuſfamilias, ſine patris conſenſu, neque conuenire eum licere, ſiue ordinarium, ſiue ſummarium, aut quod magis eſt executiuum ſit iudicium communis eſt ſcribentium opinio.

Quod dũmodo in re ſimus in qua vſusfructus patri quæritur procedit, in iis in quibus vſusfructus patri non quæritur, neque patrem, neque auum legitimum dici adminiſtratorem communis eſt ſcribentium opinio.

Quamuis pater in aliquibus rebus filij vſumfructum nõ habeat, habet tamen fructuũ commoditatẽ, neque filius à patre emãcipatus, quoties de bonis agitur quorum pater eſt vſufructuarius in iudicio ſine patris cõſenſu ſtare poteſt, minori tutore carenti in integrum reſtitutionem poſtulanti curatorem ad litem eſſe præſtandũ communis ſcribentium opinio refertur.

58 Reſtitutionis in integrum remedium re tãtum integra, ac rebus per illum cum quo minor contraxit non diſtractis competit, & num. 105.

59 Minor in fundi venditione læſus, vt rem quam dedit per in integrum reſtitutionis remedium conſequatur ad pretium receptum, ac ad pretii vſuras reſtituendum tenetur ſecundum communem ſcribentium opinionem, ac vt fructus contractu reſciſſo conſequatur ad melioramentorum etiam bona fide factorum in fundo, quem vendidit reſtitutionem tenetur.

Quodque minor omnia, quæ recepit, quæque in ipſius utilitatem verſa apparent reſtituere teneatur communis eſt ſcribentium opinio.

Idque in maiore etiam locum habere, quoties ex generali clauſula in integrum reſtituitur communis eſt ſcribentium opinio.

60 Quoties contractus tenet pretium minoris vtilitati, & commodo ceſſiſſe præſumitur, ac ad minorem, ipſum quod locupletior non euaſerit probare pertinet, vbi vero contractus non tenet ad aduerſarium probationis onus ſpectat ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Quod etiam ſi de mutuo ageretur procedere aſſeritur, Gabrielii opinione reiecta indiſtincte ad mutuantem probandi onus incumbere concludentis.

61 Eo caſu minor rem cum fructibus petens, niſi pretio vna cum vſuris per ipſum oblato non auditur, vbi alia pars de hoc opponeret minoremque aduerſa parte non opponente audiendum eſſe etiam pretio non ſoluto crebrior eſt ſcribentium opinio.

62 Quoties aduerſus minorem ex obligatione cum defuncto contracta ageretur in integrum minorem tali caſu ex capite minoris ætatis non reſtitui communis eſt ſcribentium opinio, & num. 80.

Secus ſi cum minore aliquid fuiſſe geſtum appareret.

Ex clauſula generali, etiam quod nihil cum minore geſtum ſit ob iuſtam ignorantiæ cauſam eſſe ei in integrum reſtitutionem concedendam magis communis ſcribentium opinio refertur.

Præfatæ clauſulæ generales virtute omnibus iura ſua ignoranter amittentibus ſubuenitur.

63 Vbi exceptio ſeu replicatio per actionis modum reo competit ſeruatis de iure ſeruandis in iudicio proceditur.

64 Quamuis ſuper exceptionibus lis minime conteſtetur ſuper exceptionib. tamen, quæ in contradictionis, & actionis modum proponuntur litis conteſtatio adhibenda eſt.

Contra prælati electionem obiiciens litis conteſtatio ſuper tali exceptione requiritur, ipſaque exceptio eſt in ſcriptis offerenda.

65 Reſtitutionis in integrum exceptio aduerſus contractum oppoſita actioni in contractu aduerſus, quem reſtitutio petitur fundatæ præiudicialis eſt, & nume. 70. circa finem.

Quoties ita ſe duo iudicia habent, quod abſolutoria lata in primo rei iudicatæ in ſecundo exceptionem parit, & condemnatoria lata in ſecundo reo in primo præiudicium parit ipſorum concurſus non admittitur.

Vbi cauſæ præiudiciali alia admiſcetur contra iuris ordinem procedi dicitur, ac ob proceſſuum intricationem appellare licet.

Articulus præiudicialis in primis, & ante omnia eſt expediendus, alias nullum eſt quicquid ſit.

66 Nullam, ex edicto de minoribus actionem, ac officium tantum iudicis minori competere communis eſt ſcribentium opinio.

In integrum reſtitutionem, ſiue minorum, ſiue maiorum iure quis petierit non actionis iure, ſed per iudicis officium eſſe implorandam aſſe implorandum aſſeritur nec in conſideratione illud eſt antequam imploretur.

Seraphin. in tract. de priuileg. iuram. maioribus actionis iure in integrum reſtitutionem competere aſſerens improbatur.

67 In integrum reſtitutionis remedium, quia officio iudicis nobili expeditur beneficium appellatur, ac a iure nomen hoc proceſſit non autem ab antiquo vſu tantum, vt in deciſ. 210. num. 1 verſ. & hodie Afflict. exiſtimat, cuius circa id opinio improbatur.

Etiam vbi incidenter, & in exceptionis vim remedium in integrum reſtitutionis proponitur per agendi modum, & libellum porrigendo eſt implorandum.

A mera exceptione incipere iudicium nequit.

Ante actoris libellum rei exceptionem accipere iudex non adſtringitur, & procurator ad excipiendum conſtitutus, niſi ad libelli copiam accipiendam conſtitutus ſit excipere nequit.

68 Omnis in integrum reſtitutio, ſiue minoris, ſiue maioris iure petita, non peti ſolum ſed obtineri etiam infra quadriennium debet ſecundum veriorem, & communem ſcribentium opinionem.

Neque per litis conteſtationem in integrum reſtitutionis iudicium perpetuatur.

Sententia quadriennio elapſo prolata ipſo iure nulla eſt.

69 Siue per agendi modum, ſiue per modum excipiendi in integram reſtitutio poſtuletur terminari infra quadriennium debet.

Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum, quod qualiter procedat declaratur.

Quando per actionis modum exceptio reo competit, quia in ſua eſt poteſtate, quando eam opponat, ita per temporis lapſum a proponendo per agendi modum ſicut per excipiendi viam excluditur.

Non numeratæ pecuniæ exceptionem, ſiue agendo, ſiue excipiendo intra biennium eſſe proponendam verior, ac magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quæ conceſſa fuit in integrum reſtitutio non autem concedenda in conſideratione eſt, neque malam fidem inducit.

70 Quando ius excipiendi competit, ex quo ius competit agendi iure agendi ſublata excipiendi ius ſimiliter tollitur.

Filius exhæredatus in poſſeſſione paternæ hæreditatis exiſtens a ſcripto hærede conuentus inofficioſi querela non minus quam ſi ipſe ageret defendere ſe poteſt infra illud tempus querelam inducendo, intra quod agere licet, quo agendi tempore elapſo ius pariter excipiendi finitum remanet ſecundum communem ſcribentium opinionem.

71 Vbicunque per excipiendi viam ad idem concluditur, ad quod agendi viam concluderetur, ita tali caſu in ſcriptis exceptio proponenda eſt ſicut in actoris libello requireretur.

72 Quoties per iudicem, vel aduerſarium ſteterit quominus infra quadriennium in integrum reſtitutionis cauſa terminetur, ſiue ex alia iuſta cauſa quis impediatur quadriennium non currit.

In Imperiali prætorio prænotata quadriennii reſtrictio nullatenus obſeruatur.

Minor in iudicio læſus etiam maior factus in integrum reſtitutionis beneficio infra quadriennium iuuatur, quod qualiter procedat explicatur.

73 Quadriennii tempus vtile ab initio cenſeri, ex poſt facto vero, & in progreſſu continuum, ac a die ſcientiæ tantum illud currere communis eſt ſcribentium opinio.

Neque minoribus, neque maioribus minori ætate abſentia aliave iuſta impedimento durante dictum quadriennii tempus currit.

Læſionis ſtante ignorantia, etiam quod anni centum ante quam reſtitutionem quis poſtularet laberentur prænotatum quadriennium nunquam currere communis eſt pariter ſcribentium opinio.

74 Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. in illis caſibus in quibus recta via contra tertium poſſeſſorem conceditur, vſque ad quatuor tantum annos competit.

Quod

Quod vbi ius iſtud ſibi competere actor ſciuiſſet procedit, alias ex capite ignorantiæ aduerſus quadriennii lapſum in integrum reſtitutio actori competit.

75 *Vbi de in integrum reſtitutione aduerſus præſcriptionem decem vel viginti, ſeu triginta annorum ageretur, ex capite ignorantiæ ex generali illa clauſula, etiam quod anni centum ante petitam reſtitutionem laberentur quadriennii tempus non currere magis communis ſcribentium opinio refertur, & num. ſeq. in fin.*

Aduerſus centenariam præſcriptionem, neque ex iuſtæ ignorantiæ cauſa in integrum reſtitutionem admitti magis communis eſt ſcribentium opinio.

76 *Immemorabilem præſcriptionẽ, & cẽtenariam inter ſe differre communis ſcribentium opinio refertur, maiorisque virtutis immemorabilis eſt, & efficaciæ quam illa ſit centum annorum.*

Centenaria præſcriptio ſine titulo non prodeſt immemorabilis vero tituli vim hẽt, ac cẽtenariã præſcriptionẽ vim tituli nõ habere cõis ſcribẽtiũ opinio refertur.

Verba illa, & clauſula nulla præſcriptione obſtante immemorialem non excludunt præſcriptionem.

77 *Aduerſus quadragenariam præſcriptionem in integrũ reſtitutionis remedium ex capite ignorantiæ nõ competere magis cõmunis eſt, & verior ſcribẽtiũ opinio.*

Pleniſsimã quadragenaria præſcriptio ſecuritatem parit, ac omnem prorſus excludit actionem.

Tempore pupillaris ætatis durante incæpta dormit præſcriptio, & vbi incæpta illa non eſſet pupillari ætate durante incipere non poteſt.

Vetuſtiſsimos inquietare poſſeſſores pernicioſa res eſt.

Etiam contra eccleſiam ex lapſu quadraginta annorum efficacem induci præſcriptionem magis communis ſcribentium opinio refertur.

78 *Teſſauri deciſio. 134. num. 15. declaratur, & quæ in his terminis iuſta ignorantiæ cauſa dicatur exponitur.*

79 *Illa abſentia regulariter patrocinatur, quæ iuſta eſt, & neceſſaria, ſecus ſi ex delicto, aut ex abſentis culpa proficiſcatur.*

Priuilegiata in integrum reſtitutio abſentia fauore cauſa reipublicæ ad damna, alia ex cauſa quam propter abſentiam incurſa non extenditur.

80 *Iuſta, & probabili ignorantia concurrente maioribus etiam in integrum reſtitutio aduerſus quadragenariam præſcriptionem competit.*

Afflictus Beccius, & Maginius ſimplicem ignorantiam aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum obtinendam ſatis eſſe opinantes improbantur.

Quando ex inſtrumentis penes hæredes repertis ſit ſciẽtia præſumẽda, et quia vt ignoraſſe hæredẽ dici poſſit, vel ſcientia habuiſſe cõmittere debeat remiſsiue.

Inſtrumentum penes aliquem eſſe repertum ad ſcientiã probandam non ſufficit, niſi illud ad ipſius inſtantiã a notario exemplatum fuiſſe probetur.

81 *Præſcriptionis tempus triginta vel quadraginta annorum eſt ſimpliciter continuum illud etiam aduerſus abſentes, & iuſte ignorantes currit.*

Quadriennii vero tempus iuſte impeditis aduerſus tricennalem præſcriptionem a die ſcientiæ computatur.

Statim vero aduerſus quadragenariam præſcriptionem quadriennium iuſte impeditis conſequenter etiam ignorantis currere communis ſcribentium opinio refertur.

Ac pleniſsime in hoc caſu ignorantia eſt ab allegante probanda, nec iuramentum ſufficit.

82 *Quæſtio hæc vtrum aduerſus quadragenariam præſcriptionem in integrum reſtitutio cõpetat grauis eſt, & difficilis circa quam ſcribentes omnes ſæpe loco ... maiores eſſe aſſeritur.*

83 *In caſibus in quibus triginta annorum tempus ad præſcribendum requiritur quamuis longius poſtea tempus decurrat illud in conſiderationem non eſt, nec propterea tricennalis præſcriptionis conditio mutatur.*

Quadriennii tempus, ſiue reſpectu contractus læſio ſit, ſiue ſententiæ, ſeu reſpectu temporis plus, ſiue minus, ipſo quadriennio vniforme ſemper cenſeri communi ſcribentium opinione probatur.

84 *Quando quadriennii tempus currere incipiat tam quo ad minores quam quoad maiores ex iuſta cauſa impeditos quam eccleſiæ reſpectu remiſsiue.*

In integrum reſtitutio eccleſiæ competens partim naturam in integrum reſtitutionis, quæ maiori competit partim alterius ætate minoribus congruẽtis obtinet.

Quadriennium à die læſionis computandum eccleſiæ competit.

Quo ad beneficii originem minori, quo vero ad quadriẽnii caſum maiori eccleſia æquiparatur.

85 *De pluribus caſibus, & limitationibus in quibus quadriennii tempus eccleſiæ non currit, remiſsiue.*

Quadriennii lapſus enormiſsima ſtante læſione, eccleſiæ non obſtat, nec illud, quoties eccleſiæ damnum grauiſsimum eſſet, & eminentiſsimum non currere cõmunis ſcribentium opinio recitatur, quod qualiter intelligendum ſit perbelle declaratur.

06 *Eo caſu minori circa actus iudiciales in integrum reſtitutio non competit vbi proceſſui ſe, & ſententiæ non contrauenturum cum iuramento, etiam quod curatoris authoritas non interueniſſet promiſiſſet, vel vbi procuratorem in iudicio cum iuramento conſtituiſſet ſecundum magis communem ſcribentium opinionem, quoties pubes minor eſſet, ſeu pubertati proximus dolique capax.*

Iudicium in criminali cauſa quamuis minor iuraret, ſine curatoris authoritate non ſuſtinetur.

Minor annis quatuordecim capacitate dummodo maior ſit iuramento mediante ſecundum receptiſsimam canoniſtarum opinionem obligatur.

Quoties geſta per ſuum procuratorem iuramento mediante minor ratificaſſet in integrum nõ reſtituitur.

Minor iuramento mediante maior cenſetur cunctaq; priuilegia minoribus competẽtia amittit, & quoties neque ex alia quacunque cauſa contrauenire minor iuraſſet, etiam maiori in omnibus æquiparatur.

87 *Minori etiam cum iuramento procuratorem in cauſa conſtituenti in integrum reſtitutionis beneficium competere aliqui ſentiunt, quorũ opinio improbatur.*

Tholoſa Narbonenſis Galliæ ciuitas eſt, quæ in Pyreneos montes vergit, & Delphinatus eiuſdem Galliæ eſt prouincia.

88 *Mulieri quamuis per procuratorem cum iuramento conſtitutum in integrum reſtitutionis beneficium competit, à Sacris Neapolis conſtitutionibus conceſſum.*

Dictum beneficium mulieribus conceſſum meretrici etiam competit.

Eo caſu, ex præfatæ conſtitutionis diſpoſitione mulieri non ſuccurritur, vbi ad contrahendum, & iurandum ſimul procuratorem mulier conſtituiſſet, ipſeque procurator iuratum contractum faciendo mandatum exequeretur.

Vniuerſitas, ſeu ciuitas procuratorem, ſeu ſyndicum ad contrahendum cum iuramento conſtituens in integrum aduerſus contractum non reſtituitur.

Vniuerſitas anima caret, nec incidere in periurium poteſt.

89 *Speculatoris cautela in tit. de procurat. refertur, quod procurator à minore conſtitutus modo quo ibi ad cauendum adſtringatur.*

90 *Terminus ad redimendum, qui cum pupilli patre currere incæpit cum pupillo abſque in integrum reſtitutionis ſpe quod curreat magis communis eſt ſcribentium opinio.*

91 *Contractus, alias inualidus, iuramento mediante validatur, & iuramenti virtute etiam donatio quam minor faceret confirmatur.*

Omnem ſolemnitatem à ſtatuto requiſitam per iuramentum quatenus illa omitteretur ſuppleri cōmunis ſcribentium opinio refertur.

Contractus etiam ſine decreto à minore factus per iuramentum confirmatur.

Plures defectus iuramentum non ſupplere magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quoties expreſſe cum iuramento remedio l. 2. C. de reſcind. vend. minor renunciaſſet valere renunciationē, neque dictæ l. 2. remedio vti eum poſſe magis communis eſt ſcribentium opinio.

Niſi declaratur multo plus adeſſet læſio quam illa ſit quam ad reſcindendam venditionem vltra dimidiā iuſti pretii ſcribentes requirunt quam enormiſſimā læſionem dici iuramentum, quod nullatenus adtipuletur magis communis eſt ſcribentium opinio.

Dolo ex propoſito enormiſſim. in adæquari læſionem magis communis pariter ſcribentium opinio refertur.

Dolum in omni actu exceptum cenſeri eſt quoque communis ſcribentium opinio.

Donatio à minore monaſterio, quod ingreditur ſine debitis ſolemnitatibus facta valet.

Ac à iuris communis regulis in tali donatione recedi, formam ſeruare, quæ in aliis donationibus pro earum validitate ſeruari oportet communis ſcribentium opinio refertur.

Quod etiā, vbi alteri quā pio loco intuitu tamē ingreſſus religionis donatio fieret procedere declaratur.

92 *Remediū l. 2. C. de reſcind. vendit. tam emptori ſicut venditori competere communis eſt ſcribentium opinio.*

Idque ſine de immobili de re agatur procedere communis pariter ſcribentium opinio recitatur.

Illa vltra dimidiam venditoris reſpectu læſio cenſetur, quoties rem quis decem valentem pro quatuor nummis, aut minori vendidiſſet, vt communis quoque ſcribentium eſt opinio.

Venditor, & emptor tanquam correlatiui non ſunt ad imparia iudicand.

Statutum venditorem puniendum eſſe diſponens emptorem & talem in vtroque ratione concurrente propter correlationem comprehendere quamuis nulla de emptore in ſtatuto mentio fieret communis non abſimiliter ſcribentium opinio recitatur.

Statutum puniens emptorem venditorem etiam punire cenſetur quamuis in eo de venditore verbum factum non fuiſſet, eadem ſcilicet in vtroque ratione concurrente.

Emptor vltra dimidiam iuſti pretii, quod tunc læſus cenſeatur, quoties rem, quæ decem valebat pro ſexdecim emerit verior eſt magis communis, ac in praxi receptiſſima ſcribentium opinio.

93 *Ex dictæ l. 2. remedio, C. de reſcind. vendit. contractu reſciſſo, quādo venditor eſt actor ad fructus perceptos reſtituendos emptorem non teneri magis communis eſt, & receptiſſima omnium opinio æquior veriſſima, & à praxi tam Italiæ, quam Galliarū admiſſa.*

Emptor vero d. l. 2. remedio agens cum voluntarie contractum reſcindere dicatur, & ab alio non coactus ad fructuum reſtitutionem eum teneri verior eſt, & æquiſſima ſcribentium opinio.

Idem in venditore voluntarie agente procedere aſſeritur, quoties emptor rem reſtituere offerens intereſſe pretii per eum ſoluti peteret.

Et ſicut emptor rem relaxare offerens ad fructus non tenetur, ita & pariter, nec ad intereſſe eum teneri aſſeritur, quoties non rem relaxare, ſed iuſti pretii ſupplementum ſoluere offert.

94 *Læſio vltra ſextam partem in venditionibus, quæ ſub haſta fiunt, quod ſufficiat ad contractum reſcindendum opinio eſt à Sacro Neapolitano Concilio paſſim admiſſa.*

Læſioque tali caſu ad tempus emptionis habito reſpectu non autem ad pretium, quod ſi oblatum à principio fuiſſet in ſexta parte læſio non adeſſet conſideratur.

In terminis præfatæ leg. 2. C. de reſcind. vendit. contractus tempore attento eſt ſimiliter læſio probanda non autem ex poſt facto.

Omneque commodum, & incommodum poſt contractum contingens ad acquiſitorem pertinet.

Ob læſionem ſuperuenientem in integrum minor minime reſtituitur.

95 *Maior etiam annis vigintiquinque, quoties læſio vltra dimidiam eſſet nimis exceſſiue ſubuenitur, ac dolum ex propoſito ex tam exceſſiua læſione præſumi magis communis eſt ſcribentium opinio.*

Enormiſſima læſio ex quacunque verborum generalitate non excluditur, neque ex iuramento, neque aliis ex clauſulis à notariis apponi conſuetis.

Rota æquitati innititur.

Seu filius, ſeu filia cum iuramento hæreditati renuncians, quod itaque abſolutionem à iuramento obtinere poſſiat, neque in integrum eis reſtitutio concedi debeat magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quæ grauiſſima, quoties eſt læſio limitatur admodumque enormis, ac multa maior quam vltra dimidiam vltra triplum, ſcilicet vel quadruplum, vt ſi filia exigua accepta dote cum pater eſſet valde diues ſucceſſioni paternæ renunciaſſet, & communis eſt opinio, & ab almo Rotæ auditorio recepta.

Quamuis in venditionis inſtrumento certum pretium non exprimatur, ſed ſimpliciter pro certo pretio venditori ipſi bene ſoluto ſolutionem eſſe factam dicatur pretii ſolutionem interueniſſe inſtrumentum probat non aliter, ac ſi tota ſumma ſpecifice expreſſa fuiſſet.

Triplex ex inſtrumento præſumptio oritur geſtus, quod ſit actum, quod legitime ſit geſtum, quodque notarius de eo conſtitutum rogatus à partibus fuerit.

Inſtrumenti verbis in dubio ſtandum eſt.

96 *In venditione per ſubhaſtationem plus offerenti facta vbi domini ſpontanea voluntate illa fieret non eſſe locum remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. magis communis ſcribentium opinio refertur, ſecus in caſu, vbi non ipſe dominus ſed officialis venderet, quia tunc competere remedium expiratur libellum contra emptorem ad rei reſtitutionem, vt condemnetur, vel ad iuſtum pretium ſupplendum eſſe conſpiciendum communis ſcribentium opinio refertur.*

Rē petita eſſe in obligatione iuſti vero pretii ſupplementum in electione cōmunis eſt pariter ſcribentiū opinio.

Vſque ad tempus illud quod l. s. in executione iudicati conteſtata fuerit electio reucompetit.

97 *Nunquid minor in integrum reſtitui poſtulās expēſas ante omnia reficere aduerſario debeat plene diſcutitur.*

Minor aduerſus ſuam contumaciam reſtituitur, etſi duæ contra minorem latæ ſententiæ fuiſſent, tum quoad contumaciales expenſas in integrum minorē eſſe reſtituendum magis communis ſcribentium opinio recitatur.

Regula l. ſancimus, C. de iud. contumacem, niſi refectis expenſis audiendum non eſſe diſponens in minore non procedit, nec in ruſtico, neque in muliere.

98 *Minor etiam aduerſus damnoſæ hæreditatis aditionem reſtituitur, & nu. ſeq. in pria.*

Vbi cum legis, & inuentarii beneficio hæreditatem minor adiuiſſet, quia pupilli, & minores inuentarii lege innodantur eſſe eos in integrum reſtituendos communis ſcribentium opinio refertur.

Minori

Minori ne litibus, & expenſis vexetur in integrum reſtitutio competit.

99 Aduerſus omiſſam inuentarii confeſſionem, vt conficere illud valeat, vel ſi illud minus ſolemniter feciſſet ad ipſum ſolenniter conficiendum in integrum minor reſtituitur.

Quæſtione pendente de reſtituendo minorem ad omiſſum inuentarium faciendum omnis contra eum conqueſcere executio debet.

Inuentarium infra triginta dies à die aditæ hæreditatis eſt inchoandum, & infra tres menſes ſi bona in eodem ſunt loco, vel in paruum diſtanti finiendum, alias infra annum à die mortis defuncti hoc facere licet ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.

Dictum tempus ad inuentarium cōficiendum non à die ſcientiæ ſeu del.tæ hæreditatis, ſed poſt aditam hæreditatem currere magis communis ſcribentium opinio refertur.

Niſi declaratur malitioſè in aliorum detrimentum hæreditatem hæres adire diſtuliſſet, quo caſu aditione non aliter expectata à die delatæ hæreditatis præfatum trimeſtre tempus currere magis communis eſt ſcribentium opinio.

Minor orphanotropium, & eccleſia aduerſus omiſſā hæreditatem, ſiue damnum patiantur, ſiue lucrum amittant in integrum reſtituuntur.

Neque in bonis patrimonialibus, neque in eccleſiarum redditibus clerico debitis in integrū reſtitutionis beneficium clerico competit.

100 Vniuerſitas quæcunque atque caſtrum, quoties hominum habet multitudinem propter quam per ſuos adminiſtratores regi eſt neceſſarium in integrum reſtitutionis quod habeat beneficium communis refertur ſcribentium opinio.

Oppida quæcunque Burgi, & Villæ, ſiue magnæ ſiue minimæ inſtar minorum, & pupillorum tam in iudiciis quam in contractibus, & præſcriptionibus in integrum reſtitutionis beneficium habere communis eſt ſcribentium opinio.

Quamuis contra ſuum adminiſtratorem actio Reipublicæ competat ei tamen minoris ad inſtar, & eccleſiæ in integrum reſtitutionis beneficium competit.

Nobilis in domo ſtans, & qui quia male indutus eſt verecundatur aduerſus temporis lapſum reſtituitur, quod in ciuilibus non autem in criminalibus procedere declaratur.

101 Quibus ſtatutis forenſes ligentur remiſsiue.

Ex ſtatuto, quoties forenſis enormiter læderetur, ac ſtatutum forenſis probabiliter ignoraſſet aduerſus damnum inde prouenientis ex generali clauſula maxime in aduerſa parte ſtatuti ſcientia concurrente eſſe eum in integrum reſtituendum, ac à pœna forenſem excuſari communis ſcribētium opinio refertur quod qualiter procedat plene declaratur.

Statuti ignorantia in forenſe in dubio præſumitur, niſi declaratur magnam in loco ſtatuti moram forenſis contraxiſſet.

Ciui nouello contra ſtatutum aliquid committenti ita ut forenſi parcitur.

Ille ciuis nouellus cenſetur, qui annum in ciuitate non domicilio immo qui annum in ciuitate in quā ſe tranſtulit non compleuit forenſis exiſtimatur.

Statuto delictum puniente, quod forenſes teneantur cōmunis ſcribentium opinio refertur.

102 Eccleſia & Miles ob inuentarium non confectum vltra vires hæreditarias, quod teneantur communis eſt pariter ſcribentium opinio.

103 Ob omiſſam inuentarii confectionem, ex paupertatis cauſa in integrum reſtitui poſtulans qualiter paupertatem probare debeat explicatur.

Faciendum illud non eſt in quo plus expenditur quam ſit illud quod expenſa ipſa facta percipitur.

104 Paupertatem, ſeu diuitias proprias, aut alterius allegans, ſiue actor ſit ſiue reus, probare qualitatem hāc quod teneatur communis eſt omnium ſcribentium opinio.

Nunquid qui olim diues fuit talis hodie præſumatur, vel ex paupere diues effectus remiſsiue.

Repente ſummum quem fieri, & dictari, quod non præſumatur communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

105 Minori in integrum reſtitutionis beneficium re integra non exiſtente minime competit.

Minor qui beneficio renunciauit eccleſiaſtico poſt collationem de ipſo beneficio alteri factam in integrum non reſtituitur.

Poſt hæreditatis repudiationem à minore factam rebus hæreditariis diſtractis aduerſus repudiationem minor non reſtituitur.

Aduerſus non confectum inuentarium, vel minus ſolemniter confectum in integrum reſtitutio non eſt concedenda, niſi collatis prius, & reſtitutis bonis iuris præſumptione collatis.

106 Quando ſententia contra priuatum lata à qua appellatum non extitit inſtrumentorum prætextu de nouo repertorum retractetur explicatur.

107 Hæreditatem non aditam ad hæredes non tranſmitti communis ſcribentium opinio refertur.

Pupillum paternam hæreditatem per ipſum nō aditam ad quoſcunque hæredes etiam extraneos tranſmittere communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Quod ad illam quoque hæreditatem pertinet alicuius ſtatuti virtute filio infanti obuentam ſecundum communem etiam ſcribentium opinionem.

Ius dicendi teſtamentum nullum ad liberos ſolum tranſmittitur.

Hæreditatem matris non aditam ad extraneos non tranſmitti neque ad eccleſiam, ſed ad deſcendentes ſolum eſt ſimiliter communis ſcribentium opinio.

Aduerſus omiſſam hæreditatis maternæ aditionem ad illam per beneficium reſtitutionis in integrum adeundam ad extraneos etiam hæreditatem non aditam tranſmitti magis communis refertur ſcribentium opinio.

Reſtitutio minoris nomine non autem proprio eſt poſtulāda, omneſque adhibere oportet ſolemnitates in aditione hæreditatis per minorem fienda neceſſarias.

108 Vbi maior hæreditatem ſibi delatam ignorauit eius hæredi ex defuncti perſona ex generali clauſula in integrum reſtitutio aduerſus hæreditatem non aditam competit.

Quod eatenus procedit quatenus iuſtam ob cauſam, ſeu iuſtum ob impedimentum, & ignorantiam ab auctore ſuo hæreditatem non fuiſſe aditam, ac illum de cuius hæreditate agitur ante authorem mortuum fuiſſe probetur.

In integrum reſtitutio hoc caſu contra perſonam magis dilectam ceſſat, & vbi æquitas non adeſt.

Et infra quadriennium eſt petenda, quo tempore elapſo poſtulare eam amplius non licet.

Dictumque quadriennium eſſe ab initio vtile neque currere, niſi à die ſcientiæ, etiam quod anni centum laberentur communis eſt ſcribentium ſententia.

Quod vbi craſſa, & ſupina eſſet ignorantia non procedere declaratur, vbi minor defunctus tutores, & curatores habuiſſet, quorum negligentia hæreditatē pupillo delatam adire diſtuliſſent, & ſoluendo eſſent minoris ſucceſſori contra tutores tali caſu, & admi-

niſtratores ſuccurritur ſecundum communem ſcribentium opinionem.

109 *In integrum reſtitutio hoc caſu principaliter eſt poſtulanda libello porrecto oliſque ſeruatis de iure ſeruandis, & vbi per procuratorem peteretur ſpeciale requiritur mandatum.*

Plena in hac in integrum reſtitutione cauſæ cognitio adhibenda venit.

Nec iudicium hoc extra maiorum tribunal ordinarium expediri poteſt.

Hæreditas tam matris quam aliorum quamuis non adita in quoſcunque per deliberandi ius tranſmittitur.

Tam matris hæreditas quam aliorum quãuis non adita in quoſcunque per deliberandi ius tranſmittitur dummodo annus à die mortis illius elapſus non dum ſit.

Vbi defuncti mortem ac hæreditatem eſſe ſibi delatam quis ignoraret deliberandi ius eum in ſuos hæredes non tranſmittere communis eſt ſcribentium opinio.

110 *Nunquid minor hæreditatem aditam reſtitutionis in integrum beneficio vſque ad annum ætatis vigeſimumquintum repudiare poſsit iuxta tex. in l. 3. §. ſcio. ff. de minor remiſsiue.*

Si pecuniam in minori ætate minori ſolutam maior factus perdiderit in integrum ei reſtitutio non competit.

111 *Teſtibus ob excommunicationem, ſeu aliam ob cauſam citra producentis culpam a teſtimonio ferendo expulſis etiam in cauſa publicatione facta eoſdem, vel alios via in integrum reſtitutionis ex clauſula generali producere licet.*

Teſtis excommunicatus ad effectum, vt ferre teſtimonium poſsit nunquam ad cautelam abſoluitur, niſi quando veritas aliter haberi non poteſt, & vbi nullam eſſe excommunicationem diceretur.

Excommunicati regulariter ad teſtimonium non admittuntur quamuis nullam excommunicationem eſſe dicant.

Teſtem poſt completum teſtificatum in excommunicationem reincidere cõmunis ſcribentiũ opinio refertur.

Canonicus excommunicatus, vt eligere poſsit abſoluitur, quo facto excommunicatio reuiuiſcit.

112 *Monachus aſcendentium hæreditatem per ipſum non aditam ad monaſterium tranſmittit ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

Quod exiſtente ſubſtituto locum nõ habere declaratur.

Diſpoſitio l. vnicæ, C. de his qui ante apert. tab. aſcendentium hæreditatem ad deſcendentes, & ſic ad filios, nepotes, & pronepotes trãſmitti continens in filiis fictis interpretatiuis prout eſt monaſterium non procedit, & communis eſt ſcribentium opinio.

Aduerſus non aditionem monachi quando monaſterio integrum reſtitutio competat declaratur.

Vbi monacho viuenti pluries, vt hæreditatem adiret Abbas iuſsiſſet ſtante monachi culpa, & negligentia prælati iuſſus pro aditione exiſtimatur, etſi ad maiorem cautelam, quia eccleſia ex monachi facto, qui adire recuſauit læſa remanſit in integrum reſtitutionem, quod petere monaſterio liceat communis eſt pariter ſcribentium opinio.

113 *Ad excluſionem ſubſtituti tantum, & in caſibus ſolum à iure expreſsis filii loco eccleſia habetur.*

Legis finalis beneficium, C. de repud. hæredit. in hærede ſuo loquentis eccleſiæ non competit.

114 *Minori aduerſus pacem à ſe factam cum interfectore patris, aut alterius cuius ipſe proximior ſit quãuis eam ſine tutoris, aut curatoris authoritate fecerit in integrum reſtitutionem non competere communis ſcribentium opinio refertur.*

Quod vbi minor non contrauenire iuraſſet procedere intelligitur, & quo ad pacem tantum, ſecus quo ad intereſſe pecuniarium, quod ex iniuriæ proſecutione conſequi minor poſsit, & quo ad pœnam tutori, & curatori de iniuria, & morte patris pupilli pacem, quod facere liceat, etiam quod notoria mors ſit communis eſt ſcribentiũ opinio, niſi limitatur minori, aut eius familiæ iniurias remittere decetus eſſet.

Speciale mandatum ad pacem faciendam in procuratore requiritur.

115 *Fictus contumax qualis eſt, qui domi citatur ad appellandum admittitur ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

Verus, vbi contumax eſſet procurator illius contumacia non obſtante quod appellare domino permittatur communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Idque quandocunque infra decem dies à tempore ſcientiæ ipſius ſententiæ domino hoc caſu licere magis cõmunis ſcribentium opinio refertur.

Quod præuia in integrum reſtitutione non autem ipſo iure, ac in ſubſidium excuſsione prius contra procuratorem facta procedere declaratur.

Coram iudice à quo in hoc caſu eſt in integrum reſtitutio poſtulanda.

Decem dies, qui ad appellandum conceduntur à ſententiæ die ſuper in integrum reſtitutione prolata computantur.

116 *Mandatum quoties ad appellandum procurator ſpeciale habet, ſeu generale ad omnes lites, & cauſas appellare, & appellationem proſequi tenetur, niſi domino ſuas intimauerit excuſationes.*

Quando procuratoris negligentia, ſiue dolus in non appellando, ſiue in appellationem non proſequendo, aut in Apoſtolos in termino non recipiendo domino noceat exponitur, & nu. ſeq.

117 *Vbi ſimplex ad agendum, & defendendum procurator mandatum haberet procuratore non appellante principali ipſi appellare ipſo iure licet.*

Appellare procurator regulariter non tenetur, niſi euidenter de ſententiæ iniuſtitia appareret.

In dubio pro ſententia præſumitur, & procuratori propterea non appellãti non imputari communis eſt ſcribentium opinio.

Vbi ipſe principalis contumax eſſet quando ei, & infra quod tempus appellare in Romana Curia permittatur, vel quando ei in integrum reſtitutionis remedio ſubueniatur quando expenſis refectis reſtitutio conceditur, & quando cum clauſula illa petita iudicato poſſeſsionis dimiſsionem, ac fructuum ſolutionem importante, & quãdo a fructuum, ac impenſarum ſolutione paupertas excuſet remiſsiue.

118 *Tunc ſententia contra procuratorem lata ad appellandum dominus admittitur, vbi domino abſente, & ignorante agitata per procuratorem cauſa fuiſſet, ſecus ſi præſens fuiſſet dominus ſententiamque contra ſe latam non ignoraſſet.*

119 *Ille verus contumax ſecundum communem ſcribentium opinionem cenſetur, qui perſonaliter citatus venire contempſerit.*

Appellandi beneficium verus contumax amittit, ac etiam in ſola citatione ad ſententiam contumax non appellat.

Illo etiam caſu, vbi in rem iudicatam ſententia nunquam tranſiret verus contumax ab appellando excluditur.

Decii opinio in conſil. 34. illum verum cenſeri contumacem aſſerentis, qui nullatenus ad cauſæ defenſionem comparuit, ſecus ſi in aliquo incidenti, etiam quod ad ſententiam audiendam contumax fuiſſet reiicitur.

Ex Re-

Digitized by Google

Ex Rota Almæ Urbis obſeruantia, etiam quod verus quis contumax ſit infra decem dies a tempore probationis ſententiæ non autem ſcientiæ appellans auditur.

A die notitia non autem à die ſententiæ decendium in hoc caſu currere in conſ. 216. Ioan. Bapt. Ferret. aſſerit cuius dictum improbatur.

In litis ſolum ingreſſu, & in ſine eſtatio requiritur peremptoria.

120 Minoris in integrum reſtitutio in communi cauſa, & indiuidua maioribus etiam prodeſt, & ſuffragatur.

In integrum minor aduerſus vectigal fraudatum reſtituitur, & aduerſus caducitatem incurſam ob canonem non ſolutum.

Minor propter moram caducitatis pœnam non incurrit.

Nunquid minori ſeu alteri priuilegiato contra minorẽ, ſeu alium pariter priuilegiatũ ſuo vti priuilegio permittatur, & quo caſu remiſsiue.

121 Per plures ſcribentes de hac in integrum reſtitutionis materia plene tractantes, & diſcutientes referũtur.

122 Tertio in qualibet iudicii parte comparenti recuſare iudicem licet.

Tertius pro ſuo intereſſe in iudicio comparens admittitur, ac omnes ipſius defenſiones audiuntur.

Tertio in minori ætate conſtituto etiam poſt conclusum in cauſa, tam recuſationis exceptionem, quam alias defenſiones per in integrum reſtitutionis beneficium proponere licet.

Nunquid minor qui liti ſe ad continuandum opponit in integrum ad probandam reſtituatur remiſsiue.

123 Tertius pro ſuo intereſſe comparens, & ad cauſam veniens in illis tantum terminis in quibus cauſa reperitur audiendus venit, & num. ſeq. in princ. vbi quomodo hoc procedat declaratur.

Tertio poſt litem conteſtatam in iudicio comparenti, & iudicem recuſare, & aliam quamcunque declinatoriam exceptionem opponere licet.

Quod dummodo litem inchoari tertius ignoraſſet procedere declaratur.

Tertius litem ſciens motam quamuis publicationem ignorauerit neque teſtes inſcata didicerit ſuper nouis tãtum articulis non autem ſuper eiſdem, vel de directo contrariis ad probandum admittitur, ſecus ſi litem ignoraſſet, quo caſu, & ſuper eiſdem, & de directo contrariis teſtes ei inducere licet.

Sicut tertio ignoranti acta non præiudicant, ita & pariter, neque publicatio præiudicat quominus teſtes de nouo ad ſui duntaxat fauorem producere ei liceat.

124 Tertius qui litem agi ſciuit in illis terminis in iudicio admittitur in quibus cauſa reperitur, & numero 148 vbi latius.

Principali litigatori via præcluſa tertio etiam pro ſuo intereſſe venienti præcluſa via cenſetur.

Cõcluſione in cauſa facta, nec principali aliquid, neque tertio probare licet, ſiue agi cauſam tertius ſciuerit, ſiue ignorauerit.

Stante litis ignorantia tertio ipſi appellare à ſentẽtia, ac de ſuo intereſſe in alia inſtantia docere licet.

Ob tertii ignorantiã litigantiũ proceſſus nõ retardatur.

Altero ex litigantibus appellante ſtante litis ignorantia in alia inſtantia comparere, ac omnes exceptiones ſibi quomodocunque, & contra quoſcunque competẽtes proponere, & allegare tertio permittitur.

Ubi cauſam agi tertius ſciuiſſet, nec ante ſententiam, nec ante concluſionem in cauſa comparuiſſet principali à ſententia non appellante neque tertio ipſi appellare licet.

Tertius qui litis, vel ſententiæ ſcientiam habuit principalis ad inſtar ab appellando, quod excludatur communis ſcribentium opinio refertur.

Et vbi principalis appellaſſet, illud ſolum ſtante litis ſcientia in ſecunda inſtãtia ipſi tertio agere licet quod principali permittitur, ac eiſdẽ terminis quibus principali, qui appellauit tertius arctatur.

Tertius alterius appellationi pro ſuo intereſſe adhærẽs nihil petere poteſt, ſed cauſam ſolum defendere.

125 Tertio in minori ætate conſtituto litis ſcientia non obſtante de ſuo intereſſe docere nec non à ſententia in integrum reſtitutionis remedio mediante appellare licet.

Tertius quicunque ad ſua iura proponendum litis ſcientia non obſtante admittitur, quoties publica dictaret vtilitas, ac Reipublicę intereſſet.

126 Etiam clauſula in reſcripto exiſtente, omneſque alios intereſſe putantes tertius ad cauſam veniens, vbi cauſam agi ſciuit in eiſdem ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur admittitur.

Quoties tertius commiſsionem, quod conſtito de intereſſe iudex ipſum admittat impetraſſet eiſdem cauſæ terminis non arctatur, ſed cum eo proceſſus renouatur.

Quoties tertius non vocatus, neque ab alio nominatus, ſed voluntarie ad cauſam accedit antequam admittatur de ſuo intereſſe ante omnino docere debet.

127 Tertius regulariter ad ſolã alterius litigantium vtilitatem in iudicio compareat non auditur.

Tertius ad ſolam partium vtilitatem pupilli fauore auditur quantumuis de nullo partis intereſſe agatur, & magis communis eſt ſcribentium opinio.

128 Tertius de ſuo intereſſe probaturus, vt in cauſa admittatur ſatis eſt eum apparenter non autem exiſtenter de ſuo intereſſe docere per iuramentum, vel per teſtẽ ſeu per aliam aliquam ſemiplenam probationem ſecundum communem ſcribentium ſententiam.

Et ideo ſatis eſt, quod electum ſe quis probet quamuis non doceat, quod canonice ſit electus, vel de vnione quod doceat etiam nõ docto quod canonice facta ſit.

Quamuis in iudicio quantumuis ſummario plenaria perſonarum legitimatio eſſe debeat hoc in tertio pro ſuo intereſſe comparente nõ procedere limitatur, & quomodo tertius ad docendum de ſuo intereſſe formare articulos debeat remiſsiue.

129 Articulus, quod ſemiplene de intereſſe, & iure ſuo docere tertius debeat in primis tanquam præiudicialis eſt examinandus.

Vbi tertium non docto prius de ſuo intereſſe iudex admitteret, tanquam ab exceſſu tali caſu in exequendo appellare licet.

Tunc tertius de ſuo intereſſe docere in primis tenetur, vbi in poſſeſsione non reperiretur, alias ſecus.

Ubi ſemel tertius admiſſus in iudicio fuiſſet pars efficitur quamuis de ſuo intereſſe non docuerit.

Nullatenus is cuius non intereſt, ſiue actoris ſiue rei partes ſuſtineat eſt in iudicio audiendus.

Exceptio tua non intereſt litis finitæ exceptio dicitur, ac litis ingreſſum impedit.

Non adimplementi exceptionem ſtatuto non obſtante Exceptiones opponere prohibente eam opponere ſemper licet.

Quod etiã vbi in minimo quis ex promiſsis deficeret procedere ampliatur.

Ac iudici ſuper tali exceptione ex officio ſupplere licet

Quotieſcũque tamẽ ex adimplemẽti defectu damnum parti opponẽs nõ ſuſtinuiſſet, ac ſua nullatenus intereſſet opponere exceptionem minime licet.

Vbicunque non adimplementum damni nunquid vel commodi afferre poſſe dubium eſſet nunquam modi non adimpleti exceptionem opponere licet.

130 *Tertius beneficium non poſsidens, ac ſe opponens ne ſub ſequeſtro beneficium ponatur non auditur.*

Tertium ad rei non vacantis ſed ab alio occupatæ miſſionem impediendam non audiri communis ſcribentium opinio refertur.

Tertio qui litem agi ignorauit pro ſuo intereſſe, ex perſona rei comparentis etiam poſt litem conteſtatam fori declinatoriam opponere licet.

131 *Cautio ſuccumbenti, quoties de indemnitate præſtatur, ac de re tertio ſe opponenti reſtituenda cauetur executionem non retardat communis eſt ſcribentium opinio, & hoc qualiter intelligendum ſit declaratur, & nu. ſeq. vbi de magis communi.*

Præfatæ cautionis virtute poſſeſſori præſtitæ iudicium contra ſecundum agentem in eadem inſtantia quæ fuerat contra primum poſſeſſorem inchoata vincens ſubire tenetur.

132 *Quoties de rei vacantis executione agitur, & à nemine poſſeſſa tertium contradictorem tali caſu executionem impedire communis ſcribentium opinio refertur.*

Si in vna re condemnatio facta apparet, & in alia fiat executio executionem tertius contradictor omnino impedit.

Super bonis ſuper quibus eſt ſpecifice iudicatum cauſa cognitio non exigitur ſecus in aliis.

133 *Propter duriorem cauſam ex poſſeſſoris mutatione contingentem, etiam quod præfata cautio præſtetur non eſſe ad tertii præiudicium executionem faciendam concluditur.*

Quod vbi ante ſententiam latam agere tertius incœpiſſet procedere intelligitur, ſecus ſi poſt ſententiam, quo caſu prænotata cautione à victore præſtita executio non impeditur.

Vbi animæ periculum ex adiudicatione ſeu traditione ſequi poſſet præfata cautione non obſtante ſententia executio differtur.

134 *Executio ſuper re ſuper qua cognitio præceſſit, & lata ſententia eſt, neque in beneficialibus, neque in ſeudalibus à tertio ſe opponente impeditur.*

135 *Litis ſcientiam vbi tertius habuiſſet, ac ſententiam contra debitorem ſuper re quam tertius ipſe poſsidebat latam non ignoraſſet, nec pro ſuo intereſſe comparuiſſet, neque à ſententia contra debitorẽ lata appellaſſet illius executionem nunquam à tertio ſe opponẽte impediri magis cõmunis eſt ſcribentiũ opinio.*

Ac quoad poſſeſſionem ſaltem tertio in hoc caſu in executione ſententiæ præiudicium fieri communis eſt ſcribentium opinio.

Nec cautioni indemnitatis tali caſu locum eſſe communis eſt pariter ſcribentium opinio.

136 *Sententiæ in actione perſonali latæ executionem fieri non poſſe, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſtea quandocunque ante ipſam executionem poſsidere condemnatus deſierit, ſiue dolo poſsidere deſierit, ſiue non communis ſcribentium opinio refertur, & num 143. vbi hoc plenius declaratur.*

Ac executio tali caſu contra tertium non citatũ tanquam nullo iuris ordine accedente facta iudicis officio non autem iure ordinario reuocatur.

Re per debitorem iudicio pendente ſuper actione perſonali in fraudem creditoris alienata, ac in creditoris fauorem ſententia prolata, ſententiam contra tertiũ exequi non licere, ſed contra ipſum reuocatoria actione fraudem probando agendum eſſe magis communis eſt ſcribentium opinio.

Iudicio contra debitorem actione perſonali conuentum inſtituto contra tertium poſſeſſorem in iudicio citatum, & à principali cauſam habentem ſententiam, contra principalem prolatam exequi licet.

Nec nouo libello tertii reſpectu tali caſu opus eſſe communis ſcribentium opinio refertur.

137 *Vbi poſt ſententiam prolatam tertius pro ſuo intereſſe ad executionem tardandam admiſſus ſuccubuiſſet etiam contra tertium pro ſuo intereſſe admiſſum executioni ſententia mandatur.*

Sententiam contra hæredem lata contra ſubſtitutum, & fideicommiſſarium ſaltem per proclama citatum exequi licere communis aſſertur ſcribentium opinio.

Sententia cum electoribus lata electo ſcienti, & non contradicenti præiudicat.

Sententia item contra emphyteutam prolata domino directo ſcienti, & tacenti præiudicat.

Quo caſu dominus directus ſententia executionem contra emphyteutã latæ impedire poſsit explicatur.

138 *Sententiam contra reum principalem prolatam contra tertium qui rem emiſſet litigioſam fieri executionem poſſe communis ſcribentium opinio refertur, & plene declaratur.*

Quod etiam vbi tertius rem eſſe litigioſam ignoraret procedere declaratur, etſi pœna contra litigioſam rẽ ementem ſtatuta tertius propter ignorantiam minime puniatur.

Neque indemnitatis cautio tertio tali caſu præſtanda venit.

139 *Quoties de re aliqua actione perſonali ageretur, quod res ipſa nullatenus tali caſu litigioſa efficiatur magis communis eſt ſcribentium opinio.*

Alienatio actione, quoties agitur perſonali non impeditur, talique caſu non rem, ſed actionem ſolum per litis conteſtationem effici litigioſam communis ſcribentium opinio refertur.

Vbi actione perſonali dominium in effectu peteretur vtile vel directum per litis conteſtationem rem effici litigioſam verior, & vtilior eſſe explicatur ſcribentium opinio.

Vbi an ante vel poſt litem conteſtatam alienatio facta fuerit dubitaretur in dubio poſt litem conteſtatam factam eam fuiſſe communis eſt ſcribentium opinio.

Rei litigioſæ diuiſionem lite pendente fieri inter fratres poſſe cõmunis pariter ſcribentiũ opinio refertur.

Quæ neceſſaria alienatio dicatur ad quam litigioſi vitium non pertinet remiſsiue.

Vbi de re aliqua actione reali contenderetur, ac de dominio, vel quaſi directo, vel vtili ageretur per ſolã citationem non aliter litis conteſtatione expectata, rem effici litigioſam communis citatur ſcribentium ſententia.

Contractus de re litigioſa factus ipſo iure nullus cenſetur, ac rem ſcienter emens litigioſam pœna à lege ſtatuta punitur.

Quod lis dummodo de re ipſa contractus tempore pendeat procedere declaratur alias inſtantia perempta quamuis vitium litigioſi duret contractum tamen, & venditionem valere communis ſcribentium calculus refertur.

Rem non effici litigioſam, de cuius poſſeſsione contenditur communis eſt pariter ſcribentium opinio, ac lite ſuper poſſeſſorio pendente iurium alienationem ſuper petitorio minime impediri communis quoque ſcribentium eſt opinio.

140 *Rite ac ſeruatis ſeruandis geſtum iudicium eſſe debet, vt litigioſi vitium contrahatur.*

Nullo iudicio exiſtente litis pendentia non inducitur.

Iniuſta

Iniuſta litis motio, quoties malitioſè fieret litigioſi vitium non inducit.

Quoties de iniuſtitia mouentis litem conſtat, ſeu non iure ſuo, ac quoties retro litis pendentiam minus indebite motam fuiſſe apparet locum litigioſi vitium non habet.

Lis ficta litis priuilegia non habet, nec litigioſi vitium per litem nullam falſo cum procuratore inſtitutam inducitur.

141 *Quamuis res de cuius poſſeſsione contenditur litigioſa non dicatur poſſeſsio tamē ipſa litigioſa efficitur.*

Quod in poſſeſsionis translatione quæ per ſe, & directo fieret locum habere, ſecus ſi per obliquum, ac in alienationis executionem a lege permiſſæ, quod quomodo procedat facili modo exponitur.

Ad rem venditam tradendam ſi tradendi facultatem venditor habet tenetur.

Multa in conſequentiam permittuntur, quæ principaliter prohibentur.

142 *Per actionem hypothecariam ad rem litigioſam rem non eſſe, neque per confeſſoriam, aut negatoriam communis ſcribentium opinio refertur.*

Tunc ſententia contra debitorem lata contra tertium poſſeſſorem executioni demandatur, vbi lite pendente rem debitor alienaſſet, neque alias res habere, ipſique tertius litem de illa re tractari ſciuiſſet, & numero ſeq.

Inemia, qui lite mota, & pendente rem emerit hypothecatam cum onere æris alieni rem transferri communis eſt pariter ſcribentium opinio.

143 *Eo caſu litigioſi vitium contrahitur, quoties ab eo cum quo lis eſt emptio fieret, ſecus ſi à tertio.*

144 *Iure litigioſa etiam contra tertium executio ſine nouo iudicio fieri poteſt.*

Contra tertium poſſeſſorem, ſeu alium in ſententia non nominatum, nullatenus, ſine citatione, & cauſæ cognitione, etiam quod litigioſi vitio rem tertius affectam poſsideat executio fieri permittitur, & communis eſt opinio.

Tertio litigioſam rem poſſidenti à ſententia directe ipſi tertio quoad executionem præiudicante appellare licet, dummodo infra decem dies, & priuſquam ſententia aduerſus principalem condemnatum in rem tranſeat iudicatam appellationem interponat.

145 *Siue petitorio actum ſit, ſiue poſſeſſorio tertius intereſſe in cauſa prætendens executionem impedit.*

Quamuis contra ſpoliatum de proprietate opponere ſpoliatori non liceat ipſi tamen tertio permittitur dūmodo coniunctum tale ius cum ſpoliatoris iure non exiſtat, neque ab ipſo ſpoliante cauſam tertius habeat.

Attentatorum remedium regulariter contra tertium non datur.

Tertius in iudicio comparens malitiæ, quoties ſeu calumniæ præſumptio cōcurrit, ideo ad cauſam eum veniſſe, vt reo ipſi conuento faueat cauſam impediat, ac illius expeditionem differat non auditur.

Tertius pro ſuo iure, & præiudicio non autem ad vtilitatem, & commodum conuenti principaliter accedere in iudicio poteſt.

Calumniæ atque malitiæ præſumptio ceſſat, quoties ex actis euidens, & notorium facientibus, ac malitiam, & calumniam excludentibus de tertii comparentis intereſſe conſtaret.

Quoties calumniæ præſumptio eſt contra tertium comparentem, etiam quod incontinenti probatio offeratur non ſufficit, niſi de his, quæ opponit vere appareat.

146 *Reſcriptum ad certum genus perſonarum expeditum ad alios in ipſo reſcripto non nominatos prorogabile non eſt, etiam quod perſonæ non nominatæ conſentiant.*

Reſcriptum contra tertium impetratum, qui impetrationis tempore mortuus erat in illius ſucceſſorem minime tranſit.

Commiſsione contra duos reos per actorem impetrata impetrante victo, vel mortuo commiſsio finitur, neque delegato illius commiſsionis vigore inter duos illos reos ſimul conuentos inter ſe experiri volentes procedere licet, ſed noua commiſsio eſt neceſſaria.

Tertio pro ſuo intereſſe ius ſuum coram delegato proponere licet, etſi alias ipſius iudex ille non ſit.

Iudici inter certas perſonas delegato inter alios cognoſcere regulariter non permittitur.

Iudici inter certas perſonas delegato auctorem à reo cōuento laudatum citare permittitur.

147 *Tertio rei principaliter conuenti confeſsio non nocet neque renunciatio etiam quod reus principalis recuſaret, & expreſſe prohiberet tertio iura in iudicio proponere licet.*

Quoties ad tertium ipſum cōparentem principalis cauſæ defenſio pertinet, & de colluſione veriſimiliter inter litigantes dubitaretur à cauſa colludentem, & iudicio remouendum eſſe impetrare tertius à iudice poteſt.

148 *Duobus inter ſe litigātibus licet tertio pro ſuo intereſſe comparēti exceptionem opponere, & facere differri illud iudicium.*

Tertius qui ad cauſam venit eſt auctor laudatus cum ad cauſam principaliter venire dicatur, & de eius intereſſe principaliter agatur, ſi talis ille eſt, cui in integrum reſtitutionis beneficium competit quamuis in cauſa concluſum ſit, & publicatum beneficium neque inter reum, & actorem cauſa expeditur non obſtante oblata cautione iuxta tex. in l. 15 à quo ff. de rei vendic.

Iudicem ſuſpectum, ac quaſcunque exceptiones, ex perſona ſua ſibi cōpetentes tertio in iudicio comparēti allegare licet.

Vbi tertius comparens defenſor eſſet neceſſarius etiā fori priuilegium ei opponere permittitur.

149 *Contra tertium ad ſententiæ executionem impediendam ratione ſui intereſſe in iudicio comparentem, ac ſententiæ nullitatem allegantem, tres ſententias conformes fuiſſe opponere non licere, magis communis eſt ſcribentium opinio.*

Tertius excommunicatus, ex quo tanquam actor ad cauſam venit non admittitur, quod in quocunque alio inhabili, & iudicio ſtandi incapace ſeruo religioſo filiofamil. & alio, cui ſine ſuperioris cōſenſu in iudicio ſtare non conceditur procedit.

150 *Tertio, quandocunque ante ſententiam in iudicio comparere conceditur.*

Vbicunque lex generaliter de tempore, ac tempus non limitando indeterminate loquitur actum quocunque tempore fieri ſufficit.

Etiam poſtquam in cauſa concluſum fuerit non aliter cauſa inter principaliter litigantes retardata in iudicio interuenire tertio permittitur in criminali cauſa pro intereſſe ſuo ciuili tertio interuenire licet, ac ſe indemnem pro damnis quæ ſuſtinuit, vt releuetur petere.

Ex furti cauſa captus rem niſi reſtituat furto ſubtractam minime relaxatur.

Quoties ex actis cauſæ criminalis de damno partis priuatæ conſtat, ſecus vbi de nouis probationibus faciendis ageretur, & in cauſa publicatio facta, ac

tertio

tertio ipſo ſciente didicita teſtificata fuiſſent, quo caſu non retardatur expeditio.

Iudex rei furto ſubtractæ reſtitutionem per negligentiam omittens in ſyndicatu tenetur.

151 *Quoties de exequendo rem agitur contra tertium poſsidentem, ac pœucs ipſum illam rem eſſe aſſonerantem, ex ipſius tertii oppoſitione, qui neque litigauit, neque victus fuit executio retardatur.*

Res inter alios acta aliis non nocet.

Tertius tam ratione domini quam poſſeſsionis, quod impedire executionem poſsit communis eſt ſcribentium opinio.

Tertius quoties in bonis à ſe poſſeſsis executionem fieri ſuſpicaretur ne talibus in rebus ad executionem procedatur neve aliqua nouitas fiat, quod ſuæ res ſunt vel à ſe poſſeſſæ ei contra victorem proteſtari licet.

Proteſtatio hæc nō parti ſolum, ſed coram iudice etiam ne in rebus tertii nouitas fiat ipſo in iuribus ſuis non audito facienda eſt iuſtaque cauſa in ea eſt exprimenda.

152 *Quoties victor res de quarum executione agitur ipſius victi eſſe exponit tertio contradictore non exiſtente in omnibus rebus, & contra omnes executio fieri poteſt.*

Omnia permiſſa cenſentur, niſi prohibita reperiantur.

Neque pignorum, aut fideiuſſorum datione ſententiæ executio retardatur, ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Litis pendentia exceptio ſuper ſententiæ nullitate principaliter deductà executionem non impedit, & communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Idem ſi incidenter de nullitate diceretur, quoties ex parte opponentis eſſet aliquid probādum, alias ſecus vt ſi citationem non præceſsiſſe mandati defectum, ſeu litis conteſtationis, vel ſi nullitatis exceptionem oppoſitam incontinenti ſe probaturum quis offerret quibus in caſibus ſententiæ executionem impediri communis eſt ſcribentium opinio.

Quando, & quibus in rebus fieri executio poſsit remiſsiue.

153 *Tertio ſe opponenti, ac rerum exequendarum dominium ſe habere alleganti, & de dominio incontinenti probare ſe offerenti, quod executio impediatur communis ſcribentium opinio refertur.*

Vbi tertius non poſsideret debitorem ipſum dominum præſumi, ac onus contrarium probandi tertio incumbit, ſecus vbi tertius poſsideret quo caſu debitorem dominum non præſumi, ac onus contrarium probandi ad executionem petentem pertinere communis pariter ſcribentium opinio refertur.

Tertius poſſeſſor ſolo poſſeſsionis iure, etiam quod ſe dominum non alleget executionem, quod impediat communis eſt quoque ſcribentium opinio.

154 *Contradictore poſsidente, ſeque dominium illius rei habere allegante victori executionem petenti condēnatum illius rei eſſe dominum, probatio quod incumbat communis eſt ſcribentium opinio.*

Et vbi poſſeſsionem tantum contradictor allegaret veteque poſsideat rei de qua agitur dominium eſſe penes ipſum debitorem victum, quod victori probare liceat communis ſimiliter ſcribentium opinio refertur, quod quomodo procedat declaratur.

Tertius poſſeſſor, vbi ſe dominum non allegat, neque condemnatum dominum eſſe negat, ſed rei ſolum ſe poſſeſsionem habere aſſerit ſummariam ſaltem probationem de debitoris condemnati dominio iudicio conuenientem executiuo eſſe neceſſariam communis non ab ſimiliter ſcribentiū opinio refertur.

125 *Quando quis præfatis in terminis probare incontinenti dicatur eſſe iudici arbitrarium communis eſt, quoque ſcribentium opinio.*

156 *Facta de debitoris victi dominio ſummaria probatione qualiter in rebus à tertio poſſeſsis ſit executio facienda declaratur.*

157 *Neceſſaria eſt tertii poſſeſſoris citatio in ſententiæ executione maxime quando in alia re ſit executio, vel ſi noua interueniat perſona, aut quid ſimile.*

Tertio ſatis eſt rei, & bona in quibus ſit executio propria eſſe nec in illis fieri executionem debere opponere, & allegare.

Ille executor dicitur, qui à iudice ſententiam pronunciante, & qui de cauſa cognouit ad executionem requiritur.

Sententiæ ab alio latæ executionem, & cui executio tātum eſt commiſſa de quæſtione illa quibus, ſcilicet in rebus ſit executio faciēda cognoſcere omnino poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

158 *Mobilibus bonis in coniugum domo repertis ad mariti creditorum inſtantiam executis vtrum mariti vel vxoris eſſe bona præſumantur, explicatur.*

159 *Tertio qui non eſt in inſtrumento nominatus quamuis de ipſius intereſſe agatur inſtrumēti virtute contra in eo obligatum executionem petere non licet.*

Qui in inſtrumento nominatus non reperitur nec actiuè, neque paſsiuè prætendere executionem poteſt.

Quod etiam vbi ſtatutum inſtrumenta publica ſtatim omni exceptione reiecta eſſe executioni mandanda diſponeret locum habet.

Perſona extrinſeca in contractibus non ſubauditur, ſecus in vltima voluntate, quo caſu ei, cuius intereſt, ex teſtamento agere licet ad eum, quamuis teſtamenti verba non dirigantur.

Actio quoties ex inſtrumento tertio competit executionem ei petere licet quamuis nominatus in eo tertius non ſit.

Filiæ ex contractu patris conſolidationis iure qui dotem ſibi reddi pro ſe, & hæredibus ſtipulatus fuit an mortuo marito, & patre agere liceat, quamuis hæres patris non ſit explicatur.

Plus factum in contractibus quam contemplatio attenditur.

Neque contra tertium qui condemnati, ſeu obligati hæres ſit, neque ad ipſius hæredis fauorem ſeu ceſſionarii executio facienda venit niſi conſtito prius eos eſſe tales.

Hæres, quod quis ſit qualiter probetur remiſsiue.

160 *Pactum quoties de ingrediendo, & conſtitutum precarii in inſtrumento reperitur etiam contra tertium poſſeſſorem non citatum, ac negotio non liquidato, executio fieri poteſt ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

Directo, vel vtili Saluiano interdicto, cuicunque creditori competente, quoties agitur rē in bonis debitoris obligationis tempore, vel poſtea fuiſſe probare ſatis eſt.

Dictumque pactum de ingrediendo ſtante conſtituto, & precario etiam contra hæredem non citatum, ac negotio non liquidato etiam quod clericus hæres ſit, vel pupillus competere aliqui ſentiunt.

Morte rogantis precarium extinguitur etiam ſi eſſet dictum, quod obligauit omnia bona ſua, & ſuorum ingreſſum cum conſtitutione precarii.

Pactum ſimplex de ingrediendo rem hypothecatam cōſtituto in eo non appoſito, neque precario eo ſolum caſu contra tertium ſingularem ſucceſſorem exercetur vbi liquidum debitum eſt, & à debitore cauſam tertium habere apparet, & magis communis eſt ſcribentium opinio.

Pactum

Digitized by Google

Pactum de ingrediendo contra moroſum ſolum competere communis eſt ſcribentium opinio, & vbi inſtrumentum liquidum exiſteret.

Familiæ aſſociatio nullo modo cõtra aliquem non citatum in ciuitate Neapolis conceditur, neque in ciuitate Beneuentana ſtatuto ſic diſponente.

De iuris perſonalis executione quoties agitur nullatenus contra tertium tale ius exerceri poſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Actio perſonalis fundum non ſequitur, & communis eſt opinio.

Actionem perſonalem contra tertium aliquando competentem illo ſolum caſu eſſe concedendam, vbi ex titulo lucratiuo, ſecus ſi oneroſo tertius poſſideret verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio.

Ex pacto de ingrediendo propria authoritate debitoris bona hypotheca contrahitur, & inducitur.

Saluianum interdictum eſt merum poſſeſſorium, ſecus ſi cum hypotheca cumuletur, quo caſu mixtum efficitur.

Hypothecaria contra tertios poſſeſſores agenti debitoris dominium quod probare oporteat communis ſcribentium opinio refertur.

Aſsiſtentiæ remedium, quod contra tertium poſſeſſorem creditori in Regno Neapolis cõceditur vnde originem habuerit remiſsiue.

Appellationem à ſententia ſuper Saluiano interdicto lata prohiberi, & Rotæ, atque communis eſt ſcribentium opinio.

161 *De tertii iure opponere non licere communis pariter eſt ſcribentium opinio.*

De iure Cameræ cui fructus debentur ſi quis excipiat ad illos agentem non excludit, niſi fiſcus illos velle declarauerit.

Tertii ius tali caſu ipſo iure iuris agentis tertio ipſo volente excluſiuum dicitur.

Caducitas ipſo iure non naſcitur, ſed domino ſolum volente locum habet, nec in facto eſſe cenſetur, ſed ſolũ in potentia fieri domino volente ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Emphyteutam omne ius ſuum donec dominus caducitatem declarauerit retinere communis pariter ſcribentium opinio refertur.

Quando ius tertii ipſo iure iuris agentis eſt excluſiuum etiam tertio nolente opponi poteſt, talique caſu excipere proprie quis non dicitur, ſed agentis intentionem negare, & num. 163. circa fin.

Bannitus ab excipiendo excluſus intentionis, & facti exceptionem, quia exceptio non eſt, ſed negatio, & defenſio opponere non prohibetur.

Illa intentionis, & facti exceptio dicitur quando ſine actione quis experitur.

Vbi ſummariè eſſet cauſa nullatenus iuris tertii exceptionem quamuis ipſo iure ſit illud iuris agentis excluſiuum opponere permittitur, illamque ſolum tali caſu exceptionem opponere licet per quam nullum ius agenti competere concluditur.

162 *Quoties non ipſo iure ius tertii eſt iuris agentis excluſiuũ, ſed per ſententiã opponi tali caſu de tali iure minime poſſe communis refertur ſcribentium opinio.*

Ex iure proprio nõ autem ex iure tertii actor ſe, & reus fundare debent, & ſicut per exceptionis viam opponere de iure tertii nõ licet multo minus hoc per actionis viam licere aſſeritur.

De iure tertii quamuis iuris agentis non excluſiuo opponere permittitur, quoties nequid bis ſoluatur opponeretur.

Vel quoties de aliquo opponentis intereſſe ageretur, vel quando nullus ipſo iure actus exiſteret.

Contra agentem rei vendicatione de vtili tertii dominio, quod opponi poſsit communis ſcribentium opinio refertur.

Actori de iure tertii neque replicando opponere licet, quamuis ipſo iure iuris rei cõuenti excluſiuũ illud ſit

Actoris ius ex iure in perſona ipſius reſidere deducitur.

De tertii iure opponere permittitur, quoties alteri ius ſuum actor ceſsiſſet.

Hæredi poſt hæreditatem alteri reſtitutam contra debitores hæreditarios agenti de reſtitutione facta opponi poteſt.

Actiones directæ penes hæredem remanſæ poſt reſtitutam hæreditatem inefficaces cenſentur.

Ratione directi dominii quis agens de vtili dominio alteri competente opponere poteſt, ex quo directum inutile remanſit.

De tertii iure aliis exiſtentibus, qui ſimile ius obtineãt contra totum petentem opponi poteſt, niſi de aliorum ceſsione, aut repudiatione agens oſtendat.

Inſolidum quis agens aliis in pari gradu exiſtentibus ſuccumbere debet, ac ineptus libellus tanquam male concludẽs redditur, & qualiter ab agente libelli concluſio hoc caſu concipi debeat remiſsiue.

Contra bona ſpurio relicta vendicantem alium proximiorem, qui bona vendicare poſsit extare opponere ſpurio licet.

Agnatus infra duos menſes ad reuocationẽ ſpurio relictorum agere debet, alias excluditur, & fiſco locus aperitur.

Mora poſt terminum legis, nullatenus purgari poteſt.

Legis tempus labi permittens iuri ſuo renunciaſſe cenſetur.

163 *De iure tertii opponere licet quando opponens ab ipſo tertio, ſiue ex iure ceſſo, ſiue ſine ceſsione cauſam habet.*

Excipiendi ius ad ſingularem tranſit ſucceſſorem.

Ex tertii iure à quo nullum ius quis habet iuuare ſe minime poteſt.

164 *Rupto ex poſthumi præteritione teſtamento ius dicendi teſtamentum nullum aliis filiis in eodem teſtamento inſtitutis competere, eiſque bonorum poſſeſsionem contra tabulas aperiri, ſiue velit ſiue nolit filius præteritus teſtamentum impugnare, ſiue expreſſe teſtamentum approbet communis eſt ſcribentium opinio.*

Beneficium litis conſorti priuilegiato conceſſum nunquid in litis conſortis præiudicium renunciari in cauſa indiuidua poſsit remiſsiue.

165 *Qualiter trium ſententiarum conformitas cognoſcatur remiſsiue.*

Trium ſententiarum conformitas tertium ab appellando nõ excludit, niſi cauſam ab initio agitari ſciuiſſet

Secus ſi ſolum, ante vltimam ſententiam cauſæ notitiã habuiſſet, quia tunc ne grande ſibi præiudicium generetur appellare ei licet.

Tertius qui in tertia inſtantia comparuit, ac in eodem ſtatu, & terminis in quibus caſu reperitur admiſſus à ſtatu cauſæ ſuis cum qualitatibus arctatur, & Felyni in hoc caſu repugnantia detegitur.

Tertius ratione qualis qualis præiudicii appellare poteſt, ac ſuſpicio, quæcunque ne aliquo tempore nocere ſententia poſsit ſufficit.

A ſententia contra vnum, ex hæredibus lata cohæres, qui in cauſa non interuenit appellat, etſi quale quale, & quo ad ſuſpicionem tantum non autem verum, & certum præiudicium ſententia illi afferat.

166 *Sententia plerunque ex propria vi, & natura nocet aliis, & prodeſt.*

Sententiam aduerſus hæredem prolatam, vel aduerſus res alienare prohibitum, ac alteri reſtituere rogatũ, & ſub-

Digitized by Google

& ſubſtituto, & fideicommiſſario, etiā quod ad cauſam citati non extiterint nocere communis eſt ſcribentium opinio, neque eis appellare licet hærede non appellante.

Sententia contra hæredem contumacem lata, vel colludenter ipſo iure, ac citra aliquam appellationem legatariis non præiudicat, ac eis non obſtante rei iudicatæ exceptione aduerſus victorem agere permittitur.

Sententia propter contumaciam prolata, nec in alia cauſa etiam inter eaſdem perſonas præiudicium parit, neque tertio præiudicat etiam in caſibus in quibus alias præiudicaret, ſecus ſi ob hæredis iniuriam, qui ad praue, & iniuſte pronunciandum iudicem prouocauerit ſententia lata appareat, quod qualiter procedat declaratur.

Sententia contra hæredem ſcriptum lata legatariis ne agere contra victorem poſſint ſi à ſententia infra tempus legitimum à die ſcientiæ computandum non appellauerint nocet, ſecus ſi legitime appellauerint, & communis eſt opinio.

Tunc præfatis in caſibus ſententia cum legitimo contradictore lata aliis nō citatis nocet, quoties agitari cauſam, & tractari ipſi ſciuiſſent, & communis eſt pariter ſcribentium opinio, & num. 167. in fin.

367 *Sententia contra hæredem lata eo caſu ſubſtituto fideicommiſſariis, & legatariis nocet, vbi ſuper teſtamenti nullitate, ac illius reſciſſione hæres conueniretur, & hæc eſt magis communis ſcribentium opinio.*

Legatario agente ſi nullum pronuncietur teſtamentum collegatariis etiam ſcientibus non nocet.

Vnus ex duobus debitoris hæredibus conuentus ſi condēnatus fuerit cohæredi ſuo etiam litem motā ſcienti ſententia non nocet.

Sententia quoties quo ad alios ius facit ius, æque principale habentibus non nocet.

368 *Ille eſt neceſſario citandus, quem principaliter non autem ſecundario, vel in conſequentiam negotium tangit, quod quoad actus validitatem non autem quoad generādum tertio præiudicium procedere communis refertur ſcribentium opinio.*

369 *Decem dies ad appellandum conceſſos à die tantum ſcientiæ ipſius ſententiæ regulariter currere communis eſt ſcribentium opinio.*

Certa hoc in caſu ſcientia eſſe debet ex ſententiæ notificatione reſultans, ac decendium minime currit niſi à die aſsignationis copiæ ipſius ſententiæ.

Cautela vt decendium currat eſt quod perſonaliter ſententia, vel domi omnibus cum qualitatibus aduerſario notificetur, quod in Romana Curia non attenditur, ſed ſola citatio ſufficit.

370 *Ad illum de cuius præiudicio non principaliter agitur, ſed ſecundario, quod litis motæ qualitercunque ſcientiam habuerit ab appellandi remedio excludendum ſufficit.*

Citatio per generale proclama ſatis eſt, quoties ignotus citandus eſt eiuſque nomen ignoratur.

Sola proceſſus ſcientia, nec appellare tertius poſſit, quoties principalis non appellaret ſufficit.

Actorum appellatione etiam ſententia comprehenditur ſecundum veriorem ſcribentium opinionem.

Vbi diuerſa eſt ratio diuerſa debet eſſe iuris diſpoſitio.

Vna determinatio plura reſpiciens determinabilia determinare æqualiter debet.

371 *Tunc ſuper re feudali contra vnum de agnatione ſententia prolata, aliis ſequentibus agnatis præiudicat, vbi citati ſequentes agnati fuerint, vel cauſam cum illo agnato ſ. iuiſſent ſecundum communem ſcribentium opinionem.*

372 *Per proclama citatus, & virtute proclamatis ſciētiā habens quo caſu in iudicio non comparendo ſibi præiudicet notab. explicatur.*

Per proclama citatus non comparendo, quod contumax dici nō poſſit communis ſcribentium opinio refertur.

373 *Iudex delegatus contra vnum in ſpecie datus, & in genere contra omnes quorum intereſt contra perſonas in genere comprehenſas antequam perſonæ illæ exprimantur exercere iuriſdictionem nequit.*

Perſonarum in generali clauſula comprehenſarum expreſſionem in prima citatione facere iudex debet.

Neque executori huiuſmodi citationis decretæ perſonarum expreſſionem ſub præfata generali clauſula comprehenſarum facere licet.

374 *Cauſam quoties tertius appellat eſſe in appellatione exprimendam, cauſaſque in appellatione expreſſas ſemiplene ſaltem antequam ad vlteriora procedatur eſſe exprimendas communis eſt ſcribentium opinio.*

Cauſæ expreſſio ad ipſius appellationis ſubſtantiam nō requiritur, ſed ad finem ſolum, vt ſciat iudex nunquid appellationi, vel ne deferre debeat, & quando ſit cauſæ expreſſio neceſſaria declaratur.

375 *Duplex modus quo appellationem concipere tertius debet explicatur.*

Per tertii appellationem ſententiæ executionem differri communis ſcribētium opinio refertur, quod vbi abſque appellantis præiudicio ſententiæ executio fieri non poſſet procedere declaratur.

Tertius intereſſe prætendens non ſolum ſi petitorio, ſed etiam ſi poſſeſſorio actum eſſet executionem impedit.

Tertio appellante ſententiæ executio differtur, ſiue appellationi iudex detulerit, ſiue non niſi limitatur ex calumnia, ac vt executio differatur tertiū appellaſſe præſumi poſſit.

Acta cauſæ poſt appellationem per tertium interpoſitam tertio præiudicant.

Infra decem dies à die prolationis ſententiæ adhærere quis appellationi debet.

Idem in appellationis ratificatione, quæ infra decem infra quos appellare licet fieri debet, alias quod inualida ratificatio cenſeatur.

Quod niſi pro abſente interpoſita appellatio fuiſſet procedere declaratur, quo caſu infra decem à die ſcientiæ ratificatio fieri poteſt.

Tertius alterius appellationi pro ſuo intereſſe adhærens al quid ſibi adiudicari petere non poteſt, ſed ei cauſam ſolum defenderet, licet & condemnatum ad effectū tueri ne contra reū ſentētia lata ſibi præiudicet.

In appellantis perſonam non autem tertii eſt ſententia ferenda ex quo cum eo lis inchoata fuit.

376 *Tertio oppoſitori pro ſuo intereſſe in iudicio comparenti omnia allegare licere, & probare, quæ principalis ipſe, nec probauit neque allegauit dummodo ad cauſæ defenſionem illa pertineant communis ſcribentium opinio refertur.*

Bona ab vxore quæſita de bonis mariti quæſita fuiſſe à quolibet tertio dummodo ipſius interſit opponi poſſe etiam quod maritus per vxorem acquiſita non eſſe de bonis ſuis quæſita fateretur verior eſt æquior, & honeſtior opinio.

377 *Tertio quoties in iudicio comparenti actio, vel defenſio non autem actori competit, neque reo à iudicio eſſe illos excludendos ne iudicium in tertii præiudiciū proſequantur communis eſt ſcribentium opinio.*

Vbi actorem, vel reum conſequenter ſaltem res ipſa tāgeret eis pro eorum intereſſe proſequi iudicium licet vel vt actori aſsiſtant, ſeu defenſori, & quatenus tertius ad iudicium veniens neque reum, neque actorē defenſurus, ſed actionem ab actore propoſitam, nec iuſtam eſſe neque dignam, vt in ipſius fauorem ſententia feratur, ac rem ab actore petitam ipſi tertio

non

Google

non autem actori eſſe tradendam exponeret nunquid iudicium inter actorem, & reum in ipſorum præiudicium impediatur remiſſiue.

178 Tertius vt executionem appellando impediat incontinenti de iure ſuo ac in promptu docere debet, ſed quoties ex eo, quia de ipſius tertii iure non conſtaret eſſet executio excipienda ſine præiudicia iurium tertii eſſe executionem faciendam cōis eſt ſcribentiū opinio.

Tertius qui agi cauſam, & tractari ſicut neque in iudicio comparuit à ſententia appellans contra præſentem lata executio non impeditur.

179 Idem tempus ad appellandum à iure conceſſum operari, quod ipſa operatur appellatio, etiam quo ad attentata reuocanda communis ſcribentiū opinio refertur.

Sicut appellatione pendente, ita tempore ad appellandum pendente nihil innouare licet.

Vbi intra decem dies ad appellandum conceſſos ſententia contra principalem prolata exequeretur tertio illam attentatam prætendere non cōceditur, ſicut principali permittitur.

Appellatio per tertiū interpoſita, ac victoria in appellationis cauſa per ipſum obtēta principalē niſi ipſius ēt nomine interpoſita appellatio fuerit non iuuat.

180 Clauſula appellatione remota, quo ad partes ipſas in reſcripto comprehenſas, non autem quo ad tertiū operatur, cui pro ſuo intereſſe, quod appellare liceat communis ſcribentium opinio refertur.

Statuto ne a ſententia appelletur diſponente, quo ad litigantes ipſos hoc procedere intelligitur, non autem, quo ad tertium pro ſuo intereſſe appellantem.

In ſcriptura priuata, quod dies non requiratur, quoties de tertii præiudicio ageretur non procedit.

Tertii ius per nullam verborum plenitudinem in reſcriptis, ſeu alibi appoſitam ſublatum intelligitur.

181 Tertio appellare pro ſuo intereſſe permittitur, etiam quod in caſu appellare velit in quo ſi citatus ad cauſam ipſe fuiſſet appellare nequiuiſſet.

Quamuis partibus, quę in iudicio fuerunt à ſententia in terminis legis ita prolata, C. de edic. Diui Hadr. toll. appellare non permittatur, tertio tamen qui in eā non interuenit appellare à tali ſnīa licet, & appellatio tali caſu effectū etiam ſuſpenſiuum operatur.

Quod vbi ſimpliciter appellatio concipe.e ur procedere ampliatur, ſecus ſi conditionaliter veluti, quia quatenus contra ſententia proferatur concepta ſit appellatio quo caſu inualida appellatio cenſetur, etiā quod clauſula in ea mun. meiuri nā apponatur, neque attentata operatur, neque effectum ſuſpenſiuum.

182 Ex receptione fructuum, & penſionis, ac per locationis inſtrumentum, vel venditionis fructuum, etiam quoad tertium poſſeſſio probatur.

Penſionis perceptio naturalem poſſeſſionis actum repræſentat.

Ex terræ cultura, ac ex eo quod terram quis arauit, & ſeminauit poſſeſſio probatur.

Contra tertium, qui poſſidet ex penſionis perceptione poſſeſſio non probatur.

Rem vbi cord ctam conductor vendidiſſet, eādemque ab emptore conduxerit, ac penſionem tam primo domino quam emptori ſoluat primus dominus per conductorem poſſeſſionem retinet.

Ex locatione altero poſſidente poſſeſſio non probatur.

Locatio in tertii ignorantis præiudicium poſſeſſionem non probat, ſed in ſoluentis tantum, necnon in præiudiciū conſenſum, & authoritatē ſolutioni præſtantis.

Vel vbi in conſpectu rei, aut pluries continuata ſolutio fuiſſet.

Ex penſionis receptione non aliter probata locationis effectuatione poſſeſſionem probari ſcribētium communis opinio refertur.

183 Remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. contra emptorē, etiam quod in alium rem tranſtulerit competit.

Quoties eodem morbo ſecunda emptio, quo prima laboraret, vt quia eodem pretio res ſecundo emptori vendita extiterit contra ſecundum emptorē præfatæ l. 2. diſpoſitione agere, ac exequi contra ipſum licet.

Quando alienans, & poſſeſſor eodem actionis genere tenentur executiue tali caſu procedi cōtra poſſeſſorem poſſe communis ſcribentium opinio refertur.

184 Actionem ad mutuum colludenti factum repetendū non dari, vel vbi mutuans, ad aleas ludentium receptor eſſet communis ſcribentium opinio refertur.

Ludens tecum ſi veſtem in ludo ſibi vendat, non valet contractus, nec de euictione in ludo vendens, neque ad pretii reſtitutionem emptori colluſori à quo res euicta extitit venditor tenetur.

Quod vbi pretium venditor perdidiſſet procedere declaratur.

Secus ſi illud non perdidiſſet, quo caſu quamuis de euictione venditor non teneatur ad pretii tenetur reſtit.

Etiā pacto expreſſo, quod venditor de euictione non teneatur re vendita euicta ad pretii reſtitutionem venditor tenetur, & communis eſt ſcribentium opinio.

Quod vbi generale pactum fuiſſet procedere declaratur ſecus vbi ſpecifice pusa ſi à Sempronio res euinceretur pactum extitiſſet, quo caſu neque ad pretii reſtitutionem venditor tenetur.

Quoties neque ad pretii reſtitutionem teneri vēditorem pactum extitiſſet adhuc ad pretium reſtituendum venditor tenetur.

Vbi inter mutuo ementem, & vēdentem vt alter in caſu euictionis, neque ad pretii reſtitutionem alteri teneatur pactum fuerit re euicta, neque ad pretii reſtitutionem alter alteri tenetur.

Quoties in diuiſione, vt nemo de euictione teneatur pactum fieret, neque ad pretii reſtitutionem agere tali caſu licet.

Rem ſcienter emens alienam, ſiue alteri obligatam, niſi expreſſe de euictione ſibi cauerit de euictione et agere non permittitur, ſed ad pretii ſolum reſtitutionem ſecundum communem ſcribentium opinionem.

185 Tertio non ludenti, qui pecuniā ludenti mutuat actionem ad mutuum repetendum competere communis eſt ſcribentium opinio, & à conſuetudine approbata.

Pecuniam mutuo acceptam colluſori mutuanti ſe reſtituturum colluſor promittens, vel ubi tanquam confeſſus de ſoluendo præceptum accepiſſet ad mutuum colluſori reſtituendum tenetur.

189 Tertio poſſeſſori abſenti contra quemcunque mundi hominem, & à quocunque cauſam habentem poſtquam reuerſus fuerit naturalem propria authoritate piſci poſſeſſionem licere uerior refertur ſcribentium opinio.

Tertium nec iudicis pronunciatione, neque Principis reſcripto in ſua qua reperitur poſſeſſione turbare licere communiter ſcribentes ſentiunt.

187 Alterius fundum ingrediens ſibique per tertium cōtrouerſiam moueri ſuſpicans tertio contra ingredientem, uti poſſidetis interdictum, ex quo non poſſidet, neque dominium habet nō acquiritur, ſed fundi poſſeſſori, quem controuerſiam ſibi moturum ſuſpicari ingrediens debuit.

Quod ſuſpicer mihi moueri controuerſiam, & quod ſi non ſum ſuſpicatus ſuſpicari debui mihi controuerſiam moturam, ut interdictum uti poſſidetis competat paiſicari comunis canoniſtarum opinio refertur.

188 Contractum metu initum actione, quod metus cauſa reſcindendum eſſe non autem ipſo iure nullum contractum propter metum cenſeri communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Dotis

Dotis contractum per metum geſtum, etiam vbi expreſſa ſtipulatione mediante dos promitteretur nullum ipſo iure remanere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Nunquid metus tertio metum ignoranti, nec de eo aliquo modo participanti præiudicet plene diſcutitur.

Actio, quod metus cauſa in rem ſcripta cenſetur, & cõtra tertium poſſeſſorem etiam ignorantem, & cauſam habentem oneroſam quando metum inferens ſoluendo non eſſet in ſubſidium competit, & hoc qualiter procedat affluenter explicatur.

Actiones in rem ſcriptas tam actiue in ſingularem ſucceſſorem quam paſſiue tranſire communis ſcribentium opinio refertur.

189 Metum reuerentialem ſolum ad contractum reſcindendum non ſufficere magis communis eſt ſcribentium opinio, ſed neceſſe eſt, quod minæ, vel verbera præceſſiſſe probetur.

Nisi limitatur cum metu ipſo reuerentiali enormiſſima læſio concurreret, & communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Metus probationem eſſe iudici arbitrariam communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio.

Quis dicatur metus, qui in grauem, & conſtantem virum cadere poſſit in iudicis etiam arbitrio conſtitutum cenſeri communiter ſcribentes ſentiunt.

Solam patris præſentiam iuſtum metum non inducere ad filiæ carnale matrimonium, ſeu ſpiritnale reſcindendum communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Metus ſibi illati occaſione, quoties bona ſua quẽ amiſiſſe conſtaret ipſius iuramento de quantitate, & bonorum æſtimatione contra metum inferentem, quod ſtari debeat communis ſcribentium opinio refertur.

Metu reuerentiali celebrata, quoties vere ſpontaneus cõſenſus non interceſſit, etiam quod minæ, vel verbera non probentur in pœnitentiæ foro & conſcientia minime obligant.

190 Ex conſanguineorum, & amicorum præſentia, etiam vbi de metu proteſtatio præceſſerit metus excluditur. & hoc qualiter procedat declaratur.

Ex iud[illegible], ac Principis præſentia pro quo maior eſt præſumptio metus ceſſat.

In filia patris reſpectu, & paterna reuerentia, etiam quod conſanguinei, & amici adhibeantur metus præſumptio non excluditur.

Quod vbi filia in domo patris habitaret, ſecus ſi cum marito à patre ſeorſum contractus tempore filia moraretur procedere declaratur.

Mulieres maiores ætate cũ maritis habitantes non facile à parentibus ad eorũ iura cedendũ inducuntur.

Ex euidenti læſione etiam in filia cum patre contrahẽte dolũ præſumi cõmunis ſcribentiũ opinio refertur.

Actus per eum, quoties geritur, cui reuerentia debetur conſenſum non præſumi, ſed diſſenſum ſi ſibi præiudicat communis ſcribentium opinio refertur.

191 Metus probatio, ex præcedenti proteſtatione de metu facta magnopere iuuatur.

Ex proteſtationis omiſſione, quod libere actus, & ſponte factus fuerit præſumitur.

Clandeſtina proteſtatio contra metum inferentem, & contra cauſam metus præſtantem non autem in tertii præiudicium prodeſt, & communis eſt opinio.

Clandeſtina proteſtatio de aliquo non præſentando à patrono emiſſa, & quatenus præſentaret, quod per metum faceret continens, illi qui poſtea præſentatus extitit, non nocet.

Clandeſtine actus qualiter fieri dicatur remiſſiue.

Ad metus probationem proteſtationem vtilem eſſe non neceſſariam, ac ſatis eſſe, quod ſine ea de metu conſtet communis eſt ſcribentium opinio.

Ad metus probationem proteſtatio valde confert.

Metus qualiter probetur, & ex quibus præſumatur remiſſiue.

192 Minor tam aduerſus damnum paſſum quam lucrum amiſſum etiam incertum, quod facilitate, vel in curia neglectum extitit etiam in tertii præiudicium in integrum reſtituitur.

193 Res inter alios acta facilius tertio prodeſt quã nocet.

Adulteri abſolutio adulteræ prodeſt condemnatio vero non nocet, & ſententia ad vnius conſocii fauorem prolata omnibus prodeſt.

Sententia ad vnius fratris fauorem prolata, quod ſit ciuis alteri fratri prodeſt.

Sententia pro vno correo debendi lata aliis prodeſt.

Sententia inter alios lata qualequale tertio præiudiciũ affert, quoſque effectus dictum qualequale præiudicium pariat remiſſiue.

Decimæ quoties in qua quantitate ſoluendæ ſint dubitatio orietur ad inſtar aliorum in eadem parochia decimas ſoluentium ſoluendæ ſunt, & quatenus de hoc non appareret vicinorum conſuetudo eſt attendenda.

In procurationis præſtatione epiſcopo viſitanti debita vicinorum conſuetudo attendi debet.

Vbi locus ſuam particularem habet conſuetudinem illam ſeruare conuenit, alias vicinorum conſuetudinẽ ſtandum eſt.

Decimas ita in qualibet territorii parte exactas fuiſſe, non eſt neceſſarium probare, ſed ſatis eſt, quod probetur ita in maiori parte tacito populi vicinioris conſenſu exactas decimas fuiſſe.

Tertii ex facto iuuari quẽ nõ aũt damnificari aſſeritur.

Quoties de actus interpretatione agitur vicinorum conſuetudini ſtandum eſt.

Conſuetudinem à decimarum ſolutione excuſare communis eſt Theologorum opinio.

Carceris cuſtodem ob cuius dolum, vel culpam reus ob crimen detentus aufugiſſet eadem pœna qua reus plectendus erat eſſe puniendum communis refertur ſcribentium opinio.

Detentus in carcere commentarienſis culpa in dubio aufugiſſe præſumitur.

Duo vbi eſſent carceris cuſtodes, & carceratus vna cũ altero cuſtode fugiſſet fortuito caſui iſtud adſcribitur, nec de carcerati fuga alter ſocius tenetur.

Quod vbi Princeps alterum cuſtodem, & ſocium, ſiue iudex deputaſſet, ſecus ſi ipſemet cuſtos concuſtodẽ appoſuiſſet procedere declaratur.

Carceris cuſtos ob carcerati fugã qualiter tã pro ciuili quam pro criminali cauſa puniatur remiſſiue.

Homicida illius ſucceſſione, quem interfecit tam ab inteſtato, quam ex teſtamento priuatur, quod qualiter procedat exponitur.

Fratrem, per quem frater occiſus fuerit fraterna priuari ſucceſſione eamque fiſco non autem filiis eius deberi communis refertur ſcribentium opinio.

Tertius non interficiens in eodem gradu cum interfectore ſuccedit, & fiſco præfertur.

Fratris factum alteri fratri non nocet.

Filius vbi patrem occidiſſet ipſius filiis aui occiſi nepotibus auo ſuccedere, quod minime permittatur magis communis eſt ſcribentium opinio, filium à quo pater occiſus fuit patri ſuccedere, & ab ipſo tanquam ab indigno hæreditatem auferri communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Tertius actionem habens, & agere recuſans ab eo cuius intereſt compelli ad agendum poteſt.

194 Vtilitati meæ cum tertii vtilitate coniunctæ renunciare minime licet.

Reo quoties dilationẽ iudex aſſignaſſet in actoris præiudicium dilationem renunciare non permittitur.

Tertio

Tertio quoties ius ex contractu nominato quæritur ſine ipſius tertii facto non eſſe reuocationi locum communis eſt ſcribentium opinio.

Contractus omnes de quibus inſtrumenta conficiuntur propter ſtipulationem quam in inſtrumentis notarii apponunt nominatos cēſeri communis eſt pariter ſcribentium opinio.

In integrum reſtitutione minori conceſſa in præiudiciū iuris maiori quæſiti maiore inuito tali iuri renunciare non permittitur.

Vicino qui congrui ius intentauit pœnitere ac proprio fauori in ſui beneficium, ac extraordinario iure inducto renunciare licet.

195 Alteri quis ſtipulari regulariter non poteſt.

Donatori in donatione alicui facta legem rei ſuæ, vt aliquo adueniente caſu in tertium proueniat apponere conceditur, ac ex huiuſmodi pacto, & ſtipulatione vtilem actionem illi tertio ſine ceſſione acquiri communis refertur ſcribentium opinio.

Quod, ſiue appoſitum ſit pactum, vt aliquid ex re donata præſtetur, ſiue ſpecie donata pactum de danda pecunia apponatur procedere communis ſimiliter eſt ſcribentium opinio.

Tertii, ſiue notarii pro abſente acceptatione ſecuta, etiā quod donator, & donatarius ad reuocandum conueniant, reuocare pactum ad tertii fauorem emiſſum non permitti cōi pariter calculo ſcribentes ſentiunt.

Tertii abſentis nomine quoties nemo pactum acceptaſſet re integra exiſtente pactum hoc in abſentis præiudicium reuocare donatori licere verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio.

Secus vbi res non eſſet integra, quo caſu donatori, quod pactum ad tertii fauorem reuocare non concedatur, communis pariter eſt ſcribentium opinio.

Pactum à donatore in tertii abſentis fauorē appoſitū, vbi illud dum vixit non reuocaſſet donatore mortuo illud ipſius hæredi, quod reuocare minime liceat communi ſimiliter calculo ſcribentes ſentiunt.

196 Maiorem vim iuramentū habet quam res iudicata.

Iuramentum in tertii præiudicium non operatur.

Ideo legi hac edictali, C. de ſecund. nupt. renunciare non licet quia odium prohibiti, & tertii fauorem filiorū, ſcilicet primi matrimonii concernit quibus præiudicare non permittitur.

Ratificationem in tertii præiudicium fieri non poſſe communis eſt ſcribentium opinio.

197 Tertius non eſt alterius odio prægrauandus, & pœna ſuos authores tenere debet.

Statuto diſponente ad damnum emendādum villam teneri, niſi malefactorem dederit in litem contra villam non iurari communis refertur ſcribētium opinio.

Cuius loci ſtatuti qui damnum paſſus extitit tanquam vnus de vniuerſitate ad contribuendum tenetur, & ſic illud minus conſequitur.

198 Dominum pro famulorum ſuorum delictis non teneri communis eſt ſcribentium opinio.

Seruorum culpam, vel quomodocunque ſubditorum nocituam dominis ſuis eſſe non debere communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Niſi limitatur homines notorie ſceleſtos domi dominus teneret quo caſu pro illorum delictis dominum teneri communi ſimiliter calculo ſcribentes aſſeuerant.

Niſi iterum declaratur pro delicto à famulis ſuis commiſſo dominus moleſtatus famulorum bonam famā, ac eos vti tales fuiſſe habitos probaret.

Quicquid famulus domini occaſione eoque ſciente faceret de ipſius voluntate feciſſe eum cenſeri, communis eſt ſcribentium opinio.

De illis delictis, quæ domino in ſuo famulus facit, vel prohibere dominus non poteſt dominum non teneri communis ſcribentium opinio refertur.

199 Ciuiliter etiam, ac ad pœnam conuentionalem ex facto familiæ illorumque qui in aliquo familiari miniſterio miniſtrant dominus tenetur.

Quod vbi circa officium ſibi à domino cōmiſſum, ſecus circa alia familia delinqueret procedere declaratur.

Eo ipſo de familia eſſe quis probatur, quod aliis cum famulis aſſociatus, & in officio ſeruire apparet, in quo alii ad id deputati ſuum exhibent ſeruitium quamuis nulla de hoc deputatio appareret, vel ſcriptura, ac officio præpoſitum, eo ipſo quod domino ſciente exercet, quem cenſeri communis eſt ſcribentium opinio.

Non ſolum ex familiæ facto dominus tenetur, ſed ex facto eorum etiam quos familiæ præpoſitus, & magiſter elegiſſet, neque famulum exhibendo dominus liberatur, ac illius eſt optione, qui damnum paſſus fuit vel contra magiſtrum agere, vel contra famulos.

Tunc pro facto ſerui dominum teneri, vbi commodum ex illo facto dominus ſentiret, alias ſecus communis eſt ſcribentium opinio.

200 Filio ciuili ex cauſa, aut ex delicto condemnato, neq; ex legitima patrem poſt patris mortem debita ad condemnationem ſoluendam patrem teneri communis eſt omnium ſcribentium opinio.

Neque in peculio filii aduentitio, neque etiam in eius proprietate, licet ex integro filii ſit fieri executionē poſſe communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Niſi limitatur in bonis aduentitiis filio pater adminiſtrationem conceſſiſſet.

Pater quoties de bonis aduentitiis litigare filium, eūque agere conſentit executio in filii bonis aduentitiis fieri poteſt.

Pro delicto aut debito paterno executionem in peculio filii profectitio facere non licet.

201 Filiifamilias bonis confiſcatis bona ipſius aduentitia nullatenus in confiſcatione comprehenduntur ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Neque caſtrenſe peculium in bonorum filiifamilias confiſcatione comprehendi verior eſt, & magis communis ſcribentium opinio.

202 Ex ſtatuti diſpoſitione vnū pro alio, quod pœna teneatur pecuniaria induci poſſe communis ſcribentium opinio refertur.

Statuto pro filio teneri patrem diſponēte, nullatenus iuramentum in litem contra patrem competit.

Contra tutoris fideiuſſorem iuramentum in litem non competit tanquam contra tertium, qui dolum non commiſit.

Fideiuſſionis effectus vltra verba ipſius, & eorum ſonum non extenditur.

Pro conductore domus intercedens, non ſolum penſionis reſpectu, ſed ſupplectilium etiam conductori traditorum intereſſe cenſetur.

Pro domus penſione fideiubens pro domus etiam deterioratione tenetur.

203 Contra tertium quantumuis cum titulo, & bona fide poſſidentem, & ad quem ſine vitio res peruenit remedium canon. Reintegrandæ. 3. q. 1. antiquiori actoris, & ſpoliati poſſeſſione probata competere magis communis eſt legiſtarum opinio.

Secus de iure canonico quo attento contra titulo, & bona fide poſſidentem, & ad quem ſine vitio res peruenit dictum remedium non competere magis communis canoniſtarum opinio refertur.

Vbi contra titulo poſſidentem, & ab eo qui nullum titulum habebat cauſam habentem ageretur præfatum remedium competit, ſecus ſi contra ab eo cauſam habentem ageretur, qui titulo poſſidet.

Nouum, ac cæteris pinguius eſſe præfatum canonis Reintegrandæ remedium magis communis eſt ſcribētium opinio.

Perpetuo dictum remedium vigere, ac intentari perpetuo pa-

Digitized by Google

tuo poſſe, ac poſt cētum, immo poſt mille annos illud cōpetere magis cōmunis eſt pariter ſcribentiū opinio.

204 Tertii factum, ſiue alienum factum promittens ſi fecit, quicquid potuit, nec ad principale factum, neque ad intereſſe tenetur, ac periurium, & pęnam ſub qua ſe obligauit euitat.

Pœna & intereſſe, idem operatur.

Se facturum, & curaturum promittēs ſi fecit, quicquid potuit excuſatur.

Promiſſio facti alieni inualida eſt.

In prætoriis ſtipulationibus, valida eſt facti alieni promiſſio facturum ſe, & curaturum, vt aliquis faciat, promittens proprium non autem alienum factum promiſiſſe videtur, & communis eſt ſcribētium opinio.

205 Vbi quod quis aliquid faciat in eius obſeruationem, ad quod ipſe tenebatur quis promiſiſſet ſe facturum, & curaturum promiſiſſe videtur.

Se facturum, & curaturum promittentem, ſi quam primum potuit non adimpleuit in mora, quacunque interpellatione circumſcripta conſtitui communis ſcribentium opinio refertur.

Vbi promiſſionis verba, quod promittens ad omnem requiſitionem facere curabit continerent, nec interpellationem eſſe neceſſariam communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Sine temporis præfinitione obligatus ſtatim etiam ſine aliqua interpellatione obligatus cenſetur.

206 Si ſe facturum promittens, & curaturum factum ēt in inſtrumento, & intereſſe promittat clauſula appoſita, quod non vult poſſe excuſari omnem ſuum feciſſe conatum, quod principalis obſeruabit.

Sed quod de ſuo proprio ſoluere intendit, & omnia obſeruare in inſtrumento contenta ad intereſſe tali caſu promiſſorē teneri communis eſt ſcribētium opinio.

Facti alieni iurata promiſſio, ac voluntate ſe præciſe obligandi concurrente, neque ſuum poſſe faciendo promittens, neque intereſſe ſoluendo à periurio excuſatur, ſed ad factū iuramenti vigore oīno cōpellitur.

Factum alienum cum iuramento promittens facturum, ſe & curaturum promiſiſſe cenſetur.

Factum alienum ab initio difficile, vel impoſsibile promittens faciendo quantum in ſe eſt liberatur, & communis eſt ſcribentium opinio.

Vt factum promittens alienum, etiam quod omnem adhibeat diligentiam teneatur cautela refertur.

207 Pacta actiue, & paſsiue in hæredes tranſire etiam nulla ipſorum mentione facta dummodo verborum, & contractus natura, ac res ipſa in contractu deducta ad hæredes materiam eſſe tranſmiſsibilem patiatur communis eſt pariter ſcribentium opinio.

De facto ſuo tantum quis promittēs etiā de hæredis facto promiſiſſe intelligitur ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Idem in facto authorum, & prædeceſſorum de quorum facto taxatiua dictione non obſtante teneri promiſſorem communis eſt ſimiliter ſcribentium opinio.

Pro ſuo facto euictionem promittens pro ſingularis auctoris facto non tenetur.

Promittēs ſe facturum, & curaturum, quod tertius cōtractum aliquē, ſiue aliud quid faciat per illius tertii mortē liberatur, neq; hæredes promiſſio cōprehēdit.

Promittens ſub certa pœna ſe facturum, & curaturum quod Titius matrimonium cum Sempronia contrahet, ſi fecit quicquid potuit ad pœnam non tenetur, ac tertii morte ſecuta à pœna ob impoſsibilitatē ſuperuentam excuſatur.

Factum perſonæ defuncti in hæreus ad hæredes non tranſit ſe curaturum promittens, ſi quam primum potuit non curauit quamuis in pœnam incidat hoc tamen intelligitur dummodo, ille quem daturum vel facturum promiſiſſet non moriatur.

208 Tertium ratum habiturum ſub aliqua pœna promittens tertio illo, non ratificante immo ex capite in integrum reſtitutionis, vt quia ſe enormiſsime læſum dicat contrauenienti pœnam non incurrit.

Ex illius facto cui impleri actus debet, ſi non eo modo actus fiat, prout fieri debet promittens non tenetur.

Quoties actus, ideo nō adimpletur, quia ille cuius adimpleri intererat cauſam dedit adimpletus cenſetur.

Promiſsio aliquid faciendi, niſi ille cuius intereſt non faciendi cauſam præſtiterit interpretatur.

Indemnem ab omni lite mouenda ſeruare aliquem promittens, niſi lis ex ſua culpa moueatur intelligendum eſt.

209 Promiſsio de ſe obligando de præſenti ſine noua promiſsione obligationem operatur ſecundum communem ſcribentium opinionem.

Dotis conſtituendæ promiſsio eundum effectum habet, quem dos conſtituta.

Debitorem hæres liberare iuſſus debitori ſtatim, abſq; alia liberatione non aliter ac ſi liberationem teſtator legaſſet exceptio competit.

Pactum de donando donationis vim, & efficatiam habet ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.

Quod in promiſſione donādi bona procedere declaratur, ſecus in promiſsione donandi hæreditatem veriori attenta opinione.

Aliud eſt vendere aliud promiſsio de vendendo, & communis ſcribentium opinio refertur.

Vendere promittens quantumuis rei tradendæ facultatem habeat præciſe ad rem tradendam minime cogitur, ſed ſoluendo intereſſe, quod liberetur verior, & magis communis eſt ſcribentium opinio.

Renunciatio, & promiſsio de renunciando tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus differunt.

Promiſsio iurata de renunciādo, ac ſi realiter, & actualiter de præſenti facta renunciatio fuiſſet operatur.

Conuentio inter vxoris patrem, & ipſius generum de ea poſtquam in domo viri ducta fuerit paternæ hæreditati renūciare faciēdo nulla, & inualida aſſeritur.

210 Renunciationes ſunt ſtricti iuris, ac ſtricte interpretantur.

Renunciationem à filia patri factam fauore filiorum extantium factam præſumi, ipſamque fratribus patre viuente decedentibus, quaſi renunciationis cauſa ceſſante non nocere communis ſcribentium opinio refertur.

Pactum de tertii hæreditate quantumuis iuratum inualidum cenſetur ſecundum communem ſcribētium opinionem.

Hæreditatis renunciatio expreſſum illius de cuius hæreditate agitur conſenſum requirit, & magis communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Filiæ iurata renunciatione de non ſuccedendo non obſtāte, ex teſtamento ſuccedere licere communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Fœminæ, ex ſtatuti diſpoſitione à ſuccedendo excluſæ ab inteſtato non autem ex teſtamento excluſæ cenſentur.

211 Statutū fœminas dotatas propter maſculos excludens ab hæreditate dotantis non autem alterius tertii qui dotem non præſtitit excludere cenſetur ſecundū communem ſcribentium opinionem.

Hæreditas poſtquam adita fuit non dicitur amplius hæreditas, ſed hæredis patrimonium ſecundum magis communem ſcribentium opinionem.

212 Beneficium Principis latiſſimè interpretari communis ſcribentium opinio refertur.

Quod contra Principem ipſum concedentem procedit, ſecus contra tertium in cuius damnum, vel iniuriam ſtrictiſsime principis beneficium interpretatur.

Altare

Altare vnum non eſt cooperiendum, vt aliud diſcooperiatur.

Vni ſi ſubueniri non poteſt niſi alter lædatur neutri ſubueniendum eſt.

Statutum tollens ius vni, & alteri dans, non valet.

213 *Princeps dans aliquid, vel confirmans illud ſaluo iure tertii eſt ſemper intelligendum.*

Nulla, & inualida confirmatio cenſetur iuris tertii in precibus non facta mentione.

Clauſula ſaluo iure tertii conditionalem contractum facit, ipſaque quamuis nõ exprimatur ſubintelligitur.

Beneficium pupillo, vel minori à Principe conceſſum ſine tertii præiudicio conceſſum intelligitur.

214 *Tertii ius de quo non eſt facta mentio, neque ſtante clauſula de plenitudine poteſtatis, neque clauſula motu proprio, neque alia ex certa ſcientia ſublatum cenſetur, quæ nihil in tertii detrimentum operatur magis communi ſcribentium opinione attenta.*

Neque clauſula pro expreſſis habentes, in tertii præiudicium operatur.

Principi, neque cum clauſula de plenitudine poteſtatis ſpurium in agnati præiudicium legitimare licere communis ſcribentium opinio refertur.

Prænotatas clauſulas nihil operari eſt potius tolerandum quam iuri tertii derogare, quod Princeps voluerit præſumere.

Clauſula collatione alteri facta non obſtante in Papæ literis appoſita de collatione inualida non autem de valida intelligitur.

Tertii ius tunc tollitur, vbi clauſula tertii damno, & præiudicio non obſtante, Princeps vteretur, ac tertii ius tali caſu tolli, quamuis nominatim tertius non exprimatur magis communis eſt ſcribentium opinio.

Quod vbi de paruo, ſecus ſi de magno tertii præiudicio ageretur procedere declaratur, quo caſu clauſulam illam ſpecialem non obſtantibus ſufficere, ſed clauſulam requiri ſingularem magis communis eſt pariter ſcribentium opinio.

Neque clauſula appellatione remota, neque alia recuſatione remota in tertii præiudicium ſuas vires extendunt.

215 *Iure delegato, quo ad ſuæ iuriſdictionis fundamentum, niſi mandato delegationis exhibito non præſumi communis eſt ſcribentium opinio.*

Delegationem in dignitate poſitum nulla ſine delegationis fide facta in cauſa procedere poſſe maxime, vbi delegatus probatæ eſt vitæ magis communis ſcribentium opinio refertur.

Cardinali aliquid ſibi à Papa viuæ vocis oraculo commiſſum eſſe aſſerenti, quod credatur eſt pariter magis communis ſcribentium opinio.

Caput Decimumquintum.

1 CVm in capite præcedenti nu.49. circa mediũ recuſationis exceptionẽ ante concluſionẽ in cauſa ortã poſtquam in cauſa concluſum extiterit probare non licere, etiam quod poſtea de ea notitiam pars habuerit adnotauimus quæſtionis eſſe ſolet nunquid minor Eccleſia, aliæque perſonæ ſimiles quibus in integrũ reſtitutionis beneficium competere, Afflict. in decis. 210. in principio illas enumerans, affirmat, ac plenius Franciſc. de Caldas, & notabilius in repetit. l. curato rem, C. de in integr. reſtitut. minor. verbo minoribus numero 70. cum ſequentibus, vſque ad finem poſt hæc ſcripta à me viſus ad cauſam ſuſpicionis probandam ante cauſæ concluſionem ortam, ac poſt concluſionem propoſitam via ſaltem in integrum reſtitutionis ad illam per teſtes probandum ſint admittendæ, ac pro negatiua opinione, neque in integrum reſtitutionis remedio huiuſmodi perſonas eſſe audiendas plura ample per Capyceum in deciſione 13. omnino videndum cumulata obſtant minorem ad dilatorias exceptiones apponendum poſt diem ad eas obijciendas a lege datum pluribus notabilibus rationibus reſtituendum non eſſe dicentem, & per Caball. in Milleloqu. 777. par. 3. aliorum memorem.

2 Obſtat pariter nam minor aduerſus temporis lapſum ad accuſandum dati non reſtituitur l. auxilium, §. ſexaginta, ff. de minor neque ad crimina, vel defectus opponẽdum iuxta gloſam in Clement. 2. verbo grauiora de procuratoribus, neque propter obiectiones, aut interrogatoria omiſſa neque aduerſus pœnarum executionem, neque in actionibus ad vindictam tendentibus in decis. Capellæ Tholoſanæ 53. vbi Aufrer. in addition. Felyn. in capitulo fraternitatis numero 6. de teſtibus late Dom. Vincent de Franch. in decis. 421. par ſecunda notabiles ſcribentium diſtinctiones referens omnino inſpiciendus, & alij quorum in ſupracitato capitulo 26. practicarum quæſtionum num. 4. verſic primo ex lege, Couar. meminit, & in verſic. ſecundo huic opinioni, vbi in fine pari ratione reſtitutionem ad recuſationem iudicis proponendam, nullatenus minori eſſe exponit concedendam, ac ad plures dignoſcendos caſus in quibus minori reſtitutio denegatur, Pacem Scalã in tract. de conſ. ſap. libro 2. capitulo decimo illos referentem videas, & Franciſcum de Caldas in dicta l. ſi curatorem C. de integrum reſtitution minor. verbo ſua facilitate nume. 32 cum pluribus ſequentibus.

3 Illud pariter ſuffragatur, quia tempus ad retrahendum à lege minori datum omnino currere in tract. de retrac. cõſang. §. 35. gl. 3. Tiraq. qui plene de hoc eo loci loquitur aſſeuerat, ac ſtatuta ſimpliciter, & generaliter diſponentia, etiam minores comprehendere poſt text. in c. conſtitutus de integr. reſtitut. late in ſingul. 816. Rom. explicat, & ibi Pignola. in addit pluribus multiſque modis notabiliter limitantes, ac illo ſignanter, quod quando aliquid de iure communi non punibile ſtatutum punit minor in generali ſtatuto tali caſu nõ includatur, quod eſſe memoriæ cõmẽdandum exactiſsime eo loci Roma. admonet cuius Petrus de Anchar. Regiẽſ. dictum hoc exemplis exornans in libro 2. quæſtionum familiarium meminit, quæſt. 39. num. 10. & 11. ac ſtatuta generaliter diſponentia minores etiam comprehendere poſt plura copioſe adducta communem Marſilius in ſingu. 481.

Digitized by Google

eſſe enarrat ſcribentium opinionẽ, idem in Milleloq.852. in prin, Caball.tenet in ſtylo iſtud, & conſuetudine ampliãs, & Granut.in Theorem. 8.nu.14.verſ.doctores,quem alios referentem, & declarantem inſ, ectum facere nõ prætereas, ideoque ſi dotis lucrũ coniuge ſine liberis præmoriente ſuperuiuenti ſtatutum deferat in minore etiam dotem præſtante locum ſibi vendicare in l.1.Bald.notat,& Caſtrenſ.C.ſi aduer. dot.& Roman.in conſ.314. affineſque ad compromiſſum ſtatutum cogens,quod minores cõprehendat veram de mente quam plurium, & communem eſſe ſcribentium opinionem in tractat. de ætate minoris quæſt.8,num. 1.fol.172. à tergo Mandoſ.affirmat & hanc Bartoli, Baldi aliorumque omnium in l vlt.C. in quibus cauſ. in integr.reſtit.non ſit neceſſ. opinionem fuiſſe in conſ.100.num.130 verſic.primo ea ratione, & num.131.cum ſequentibus lib.4.Menochius enarrat Alexandrum inter cæteros in conſ. 65. lib 6.aſſerentem referens, quod ſi robur ſtatutum inſtrumentis non regiſtratis adimeret minores etiam comprehenderet, Natt. iſtud idem in conſ.141.num.17. explicantem lib 3. Romanum in conſ.166,num.2,& conſil.394.Decium in l.cum te in fine,C.de trãſact.& alios, ac minorem in proprijs prænotatæ quæſtionis,& articuli terminis,nullatenus reſtituendum eſſe ex notatis,per Felynum conſtat in c. exceptionem limit.6 de except. ſiue dilatoria, ſiue de peremptoria exceptione agatur læſionem ſemper eſſe conſiderandam, modicaque exiſtente læſione, neutiquam minorem eſſe in integrum reſtituendum aſſecurantem,ſecus vero magna exiſtente læſione,idem in præfata deciſ.13.Capyc.cõclucludit, & alij plures in præfato Milleloq. 777 à Caball.cumulati,ſed de modico in hoc caſu minoris agi præiudicio vltra à præcitatis ſcribentibus notata illa etiam probatur ratione, quia recuſationis prætermiſſa exceptione,& à ſuſpecto iudice ſententia prolata appellationis remedium ſupereſſe,quo mediante iudicatis iniquitate à ſuperiore corrigi in l.1.text probat.ff.de appellationibus ſupra in cap.ſecundo notata conueniũt num.15.poſt medium,& in ſupracit. quæſtione 26.num.4. per Couarruulam notata quem eo loci per totum plene diſcutientem inſpicere non prætereas.

4 In contrarium vero, ac minorem reſtitutionis in integrũ remedio aduerſus omiſſam ſuſpicionis exceptionem . etiam vbi de expreſſo minoris conſenſu,quod magis eſt conſtaret audiẽdum eſſe,poſt Mauritium in tractat.de reſtit in integr quæſt.213.in præfata quæſt.26 Didac.tenet col 6.nume.4.verſic.vidi tamen poſt multa hincinde cumulata frequẽtiſſimè in Regio Granatenſi prætorio minores,eccleſiam,& Rempublicam in integrum reſtitutionis remedio ad ſuſpicionis cauſas probandum ante cauſæ concluſionem ortas illa ratione admiſſos fuiſſe dicens, quia coram iudice, qui ſuſpectus eſt durũ eſt vtique litigare dicta l.apertiſſimi,C.de iudicijs & capitulo cum inter de exception. obeſſẽ minori non debere ſubdens, quod concludi in cauſa propter cauſam,quæ tunc aderat, & ante concluſionem orta erat non aliter recuſatione iudicis propoſita paſſus ſit inconſulte enim, ac per imperitiam hoc minorem omiſiſſe exiſtimãdum eſſe concludens, quod opponere vir prudens omiſiſſet,& in tracta. de epiſcop. Bertach. par.4.num. 12.ante fin.Imola relato in capit.ex parte il 2.de off.deleg.ſi iudicem minor,qui recuſari poteſt non recuſat in integrum eum reſtituendum eſſe indiſtinctè explicat.

5 Et quamuis contrariam opinionem,eamque pluribus munitam rationibus, minorem ſcilicet,neque reſtitutionis in integrum beneficio, hoc in caſu audiendum eſſe in l. peremptorias num.28,C.ſententiam reſcindi non poſſe, & in l Seio,ff.de integr reſtitut.Bal ſentiat, Innoc.in c.coram nu 1.de integ.reſtit.Lapus allegat.53. num.8. Angel.in l quidam conſulebant nu. 5. ff.de re iud.Capyc.in ſupracit.deciſ.13. numero 10. Vincent.de Franch.in deciſ.439. nu.1, & 2.par.3. alijque plures cõtrarium nihilominus in tit.de reſtitut.in integr.§. quis autem nume. 35 Speculat.aſſeuerat,Felyn.in dicto cap exceptionem num.19.de except.Soc.reg.171.limit. 7.num 1.minorem eo loci Eccleſiam, atque mulierem ad dilatoriam omiſſam proponendam in integrum reſtitui affirmans, ac ſcribentium conflictum tam acriter diſſentientem inuicem tali pacto concordari poſſe, prout ſic eos Innocentium, poſt Hoſtienſem in dicto capitulo coram numero octauo concordaſſe dicit, aut parui dilatoria eſt præiudicij,& reſtitutio quòd mĩnime concedenda ſit,aut vero magni, & illa, vt iterum paulo ante adnotauimus, quod concedi debeat, ac dilatoriæ naturam eſſe ait inſpiciendam,& ab ea accipiendum ſit, vel ne reſtitutio concedenda,nam poſſet fortaſſe inquit eſſe talis,quod non modicum illius omiſſio afferret præiuditium qualem hanc recuſationis iudicis exceptionem eſſe vere conſtat,iure, ac naturali ratione coram iudice,qui ſuſpectus ſit litem gerere periculoſam rẽ eſſe dictantibus, ac indiuiduo grauiter ex hoc,& enormiter minorem lædi in deciſione 431. numero primo, in fine,parte ſecunda,Dominus Vincentius,de Franch.atteſtatur,& ideo hac etiam diſtinctione attenta minorem ad ſuſpicionem poſt concluſionem in cauſa probandam, quæ ante concluſionem orta fuit eſſe in integrum reſtituendum rem eſſe exiſtimo veriſſimam & hanc in dicto capitulo 26 nu.4.ante fin. magis communem Couar.eſſe affirmat ſcribentiũ opinionẽ,ac pro pleniori prælatorũ cognitione, ac de diuerſitate inter declinatoriã, & dilatoriã exceptionem in ſupracitata repetit.l. ſi curatorem, C. de integrum reſtitutione minor. verbo, vel

aduer-

aduerſarij dolo num. 11. per totum, Frãciſcum de Caldas fol. 222. vbi notab. inſpectum facias, etſi dilatoriarum appellatione declinatorias cõprehendi exceptiones, ex Alberico in l. Titia, ff. de accuſat. & ſcribentibus in cap. paſtoralis de except. Contard. in commentar l. diffamari in ampliat. num. 88. affirmet in princ. C de ingen. & manumiſſ. immo minorem ante litis conteſtationẽ dilatorias exceptiones opponere omittentem ipſo iure poſt litem conteſtatã, & abſq; reſtitutionis auxilio opponere illas poſſe, ex Baldo in l. de die, §. ſi ſeruus in lectura antiqua, ff. qui ſatiſd. cog. Caſtrenſe ibi nu. 3. Felyno in dicto cap. exceptionem num. 19. in fine de except. & ex Alexandro in dicto §. ſi ſeruus num. 4. & in dicta l. ita demum num. 6. C. de procurat. in pta xi ind. §. 13. limit. 7. nn. 4 Afin affirmat.

6 Ac in contrarium allegatis eleganter, Sfortius Oddo, & accurate in ſupracitato tracta. de reſtitut. in integrum parte ſecunda queſt. 94. reſpondet artic. 2. reſtitutionis in integrum beneficio minores in hoc caſu eſſe concludẽs admittendos; & pro hac opinione argumenta exiſtere inconuincibilia in tract. de iure prothomiſ. §. 2. num. 32. Afflict pariter reſpondet, cuius verba infra num. 17. perpulchrè diſtinguentia retulimus, Tiraquel. in ſuprarelato, §. 35. glo. 2. num. 9. & Caball in Milleloq. 852. in fine, neque illud, paulo ante de modico, ſi recuſationis exceptio omittatur, ex quo appellationis remedium ſupereſt præiudicio agi adnotauimus obſtare ſciẽdum eſt, cum melius ab initio ſit intacta iura ſeruare quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere poſt tex. in c. ſi C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut non eſt neceſſ. ſupra in præfatione citatum in cap conſtitutus nume. 6. ante medium de in integr. reſtit. Panormit. exponit & nos ſupra de hoc plenius cap. 8. nu. 52. circa finem, idque adeo perpetuum eſſe aduertendum eſt, quod quamuis ex Regiæ Pragmaticę Regni Neapolit. verbis attentis in anno 1585. die 20. Menſis Iulij folio 23. in nouis æditæ, cuius in præfata deciſ. 431. D. Vincent. de Franch. meminit in prin. minores, mulieres, & collegia à proponenda in hoc caſu ſuſpicionis exceptione excludantur, non propterea in integrum reſtitutionis remedio illos priuari in præfato de reſtitut. in integrum tracta par. 1. quæſt. 15. artic. ſeptimo, Sfortia Oddus notat legem de minoribus expreſſe loquentem, nullatenus quod minor in integrum reſtitutionem petere nequeat continere communem eſſe firmans ſcribentium opinionem, multiſque eam rationibus corroborans, cuius aliorumque in proxime relata deciſione 431. numero ſecundo in fine, & numero 3. idem, D. Vincent. de Franch. quem inſpicias memoratur.

7 Ac integrum reſtitutionem nullatenus ſublatam cenſeri, etiam quod nulla ratione lex litem inſtaurari generaliter iubeat, gloſa eſt notab. in l. poſtquam liti, C de pact. quo loci, Iaſ. in fine, Decius & alij in generali beneficiorũ, vel iurium excluſione nunquam reſtitutionis in integrum beneficium minori cõpetens excluſum cenſeri explicant, immo illis in caſibus in quibus minor tanquam maior admittitur adhuc ipſi in integrum reſtitutionis beneficium competere gloſa notat finalis, & notab. in l. vnica C ſi de moment. poſſeſſ fuerit appellat. quam, Iaſ. in l. ſciendum ff. de verbor. obligat. num. 33. à ſcribentibus communiter eſſe receptam atteſtatur, idem Alex. ibidem tenet num. pariter 33. & in conſ 80. num. 1. lib. 7. & Roman. in conſil. 90. col 1. circa finem, eandemque gloſam, Suarez videndus in repet. l. poſt rem, ff. de re indic. num. 45. ſol. 655. refert, & ſequitur, & Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 114. num. 2. & hanc poſt plures relatos communem pariter Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 96 nu. 3. poſt principium fol. 592. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, immo appellatione à lege prohibita nunquam reſtitutionis in integrum remedium ſublatum dici quãuis ab appellatione ad reſtitutionis in integrum validum, & probabile argumentum cenſeri poſt textum ſatis notab. in l. præſes, ff. de minor. Decius in c. bonæ de appellat. & ibi Frãchus aſſenerent, & Contard. in tracta. moment. poſſeſſ. limit. 8. num. 6. 7. 8. & ſeq quem qualiter hoc intelligatur declarantem inſpicere non prętermittas, hanc Menoch. in tract. adipiſc. poſſ. remed. 4. nu. 907. communem eſſe enarrans ſcribentium opinionem, & Benintend. in deciſ. Bononienſ. 97. nu 9. quem declarantem inſpectum omnino facias.

8 Ac per verba quantumuis generaliſsima, nunquam tali in integrum reſtitutionis beneficio derogatum cenſeri, niſi ſpecialis de eo mentio fiat in l. ſi infãnti in fine, C. de iure deliberã. idem Iaſon. aſſeuerat, etſi expreſſe beneficium hoc ſtatuto, vel conſuetudine tolli poſſe in ſuprac. de reſtitut. in integrum tract. par. 1. quæſt. 15. Oddus concludat, cuius in præcitata deciſione 431. in fine, Dom. Vincent de Franch meminit, quapropter vbi per ſtatutum beneficium hoc in integrum reſtitutionis, expreſſe non tolleretur, quamuis in ipſo ſtatuto, verba quocunque priuilegio non obſtante legerentur, non tamen præfatum in integrum reſtitutionis beneficium in corpore iuris clauſum ſublatum dici in dicta l. poſtquam liti in fine, Alciat. aſſeuerat, immo ſtatuto, quod ab arbitri ſententia, nec appellare, neque ſupplicare. nec de nullitate dici, neque alio modo, quod excipere liceat, diſponente tali etiam caſu in integrum reſtitutionis beneficium competere in conſ. 136. libro 1. Bald. conſuluit, Iaſ. in l. poſtquam liti numero 16. C. de pact. & ibi plene Purpur. numero 116. Rol. à Val. in conſ. 68. num. 28. lib. 3. & alij per Contardum in dicta limitatione octaua relati nume. quarto ſicut non abſimiliter verba gene-

ralitet,quem moleſtari, vel inquietari non poſſe à quauis perſona directè, vel indirectè diſponentia ſpeciale in integrum reſtitutionis beneficium,uullatenus tollere in conſ.68. Gozad.at teſtatur,cuius aliorumque Crauet. in tracta.de antiquit.tempor.partic.5.incip. materia iſta, quartæ part.princ.num.58.videndus meminit, idem vbi omnem recurſum ſtatutum tolleret, eſſe obſeruandum,ex Zuccardo in repet. rubri. ſi cer.pet.numero 26.in præcitato num.4. in fine,Contard.aſſerit,neque tali in integrum reſtiturionis beneficio tenunciare licere communem in c.ſi diligenti num.12. eſſe ſcribentium opinionem,Panormit.atteſtatur,eo loci,Felyn. num.15.de foro compet.quod in ſimplici renútiatione procedere eſt aduertendum, ſecus ſi iuramento mediante facta renuntiatio probaretur:quo caſu validam omnino renuntiatinnem cenſeri in dicto tract.de reſtit in integr.capitu. 115 Maurit.teſtatur, quem & infra notata nu. 33.circa fin.& num.ſeq inſpecta facias,ac nunquam in integrum reſtitutionem, niſi expreſſe excludi receptiſsimam Beccius in conſil.12.numero 75.libro primo eſſe affirmat ſcribentium opinionem;de hoc articulo eo loci à nume. 59. vſque ad numerum 76.latiſsime diſcutiens, & Franciſc. de Caldas in ſupracitata repet.l. ſi curatorem,C.de in integrum reſtit.minor.verbo implorare in integrum reſtitutione,quem ibi à num 38.vſque ad finem alios referentem, ac latiſsime loquentem inſpectum facias,& in dicta limit.8 Contardum à princ. vſque ad numerum 21.quod eo caſu limitatur, vbi aduerſus quadragenariam præſcriptionem in integrum reſtitutio poſtularetur, vt infra hoc eodẽ capitulo num.77.cum multis ſeqq. ac plene Pinell.& diſerte in auth.niſi triennale num. 59. verſic. tandem hæc opinio fol.480. C. de bonis matern.aduerſus quadragenariam præſcriptionem hoc in integrum reſtirutionis remedium, neutiquam competere aſſeuerãs,illudque pariter ad pleniorem præfatorum elucidatinnem adnotabis,quod licet,vbi minor in contractu à ſeg.ſto ſe maiorem eſſe annis vigintiquinque manu tactis iurauerit nullum contra tale iuramentum habere remedium videatur, vt tex. in l 3.in fine clare probat,C.ſi minor ſe maior.dixer. attamen vbi ſtatutum minorem annis vigintiquinque ſine certa ſolemnitate contrahere prohiberet, quamuis non liceat minori tali caſu actum iuratum ex capite minoris ætatis infringere,ac ſe etiam per teſtes minorem eſſe probare quod minime prohibeatur,Ioan.And. nquit in addit.ad Speculat. in tit. de ſentent.§. vt aurem in addit.verbo procedendum, quem in dicta l.tertia,Caſtrenſ. ſequitur Romanus in conſilio duodecimo colum. fin. Socin. conſilio 61.& conſil.66 colum.penul.volum primo,Cremenſ ſingu.163.& alij in deciſio.Bonon.47.per Benintendium relati,vbi in fine,poſt articulum matur e diſcuſſum hanc magis communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem,quod ad ſtatuti ciuitatis meæ Beneuentanæ vberiorem ſenſum in tir.de contract.minor. lib. ſecundo omnino notandum venit, ad cuius pleniorem declarationem, Andream Gail. in tractat. practicarum obſeruatio. videas obſeruat. 65. per totum libro ſecundo.

9 Præſatumque reſtitutionis in integrum beneficium, etſi ſemel minori conceſſum iterum ab eodẽ iuxta textum in l.etſi ſine,§.reſtitutus, ff.de minor.peti poſſe gloſ.eſt in l fin.& eo loci, Bal in fine,C.ſi ſæpius in integrum reſtitut.poſtulet. quam poſt Azonem ibi cæteros ſcribentes communiter ſequi,& Capyceum præſertim in deciſ.165.num.2.& 4.in deciſ.Lucenſi 68.nume.24,Magon.teſtatur, idem gloſ. tenet in dicto,§.reſtitutus,& gloſ.ſi.in cap.ſi.de in integr. reſtitut.Rebuff.ad Regias Galliæ conſtit.tomo 2.pagina 155.nu.8 & Maurit. in præfato de reſtitut.in integrum tractatu ca.132. & cap. 258. præſatæque l.fin. textum reſtitutionem iterato concedendam non eſſe diſponentem minime obſtare, ac illius diſpoſitionem, eo ſolum caſu quando denegata,ſecus vbi conceſſa reſtitutio fuiſſet procedere in eadem deciſ.68.numer.23. Magon.affirmat. Quapropter Afflictum in ſupracit.deciſ.114.& in deciſ. 35. per textum in l. 1.& v.C.ſi ſæpius in integrum reſtitut.poſtulet. in integrum reſtitutionem in principali cauſa minori conceſſam iterum in liquidationis proceſſu,nullatenus concedendam eſſe enarrãtem neutiquam bene ſentire conſtat præfatorum vtique iurium eloquium in caſu ſolum in integrum reſtitutionis denegatæ procedere vnanimiter ſentire ſcribẽtes adnotauimus, ſecus vbi ſemel qualis in Afflicti deciſione caſus eſt conceſſa reſtitutio fuiſſet.

10 Reſtitutionẽque ſemel conceſſam,etiã quod noua cauſa illam iterum concedendi non concurrat eſſe minori concedendam, idem Franciſc.de Caldas in præfato commentar. l.ſi curatorem habens verbo implorandum fol.362.nu. 34.clare explicat in cõſ 436.n.6.Dec.reprobãs, ex textu in proxime relata l.1.C. ſi ſæpius in integr.reſtitu. poſtul.& ex Alb.& Old. in d.l.ſi.C. eod.tit. ſemel reſtitutum, & negligentiam iterũ ad eundem actum ſeu articulam, nullatenus niſi noua cauſa propter quam reſtitui debeat, per ipſum propoſita eſſe reſtituendum concludentem præfata iura ſecundum veram,& communem interpretationem in caſu ſolum loqui, & pro cedere explicans denegatæ,vt adnotauimus reſtitutionis quo vtique caſu reſtitutionem amplius, niſi ex noua cauſa, vt præfati ſcribentes ſentiunt illa adducta ratione ne ludibrio lata ſententia habeatur non eſſe enarrat concedendam a tali vtique ſententia appellare minorem debere, alias ei quod imputetur,ex textu inquit in dicta,l.1.C.ſi ſæpius in

integr.

integr.reſtitut.poſtulet.&in ſupracit. cap.ſi.de in integr.reſtitut.vbi Abb.in princ.& Mynſing. in ſingular. Imperialis Cameræ obſeruat. centuria prima obſeruat. 52.num.ſecundo,& hanc in præfato nume.34.verſ. quando igitur, idem Franciſc.de Caldas, quem alios referentem videas communem eſſe affirmat ſcribentium opinionem, ac eodem loci numero 35. nouam cauſam in,hac materia,ex gloſa,& ſcribentibus in dicta l.fina. C ſi ſæpius in integrum reſtitut. poſtul nón illam ſolum, quæ de nouo emerſerit,ſed illam etiam eſſe inquit,quæ vigebat denegatę reſtitutionis tempore, & exiſtebat,modo allegata non fuerit illa per ipſum aſsignata ratione,quia eo ipſo, quod cauſam minor iam extantem non allegauit læſus remanſit aduerſus quam allegantis omiſsionem eſſe eum inquit conſequenter reſtitueudum,quod Abb.ante ipſum in præfato c fin.nume.4.verſ.quidam dixerunt aſſeuerat, hanc communem eſſe dicēs ſcribentium opinionem,quem notab.declarantem inſpectum omnino facias, ac præfatum in integrum reſtitutionis auxilium bis tantum,& non pluries impetrati, & ne in infinitum proceſſus detur concedi poſſe,vtque aliquis ſit litiū finis, poſt Albericum in dicta l. etſi ſine, §. 1.ff. de minor & poſt Capyceum in præfata deciſione 61.idem de Caldas,vbi ſupra num.36.aſſerir,& ſeq.ex multarum legum contextu ſcribentiūque ſuffragijs late hoc cōprobās,& affirmās.

11 Sicut pariter hoc remedium ob geminati cōſenſus vigorem negati in conſ. 216. Decius ſentit,& Rubeus in conſ.13 num.9 quorum, aliorumque idem ſentiētium ſuffragio illa aſsignata ratione in ſuprarelato commentar.l. 2. C.de reſcind.vendit 3.par.c.1.nume.36. contradicit Pinell.& aduerſatur,quia eadem ductus facilitate ad textum in l doli verſic.idemque, ff.de nouat.læſus minor ad ſic conſentiendum inducitur,ac Panormitanum in contrarium à ſcribentibus in conſ. 71.relatum num.3.&nu.25 lib.1. ipſius potius in dicto loco intentionem probare dicit dum ſolum ſtante iuramento contradicere Panormitanum inquit,& quamuis idem geminatum, & iuratum conſenſum operari,ex textu ſentiant in Authentica ſiue à me, C. ad Velleianum idque ex notatis per Panormitanum, & alios in eodem cap. cum contingat, Nicol.Eucrald.in loco à vi geminationis col. 2. affirmet,verſ.quinto facit: quo loci,& illud refertur, quod quemadmodum mulier pro alio fideiubens, Velleiani beneficio quando iurauit ſe iuuare nequit, ita & pariter,nec quando conſenſus in fideiubendo geminatus interueniſſet ſingulatiter illud in dicta l.ſi mulier probari dicens innctis per eundem Panormitanum, & alios notatis in capitulo ex reſcripto de iureiur. Pinelli tamen opinio ex notatis per Seraphinum roboratur in præfato de priuilegio iuramenti tractatu priuilegio 02.& priuileg. 89. vim iuramentum geminati conſenſus plures per rationes nullatenus habere concludentem iuratumque actum, ac geminatum differre,nec ab vno ad aliud inferri faciliter poſſe,ex ibi notatis demonſtratur, ac de geminationis efficacia,illiuſque effectibus in theſauro receptar.ſententiarum Suarez lit.g.13. & 14. alios referentem inſpectum facias.

12 Idque minore tutorem,vel curatorem non habente, nullam vtique continet dubitationē, ſed quo tutorem, vel curatorem minor habeat nunquid ei in integrum reſtitutio competat, vel contra ipſos actionem tantum habeat dubitatur,quodque minori,ex tutoris facto,vel curatoris in iudicio læſo,nullatenus reſtitutio cōcedatur,ſed regreſſum,ei cōtra tutorem ſolum, vel curatorem reſeruari in l.eleganter text.probat.§.dolo, ff.de dolo, & in l. properandum, §.finali, C. de iudicijs, ac nullatenus minorem in iudiciali hac præſcriptione, ac aduerſus inſtantiæ iudicialis lapſum in integrum reſtitutionem poſtulare poſſe, ſed ei contra tutorem tantum, & curatorem ipſorum ſtante negligentia agere, quod liceat poſt ſcribentes in dicta l.properandum; §.final. in tractatu communium opinionum cap.125.Turzan.aſſeuerat,Suarez in theſauro ſimiliter receptarum opin.verbo minores num.174.Balb.in tractat. de præſcript.in prima par. quintæ par.princip. quæſt 6 numero 4.Capyc. in dicta deciſ 13.numero quarto,& Magon. in deciſ.Luc. 68.nume 17.cū ſequentibus,& nu.13.ſpeciale in inſtantia iudicij hoc eſſe dicens,quem inſpicias.

13 Quod eſt vtique indubitatum quando non ex capite ſolum minoris ætatis, ſed cōiunctim ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur reſtitutionem ſecundum Ruynum in conſ.119.colum.penult.vol.5.minor peteret, & late Rolan.à Valle conſ 10.num. 18. & ſeq.vol. 2.minori indiſtincte in integr.reſti.tali caſu nō concedi,ſed contra tutorem ſolum ei ſuccurri concludentem,quod iterum ſi ſoluendo tutor exiſtat declaratur, ſecus vero ſi ſoluendo tutor non extatet nō minori in hoc etiā caſu in ſubſidium,quod reſtitutio præſtāda veniat in l.ſi tutoribus tex.probat.C.de adminiſtr.tutor. Rol. à Val.in cōſ.proximè relato nu.22. quē notab. declarantem, & rationem afferētem inſpectum omnino facias tenet hoc Caſtrenſ in d.l.properandum,§.fi.Turzan.in d c.125.Maurit. in præfato trac de reſt.c.254.Io Bap Ferr.in cōſ.200. nu.5.lib.1.& alij plures,per Franc.de Caldas relati in d.l.ſi curatorem verbo implorare in integrū reſtitutionē nu.34.& ſeq.quē pulchre declarantē inſpectū ſimiliter omnino facias, & in d. q.6.Balb. nu.4. præfatiq; textus diſpoſitionem in dicta l.properandum,§.fin.in eccleſia etiam ſibi locum vendicare,cui aduerſus inſtantiæ iudicialis lapſum in integrum reſtitutionem minimè competere in Clement.1.de in integrum

reſtitut. quæſt. 10. Cardin. aſſeuerat, & in dicto §. fin. Salic. Alex. & Iaſ. in 2. notab quorum in ſupracitata quæſt. 6. numero quarto Balbus meminit, quem videas omnes terminos eo loci, quod notandum eſt Iudicialeſque præſcriptiones indiſtinctè contra eccleſiam contra minores mero iure, & contra omnes, necnon tempora appellationis fatalia currere affirmat, neque textum his in l. finali, C quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſ. obſtare ait indefinitè præſcriptionis tempora, minori nullatenus currere dictantem in extraiudicialibus enim pręſcriptionibus dictum textum loqui nō autem in iudicialibus contra quoſcunque indiſtinctè, ut adnotauimus currentibus, etſi eccleſiæ, & minori in integrum reſtitutionem præſtari, ex Panormitano ſentiat in capitulo coram, & in capitulo auditis in 6. & 7. notab. de reſtitut. in integr. & in capitulo fin. in 2. notab. eodem titulo, & in capitulo cum inter de re iudicata, & alijs eo loci relatis, quod in ſubſidium procedere, ac tutore prius diſcuſſo ſupra proxime notatum extitit, idem in abſente, ex cauſa Reipublicæ, vt is ad appellandum reſtituatur Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Cur. affirmat lib. 8. capitulo 1. num. 20. ex Aretino in conſil. 160. num. 7. communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, quem alios referentem in ſpectum facias, & in ſupracitato §. 35. Tiraquellum plenius declarantem gloſ. 4. num. 37. & partem ipſam, quod notandum eſt à minore præfatis in caſibus conuentam cōtra tutores à quibus cauſam habet, & curatores ad damna expēſas, & intereſſe experiri poſſe in l. pactum curatoris in fine. C. de pact. Alciat tenet per Neuizanum in conſil. 17. notata conueniunt, per Theſarum aliorum memorem in deciſ. 9 nu. 7. quo loci videas, per Magonium in præfata deciſ. Lucenſi 68. num. 27. cum ſequentibus, vſque ad finem, & per Caualcanū ſuccinctè nimis in tract. de tutore nume. 100. in fine de hoc articulo loquentem cuius dictum pręfatis cum declarat. omnibus intelligas.

34 Sicut non abſimiliter in integrum reſtitutionis remedium aduerſus præſcriptionē lapſumque temporis, vbicunque ſola ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, etiam quod ſoluendo tutor eſſet, & curator à minore petitum competere in præfato conſ. 10. nume. 22. verſ. nec obſtant notata, Roland. à Val. concludit huius dicti rationem afferens notab. declarans, illudque circa prædicta notatum facere non prætereas, quod minor, qui ex ſimplici reſtitutione à iure ſibi conceſſà, & tanquam minor reſtitui nequit, neque ex ſupracitata generali clauſula eum reſtitui in conſ. 122, num. 8. libro tertio, Berous illa ductus ratione inquit, quia reſtitutio, quæ maiori ex præfata generali clauſula conceditur reſtitutione illa, quæ minori læſo datur minus fauorabilis eſſe cenſetur vt gloſ. eſt in l. necnon, §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. Bal. in l. vlt. ff. de reſtit. in integr. Ruyn. conſ. 99. num. 5. lib. 1. & alij, quorum Menoch. in cōſ. 100. in fine lib. 1. meminit & hanc magis communem eſſe ſcribentium opinionem in conſil. 18. nu. 44. Curt. iun. fatetur, Tiraq. ſequitur de retract. conſang. dicto, §. 35. gloſ. 4. nu. 46. & 47. Curt. ſenior in conſ. 58. num. 5. Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſi 77. num. 6. vbi de communi aliorum memor Caball. in Milleloq. 772. & alij, per præfatum Franciſcum de Caldaſ. relati in ſupracitato verbo implorare in integrum reſtitutionem nu. 7. fol. 145 à tergo. Quod ex eo cōprobatur nā in integrū reſtitutionē, ex præfata clauſula generali in caſibus in quibus de alio remedio etiam per actionem de dolo ſpecialiter eſt prouiſum, nullatenus locum habere eleganter in l. 1. Bar notat, § idem Pomponius, ff. de dolo, à Milis in ſuo aureo repertorio in verbo reſtitutio in integrum fol. 424. à tergo relatus, neque illud minoribus repugnat, tutores quod habeant, vel curatores contra quos in prænotato caſu agere poſſe ſupradictum eſt in minorū [?]vtique electione regulariter poſitum cenſeri vtrum petere reſtitutionem velint, vel intereſſe a tutoribus, aut curatoribus conſequi tex. eſt in l fi. C. ſi tutor, vel curat. interuen. quo loci minorem per electionem minime ſibi præiudicare diſponitur quominus vna via electa ad alteram conuolare poſſit, idem in conſ. 203. Crauet. ſentit, & Rol à Val. in conſ. 72. num. 47. volum. 1. quorum, & aliorum in deciſ. 99. Teſſaur. meminit num. 16.

35 Neque illa obſtat regula remedium, ſcilicet, quoties ordinarium competit extraordinariū non procedere, ac in ſubſidium tantum in integrum reſtitutionem iuxta textum competere in l. in cauſæ, §. fin ff. de minor. & in prouinciali §. 1. ff. de noui oper. nunciat. & iuxta per Crauet. in præfato conſ. 202. notata nu. 17. & alios quorum deciſ. Auen. 120. meminit nu. 3. & in deciſ. 248. D. Vincent. de Franc. num. 4. par. ſecunda remedium extraordinarium non tolli dicens, quoties ordinario pinguius eſt, atque plenius læſione etenim probata in minoris electione poſitum eſſe vtrum contra tutorem agat, vel curatorem an vero in integrum reſtitutionem iuxta tex. petat in dicta l. fin. vbi Bar. & Sal. C. ſi tutor, vel curator. interuen. in deciſ. 79. nume. 4 & 5. Boer. affirmat, Dec. in conſ. 189. nume. 10. & in conſ. 98 Pariſ numero 54. libro primo in integrum reſtitutionem minori competi aſſerens, quamuis cum tutoris authoritate contrahat, vel curatoris, & hanc in præfato de reſtitut. in integrum tract. quæſt. 3 art. 1. num ſexto communem Sfortia Oddus eſſe affirmat ſcribentiū opinionem, idem in præfato tract. de tutore & curatore num. 171. Caualc. tenet poſt Caſtrenſem in l. Polla, ſub numero 7. C. de his, quibus, vt indign. Simoncellus in tractatu de decret. in

contract.

contract.minor.libro 3.tit 7.inſpect.1.numero 12. & alij à Granutio in theoremate. 8. relati num. 8.poſt principium, & à Corbolo in tract. de cauſ.ex quibus emphyt.iure ſuo priuat. in tit.de cauſa priuat.ob nō ſolut.canon. ampliat. 29.num.11.in verſ.adeo autem, vſque ad finem folio 402.& ſequenti, eoque maxime caſu minori electionem dari, quando tutor non eſſet, vel quoties aperte de læſione conſtaret, ex tertij culpa non autem tutoris ſæpius in Pedemontano Senatu iudicatum fuiſſe in deciſ.103. numero nono Theſſaur.atteſtatur, etſi parum ante finem bonam ſe ſolutionem ad dictam l. etiā vidiſſe non neget, quam multum pro prima opinione ſtringere dicit, pro talis tamen articuli aliquantulum difficilis certitudine in præfata Theſauri deciſ.per totū, vbi plene de hoc & eleganter omnino videas,& in cap.cum veniſſent, Panormitanum numero 17. cum ſequentibus, de in integrum reſtitut.immo vltra tutoris auctoritatem iudicis etiam decretum, vbi interueniret ratione læſionis in integrum reſtitutionem maiori competere de communi in deciſione 135. nume.4. Cornazzanus atteſtatur.

16 Extraordinariumque remedium cum ordinario pariter, quando ad diuerſa, & contra diuerſos competunt concurrere text. eſt in dicta l.finali,C.ſi tutor, vel curat. interuen.& in l. prima,Paul.de Caſtro notat, eodem tit. quod multo magis, quoties pinguius extraordinarium remedium prouidet eſſe admittēdum, ex gloſa fin.conſtat in l.fin; vbi Bal. numero quinto, C. ſi aduerſus rem iudic. & ex Alexandro in conſ.207.ad finem libro ſeptimo tenet hoc præfata deciſ. Auenion.120. numero 8.& in dicta deciſ.Delphin.55.Franciſcus Marcus par. 2.illa ratione in integrum reſtitutionis beneficium nullatenus per appellationem impediri aſſerēs, quia reſtitutionis in integrum remedium pinguius prouidet, immo & cum ſupplicationis remedio illud concurrere, idem Franciſc.Marc.in deciſ.53.eadem par.2.enarrat in princip. vtque alias mirabiles circa id cognitas habeas declarationes Beroum in conſ.117. nume. 10. libro tertio, inſpectum omnino facias, ac communiter prælatam gloſam à ſcribentibus approbari, Beccius alios referens in conſilio 59. affirmat, numero 5. libro primo, minori vtilius eſſe dicens, quod in integrum reſtituatur cum minori ſumptu, labore, atque moleſtia hoc fiat quam ſi non nouum contra tutorem iudicium inchoetur,& vltra experiētiam rerum magiſtram hoc iuxta textum docentem in cap.quam ſit in principio de elect.in 6.ex Romano iſtud in conſilio 220.nu.10.affirmet, ex Crauetta in conſ.ſimiliter 220.ad fin.& alijs, quem & Franciſc.de Caldes in ſupracitato verbo implorare, in integrum reſtitutionem numero 8.cum ſeqq. vſque ad num.duodecimum notab. declarantem inſpectum facias.

17 Illumque ſignandum caſum ad notabis in quo minori tutoris facto concurrente in integrum reſtitutio denegatur, ac ei contra tutorē ſolum actio conceditur veluti ſi tutor execntione ius congrui exiſtente pretium intra præſtitutum tempus non offerendo ius prothomiſcos amiſiſſet, ac ex ipſius conſtitutionis diſpoſitione actio tali caſu in tutorem, ex eadem conſtitutione conceſſa videretur, ſecus vbi conſtitutione circumſcripta, ex ſtatuto idē ius, ſeu ex conſuetudine obſeruaretur, quo caſu lapſu tēporis non obſtante ad pretium offerendum in integrum minorem reſtitui, ex Afflicto in ſupracit.tract.de iure prothomiſ.§. 2.nume.32.& ex Baldo in eodem tract. in prin. num.10.dum de remedio pupillis contra tutores conſtitutionem prouidiſſe conſtat, reſtitutionis beneficiū tacite ſubſtuliſſe aſſerente Teſſaur. ipſorum, & aliorum memor in deciſ.99.num.16.verſ.confirmatur exemplo, quem inſpicias aſſeuerat, & in dicto nu.32. Afflictum in fine tali pacto concludentem, quod vbi Federici Imperatoris conſtitutio de iure prothomiſ.locū ſibi vendicat Baldi opinio procedat, vbi vero ius congrui per cōſuetudinem, vt prænotauimus locum habet, vel ciuitatis ſtatutum, prout eſt in ciuitate Neapolis,& in ciuitate mea Beneuentana lib.2. ſtatutorum in tit.de iure congrui, & tali caſu aduerſus tempus perēdi ius congrui in integrū quod minor reſtituatur, menti illud eſſe admonēs tenendum illud, vbi ſupra Afflict.& Bald.aſſerentes, quod vbi tutore pupillus careret, remediū, quod ei alias contra tutores concederetur contra magiſtratum, qui de tutore non prouidit, iuxta textum in l.1.§.magiſtratus, ff de magiſtr. conueniend.& in §.ſed hoc inſtit.de Attil tuto. eſſe præſtandum aſſeuerant quos ſimiliter inſpicias, ac in ampliorem prænotatorum cognitionem Neapodanum in conſuetud.incip. ſi domus in tit.de iure congr.in gloſa in verbo petēti,& in tract.de retract.conſang. Tiraquellum, §.35.in gloſ.in verbo mineurſ.à D. Vincent.de Franch.in deciſ.17.nu. ſimiliter. 17. circa finem relatos par.1.

18 Idemque Beccius in præfato conſilio 59. numero ſeptimo ſubdit, quod cum præfata lex properandum, in fine, C. de iudicijs inſtantia tutoris, vel curatoris culpa, qui in iudicio interuenit perempta, nullatenus minorem in integrum reſtitutionem petere poſſe diſponat, ſed contra tutorem prius pro intereſſe, quod paſſus fuit, & ſic in ſubſidium tantum experiri, vt per Baldum ibi, & Caſtrenſem ſub numero quarto verſiculo vltimo oppono hoc procedere ampliatur, vt neque aduerſus expenſarum condemnationem, quam propterea minor paſſus extitit minor tali caſu, niſi in ſubſidium tutore, aut curatore, eorumque fideiuſſoribus, non ſoluendo exiſtentibus reſtituatur ſecundum communem ſcriben-

tium ſententiam in dicto §. fin. l. properandum C. de indic. à Balbo in deciſ. 236. relatam cum qua diſtinctione Fráciſcum Marcum in deciſ. 53. num. 2. in fine, & num. 3. in princ. par. 2. intelligere conuenit, hoc tamen in iudicij inſtantia ſpeciale eſſe, ex eodem Caſtrenſe in dicta l. 1. C ſi tutor, vel curat. interuen. eodem loci Beccius affirmat, quod in dicta deciſio Lucenſi. 68. circa finem verſ. non obſtat. Magon quem inſpicias ſimiliter ſequitur ſupra iterum num. 12. relatus circa fin. alijs vero in caſibus in electione minoris eſſe vtrum reſtitutionem petat, ſeu tuto eum pro intereſſe, vel curatorem cōueniat, ex Beroo in conſ. 102. nume. 28 & ſequentibus lib. tertio, & conſ. 110. num. 26. vbi de communi lib. 1 idem Beccius fatetur præfatamque l. properandum in §. fin. in cauſæ principalis inſtantia; ſecus in inſtantia cauſæ appellationis procedere ac ſibi locum vendicare declarans.

19 Tunc item extraordinarium remedium cum ordinario nō concurrere ſcire non pigeat quādo æque minori contra tutorem per viam, & actionem ordinariam ſicut per in integrum reſtitutionis remedium ſuccurri poteſt, vt quia de pecunia, vtrobique agatur, alias ſecus, ſed in caſu omiſſæ exceptionis recuſationis non æque per ordinariam actionem ſicut per in integrū reſtitutionis remedium minori conſuleretur; quo mediante, recuſationis exceptione probata a ſuſpecti iudicis manibus minor eripitur, coram quo litem gerere eſſe periculoſam ſæpe ſæpius adnotauimus, vtique coram iudice non ſuſpecto rem aliquam immobilem ſaluam minor facit, quam in ſuſpecti iudicis manu forſan amitteret, veluti quoties iudicium ſententia terminaret, vt poſt Bald. in l. error in §. oppoſit. C. de iuris, & facti ignorant. Dom. Vincent. de Franch in ſupracit. deciſ. 431. affirmat, num. 1. in fine par. 2. pupilli enim quod intereſſe rem propriam illam maximè, quæ maiorū eius fuit habere text. eſt in l. ſi quidem, vbi gloſ. Bart. & alij, C. de præd. minor. ac magni vtique eſſe præiudicij tali re minorem carere in conſ. 403. ſub nu. 22. Decius enarrat in præfato theorem. 8. in princ à Granutio relatus tex. concordat in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor. ſequitur Patiſ. in conſ. 52. num. 29. lib. 1. & in conſil. 99 num. 47. lib. 2. eodem loci nu. 50. an & quādo affectio ita cōſiderabilis ſit iudici eſſe exponens arbitrarium, adeoque affectionē hanc eſſe conſtat fauorabilē, quod ſtatuto aliquibus emere prohibente, eā quæ maiorum ſuorum fuerūt quod minime comprehendat, nec emere prohibeat, ex Fabiano de Monte in tract. de empt. & vendit. 31. quæſt. 2. par. princ. & ex Cephalo in conſ. 11 num 42 lib. 1. in deciſ. Luc. 52. num. 44. Ioſeph Ludou. clarè fatetur, quod contra tutorem agendo nul atenus conſequeretur, ſed intereſſe tantum pecuniarium, nec ſine magna difficultate obtinere poſſet, quæ diſsimilia eſſe in conſ. 12. in fine Beccius inquit textu per ipſum in argum. relato in l. ſi in emptionē, ff. de minor. & in l libertus qui ſoluendo, ff. de bonis libert. quem inſpicias, & Abbatem alios caſus in quibus extraordinarium remedium quando ordinarium competit non eſſet in c. cum ex literis num. 17. de reſtit. in integr. notab. explicantem, minoremque ex rei diſtractione quæ maiorum ſuorum fuit enormiter lædi Menoch. in tract. de præſumpt. alios referens, & late de hoc loquens lib. 3. præſumpt. 85. affirmat à num. 1. vſque ad 8. & ſeq. vbi affectionis intereſſe in minore conſiderabile etiam eſſe ait, vbi emendo, aut permutando in malum incideret vicinum, iuxta illud Plauti in mercatore aliquod mali propter vicinum malum, & ex Catone in libro de agricultura malum vicinum æque ac morbū nocere aſſeuerante, necnon Themiſtoclis exemplo relato à Plutarcho in illius vita prodito; quem in prędij venditione bonum etiam habere vicinum clamari iuſsiſſe Plutarch. enarrat, ex Sfortia Oddo in trac. de reſt. in integr. & alijs læſum ſimiliter minorem dici ſubnectens, vbi in malum locum malam ſcilicet in aëris intemperiem incidiſſet, quodque minor maiorum ſuorum res alienando ipſo iure læſus dicatur, poſt Tiraquellum de retract. Lignag. §. 2. gloſ. 2. gloſ. 1. num. 20. alios referentem in deciſ. 135. num. 13. Cornazz. aſſeuerat, ac ei, qui in vtero eſt ne illud omittatur in integrum reſtitutionē pariter cōcedi quamuis neque minor is ſit nec maior neque abſens in l. etiam, ff. de minor. tex. diſponit, quem in rub. Bal. extra de in integr. reſtit. alibi non reperiri clarè explicat in deciſio. 172. num. 5. à Boerio relatus, & à Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos num. 144. ante finem verſic. & ventri quoque fol. 167. a tergo C. de reuoc. donat. cunctaque priuilegia, quæ minoribus dantur mente captis dari ſimiliter & furioſis poſt gloſam 2. in l. 2. C. de curat. furioſi in cap. cum non liceat nu 9. de præſcrip. Pelyn. tenet, Bal. in conſ. 347. num 5. vol. 3. in c. 1. num. 4. de benef. fratr. in vſib feud. in Liuben. in 3. quæſt. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. vltima circa princ. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. & Simoncell. in ſupracit. tract. de decret. in contr. minor in præfat. num. 72. ab Aurelio Corbulo in præfato tract. de cauſ. ex quibus emphyt. iure ſuo priuat. relati in cauſa priuationis ob non ſolutum canon. amplia. 42. num. 2. fol. 406. ac ex Alexandro, & Iaſone in l imperatores, ff. de re iudic. & in l. centurio nume. 13. ff. de vulg. & pupill. & alijs communem hanc Suarez in theſauro receptar opinio. lit. f num. 412. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

20 Sed nunquid minor in iudicio ob omiſſam probationem, aut aliam ab ſimilem cauſam læſus reſtitui poſtulans docere omnia de læſione debeat diuerſimodè circa id ſcribentes ſentiūt,

Bar.

Bar. enim in l. nam & poſtea §. ſi minor col. fin. ff. de iure iur. nullatenus minorem eſſe ait reſtituẽdum, niſi de probatione doceat, quã omiſsis ſe allegat, vt quia ſecundum Syluanum in conſil. 19. ante num. 5. ſe reſtes habere dicat, ac talẽ præfatam probationem eſſe debere Bar. ait per quam ipſius minoris ius fundetur, & poſt ipſum Bald. ibi Angel. Salic. & Roman. ibique Alex. & Iaſ. communem hanc eſſe ſcribentium opinionem aſſerentes, quorum in tract. communium opinionum libro 2. Gabriel meminit tit. de minor. concluſ. prima nume. 1. de communi in deciſio. Pedemont 158. nume. 13. Octauian. Ciſaſc ſimiliter teſtatur in conſ. 16. Roland. à Valle ſub nu. 15. verſ. in terminis lib. 4. & conſil. 52. num. 42. cum ſeqq. libro 2. ac minorem aduerſus actum tam extraiuditialem, quam iudicialem in integrum reſtitutionem poſtulantem minorem ſe & læſum in cauſa quam ſi defendiſſet, & iura deduxiſſet ſua fuiſſet bonam probare debere poſt textum in l. minoribus C. de in integr. reſtitut. minor. ex Corneo in conſ. 181. volum. 2. & alijs magis communem Boer. in deciſ. 79. num. 6. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem idem in deciſ. Capellæ Tholoſanæ 54. & 99. continetur, vbi in addit. Aufrer. quem inſpicias, Viuius ſequitur in trac. communium opinionum opin. 214. lib. 1. aliorum memor, & Contard. in comment. l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. in ampliat. num. 70. Afflictum in deciſ. 114. contrarium ſentientem refellens, ac regulariter in reſtitutionis materia eſſe læſionẽ ab ipſo minore probandam crebriorem eſſe ſcribentium opinionem in ſingularibus Imper. Cameræ obſeruationis centur. 4. obſeruat. 16. nume. primo, in fine Iacobin. Mynſinger. clare teſtatur cumque multimode lædi minor poſsit in ſupracit. ito, §. ruſus nu. 6. poſt principium inſtit. de action. ex Aretino conſtet, ipſum eo loci in verſ. ex his cauſas in libello eſſe explicite exprimendas, per quas læſus minor dicitur admonentem inſpectum facias.

21 Ac ætatem tanquam ſuæ intentionis fundamentum eſſe à minore, vt diximus probandam clare in l. cum te. C. de probat. tex. diſponit verba hæc continens formalia cum te minorem quinque & viginti annis eſſe proponas adire præſidem prouinciæ debes, & de ea ætate probare tenet hoc Bar. & alij in l. de ætate, ff. de minor. Viuius in ſupracit. opin. 215. communẽ hanc eſſe enarrans ſcribentium opinionem, Maurit. in ſupracit. tract. de reſtitut. capit. 315. hoc ex Speculatore in tit. de actore, §. 1. verſic. ſi ergo excepetis, ſiue agat minor, ſiue excipiat procedere intelligens Mandoſ. qui de communi ſimiliter in tract. de ætate minori quæſt. 1. teſtatur fol. 170. & alij plures quorum in præfata repetitione l. ſi curatorem habens in verbo minoribus Franciſc. de Caldas meminit num. 10. fol. 161. à tergo cum pluribus ſequent. vſque ad nu. 41. qualiter minor ætas, & quot modis probetur, eo loci latiſsime diſcutiens vtque minor in integrum reſtituatur, vel aduerſarij dolo, vel ſui facilitate ſe læſum fuiſſe concurrere, quod pariter debeat, quodque læſionis tempore ſe minorem fuiſſe doceat in l. verum tex. probat, §. ſciendum, ff. de minor & in præfata, l. minoribus, C. de in integr. reſtit. minor. & gloſ. ibi in verbo captos Crauet. in conſ. 178. num. 8 Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 42. Benintend. deciſ. 85. num. 8. & addit. ad Matthe ſil in ſingul. 58. in princ. tria ita prænotata minorem probare debere dicentes, ætatem, læſionem, & aduerſarij dolum, vel ſui facilitatẽ, idẽ in ſupracit §. ſi minor Iaſ. ſentit num 5 ff. de iureiur. Decius in conſ. 564. ad finem. Rebuff. ad Regias Galliæ conſtitutiones tomo 2. tracta. de reſtitut. 1. art. 1. gloſ 3. num. 3. quem eo loci omnia requiſita pro in integrum reſtitutione obtinenda explicantem in dicto conſil. 100. Menochius refert, num. 289. libro 1. & quoad illud an curæ inſtrumentum cum decreto iudicis faciat quem præſumi minorem ad notata per Baldum in l. cum te minorem col. 2. verſ. interdum ætas allegatur, C. de probat. & per Alexandrum in conſ. 92. num. 13. verſ. item reſpondeo volum. 5. ita ſecundum Decium in conſil. 86. circa fin. verſ. vlterius intelligere hoc oportet, vbi cũ eo tanquam cum minoris curatore litigatam extitiſſet alioqui quod per ſolum curæ inſtrumentum in terti. præiudicium minor ætas nullatenus præſumatur, quodque ſi aliter diceretne, poſſent fieri mille fraudes in conſil. 21. Alex. inquit colum. 2. verſic. ad idem tendunt vol. primi qui Bald. in hoc refert in l. 2. § quod obſeruari C. de iuram. calum. & Salicet. in l. ſi maior, C. de in integr reſtit. & ideo ne quis in hoc caſu ſibi præiudicet bonum eſt opponere, & proteſtari ne actor tanquam minor admittatur, ſed potius tanquam maior, & ſibi in hoc reus præiudicare non intendit, ex quo litigãdo cum actoris curatore cenſetur eum vti minorem approbare, ac illi viam in integrum reſtitutionis aperire iuxta Baldi conſilium in dicto §. quod obſeruari colum. 3. verſ. hic quæro quorum aliorũque in deciſ. Bonon. 82. Benintend. meminit, quem eo loci per totum notab. loquentem inſpicere ne prætermittas, ex quibus euidenter Seraphinum in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 36. numero 10. aduerſarij dolum, & ſui facilitatem, coniunctim à minore probandos eſſe concludentem erraſſe conſtat, diſiunctim vtique aut dolũ, aut ſui facilitatem ſatis eſſe, quod minor probet ſentire ſcribentes adnotauimus circumſcriptus etenim minor neutiquam cẽſetur, qui iure vſus ſit communi, & qui illud, quod quilibet diligẽs paterfamilias feciſſet egerit, vt aperte tex. in l. fin. diſponit, C. de in integr. reſtit. minor & ſupracit. deciſ. Pedemon. 158 num 4. poſt Aretinum in §. ſi quis agens in princip. inſtit. de action.

action. canſa cognita minorem reſtituendnm eſſe referentem, quem præfata, & alia latè ibi per ipſum explicita cauſæ cognitionem reſpicientia enarrantem inſpectum omnino facias minoremque ius quærendum renunciantem in integrum non reſtitui, poſt Curt.iun.in conſil. 120.col.3. poſt medium in conſ. 114. nume.15. Ctauetta, quem inſpicias teſtatur.

22 Ac læſione ptobata dolum re ipſa, ac minoris in ipſum lædendo facilitatem, quod probari cenſeantut, Bart. & alij in dicta l.fin. ſentinnt C.de in integr. reſtitut.minor. & in l.ſi quis cũ alitet, ff.de verbotum oblig. quod pto faciliori iudiciotum exitu omnino eſſe exiſtimo ſequendum, quamuis conttarium in ſupracitato trac. de ætate minorũ quæſt.4.num.3.fol.44. in patuis Mandoſius alios recenſens ſeqni, & tenete videatnr: illudque non abſimilitet, eſt aduettendũ quod aduetiario quadrienniũ ad reſtitutionem in integrum petendã lapſum eſſe opponẽti probandi onus incumbit, vt poſt text. in ſupracitata l.ſi minotem, C.de in integt. teſtitut. minor. in illis verbis, & tempora teſiitutionis præſtitura exceſsiſſe ab aduetſario tuo comprobatum non fuerit communem eſſe ſctibẽtium opinionem, Nicol. à Prato inquit in addit. ad Alciat. de præſumpt. dicta præſumpt. 43. lit.d. in fi. in fine, & Mandoſ. in dicto ttacta. de ætate minot. alios referens quæſt. 5. Butrium in c.conſtitutus de in integrum reſtitut. aliter ſentientem reptobantes quos inſpicias, & in dicta l. ſi curatorem verbo infra legitima tempora. Franciſcum de Caldaſ. num. 19. per totum notabil. declarantem, ac eodem loci in verſ. ſed contrariam ſentẽtiam, ex Curtio in rubr. C.qui admitti nnm.23. & alijs hanc magis communem eſſe ſcribentium opinionem affirmantem, & in eodem Milleloq. 779. Caballinum numero primo verſic. &'. quando tunc minotem ſui facilitate, deceptum dici aſſerentem, quando plus iuſto pretio tem aliquam emiſſet non tamen vltra dimidiam iuſti pretii, ex quo iure communi tali caſu, ac ordinario tantum remedio l. 2. C.de reſcind. vendit. Bartoli in l.1. C.ſi aduerſ. fiſc. doctrina attenta minori conſuli aſſerit, quod in conſ.7. in principio, & conſil. 151. etiam in principio Crauetta ſimilitet firmat, Natta in conſ. 371. & 548. nnm.10. & num.32. lib. 3. Gozad. conſ.44. nume. decimoquarto, & alij in libello reſtitutionis in integrum pet additionem ad Papienſem relati vetbo, & circumuentum, quam inſpicias.

23 Attamen qnia quotieſcnnque plenius, ac pinguius per in integrum reſtiutionis remedium quam otdinarinm per remedium mincri ptouidetut cnm ordinario illud concurrere paulo ante notatum fecimus merito maiorem ſctibentium partem vnanimiter à præfata Bartoli opinione receſsiſſe poſt Salicetum in l. ſi quidẽ, C.de ptæd.minot. poſt Baldum in dicta l.prima C.ſi aduer. fiſc. & poſt Alexandrum in conſ. 76. vol. 1. in dicto tract. de reſtit. in integr. cap. 289. Maurit. inquit, Panormit. in cap. cum dilecti de empt. & vendit. Cagnol. in l.2. C.de reſcind. vendit. opinionem hanc præfatæ Bartoli opinioni aduerſantem communem eſſe aſſerens, & in ſupracitata deciſ. 248. nume. 5. Dom. Vincent. de Franch. par. 2. in integtum reſtitutionis remedium dictæ l.2. C. de reſcind. vendit. eſſe pinguius contra Bartolum aſſeuerans, ac eandem veram patiter, & communem in lib. 1. variarum reſolut. cap. 3. num. 11. verſic tertio eſſe ſcribenrium opinionem, Couar. affitmat, Pinell. in dicta l.2. 3. par. nume. 19. cum ſeqq. C.de reſcind. vendit. hanc poſt plures relatos veriorem eſſe explicans ſctibentium opinionem, & alij quorum in dicta l. ſi curatotem habens verbo implorare in integrum reſtitutionem num. 12. 13. & 14. folio 146. à tergo, Franciſc. de Caldaſ. memor extitit, quem eo loci quomodo reſtitutionis in integrum remedium pinguins in hoc caſu prouidere cenſeatut, & in præfato verbo infra legitima tempora num. 10. verſ. cæterum notab. declatantem inſpectum facias.

24 Cumque ptopter læſionem minori in integrum reſtitutionem ptæcipue cõcedi, nec qnia minot, ſed quia læſus eum reſtitui in reſponſo 16. num. 24. lib. 1. Decian. inquit neque conſeqnentiam illam procedere minor eſt, ergo læſus in deciſ. 141. in princ. Gnido Pap. explicat, & idem Decian. in reſponſo 39. num. 149 lib. 2. & plene Octauian. Cacheran. in dicta deciſio. 158. nu. 9. 10. & 13. læſione ſtante ad minoris etiam hæredem quamuis maior hæres ſit in integrũ reſtitutionis beneficium tranſire illa ratione quia non mete perſonale, ſed miſtum reſtitutionis remedium eſt, poſt textum in l. minot antẽ magiſttatus, in fine, ff.de minot. & in l. non ſolũ ff.de in integt. reſtit. & ibi Bar. & in l. Papinianus, ff.de aquir. hæred. in l. ſi infanti numero finali, C.de iute delib. Iaſ. fatetur, Bartoli opinionem cõmuni ſcribentium calculo eſſe affirmãs approbatã, & Corn. in conſ. 312. col. fi. lib. 4. idẽ in deciſ. 211. Afflict. tenet, Capyc. in deciſ. 109. in princ. & Mynſing. in ſingularibus Imperial. Cameræ obſeruat. obſetuat. 18. centur. 4. & in conſil. fin. niſi hoc declaratur in eo actu, qui per hæredem gerirur illud in quo reſtituendus minor veniebat probetut, & confirmetur, vt quia adeundo pupillarem paternam in ea hæreditatẽ reperit, quo caſu cum paternã etiam adiuiſſe hæreditatem cenſeatur reſtitutionis beneficium in ea hæredem petdere gloſ. eſt ſingul. in l. pater in gloſ. magna in ver. nil melius, ff.de priuil. creditorum, & ibi Bart. & in ſupracita. §. ſi quis agens, Aret. nu. 15. & 16. inſtitut. de actio. maximã ex hoc ad dictam legem, non ſolum cũ concordantibus limitationem exutgere explicans, quam legem, & ſimiles locum nullatenus habere ait, quoties per pupillarẽ tantummodo

pupillo

pupillo ſuccederetur menti hoc perpetuo eſſe admonens commendandum, ac communem hanc in ſingul. 98. Roman. eſſe fatetur ſcribentium opinionem, cui in præfata l ſi curatorem verbo minoribus nu 42. verſ. 3. huiuſmodi, Franciſc. de Caldas, meminit, quem ibi & in ſequentibus notab. declarantem inſpectum omnino facias, & Alexandrum Trentacinquium in ſuo de ſubſtitut. tractatu par. 2. capitulo 18. iſtud plenius declarantem, nec ad hæredes ſolum vniuerſales beneficiũ hoc trãſite, ſed ad ſingularẽ etiam ſucceſſorem illa text. aſsignata ratione in l. ſi minoris, ff. de adminiſtr. tutor. & l. quod ſi minor. in princ. ff. de minor. cum concordantibus, quia beneficiũ hoc cedere licet, vbi ſupra Aret. inquit, & in tract. de retract. conſang. Tiraq. §. 26. gloſ. 3. nu. 13. quem alios iſtud ſectantes cumulantem inſpectum facias, & in præfata centur. 4. Ioachinũ obſeruat. 19. minoris fideiuſſori, nullatenus beneficium hoc competere concludens, quod in præcitato verbo minoribus, idem Franciſc. de Caldas num. 46. affirmat: quo loci, etſi regulare illud dicat cuncta remedia, & exceptiones, illius quoque fideiuſſori competere, falſum iſtud in hoc caſu eſſe exponit, & contra l. C. de fideiuſſor. minor. quo loci clare reſtitutionis beneficium minori conceſſum, nullatenus ipſius fideiuſſori prodeſſe ſtatutum fuiſſe conſtat, necnon contra dictam l. in cauſæ, ff. de minor. Duenna in hoc in regu. 330. relato, & Rebuffo in 2. tomo conſtitut. Regni Galliæ pag. 143. num 5. inter hæredem, & fideiuſſorem illam eſſe ait diuerſitatis rationem, quia etſi principalem fideiuſſor repræſentet, ex propria tamen non autem ex principalis aſtringitur obligatione, in quo ab hærede differt quem ex defuncti tantum obligatione non autem alia detineri ait, ipſum igitur plene declarantem inſpectum facias, & de multiplici minoris læſione eundem in eadem l. ſi curatorem habens verbo ſua facilitare notab. diſcutientem, illamque circa prædicta diſtinctionem notatã facias, tunc ſcilicet contractu reſciſſo teneri fideiuſſorem de iure, quoties ſpeciali alicui ſuccurritur, vt in conſ. 16. per Pariſium libro ſecundo à num. 110. vſque ad num. 118. ſecus, ſi ex iuris communis diſpoſitione veluti ſi ex l. remedio, C. de reſcind. vendit. contractus reſcinderetur, quo caſu fideiuſſorem non teneri poſt textum in l. in cauſæ la prima, ff de minoribus, & poſt Caſtrenſem in l. 2 in fine, & in l. 1. vbi alij, C. de fideiuſſor. minor. ex Ancharano in conſil. 330. poſt numerum 9. verſ. deſcendo nunc, cum ſequentibus, vſque ad finem, & Ioſepho Ludo- in deciſ Peruſ. 27. num 5. in fin. & num. 9. verſic. 4. & vltimo, & num 10. alios referente communem hanc D Vincent. de Franch. in deciſ. 247. par. 2. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, eo item caſu in integrum reſtitutionem minori competentem ipſius non abſimiliter fideiuſſori competere in l. in cauſæ, Iacob. ait, ff. de minor. aduerſarij quoties dolo circumſcriptus, ac deceptus minor fuiſſet textu in id relato in l. exceptiones, in fine, ff de except. & in dicta l 2. C. de fideiuſ. minor in illis verbis, quod ſi dolo malo apparuerit contractum interpoſitum eſſe, manifeſtum eſt, vtriqu e perſonæ venditricis, & fideiuſſoris conſulendum eſſe, ſecus ſi minori ſua lapſo facilitate reſtitutio concederetur, quo caſu minori conceſſam reſtitutionem, nullatenus fideiuſſori prodeſſe iuxta textum in dicta l. in cauſę, & l. 1. dicto tit C. de fideiuſſor. minor. poſt Iacobinum proximè relatum, Virgin. de Boccac, inquit in commentar. ad conſtitut. Piceni in cap. vt minorum gloſ. 8. nume. 156. vbi circa finem, ex textu in l. ſi Titius, & Seia, ff. de fideiuſſor. quoties ignorans, quem eſſe minorem fideiuſsiſſet reſtituto minore, fideiuſſorem pariter reſtitutum cenſeri aſſerit, ſecus ſi quis ſciens, & prudens pro minore fideiuſsiſſet, nam licet minori ſubueniatur non tamen teſt tui fideiuſſorem inquit, quem inſpicias, illud vtique circa prædicta notare conuenit, quod vbi contra minorẽ minoris fideiuſſor ageret aduerſus ipſum poſtulare reſtitutionem nentiquam minorem prohiberi in ſu pracit. l bello quo in integrum reſtitutio petitur, verbo eundemque nu. 5. Papienſ. aſſeuerat, quem & in ſupracitato verbo minoribus numero 48. cum ſequentibus, Franciſcum de Caldas plene diſcutientem inſpicere non prætereas.

25 Ac enormem quamuis requiri læſionem, nec modicã ſufficere vt minor, & Eccleſia in integrum obtinere valeant, ex textu deducatur in l. Seio, ff. de reſtitutio. in integr. attamen pro rei modicæ etiam læſione minorem in integrum reſtitui, Bar. & cæteri in l. 2. ſcribunt C. ſi aduerſ. vendit. Alex. conſ. 67. lib. 5. Caball. in Milleloq. 777. in fine relatus, & alij quorum in tract. variarum reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 11. Couar. meminit quorum opinionem magis communem eſſe in dicta l. 2. C de reſcind. vendit. 1. par. cap. 1. num. 26. Pinellus enarrat, & qualiter hoc procedat ibidem Couar. & ipſius memor Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centur 1 capit. 75. ad proximæ relatæ l. Seio declarationem nota. explicant, & in præcitata 8. limitat. Contard. nume. 25. verſ. vltra quod, eo caſu pro minimo in integrum reſtitutionem eſſe etiam concedendã declarans, de re quoties, quæ abſolute de ſe minima ſit, nullamque cum re, vel maiori ſumma connexitatem, vel miſturam habeat ageretur, Hippolyto Rimin. in id per eum in l. 1. relato, §. ſi quis apud, ff. quod quiſque iur. alias ſecus, vt ibidem in numero 27. in fine, eodemque numero 25. in fine. in hoc etiam in integrum reſtitutionis remedium ab appellatione, quę pro minimo datur differre dicens, quem rationem afferentem inſpectum facias & quatenus aduerſus ſententiam in integrũ reſtitutio peteretur

grandem

grandem eſſe debere læſionem ex text. in l. ſi ex cauſa in princ. ff de minor. & in ſupracit. limit. 8. num. 28. Contar. aſſerit per abnegationem intelligendum hoc eſſe ſubdens, hoc eſt, vt non minima læſio ſit iuxta gloſ. 1. ſecundum vnam lecturam in l. pen. eodem titulo, ff. de minor. & iuxta per Specul. notata in tit. de reſtit. in integrum ſub rubr. qui poſſ. in integr. reſtit. nume. 37. necnon quamuis, ex vbi ſupra per Menoch. notatis minoris reſpectu, quæ enormis læſio dicatur, & in eadem centur. 1. in caſu 74. nume. 4. Abbate relato in cap. quintauallis nume. 33. in fine de iurer. Socin. iun. in conſ. 84. nu. 43. verſ. ſunt etiam qui libro 2. Marſilio in l. quæſtionis modum num. 9. ff. de quæſt eodem Couar in dicto capit. num. 11. verſ. ego ſane, & alijs non eſſe illud iudicis arbitrio reliquendum veriorẽ eſſe enarrat, & crebriorem in iure ſcribentium opinionem, attamen eccleſiæ reſpectu intra dimidiam læſam eſſe eccleſiam, quod ſufficiat, ac ſufficere læſionem in tertia parte in ſupracitata deciſione 248 num. 6. cum ſeq. par. 2. Dom. Vincent. de Franch. quem pulchre declarãtem inſpicias affirmat, ad pleniorem nihilominus præfatorum cognitionem eundem de Caldas, in præcitata l ſi curatorem verbo aduerſarij dolo à num. 7. vſque ad numerum 12. inſpectum facias, quibus & illud pariter conuenit minorẽ aduerſus ſententiam, ſiue interlocutoriam, ſiue diffinitiuam iuxta per Ioachinum notata in cẽtur. 4. ſingular. obſeruat. obſeruat. 21. poſt text. in l. cum & minores, & l. vlt C. ſi aduerſ. rem iudicatam quarum meminit eſſe omni remota controuerſia reſtituendum, & quamuis quoad interlocutoriam modici præiudicij contrarium in ſupracitata deciſ. 13. mature circa id & plene loquens Capyc. teneat, attamen quia omni remota diſtinctione magis recepta, vt paulo ante notauimus eſt ſcribentium opinio ab illa recedere non conuenit.

26 Sicut non abſimiliter minor, qui aduerſus omiſſam appellationem vel illius omiſſam proſecutionem reſtitui petit: paria vtique ſunt nõ appell. ee., & appellationis fatalia eſſe. vt poſt textum in l. 2. in fin. C. de tempor. appellat. Franchus poſt textum ibi inquit in c. 1. §. quod ſi appellator, de appell. in 6. Afflict. deciſ. 78. & Grãmatic. deciſ. 13. num. 1. de læſione, necnon de iure ſuo quod probare minor debeat cum ſua non appellaré, quia cauſam forſan iniuſtam fouebat poſsibile ſit non intereſſe in ſupracitato, §. ſi minor. Bar. ait, Alex. in apoſtil. ad eundem Bartolum in l certum, §. fin. ff. de confeſſ. & in conſ. 115. num. 4. lib. 5. & deciſ. Rotæ 51. de reſtitut. in integrum in nouis. Guido Pap. dicta deciſa 41. Dec. in conſ. 4.6. nu 5 poſt plures iſtud ſentientes relatos ita in practica quotidie ſeruari aſſerens, multoſque idem ſectantes præfato in tit. de minor. bus concluſ. 2. num 1. Gabriel. reconſet, & hanc, ex Aufrerio in addit. ad deciſio. Tholoſan. 245. magis communem eſſe ſcribentium opinionem in quæſt. famil 4. num. 2. lib. 1. Anchar. Regienſ. aſſeuerat, eandemque veriorem, ac magis communem pariter articulo mature diſcuſſo, omniumque votis bene penſatis, ſiue ad appellandum appellationemve proſequẽdum, ſiue ad probandum integrum reſtitutionem minor petat, Octauian Cacheran. in dicta deciſ. Pedemont. 158. quem videas affirmat, eãque in praxi ſeruari, ex Grato in conſ. 119. nu. 45. volum. 1. & alijs, Franc. de Caldas in ſupracitata l ſi curatorem verbo implorandum numero 17. in fine folio 355. teſtatur, etſi aliter apud Luſitanos ſeruari concludat, ac fatalia ad appellationem proſequendum lapſa eſſe, vt ſine alia læſionis probatione in integrum minor reſtituatur ſatis eſſe dicat.

27 Lancellot item in trac. de attentat. aliorum memor, 2 par. c. 14 io tit. de attentat. pendente reſtitut. in integrum ad appellandum nume. 1. cum ſeqq. iſtud in hoc articulo eſſe deducit ſpeciale, ex ſola ſcilicet procuratoris neligentia in non appellando iuſtam cauſam reſtitutionem hanc petendi, ex Paleoto in deciſ. 96. & Verallo in deciſ. 67. lib. 1. non reſurgere, quos, & Panormitanum omnino circa id in ſupracitato c. cum veniſſent de reſtitut. in integrum num. 17. cum ſeqq. inſpicias, & omnino Capellam Tholoſan. in deciſ. 101. & ibi Aufrerium in addit. notabil. declarantes necnon ad hanc obtinendam reſtitutionem impedimenta quibus quis detentus appellare nequit, quod probare non ſufficiat, ſed aliqualiter de ſuo intereſſe, ac ſua de læſione, quod probare pariter impeditus debeat, ex Crauetta in conſ. 172 nu. 7 Veſtrio in praxi Romanæ Curiæ lib. 8. cap. 2. nume. 7. ver. adde pro breuiori. Rota deciſ. 5. de reſtitut. in integr. & deciſ. 52 de appellat. in nouis, Oſaſco in præſata deciſ. 58. & alijs in loco proxime relato, Lancellot. quẽ ſimiliter inſpectum facias affirmat, nec minori ſolum, eccleſijs, alijſq; perſonis priuilegiatis in integrum reſtitutionem concedi explicans, ſed maioribus etiã ex ſupracitata generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur in dicta l. non & poſtea, §. ſi minor, Caſtrẽſe expreſſe hoc animaduertente relato ac ita in Curia obſeruari vidiſſe aſſeuerante, cuius ibidẽ Alex. ſub num 5. meminit, & ex ſupracitatis deciſionibus inter maiorem, & minorem, nullatenus diſtinguentibus, ex textu item hoc conſtat, valde notab. in l. ſi creditor, §. illud, ff. de diſtract. pignor. in illis verbis, ſi quidem ita venierit, vt ſi intra certũ tẽpus à debitore pecunia ſoluta fuerit emptio reſcindatur ſi tẽpus præterierit, nõ poterit reſcindi vẽditio, niſi minor ſit vigintiquinq; annis debitor, aut pupillus, aut Reipublicæ cã abſens, vel in aliqua earum cauſarum, ex quibus edicto ſuccurritur, ſequitur Tiraquell. præfati tex. memor in tract de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 59. & 60. nonullas eo loci iuſti impedimen-

pedſmenti cauſas enarrans, quē inſpicias, Lupū Geminian. alios recenſentem in tracta. de vſur. commentar. 2. §. 3. nu. 95. ſcribentes in capit. ex tranſmiſſa poſt textum ibi de præſcriptio. Baldum in tract. de præſcript. 2. part. princip. caſu 1. & 2. Hieronymum Gabrielium in conſilio, 16. num. 15. lib. 1.

28 Itidē à quo iudice ne prætermiſſum iſtud remaneat adu rſus appellationis deſertionē, ſeu quoties minor, nullatenus appellaſſet ī integrū reſtitutio petenda veniat, poſt Bartolum Baldū cæteroſque ſcribentes in l. præſes, C. de appellationibus, Aufrer. in addir ad deciſio. Capellæ Tholoſ 392. tali pacto diſtinguendo loquitur, aut coram indice, ad quem introducta nondū erat appellatio, quo caſu quia nunquam ab appellarionis iudice appellans auditus fuit, neque læſio coram ipſo cauſata per conſequens exitit à iudice à quo tali caſu iuxta textum reſtituendus minor venit in l. 1. & ibi Barto. C. ſi ſæpius in integ. reſtitut. poſtulet. etſi vbi iudicem, tanquam iudicis à quo ſuperiorem adire vellet coram ipſo aduerſus temporis lapſum in integrum reſtitutionem petere cū poſſe ſcribentes ſentianr quam quidem opinionē eo caſu Abb. in c. fin. in fine de reſtitut. in integrum procedere decla rat quando talis eſſet ſuperior, quem adire ſine appellationis remedio liceret, ſecus ſi talis ſuperior eſſet, quem adire citra appellationem nō permitteretur qualis reſpectu ſubditorum epiſcopi, Archiepiſcopus eſt, circa quos cū nullam circumſcripta appellatione iuriſdictionem Archiepiſcopus habeat magis communi ſcribentium opinione attenta, per Vantium in t act. de nullit. relata in tit. coramquo poſsit, & debeat nullit. prop. num. 20. circa finem, neque in reſtituendo ad appellandum iuriſdictionem eum habere, textu in cap. venerabilibus in prin. de ſentnet. excommunic. in 6. & in c. 1 in princ. & in § 1. de foro compet. ſimiliter in 6. veritatē eſſe, Abbas concludit quando vero minor nequiquam appellaſſet, ac tempore ad appellandū elapſo in integrum reſtitutionem ad appellandum elapſo in inregrum reſtitutionē ad appellandum poſtularet hoc à iudice a quo poſtulari quod omnino debear ſcribentes in locis prædictis, ex Dom. Antonio affirmarit in c. pen. de iudic. ex Baldo in dicta l. 1. C. ſi ſæpius in integr. reſtitur. poſtulet. & in l. cum & minores, C. ſi aduerſ. rem iudic & alijs, eandemque diſtinctionem ad Regias Galliæ conſtitutiones, Rebuffum ſequi tomo 2. pag. 1[illegible]. num 17. Ruynum in conſ 119. lib. 5. & alios, id m de Caldas in dicta repet. l. ſi curatorem verbo implorandum num ſimiliter, 17. in princ. affirmat folio 354. à tergo, ſed in cu ia aliquando, quod reſtitutionis cauſa iudici a quo committatur aliquando vero iudici ad quē, vel alteri prout occaſio . ſeu calumnia, ac bonum ius per dominos de ſignatura mouere poterunt, Virgin. de Boccat. in an notat an l. vnicam, C. ſi de moment. poſſeſſ. aſſerit num. 103. fol. 43. ſicut pariter, vbi aliquid ſibi præindiciale minor confireretur, non ſtatim eum, neque ex ſola ipſa confeſsione læſum cenſeri, ſed veritatem contra confeſsionem per eū factam extare, ac docto de errore, quod reſtituendus veniat in tit. de reſtitut. in integr. §. 1. Speculat tenet col pen. verſ. ſed nunquid eccleſia, Abbas poſt ipſum in c. auditis in fine eo. tit. de reſtitut. in integr. Iaſ. in dicto, §. ſi minor. nu. 20. Alex. in conſ. 55. in fine vol. 5. Socin. in conſil. 115. col. pen. vol. 1. & alij quorum in ſupracit. tit. de minor. Gabriel. meminit concluſ. tertia, in princ. & quatenus de in integrum reſtitutione aduerſus tranſactionem ageretur coram iudice domicilij rei eſſe eam implorandam text. probat in l. 2. C. vbi & apnd quem.

29 In contrarium vero ob allegatam tantum minorē ætatem rā primum quā ſecundum reſtitutionis in integrum beneficium in ciuitate, & Regno Neapolis ſine aliqua cauſæ cognitione, ac non aliter læſione probata paſsim mulietibus concedi, & minoribus in præfata deciſione 109. nu. 7. cum ſeqq. Capyc. teſtatur, Afflict. in ſupracit. deciſ. 114. quo loci quando lite pendente in integrum reſtitutio petitur allegare tātum læſionem quod ſufficiat clare ſentit, & D. Vincent. de Franch. deciſ. 421. nume. 1. circa fin. quodq; ob omiſſas probationes, ex ſola partis, ſeu procuratoris allegatione minor eccleſia, alijque huiuſmodi in integrum reſtituantur in præfato c. auditis Abbas ſentit notab. 8. & in c. ſuſcitare in 2. notab. eod. tit. plene Iaſ. in ſupracitato §. ſi minor nu. 19. quem inſpicias, Aufrer. in addit. ad deciſ 5[illegible]. Capellæ Tholoſan. alijque plures quos in præfata concluſ. 1. in tir. de minor. num. 2. Gabriel. recenſet, Maranta in praxi iudiciorum verbo appellatio num. 8[illegible]. in paruis minorem eccleſiam, & mulierem, eo ipſo quod probatio facta non ext tit de læſione apparere, & aduerſus probationem omiſſam, abſque alia læſionis probat one in integrum reſtituendos eſſe concludens, & nouiſsime in communium opinionum tractatu Ioſeph. Ludouic. concluſ. 49. quo loci, poſt Oſaſcum in prēſata deciſ. 158. & alios, quos refert præfatam communem ſcribentium opinionem minorem non reſtitui dictantem, niſi de læſione appareat in actu practico nullatenus ſeruari, ac minori præfatis in caſibus ob allegatam tātum minorem ætatē alio non edocto conceſſam vidiſſe explicat, & ita ſe pluribus in locis in quibus magiſtratum exercuit, quotieſcunque citra calumniam peti hoc animaduertebat obſeruaſſe, ac minorem non appellantem illaratione, abſque aliqua probatione eſſe in integrum reſtituēdum, quiá eo ipſo, quod appellare omiſit læſus cenſetur, Ioach. Mynſinger. ita in Imperiali Camera obſeruari in centur. 4. obſeruat. 7. clare affirmat, & quod reſtitutionem aduerſus probationem omiſſam

abſque

abſque aliqua læſionis probatione eſſe eã concedendam textus eſt notab. in capitulo audiris, vbi Butr. & Panormit. in 8 notabil. de in integrum reſtiturio textus ſimiliter facit in capitu. cum veniſſent, vbi Innocent. eodem titulo, & hanc communem eſſe canoniſtarum opinionẽ in ſupracitata repet l. ſi curatorem hab.ns verbo vel aduerſarij dolo numero 19. verſ. aduerſus præ dicta, Franc. de Caldas clare concludit, Iaſonem inter cæteros referens in dicto, §. ſi minor præfato nume. 19. Canoniſtarum ſententiã ſibi placere, eamque praxim obſeruare concludentem, vt vere, quem inſpectum facias conclu dit, quodque minor ſe aduerſus aliquod à tutore omiſſum, vel neglectum, quod feciſſet, ſibi vtile fuiſſet, abſque alia læſionis probatione audiendus ſit, poſt Aretinum in conſ. 66. col. pen. verſ. nõ obſtat tex. Octauian. inquit Cacheran. in deciſ 156. nu 6. & in ſuprac. deciſ. 99. Teſlaur. num. 16. poſt princ.

30 In hac igitur ſcr bentiũ controuerſia, cui ex his contrarijs opinionibus pedẽ figere debeamus difficillima ſe, arduaque ſimul deliberandi offert occaſio: probationem, enim præfatis in caſibus ad in integrum reſtitutionem obtinendã non eſſe neceſſariam multorum iam relatorum eſt opinio, Concilij ſignanter Neapolitani, vt in præfata deciſ. 114. per Afflictum, necnon Aulæ Imperialis, vt in præfata obſeruat. 17. centur. 4. per Mynſingerum quorum plurimam eximiãque exiſtere authoritatem neminẽ latet, ac opinionem hanc in quocunque foro iugi ex obſeruantia, receptam in dicta concluſione 49. Ioſeph. Ludouicus, cuius paulo ante meminimus fatetor, grauemque communis praxis eſſe normam, & ineuitabilem in l. minimè, ff. de legibus Iureconſ. admonet, Bal. in l. illud vſitatiſsimũ, ff. de excuſat. tutor. tex. confert in l. ſi quis donaturus in fine, ff. de vſufr. necnon praxim veram exiſtere legum intell. ctricem in capitulo primo de feud ſine culpa non amit. Bal. affirmat, quem tam præfatis in locis, quam in alijs de praxi quam plura illiuſque viribus, & effectibus explicantem in Milleloqui. 540. Caball. refert, quem inſpicias, immo longæuum cauſarum vſum pro lege allegari poſſe, ac legis vim habere, poſt Afflictum in deciſ. 79. in fine deciſ. 135. 241. 253. & 391. & poſt Carauitam in ritu primo Magnæ Curiæ ſub nu. 23. & in ritu 260. ſub numero ſeptimo. communem, Viuius in deciſ. 21. num. 20. lib. primo eſſe reſtatur ſcribentium opinionẽ, aliam vero ab hac diuerſam opinionem ad reſtitutionem hãc ſcilicet in integrum obtinendam probatio quod omnino promittenda ſit grauiſsimi pariter iuris interpretes fouent atque ſequuntur, ac ipſam poſt articulum ad partes, & plene diſcuſſum, ac fere omnium de puncto hoc loquentium votis relatis in ſupracit. deciſ. 158. Oſaſco teſte, Senatus ſequitur Pedemont. cuius pergrãdem, immo maximam cẽſeri diſciplinam nemo eſt vtique qui neſciat; Quapropter cũ in dubijs quæſtionibus opinionem, quæ diſtinguit eſſe ſequendam, poſt text. in l. adeo, §. cum quis verſ. eſt tamẽ media, ff. de acquir. rerum domin. Socin iunior in conſ. 121. num 36. reſtetur, & in conſ. 19. num. 78. lib. 2. cuius aliorumque, Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 92. meminit nu. 10. & in conſil. 47. Guid. Pancir. num. 2. libro 1. & vltra à ſcribentibus notata in cap. quærenti de off. delegat. tenet hoc Simoncell in tract. de decret. in contract. minor. lib. 3. tit 8. num. 228.

31 Tam in caſu omiſſæ probationis quam appellationis, ſeu illius non proſecutionis, & id genus ſimilium illam omnino diſtinctionem eſſe opinor amplectendam, eo ſcilicet caſu, ex ſola læſionis allegatione in integrum reſtituendum eſſe minorem, quotieſcunque de damno tractaret euitando, vt in ſupra cit. concluſ. 1. nu. 3. per Gabrielem, & in concluſione 3. num. 2. in tit. de minoribus, ex ſola confeſsione re ipſa minorẽ damno affici dicentem quando ſe fideiuſsiſſe confeſſus eſſet, ſecus ſi aliter, & vbi re ipſa damnum ex confeſsione neceſſario nõ ſequeretur, quod in ſupra citata l. ſi curatorem habens verbo ſua facilitate, Franc. de Caldas num. 2. & 3. quem plene, & notab. loquentem videas fatetur diſtinctionem hanc, Iaſonem poſt Alexandrum in dicto §. ſi minor ſequi ſubdens, & Ruynum in conſ. 35. col. 2. & ſeq. vol. primo in conſil. 59. col. 3. volum. 4. in conſil 88. columna prima eodem vol & in conſil 95. columna prima, & ſeq. eodemque numero 2. verſ. & propterea, ex eodem num. 2. verſ. & propterea, ex eodem Alex. in dicto § ſi minor, col. fin. minorem in criminalibus, ex Corneo in conſ. 192. col. 2. volum. 4. Hippolyto in l. 1. §. ſi quis vltro colum. fi. in fine, ff. de quæſt & in ſingul. 445. & Grammatico in conſ. 16. num. 1. & conſ. 60. num. 11 eo ipſo, abſq; alia erroris probatione aduerſus confeſsionem eſſe ait reſtituendum tenet hoc Afflict. in deciſ. 208. in fine, Pariſ. conſ 96. nume. 9. & nume 85. libro primo, Rol. à Val. conſ. 51. in egregia Angeli doctrina iſtud fundantes in l. certum, §. in pupillo, ff de confeſſ. cuius, Alex. etiam in conſ. 215. meminit numero ſexto libro 3. & alij plures à Menochio in tractatu de arbitr. iudic. libro 2. centur. 3. relati caſu 268. numero quarto, & hãc Anton. Gomez in tract. de delict capitulo primo numero 66. communem eſſe reſtatur ſcribẽtium opinionem, & Claud. Berrand in pract. crimin. reg. 58. numero ſecundo ab eodem Menochio in ſupra citato conſilio 100. relati numero 283. & 284. libro primo, quæ vtique rectius, vt intelligas, & plenius, & qđ in extraiudicialibus, ſeu in cauſa criminis aduerſus cõfeſsionẽ, ſiue iuratam, ſiue ſimplicem, aut cõtra negatio-
32 nem, vt quia ſcripturam à ſe ſcriptam ſuam nõ eſſe, nec veritatem continere, alijſque ſimilibus in caſibus reſtituendus minor veniat, Berouin ſu-

in ſupracit. quæſt. famil. 135. per totum, & Ancharanum Regienſem in prænotata quæſt. 39. inſpicere non prætereas.

32 Eoque caſu prænotatam Angeli doctrinam, Iaſon in dicto, §. ſi minor. nume. 7. poſt Baldum in l. vnica num. 60. C. de confeſſ locum habere, & procedere declarat, quoties minor delictum cuius nulla indicia nullæ probationes aderant, neque coniecturæ cõfiteretur addit ad Matthe ſil. in ſupracit. ſingul. 58 ſequitur columna ſecunda, verſic. & notandum eſt, & Gerard. in ſingu. 67. nu. 2. quo loci, abſque aliqua erroris probatione minorem aduerſus talem confeſſionẽ eſſe inquit reſtituendum cum ex confeſſione ipſa læſum eſſe minorem appareat, ac ex Marſilio in ſingul. 445. & alijs ab Arelatano relatis conſtat in addit ad Alciat. in tract. de præſumpt ſupracit. reg. 1. præſumpt. 42. addit. vlt. in fi. idem in ſupracit conſ. 225. num. 8. lib. 1, Ruyn ſentit, & conſil. 59. nume. 8 lib. 4. præfatamque Baldi opinionem eſſe communiter à ſcribentibus receptam, ex Gometio in dicto c. 1. delictorum num. 66. in pract. crimin Clarus teſtatur, §. fina. quæſt. 60. colum. 2. verſ. quando autem in præfato conſ. 403. nu. 106. à Menochio relatis, eodem loci Antonij Gometij opinionem in præfato cap. primo num. 66, verſ. ex quo videtur minorem contra ſuam confeſſionem non reſtitui dicentis quoties alijs confeſſio ipſa coniecturis comprobatur intelligi, & declarari poſſe inquit ita Petrum Plaz. in epithome delictorum libro primo cap. 6. num. 13. ſentire dicens, & quoad confeſsionem in tormentis per minorem ei curatore non dato factam nunquid ei præiudicet poſt textum in l. clarum, C. de authorit. præſtan. in ſupracit. §. fin. quæſt 59. in princ. & quæſt. 55. verſ. vlterius poteſt, Clarum inſpicias, Afflictum deciſ. 208. num. 2 Marſilium in conſ. 26. num. 9. conſil. 62. num. 24. & in praxi crimin. § nunc. videndum num. 31. vbi videas Rolan à Vall. conſilio 31. nu. 8. libro 1. & alios in dicto caſu 268. relatos num. 2.

33 Nulliſque indicijs, neque coniecturis cum minoris confeſsione concurrentibus nullum ei ad hanc petẽdam reſtitutionem donec iudiciũ pendet, & ætas ſuffragatur tempus currere, ex Baldo in conſil 310. lib. primo eodem loci numero 5 Menoch aſſeuerat, & ſi poſt ætatem annorũ vigintiquinque quadriennio elapſo, quod amplius qui tanquam minor neutiquam in integrum reſtituatur in l. vlt. text. probet, C. de temp. in integr reſtitut pet. & in proprijs terminis reſtitutionis aduerſus confeſsionem, poſt textum in cap. 2. de integr. reſtit in 6. tenet hoc, Roman in conſ. 123. nu. 5. Alex. in conſilio 30. num. ſexto, lib. 5. Dec. conſ. 436. num. 8. num. 8. Berous conſ 5 . nume. 291. quem & in dicta l. ſi curatorem verbo infra legitimum tempus, Frãciſcum de Caldas circa id plenè declarantem per totum omnino videas, neque geminatum, ſeu repetitam confeſsionem minori nocere, cum maiorem repetitio facilitatem arguat ad textum in ſupracitata l. doli, §. diuerſum, ff de nouat. & in l. ſi mulier, C. ad Velleian. neque reſtitutionis renunciationem, iuxta text. in l. non tantum, ff de appellat. & iuxta gloſ. notabil. in l. pactum inter hæredem, ff. de pact. in ſupracitato caſu 268 eodem nume. quinto, Menoch qui omnino inſpiciatur aſſeuerat, & in deciſio 66. Teſſaur. num. 2. & quæ nos hoc eod. c. nu. 8. poſt medium adnorauimus.

34 Quam quidem reſtiturionis in integrum renunciationem non ipſo iure, ſed eodem reſtitutionis in integrum remedio aduerſus renunciationem hanc implorato iuxta in caſu ſuo in ſæpius citato, §. ſi minor numero nono, circa fin. per Iaſonem notata, abſque alia probatione necnon appellationis exemplo tolli exiſtimo nõ nego ipſo iure minorem ſtante renunciatione læſum diei ſecundum Afflictum in deciſ. 174. in in fin à Cornaz. in deciſ. 115. relatum numero 30 reſtitutionis vtique beneficium, & appellationem æquiparati, textus vt ſupra notauimus probat in l præſes, ff de minor, cui quidem appellationi minore renunciante, cum eo ipſo læſus remaneat, ſine alia læſionis probatione eſſe eum in integrum reſtituendum in ſuprarelata addit. ad deciſionẽ 53. Capellæ Tholoſanæ, Aufterius probat, cuius dictum, & ſententiam, eo caſu procedere, & locum habere intelligendum eſt, quoties minor appellationi ante latam ſententiam renunciauit, quo caſu, quia iniqua proferri potuit ſententia, eo ipſo quod minor renuncians læſus remanſit, & propterea, Alexandro relato in dicto, § ſi minor, & ibi Iaſone, ibidem numero 17 cum ſequenti, & alijs læſionis probationẽ non requiri in præfata deciſione 158. & numero 11. & 12 Octauian Oſaſc. aſſeuerat, & in dicta l ſi curatorem, Franc. de Caldas verbo ina facilitate numero 28 & 34 ſecus vero ſi poſt ſentententiam, quo vtique caſu, aliter vt infra diſtinguere conuenit, quodque in integrum reſtitutionis beneficium, nullatenus renunciare minori liceat in eadem l curatorem verbo implorare in integrum reſtitutionem numero 27. poſt plures relatos communem, idem Franciſcus Caldas eſſe exponit ſcribentium opinionem, niſi limitans iuramento mediante facta renunciatio fuiſſet, quo caſu ratam renunciationem eſſe & ſtabilem, ex Mauritio ſentit, & fatetur in ſupracitato tractatu de reſtitut. capitulo 115. cuius ſupra numero octauo ante finem iterum meminimus, quod nullatenus in Eccleſia procedere notandum eſt, in cuius facto, quamuis prælatus nullo modo reſtitutionem petere iurauerit non valere tale iuramentum, ac ipſo non obſtante, quod petere in integrum reſtitutionem liceat ſingularis gloſa affirmat, in capitulo primo de in integrum reſtitut. in 6. quam eſſe memoriæ commendandam in cap. 1. extra eod. tit.

num.

num. 16. in princ Panorm. admonet ſicut pariter, eo ipſo, quod in arbitrum voluntarium minor compromiſit, quamuis aliter de læſione non appareat, læſus quod præſumatur tex. probat in l ſi minor vigintiquinque annis, §. minores. ff. de minor. quo loci gloſa, & ſcribentes illam aſsignant rationem, quia per tale compromiſſum appellandi beneficium iuxta tex. minori tollitur in l. 1. C. de arbitr. Corn. in conſ. 117. idem ſentit col. 2. lib. . Capella Tholoſ. in deciſ. 118 & ibi Autrer in addit. & Arel. t. ad Alciatum in præfata reg 1 præſumpt. 42. in addit. 2. lit. b immo e promiſsione de compromittendo minorem lędi, ac ei propterea in integrũ reſtitutionem competere in tract. de priuil. iuramen. priuil. 3. num. 19. Seraph. inquit, quod de iure canonico neutiquam procedere, ex eo conſtat, quia tali iure attento appellare ab arbitri ſententia, quod liceat, ex infra in par. 2. cap. pen. notatis conſtat, & ex notatis per Alexand. omnino videndum in cõſ. 254. lib. 6. per totum, & ſignanter nu. 7. ab arbitri ſententia appellare de iure canonico licere magis communem eſſe ſcribentium opinionem aſſerentem.

35 Minorem ſimiliter nõ per dolum, ſed per culpam omittendo delinquentem, etſi in delictis minorem non eſſe regulariter in integrum reſtituẽdum in l. auxilium, §. in delictis cum concordantibus, ff. de minor. caueatur in integrum reſtituendum eſſe in l. 1. tex. probat, C. ſi aduerſ. delictum, & hanc communem eſſe ſcribentium opinionem, Ananiã eſſe in c. 2. num. 8. de Apoſto. in præfata quæſt. 60. col. 2 verſ. quando autem, Clarus affirmat, & alij per Menochium in dict. cõſ. 100. num. 82. relatis, minoremque ætatem ad petendam obtinendamque in integrum reſtitutionem aduerſus delicti confeſsionem per minorem ipſum etiam cum iuramento factam alijs non concurrentibus prodeſſe, Bal. pariter in l. vnica num. 60. C. de confeſſ. arbitratur, cuius opinionẽ communem Gomet. eſſe enarrat in dicto cap. 1 delict. num. 66. in loco proxime citato à Claro relatus verſ. proderit etiam à qua quamuis Gabriel. in ſupracitata concluſ. 3. in fine in tit de minor. diſſentiat, minoremque ad ipſius confeſsionem reuocandã quando in atrocioribus ſumus delictis, neutiquam admitti, ex Hippolyto affirmet in l. de minore colum. fin ff. de quæſtion. idemque in præfata quæſt. 135. num. 3. in princip. & in verſi. quod autem in hoc ſentire Berous cenſeatur, hoc quamuis nulla indicia, nec coniecturę cum confeſsione ipſa concurrerent ſibi locum vendicare dicens, quod in eadem quæſt. 60. columna ſecunda verſic. proderit etiam, Clarus teſtatur contra communem tali caſu eſſe explicans iudicandum, & ita obſeruari ſemper vidiſſe, ac ſe illam in iudicando ſecururum fore enarrans, attamen Franciſcum de caldas in ſupracit. verbo vel aduerſarij dolo num. 40. verſ. ſed nihilominus, neq; à communi opinione in hoc caſu eſſe in praxi recedendum affirmantem legas, nec nõ ad pleniorem præfatorum cognitionem minorem ſciẽdum eſt aduerſus dolum verum, quem commiſit non reſtitui, vt in ſupracit. l. 1. C. ſi aduerſ. delic. & l. ex cauſæ, §. nunc videndum, & dicta l. auxilium, ff. de minoribus, etſi eum aduerſus dolum præſumptum de præterito reſtitui, poſt glo. ſingularem in l. vbi exigitur. ff. de edendo, Bar. ibi, Bal. & alij ſequuntur, ac idem Bar. in l. minor. 25. annis omiſſam. ff. de minor. ſecus aduerſus dolum præſumptũ de futuro, ex quo tacitè ad delinquendum inuitaretur, vt late in dicta l. vbi exigitur, per eũdem Bartolum in dicta l. minor. 25. annis omiſſam, & in l. 1. §. nunciatio, & ibi ſcribentes, ff. de noui oper. nunciat. nihilominus aduerſus dolum etiam verum. nõ in faciendo, ſed in omittendo conſiſtentem minorem iuxta tex. in l. 2. præfato tit C. ſi aduerſ. delict. in integrum reſtitui in dicto, §. ſi quis agens nu 16. circa finem. Aret. explicat omnia hæc eo loci bene notãda admonens, quem & Blancum in pract. crimin. inſpectum omnino facias verbo ignorantia num. 14. cum plurib. ſeq. fol. 92. ſed quamuis minore in delictis in integrum nõ reſtitui iuxta prænotatum tex. adnotauimus in auxiliũ, §. in delictis cum ſimi. ff. de minor. iſtud tamẽ in facto principali, ſecus in emergẽtibus procedere declaratur, quo caſu data læſione in integrum minorem reſtitui, poſt Baldum in l. ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor. in ſupracit. Regni conſtitut. in notum columna 3. num. 9. Afflict. clare fatetur, cuius, & Bartoli in dicto, §. nunc videndum, Igneialiorumque in l. 1. impuberes, ff. ad Senat. conſul. Sillan. & Bologni ni in conſil. 36. columna tertia in ſuis extrauagant. deciſionibus, Dicto 29. Petrus Garſ. meminit, quem inſpicias.

36 Et quoad probationem omiſſam eiuſdem de Caldas in dicto verbo, vel aduerſarij dolo numero 19. verſic. cæterum defendi diſtinctionem eſſe exiſtimo ſequendam, ex Innocentio in præfato cap. auditis num. 2. & 3. de in integrum reſtitut. hanc ſcribentium varietatem tali modo eſſe temperandam explicantis, vt Bartoli, & cõmunis legiſtarum, quoties multi teſtes pro parte minoris producti fuiſſent, qui ipſius intentionem minime probarunt ſentẽtia procedat, quo vtiq; caſu, quia teſtes meliores productos fuiſſe eſt præſumendum in integrum reſtitutionem ceſſare debere ait, Canoniſtarum vero ſententiam procedere, quando nullus à minore productus teſtis fuiſſet, talique caſu locũ ſibi illud vendicare eo ipſo minorem, quod non probauit deceptum remanſiſſe, & proinde abſque alia læſionis probatione eſſe reſtitutionem cõcedendam conciliationem hanc notab. eſſe dicens, eamque paſsim à ſcribentibus receptam, eo loci num 20. per totum relatis, & nu. 21. vbi caſu quo alij teſtes producti à minore fuiſſent

hoc modo læſionem probari inquit, ſi teſtes de nouo producendi à iudice interrogari ita ſe. & ſub hac forma, & mõ ſi p oducti à minore fuiſſent rñſuros explicarẽt vnde an teſtes illos produxiſſe minori expedierit colligere iudex põt ipſumque conſequenter ad nouá teſtium productionẽ reſtituere, ex Iaſone hoc affirmans in d.§ ſi minor ante nu. 20. & ex Speculat. prænotata in indiuiduo explicante in lit. de reſtitu. in integr. §. 1 verſ. quod ſi in cauſa, & Socino in ca. fraternitatis nu. 35. de teſtibus hos teſtes in hoc ſummario reſtitutionis in integrũ iudicio examinandos ipſorum dicta, & teſtimonia, ex Bartolo, & Iaſone in dicto, §. ſi minor, & Socino in loco proxime relato, nullatenus in iudicio plenario fidem facere aſſerens, niſi plenarie denuo exacteque examinentur, ſecus vbi plenaria in reſtitutionis cauſa facta probatio fuiſſet, quo caſu nõ eſſe eam in caſus reſciſſoria repetendam, ſed valere, ac vires habere, in præſata deciſ. 158. num. 13. Oſaſcus, quem inſpectum facias affirmat, & in ſupracit. limit. 8. Contardum nu. 46. declarantem, & ſeq. ſic & teſtes ad impediendũ proceſſum ante litem conteſtatam examinatos poſt litem conteſtam ad merita cauſæ non probare in l. eleganter, §. ſi quis poſt tranſactionem in fine, ff. de condict. indeb. Socin. inquit teſtes eodem loci ſubdens in iudicio ſummario examinatos publicatione non obſtãte poſſe reperi in ordinario à Contat. vbi ſupra relatus limita. 2. §. 9 num. 7. & 8.

37. Alre taque, circa ea, quæ agimus diſtinctio ſimiliter affertur. tũc eo ipſo, quod appellationis vocem minor non emiſit ei tanquam læſo petere in integrum reſtitutioné licere, quoties reus minor eſſet, ſecus ſi actor nam minime eum tali caſu ad appellandum reſtitui, niſi iuſtam ſe fuiſſe cauſam, quodq, ipſius appellate intererat oſtendat in dicto, §. ſi minor, & in dicta l ſi. C. in quibus cauſis in integr reſtitut. non eſt neceſſ. Fulgoſ. affirmat euius aliorumque in præſata concluſ. 2. in fine, Gabriel. eſt memor, & Ancha. in præſata quæſt. 41. nu. 6. & 7. æquam hanc diſtinctionem, & ſuſtentabilem appellans, ipſamque ſcribẽtes amplecti, & hoc modo Bartoli doctrinam in dicto, §. ſi minor intelligi debere enarrans, eamque a Pedemontano Senatu amplexam in ſupracitata deciſ. 158. in fine, Cacheran. aſſeuerat, Vrſill. ad Afflictum in deciſ. 175. num. 3. & notata, per Bo rium in deciſ. 39. conueniunt num 2. in fine.

38 Et quamuis hanc, Cumani diſtinctionem, Imperiale prætorium illa ratione non recepiſſe, quia lex quæ minorem læſum in integrum reſtituendum eſſe diſponit generaliter, & indiſtincte nullo inter reum, & actorem diſcrimine habito loquitur in centur 4. ſingulariũ Imperial. Cameræ obſeruationum obſeruat. 17 in fine, Myoſinger. teſtetur à præſata nihilominus diſtinctione non recedas, quam vltra proxime relatos Frãc. etiam de Caldas dicto verbo, vel aduerſarij dolo num. 18. complectitur fol. 224. à tergo, & num. 4 verſ. ſed nihilominus, vbi de cõmuni ſol. 234 & reſtitutionem hanc etiam expẽſis non refectis, quãdo perſonaliter citatus reus non fuit præſtari, ſecus ſi citatus perſonaliter fuiſſet, quo caſu non aliter reſtitutionem, niſi expenſis refectis concedi in addit. ad ſupracitata deciſ. Rotæ, 5. de reſtit. in integrum in nouis num. 3. Papaz quem inſpicias affirmat, & circa hanc expenſarum refectionem infra notata nu. 97. inſpecta facias.

39 Illamque item quam in præcitato conſ. 66. col. pen. verſ non obſtat tex. & in dicta l. fin. etiã col. pen. C. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſſ. Ang. diſtinctionem facit adnotabis minorem, ſcilicet aduerſus factum ſuum legitime & cum tutoris authoritate factum difficilius reſtitui, ex quo maior contra ipſum extat præſumptio, ſecus vbi reſtitutionem contra aliquid à ſe, vel a tutore omiſſum, ſeu contra factũ in quo tutoris authoritas nullatenus interuenit poſtularet, quo caſu facilius ei reſtitutionem concedi enarrat, etſi aliter illud ius, vel omiſſam probationem habere non doceat, cuius in eadẽ q. 41. Anchar. alias pariter diſtinctiones faciẽs dicto nu 6 meminit, & in præſata deciſio. Pedemont Cacheran. num. 6. & 7. & Papiẽſ. in forma libelli ſuper petitione reſtitutionis in integrum verbo vendidit, & tradidit in fine, quem declarantem videas, & in deciſ. 99. Teſſaurum nu. 20. vbi ante fin. quoties colluſio tutoris, vel curatoris interuenit etiam minimo pro damno in integrum minorem reſtitui, ex textu inquit, & ibi gloſ. in l. penul. ff. de minor. ſimiliter, vbi actus à minore geſtus ad lucrum ſe, & damnum habere poſſet neutiquam minorem in integrum reſtitui veluti iuxta tex. in l de fideicõmiſſo, C. de tranſact. in fideicõmiſſi remiſsione, vbi minorẽ aduerſus mutuá, & viciſsitudinariá fideicõmiſsi remiſsioné non reſtitui, neque propter dubium euentum circũuentum, ex hoc dici continetur, licet ex euentu poſtea fideicommiſsi lucrũ amiſerit, quam legẽ, Bar ibi pulchrã dicit, & notab. idem alios recenſens in Milleloq 77. Cabal. tenet, & in repet. l. ſi vnquam, Tiraq. innumeros ſimiliter iſtud ſectantes referens, verbo donatione largitus nu. 128. C de reuoc donat. ac minori. in integrum reſtitutioné pro parte impetrare, & pro parte non quod minimé permittatur, in tract. de ſubſtit. par. 2. Alex. Trentacinq inquit c. 18. nu. 2. verſ huic textui ante fi. ſic & preſcriptionem in actionibus redhibitorijs, & quãto minoris, alijſque rei non perſecutorijs, quæ ſicut olim, ita hodie expirant, §. eas, Inſti de temporal. & perpet. actionibus abſque reſtitutionis ſpe contra minores currere, poſt Caſtrenſ. in l. fi. colum. 2. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſ. communem hanc, Turzan. in tractatu communium opin. c. 125 nu. 1. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

40 In illo itidem caſu læſionis probationẽ non

requiri, quoties minor, ſiue maior iuſto aliquo detẽtus impedimẽto, vt q̃a ex probabili ſeu neceſſaria cã abſens fuit, ſeu per aliũ circũuentus, vel alia, quod iuſta reſtitutionis cauſa cõcurrat ad text. in l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. & iuxta per Abb. notata in c. ex literis nu. 5. de reſtit. in integr. & per Franciſc. de Caldas in d. l. ſi curatorem verbo infra legitimum tempus num. 12. verſ. quibus verbis aduerſus præſcriptionẽ v.g. in integrum reſtitutionem poſtularent, nam eo ipſo, quod tempus eſt decurſum minori ætate, ſeu per eum, qui maior ſit impedimento, aut iuſta alia cauſa probata læſos ipſos apparere, ac de læſione conſtare poſt text. in ſupracit. c. auditis, & in c. cum coram eod. tit. de reſtitut. in integr; Alex. in d. § ſi minor hoc fatetur, & ibidem Iaſ. col. pen. verſ. ſed tu aduerte, Ioachim. in ſupracit. Imperialis aulæ obſeruat. 16. nu. 3. centur. 4. quam inſpectum facias, Guido Pap. alia in deciſ. 142. aſſerens exempla, ex quibus læſione non aliter probata læſum cenſeri minorem aſſeuerant, idem Auſrer. ſentit in addit ad dictam deciſ. 51. Capellæ Tholoſ. & Capyc. in ſupra relata deciſ. 158. num. 3. & 7. in princ. & num. 12. verſ. nec contrapugnat, præfatamque in integrum reſtitutionem non ad in integrum præſcriptionis curſum, ſed vt abſentiæ tantum, ac impedimenti tempus de medio ſubducatur eſſe concedendam, etſi non leuis in hoc in l. quod tempore, C. de reſtit. milit. an ex integro ſit danda ſcribentium ſit altercatio, ac antiquorum pariter gloſatorum in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter in verbo reſtitutionis, ab Accurſio relatorum, & eo loci Bar. per quinque columnas, ff. ex quibus cauſ. maior. de communi Balb. in tracta. de præſcript. prima par. 6. & vltimæ partis princip. cap. 22. teſtatur nu. 26. in fine fol. 500. quem in tota dicta 1. par. plene circa hũc præſcriptionis articulũ, & notab loquentẽ inſpectũ facias, & ſupra in ca præced. notata nu. 126. vbi latius.

41 Minoremque aduerſus mutuum quamuis læſum ſe ex illo non probet eſſe in integrũ reſtituẽdum, niſi in ipſius minoris vtilitatẽ verſam creditor pecuniam fuiſſe probet poſt tex. gloſa ibi inquit in l. 1. C. ſi aduerſ. creditor. & in communiũ opin. tract. Gabriel. hoc pariter firmans lib. 1. tit. de probat. concluſ. 7. nu. 18. & 19. etſi præfatam l. 1. & ſeq. in creditore ſub vſuris mutuante, ſecus in alio non fœneratitio creditore ſibi locũ vendicare in d. §. ſi minor. Iaſ. affirmet nu. 21. Alex. in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet. nu. 11. Dec. in l. ſingularia num. 21. ff. eod. Maurit. in d. tracta. de reſtitut. in integr. cap. 221. & ſeq. moderni in tract. de vſur. hanc in quæſt. 37. receptiſſimam opin. eſſe dicentes, & alij in l. 2. C. de reſcind. vẽdit. à Pinello relati 3. par. cap. 1. nu. 30. cum ſeqq. non paucos in iure ſcribentes dictam l. 1. & totũ titulum, C. ſi aduerſus creditorem in creditore etiam ſine vſuris mutuante eſſe referens intelligendum, quod multas per rationes affirmat, & contra opinionem communiter receptam concludit, ipſiuſque ſententiam in præfato verbo ſua facilitate nu. 30. Frãciſc. de Caldas ſequi videtur dum nulla inter ſimplex mutuum, & fœneratitium diſtinctione facta huius dicti eſſe inquit rationem, quia in minore mutui actus noxius ſemper exiſtit, & perniciosſus, ac eo ipſo læſum minorem cenſeri, quod res aliqua, quæ maiorum ſuorum fuerat in extraneum peruenerit ex tex. in ſupracit. l. ſi in emptione, ff. de minor. ac ex Alexãdro in conſ. 67. nu. 3. vol. 5. Decio in conſ. 403. num. 22. Tiraq. in tract. de retrac. cõſ. in præfato nu. 34. & Neuizano inter cõſ. Bruni conſ. 12. nu. 70. in deciſ. 99. nu. 17. Teſſaur. aſſo-uerat, quem & Dom. Vinc. de Franch. in deciſ. 17. nu. 17. & 18 ampliantem videas par. 1.

42 Et propterea pecuniam minori vigintiquinque annis in ludo mutuatã, illam ſi minor perdiderit repetere mutuanti non licere in tracta. de ludo nu. 16. Paris de Puteo per tex. hoc fatetur in l. quod ſi minor §. penult. ff. de minoribus cum concordant. per Saray. in addit. ad ſupracit. ſingul. Mattheſilani 58. in fine relatis, immo ei, qui in ludo vicit ſi publicum in domo, & ordinarium teneat ludum impune illi, qui perdidit furari aliquid, quod liceat; neque de furto eum, quod accuſare propterea liceat, ex tex. quẽ notandum dicit, & elegantẽ, in l. 1. §. item, ff. de aleat. aliorum memor Corſet. in ſingul. verbo furtum, vbi videas affirmat, & infra nu. 184. & ſeq. notata, vbi de hoc latius.

43 Illud vtique circa prænotata notare oportet, quod quamuis mutui actus noxius, vt diximus, in minore ſemper ſit, & perniciosſus, ac pecuniã in minoris vtilitatẽ verſam fuiſſe probãdi onus ad mutuantem pertineat hanc tamen præſumptionẽ, quoties diligens eſt minor, & induſtrioſus tolli, pecuniamque eum in proprias conuertiſſe vtilitates præſumi argumento, l. fi. C. de pignoribus, Bar. in l. 1. ex mẽte gloſæ ibi col. 1. tradit verſ. ex hac lectura nu. 2. & 3. C. qui & aduerſus quos, & eo loci, Bal. & Caſtrẽſ. in minore qui publicis in actibus eſt diligens exemplificantes in doctore v.g. notario, & mercatore in matricula deſcriptis, ac pro diligentibus, approbatis quos in ſuis priuatis negotijs tales ſimiliter eſſe eſt præſumendum, & quatenus ars in qua minor ſe exercet matriculæ nota careret minoris induſtriã, & diligentiã mutuãtẽ probare, quod ſufficiat, idẽ Bar. proxime relatus aſſeuerat, quẽ eo loci, & in conſ. 27. nu. 18. vol. 1. inſpectum facias, Saray. in præfata addit. ad ſingul. Mattheſ. Virg. de Boccat. in conſtit. Piceni gloſ. 7. a num. 32. vſq; ad fi. quis mercator dicatur, & qualiter mercatorem, quem eſſe probetur plene declarãtem, & omnino Ancharanum Regienſem aliorũ memorẽ, & plene diſcutientẽ in q. famil. 38. p. 2. per totũ, & ſignãter nu. 13. & 14. ſatis eſſe minorẽ dicẽs effectũ eſſe a principio locopletiorẽ ac ꝓpriã in vtilitatẽ pecuniã cõuertiſſe in merciũ puta aliorũq; rerũ vtiliũ emptionem neq; ex læſione poſtea fortuito caſu superueniẽte, eo quod

res

res emptæ ablatæ ſibi forſan fuiſſent eſſe cum in integrum reſtiruendum. poſt Mauritium in ſupracirato tract. de reſtitut. in inregrum ca. 17 de communi ſimiliter reſtantem in tractu com mnnium opin. Villalob. lit. m. verbo minor nu. 100. conclud t gloſam referens in l. vlt. verbo locupletior. C. de vſucap. pro emptore textum citanrem in l. verum, §. ſciendum, ff. de minor. quam a ſcribentibus communiter eſſe enarrat approbatam illum reſtituendum non eſſe dictã tem, qui ſobriè rem ſuam adminiſtrans damni occaſione non inconſulte accidentis reſtirui veſlir, quod qualiter intelligatur in l. certi iuris nu. 4. verſ. nec obſtat, C. locati, Salicet. declarat à Simoncello in tract de decret. in contract minor. relatus lib. 2. tir. 5. inſpect. 2. caſu 2. num. 27 in fine nihilominus tam textum in dicto, §. ſciendum, & gloſam in dicto verbo locupletior, quã Ancharanum in dicta quæſt. 58. inſpicere non prætereas. præfatis item in caſibus in quibus læſionis probatione opus eſſe retulimus, ac alijs in ſimilibus ſuperficiariam minori præſumprinamque ſufficere probationem in dicta quæſt. 41. num. 7. Anchar. ait hanc Bartoli in dicto §. ſi minor, ex legibus quas allegar intẽtionem fuiſſe dicens, & ita ſeruari pluries vidiſſe enarrans, & additio ad Milis quam in ſuo aureo repertorio verbo reſtitutionem petens ſol. 414. à rergo inſpectum facias tunc ratione læſionis reſtitutionem petentem plene de læſione probare debere explicantẽ, quando quis aduerſus contractum reſt tutionẽ poſtularet, ſecus ſi aduerſus omiſſam allegarionem qualem enim tali caſu probationem ſufficere, ex Iacobo de Sancto Georgio in l. 1. col. 1. verſ. nota, quod petens, C. qui & aduerſ quos affirmar, cumque Bart. in d. §. ſi minor præſumpt. uam ſ. ris eſſe probatiunẽ explicet, quem iſtud declarantem, & qualiter intelligendum ſit, explicantem inſpectum facias, & Iaſonem ibidem ad Bartoli declararionem præſumptionem hãc minus eſſe quam ſemiplenam probarionem aſſerentem.

44 Sicut & pariter qñ minor in integrũ reſtitui ad appellandũ poſtular ſemiplenè eũ de læſione docere ſatis eſſe, in quinta Rotæ deciſ. habetur ſupra iterũ citata de reſtitut. in integr. in nouis, ſecus vbi aduerſus rem iudicatam reſtitutionẽ minor poſtularet, quo caſu quamuis plures etiã in hoc ſemiplenam probationem ſufficere opiniones extiterint à Benintẽdio late in deciſ. 85. à princ. vſque ad nu. 12. iſtud proſequente relati, attamen plenam tali caſu eſſe adhibendam læſionis prnbationem in eadem deciſ. magis cõmunem nu 9. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, cuius Lancellot in tract. de attent. 2. parte meminit c. 14. de attentat. pendente reſtit. in integrum ad appell. nu. 10. & c. 18. in rit. de attentatis reſtitut. in inregrum pendente num. 34. & 35. & in præfata limit 8. Contard limit. 8. Contard. nu. 29. idemque Lancell. ibidem, ex Rota in deciſ. 5. de reſtit. in integr. in antiq. & ex Paleoto in deciſ. 304. iſtud quoties aduerſus tres ſenrentias conformes reſtirutio peteretur præſertim procedere explicat, necnon pleniſsimam rali caſu requiri cognitionẽ, & nũquid iuſta occaſione minor conquerarur, ſeque iniuſte condemnatum à iudice conſtare poſsit per textum ſcribentes in ſupracit. l. ſi in illis verbis, ea quæ in præce contuliſti examinare præſidem prouinciæ conuenir, qui ſi ex luce probationum te deceptum cognouerit fidem veri ſequetur ſcribẽtes communem pariter eſſe firmant opin in ſupracirata obſeruat. 21 centur 4. à Mynſingero recitatam præfatum tex. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. in hoc etiam Salicetum ibi ponderare dicens, & in illo caſu iſtud procedere, quando vltra in inregrum reſtitutionem conſequi minor aliquid intendit veluti vt ſententia rerractetur, ac alia meliori forma formetur iuxta per eundẽ Beninteud. in præfata deciſ. 85. notara núm. 1. verſ. ſed vbi vltra, poſt Abbatem in dicto c. cum ex literis num. 16. quo loci, quamuis ex Innocẽtio in loco per ipſum relaro probationem indiſtincte in omni caſu iuxta tex. in c 1. de in integ. reſtitut in 6. plene probandam eſſe dicat, & in c. ex literis extrà eodem rit. in quo probari aie ſuper iuſta impedimenti cauſa ſe fundantem plene illam, niſi fauorabilis cauſa ſit probare debere, & Sebaſt. Sap. in addit. ad Abb. in pręfato nu 16. lit. a. illud pro hac opinione facere dicens plenã circa perſonæ legitimationẽ quãuis ſummaria cã ſit probationẽ iuxra gloſam requiri in l. 2. C. de edicto Diui Hadr. toll. quã eſſe inquit ſingularẽ necnon ſummaria quamuis reſtirutionis cã ſit ſummariam eſſe probationem adhibendã nõ ſequi ſubdens à præfatis tñ diſtinctionibus. & ſeqq. cõi ab vſu à ſcribentibus, & à ſacro præcipue Rotæ auditorio, & alijs tanq̃ litiũ breuitati, & expeditioni conſulentibus ad c. fin. litibus de dolo, & contum. cũ concord. in §. rurſus nu. 8 in ſi inſti de act. per Aret. relatis nõ recedas, ac nullatenus aduerſus tres cõformes in inregrũ reſtitutionẽ dari, niſi illã poſtulãs de noua cauſa propter quam ipſum eſſe læſum veriſimile ſit ſimiliter doceat deciſio Rotæ 1. inqt nu. 2. de reſtitut. in integr. in nouis Franc. Mar. in ruprarelata deciſ. 54. nu. 3. par 2. & in ſupracit. deciſ. 85. Benintend. nu 7. quem alios referẽtem inſpectum facias, & in d. limit 8. Contardũ in nu. 57. non inutiliter declarantem, ibidemq; nume. 48 aduerſus tres ſententias in ſpolio latas cum de bono iure conſtaſſet, ex iuribus per ſucceſſorẽ nouiter repertis, q̃ iuſte ignorauerat p ſacrũ Rotę auditoriũ in integrũ reſtit. cõceſsã fuiſſe, ex Tolomeo in deciſ. 89 & alijs aſſerentẽ, illud itẽ miſſum nullo modo faciã, quod qui aduerſus tres ſententias cõformes in integr. reſtit. poſtulat expenſas añ oĩa aduerſario reficere dẽt ſecus quoties aduerſus vnam tantum ſententiã in integrum reſtitutio peteretur, vt in addir. ad

præfatam primam Rotæ deciſ. num. 4. de reſtitut. in integr. in nouis, Papaz. inquit, quodque ad appellandum reſtitutus infra decem dies à die reſtitutionis habitę appellare debeat, Veſtr. in praxi Romanæ Curiæ lib. 8. cap. 3. nu. 18. affirmat, & alij infra nume. 115. relati circa finem memoriæ iſtud eſſe admonens commendandũ, quoties item de in integrum reſtitutione principaliter agitur præambulam etiam læſionem, ac ſummariam alicuius iuris probationem reſtitutionem petens præmittere quod debeat in deciſ. Rotæ 7. habetur in proxime relato tit. de reſtitut. in integr. in nouis, & eo loci Papaz. in addit. in præfata centur. 4. Mynſing. obſeruat. 21. nu. 2. quos inſpicias, & in præfata deciſ. 85. Benintendium colum. 1. vſque ad num. 4. quoties aſſerentem bis aliquid duobus in iudicijs ſucceſsiue probandum venit quorum vnum alterius eſt declaratorium probationem in primo iudicio ſummariam, ex textu ſufficere explicantem in l. 3. §. ſciendum, & l. Theſaurus, ff. ad exhibend. quorum aliorumque concordantium Iaſon ante ipſum in ſupracitato §. ſi minor nume. 19. circa fin. idem affirmans meminit, ff. de iureiur. ſecus quoties incidenter in integrum reſtitutio imploraretur nã leuẽ tali caſu coloratãque cognitionem, ſiue inuagationem ſufficere in l. fina. C. ſi minor ſe maiorem dix. ſcribentes aſſeuerant, & in ſupracit. tract. de reſtitur. Mau. cap. 193. exemplaque quando vero incidenter in integrum reſtitutio peti dicatur intra nume. 55. notata reperies, immo aliquam in hoc caſu probationem non requiri in addit. ad ſupracitatæ 1. Rotæ deciſ. de reſtit. in integr. in nou. Papaz. quem inſpicias annuere videtur, & in dicta limit. 8. Contardum nu. 41 cum ſeqq.

45 Illudque ad pleniorem præfatorum cognitionem non eſſe cenſui prætereundum, quod licet paulo ante, antequam lis ſuper in integrum reſtitutione principaliter intentata inchoetur læſionis, ac iniuſtitiæ ſententiam aduerſus quas reſtitutio petitur cognitionem eſſe dixerimus præmittendam lite nihilominus in principali cauſa conteſtata dictam præambulæ cognitionis viam præcludi, ex quo dilatio, ſeu dilatoria exceptis, ita appellatur, cui nullatenus poſt litẽ conteſtatam locum eſſe poſt textum in cap. inter monaſterium de re iud. in ſupracit. Rotæ deciſ. 7. habetur de reſtitut. in integrum in nouis, vbi in addit. Papaz. in princip. ideo amplius de aliquo iure reſtitutionem petentis conſtare debere opponi non poſſe inquit, quia per litis conteſtationem aperta via eſt, & in integrum reſtitutionis iudiciũ inchoatũ in ſupracit. praxi Ro. Cur. Veſtr. ſequitur c. 3. in fine, quem inſpectum facias in d. deciſ. 85. Benintend. nu. 10. ſimiliter in fine, & vbi ſupra Cõcardum nu. 42. & quo caſu in iudicio in integrum reſtitutionis litis conteſtatio adhibẽda ſit additiones ad 3. Rotæ deciſ. de reſtit. in integr. in nouis inſpectas facias.

46 Idque circa prænotata non abſimiliter eſt aduertendum, quod quoties maior, ſiue minor, nõ vt minor, ſed ex generali illa ſupra relata clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur in integrum reſtitui petit quamuis hanc in integrum reſtitutionem etiam cõtra ſentẽtiam, quæ in rẽ tranſiuit iudicatam concedi, in conſ. 68. Ruyn. explicet num. 20. lib. 1. & Socin. iun. conſ. 104. num. 18. lib. 3. in præfato conſ. 100 num. 286. à Menoch. relati ad hanc nihilominus reſtitutionem conſequendam non allegandam ſolum ab eo, qui illam petit, ſed probandam etiam læſionem eſſe, & iuſtam cauſam, idem Socin. iun. in conſ. 70 inquit num. 20. & conſ. 128. num. 147. lib. 1. Alciat. reſponſo. 108. num. 6. Pariſ. conſil. 100. nu. 74. lib. 1. & Alba in conſ. 18 col. 1. quorum in eodem conſ. 100. nu. 307. Menoch. meminit ſic præfatos ſcribentes vnanimi voto omnes per tex. declarare aſſerens in l. 1. in fine, ff. ex quibus cauſ. maior. idem ante ipſos in ſupracitato cap. ex literis num. 8. circa finem de reſtitu. in integr. Abb. tenuit num. 11. & hanc in conſil. 27. nu. 17. lib. 1. magis communem Burſat. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, à Lancelloto in ſupracitato tract. de attentat. parte 2. relatus cap. 18. de attentat. reſtitut. in integrum pend. num. 29. fol. 339. Franciſc. de Caldas iſtud ſequitur in ſæpius citata l. ſi curatorẽ verbo, per quod priſtinum ius num. 24. verſ. poteſt tamen folio 371. eo loci circa finem reſtitutionem præfatæ clauſulæ generalis virtute neutiquam executionem impedire poſſe dicens, niſi prius de cauſa ipſa, & incontinenti conſtet, ac duo in reſtitutione maiori concedenda, quod concurrere debeant enormem, ſcilicet læſionem, ac iuſtam cauſam iuſti impedimenti puta, vel aliam in ſupracitato cap. tum ex literis nu. 12. ante finem, Panormit. inquit ſecus eſſe dicens in reſtitutione minori præſtãda, quo vtique caſu enormem tantum læſionem ſufficere ſubdit ab Octauiano Veſtr. in praxi Romanæ Cur. in ſupracit. cap. 3. relatus lib. 8. num. 6. & per Rotam notata conueniunt in ſupracit. deciſione 3. de reſtit. in integrum in nouis.

47 Quoties itidem aduerſus Principis ſententiã in integrum reſtitutionẽ minor poſtularet, etſi tam aduerſus Papæ, quam Imperatoris ſententiam remedium hoc minori competere tex. probet in dicto c. ſuſcitata de in integr. reſtitu. & in ſupracit. l. in cauſæ, §. vlt. cum aliquot legibus ſequent. vſq; ad 9. non ſolũ, ff. de minor. in ſupracit. cẽtur. 4 ſingul. obſeruat. obſeruat. 21. a Mynſing relatis, attamen nullatenus tali caſu, niſi ex magna cauſa expreſſa, & probata, ac ab ipſo tãtum Principe, qui ſentẽtiam protulit minorem reſtitui tex. probat notab. in l. minor autem, §. 1. & ibi Bar. ff. de minor. & notat hoc Rebuff. in ſupracit. cõmentar. ad Regias Galliæ cõſtit. tomo 2. tract. de reſtitut. artic. 1. glo. 1. nu. 25. & gl. vlt. num. 2. cuius textus vigore, & textus in l. ille

à quo

à quo, §. tempeſtiuſi, ff. ad Trebell. l. formã, C. de off. præf. præto. l. eos, §. ne liceat, C. de vſur. Clementinæ 2. de conſuet. & Clement. ne Romani de elect. & ca. cum inferior de maiorit. & obed. non licere iudici inferiori ſolutionem ſuperioris authoritate factam reuocare in conſ. 148. nume. 3. Crauet. inquit, quod etiam ſi nullum eſſet ſuperioris factum iuxta text. procedere ſubnectit in cap. vt noſtrum de appellat. & ibi ſcribentibus, & ex Innocentio in cap. inter dilectos de exceſſ. prælator. Romano in conſ. 335. verſ. cæterum, & alijs, ac eodem loci num. 4. ex Ancharano in conſ. 132. colum. 2. in primo dubio, Bettachino in prima par. repertor. in ver. conſuetudo quando valeat verſ. 83. Gozadino in conſ. 76. colum. 2. poſt medium non valere ait conſuetudinem, quod à maiore iudice ad minorem appelletur, ſeu quod de geſtis per ſuperiorem cognoſcere inferiori liceat, quãuis Decium in c. referente in gloſ. 2. de præbend. contradicentem referat, ex Iaſone ſubdẽs poſt Fulgoſium, & Alexandrum in ſupracitata l. nam & poſtea, §. ſi minor colum. 2. in fine verſic. & nota diligenter, ff. de iure iur. quod quoties epiſcopus in rei eccleſiaſticæ alienatione decretum interpoſuit ſi læſa ſit eccleſia inferiori ab epiſcopo in integrum reſtituere minime liceat, ac ex Baldo in l. 3. C. ſi aduerſ. rem iudicat. & Iaſone poſt ipſum in conſ. 144. col. 2. poſt medium lib. 2. de nullitate ſententiæ per ſuperiorem latæ iudici, qui inferior ſit, quod nullatenus cognoſceſcere liceat enarrat, etſi vbi ſolum eſſet dubiũ an ſententia per ſuperiorem lata obſtet, vel non & de hoc incidẽter coram inferiore deducatur ex Calderino in conſ. 3. in tit. de iudic. inferiori de hoc cognoſcere licere concludit, neque aduerſus contractum, ſine ſolemnitate a ſe geſtum reſtitui minorem, etiam quod læſio cõcurreret, quoties Principis authoritate qui defectum quemcunque ſupplere potuit roboratus contractus appareter text. probat, & ibi ſcribentes in cap 1. de tranſact. c. 1. de confirmat. vtili, vel inut. & c. hoc quippe 3. q. 6. ac talem, & tantam cõtractui firmitatem, Principis tribuere authoritatem, vt læſum ſe quis contractu conqueri neutiquam, aut proclamare poſſit, neque quæcunque ſit perſona, & cui alias in integrum reſtitutio concedi ſoleat reſtitutionem in integrũ poſtulare in conſ. 240. num. 1. lib. 6. Alex. quem inſpectum facias affirmat, quodque ex compromiſſo coram Principe, eoque auctore facto læſus minor minime præſumatur in tractat. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 82. nume. duodecimo, Menoch. affirmat.

48 Cumque aduerſus ſententiã, ſiue interlocutoriã, ſiue diffinitiuam iuxta tex. in l. cũ & minores, & l. vlt. C. ſi aduerſ. rem iudic. in integrum reſtitui minorem poſſe in ſupracit. obſeruat. 21. in princ. centur. 4 Mynſinger. clarè ſentiat, atq; id extra controuerſiam eſſe dicat, attamẽ quoties aduerſus cuiuſcunque iudicis ſentẽtiam in rem iudicatam tranſitã in integrũ quis reſtitutionẽ poſtularet à Principe in integrũ reſtitutionem eſſe impetrandam, ex Felyno in c. lator de re iud & Marſil. in praxi, §. ordine ſucceſſiuo in fin. in ſupra cit. commentar. l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. in ampliat. Contard. inquit num. 174. iſtud in caſibus in quibus ſentẽtia in rem non tranſit iudicam non procedere explicans, ac à iudice tali caſu etiam inferiore in integrum reſtitutionem poſtulare licere enarrat, quod nullatenus, iuris ciuilis diſpoſitione attenta, ſed de benignitate tantũ, & ęquitate canonica procedere poſt textum ibi in dicto c. ex literis num. 8. Abb inquit de reſtitut. in integr. quẽ & Franciſcum Marcum inſpicias in præfata deciſ. Delphin 54. num. 2. & 3. par 2. idem dicitur in ſentẽtia lata à procuratore Cæſaris aduerſus quam reſtitutio coram Principe petenda eſt l. 1. C. vbi & apud quem.

49 Ac in integrum reſtitutione aduerſus Principis ſententiam poſtulata illa pendente, & non obſtante ſententiam eſſe executioni demandãdam in ſupracitato c. ſuſcitata, Innocent. tenet poſt gloſam ibi in verbo impediri circa fin. in Principis ſententia ob præſumptionem ex tali ſentẽtia exurgentem ſpeciale iſtud eſſe ex Alex. in l. 4. aſſeuerat, §. condemnatum num. 27. Ruyno in præfato conſ. 59. nume. 10. lib. 5. & Capyceo in ſupracitata deciſ. 53. in prænotato conſ. 100. nu. 285. & 290. à Menochio relati, & a Couar. in tract. practicar. quæſt. cap. 25. poſt num. 7. verſ. item, quia cuius aliorumque idem exiſtimantium, Lancellot in præfato capitulo decimooctauo nume. 101. contra Afflictum aliter, & male in deciſ. 356. ſub numero quinto verſic. ſed an iſto executionem in hoc caſu retardati ſentientem memor exiſtit eodem loci nu 107. & ſeq. etiam caſu quo non per ipſum Principem, ſed per alium de ipſius tamen Principis mandato recitata ſententia fuiſſet hoc ſibi locum vendicate aſſerens, ſecus vbi ex alterius relatione ſententiam Princeps protuliſſet, quo quidem caſu a Principis ſententia appellare etiam licere, ex Socino in conſ. 195. columna ſecunda fatetur verſiculo poſtremo libro ſecundo, ex Romano in conſil. 521. & Aemiliano ita ſe de facto in ciuitate Ferrariæ obtinuiſſe enarrante in conſil. 80. col. fin. num. 17. idque ſupra capitulo tertio numero 7. nos iterum aſſeruimus, quæ vtique reſtrictio declaratur, niſi relationis copiã pars habuerit, atque tacuerit. tunc enim a Principis ſententia ſuper conſultatione data non appellari, ex textu in l. vltima, ff. quando appellandũ ſit in annotat. ad legem vnicam, C. ſi de momentanea poſſeſsione numero 203 folio 86. Virgin. de Boccat affirmat, ac ex textu in l. prima, §. fi. C. de relation. ad relationem apud acta ędendã teneri iudicem ſubnectit quã impugnare litigatoribus licere, ex eo. §. fi. & ex tex. inquit

in l. 2. eodem tit. C. de relat. & iuxta tex. in l. iubemus C. de appellat. iudici, qui referre debet, vt videat, an relatio iuſta ſit adiunctum dari poſſe concludit, talique caſu a relatione per iudicem & adiunctum facta non appellati, ex eod. tex. fatetur in dicta l. iubemus prope ſi. quod quoties de inferiorum iudicum ſentētijs agitur nō procedere, ac in integrum reſtitutionem poſtulatam ſententiæ executionem, etſi altiorem indaginem, & diſcuſſionem illa requirat impedire in eadem paulo ante relata quæſt. 25. nume. 7. Couar. fatetur, & hanc in ſupracitata l. ſi curatorem verbo, per quod priſtinum ius recuperant nume. 22. receptiorem, Franc. de Caldas eſſe enarrat. ſcribentium opinionem, eoque caſu in integrum reſtitutionem rei iudicatæ executionem retardare ſciendum eſt, quando de iure communi reſtitutio competeret, vt illa eſt quæ minori competit Reipubl. vel maiori ex generali clauſula, & ita titulus intelligitur C. de in integr. reſtitut. poſtul. ne quid noui fiat, & hac reſtitutione pendente, ſi quid fuerit innouatum aut executum, eſt tanquam attentatum reuocandum, ſecus vbi abſque ratione, vel cauſa, ſed ſolum ex mera Principis gratia reſtitutio competeret quo caſu rei iudicatæ executionem nō impediri, vbi ſupra Vergin. de Boccat. inquit nume. 88. cum ſeqq. & in addit. 8. in princ. fol. 39. idque ſiue antequam executio petatur, ſiue poſtea in integrum reſtitutio poſtuletur, contra Alexandrum in conſ. 223. num. fin lib. 6. Mauritius in ſupracitato tract. de reſtit. in integrum cap. penult. col. 2. poſt medium, & contra alios aliter ſentientes quos recenſet aſſeuerat, quem & Lancellotum, idem affirmantem, & plene declarantem in præfato capitulo decimooctauo, numero 19. cum pluribus ſequentibus, & numero 117. 118. & 119. inſpicere non prætereas, item vbi Princeps in integrum reſtitutionem cum clauſula prout de iure conceſſiſſet eſſe executionem retardandam donec an executio ſit concedenda cognoſcatur in prænotata limitatione octaua numero 58. Contard. inquit, etſi termino præfixo, nec aliter de reſtitutionis cauſa docto exequēdum eſſe, ex Puteo ſubdit in deciſ. 7. in tit. de integr. reſtitut.

50 Immo iuxta Saliceti ſententiam in l. prima in fine, C. ne liceat tertio prouocare à Baldo recedentis in integrum reſtitutionem etiam triū conformium calumniæ præſumptione ceſſante executionem impedire, ex Caſſad. deciſione prima numero tertio, de reſtitutione in integr. Capella Tholoſana deciſione 54. Ripa, Alexandro, & Ruyno in dicto §. cōdemnatum, Gabrielio in tractatu communium opinionum libro ſecundo in titu. de execut. rei iudic. concluſione prima ſub numero 17. Veſtrio in praxi Romanæ Curiæ libro octauo capitulo 3. ſub numero 15. Menochio in tract. de arbitr. iudic. libro ſecundo centur. prima caſu 9. numero tertio, Ioachimo in ſingularium obſeruat. centur. 3. obſeruat. 84. in fine, & alijs veriorem, Lancellot. in eodem capitulo 18. num. 92 & 93. ac magis communem eſſe affirmat ſcribentium opinionem, quod vbi minor præueniſſet, ac ante executionem incœptam, ac re integra adhuc exiſtente in integrum reſtitutionem poſtulaſſet ſibi locum vendicare, ſecus vbi incepta eſſet executio, ac data per actorem cautio fuiſſet de reſtituendo rem executam in caſu obtentæ reſtitutionis, quo quidem caſu continuandam eſſe executionem in Rota Auenionen. plura per iura rationes, & authoritates deciſum fuiſſe in deciſione 2 Domin. Hieronym. Laurent. teſtatur, nu. 7. & 8. ex quo de executione quæ reparabilis erat agebatur, ſecus eſſe explicans ſi irretractabilis executio fuiſſet, quo caſu eſſe ſuperſedendum, & iuxta tex. in præfata l. minor, etiam cum ſeq. ff. de minor. & in l. ſecunda, vbi gloſam & Bartol. ff. de appellationibus recip. & iuxta per alios relata quorum meminit de læſione prius eſſe ait diſcutiendum, immo etiam quod calumnioſe reſtitutio peteretur in capitulo licet cauſam ſcribentibus relatis, & ibi Decio in ſexto notabil. de probation. Alexandro in conſilio decimoſeptimo numero 6. libro primo, Iaſone in l. 3. § ſi ſeruus, quem numero nono, ff. de acquirenda poſſeſſione, & in conſilio ſexageſimo numero 10. libro primo, Hyppolito in ſingul. 686. & Bertrando in conſilio 43. nume. primo, cum ſequenti libro quarto hoc ſibi locum vendicare ſubdit: præfatam tamen deciſionem notabil. differentē per totum videas, & ad pleniorem prænotatorum cognitionem, vbi ſupra Lancellotum à numero 81. vſque ad numerum nonageſimumſextum, & ſignanter nume. quinquageſimotertio: quo loci etiam aduerſus pariter priuilegiatum petitam in integrum reſtitutionem executionem impedire, ex Cœphalo in conſilio 116. aſſerit numero quinto, & ſexto libro primo, quod ex notatis, per Abbatem pendet in capitulo ad aures numero ſecundo, & tertio de præſcription. & in c. auditis nume. octauo de reſtitut. in integrum, cuius Grauat. ad Veſtrium in præfato capitulo octauo meminit numero 21. & 22. & ex notatis, per Aretinum in ſupracitato, §. Rurſus numero tertio inſtitut. de action. notabil. diſtinguentem, ac textum in l. finali, ff. ex quibus cauſis maior. in quo dictum hoc fundatur aptiſſime declarantem, quem inſpectum ſimiliter facere non prætereas & in conſilio 116. Romanum eo caſu priuilegiatum dicto remedio aduerſus pariter priuilegiatum vti poſſe aſſerentem, quoties ad textum in l. verum, §. fina. ff. de minor. & ad notata per ſcribent. in authent. quas actiones, C. de ſacroſanc. eccl. de damno reſtitutionē petēs tractarit euitando hanc communem eſſe dicens ſcribentiū opin. ipſum igitur inſpicias, & ibi Mandoſ. in vlt. addit. alios referentes, ac eodem proxime

relati loci, Lancellotum num. 121. quando in caſu eſſemus in integrum reſtitutionis ob non factas probationes poſtulatæ, quo caſu hac pendente reſtitutione, ex Benedicto de Barſiſ. in tractat. de Guarrentig. in 3. par. princip. quæſt. 21. verſ. ſi vero primo ſit petitam executionem, nullatenus retardari aſſerit, ſed Contardum in præfata limit 8. à nu. 52. vſque ad finem inſpicere non prætermittas.

51 Tunc itidem Principis ſententiam eſſe in hoc caſu exequendam notare conuenit, vbi executionem petens de omnia reſtituendo in integrum reſtitutionem poſtulanti, quatenus obtinuerit iuxta terminos dicti cap. ſuſcitata præſtiterit cautionem tenet hoc, Beninten d. in præfata deciſ. 85. ſub num. 13. & alij plures quos circa id diuerſimode loquentes in dicto cap. 18. à numero 55. vſque ad numerum 56. Lancellor. refert quorum varietatem eſſe hoc modo reſtringendam dicto num. 58. & ſeq & num. 61. enarrat, aut calumnia reſtitutionem petentis eſt manifeſta, quæ an talis ſit a iudicis arbitrio, quod pendeat, ex notatis conſtat, per Benintendium in prænotata deciſ. 65. nu. 14. in fine, & tali caſu nulla præſtita cautione executionem eſſe inquir faciendam, & ita per Bartolum Baldum, & Romanum notata procedere in l. poſsideri, §. ſi ſeruus, ff. de acquirend. poſſeſſ. per Hoſtienſem in dicto cap. ſuſcitata, & in dicta deciſ. 356. per Afflictum ſub numero 3. ibidem Lancellot. num. 59. & 60. dupliciter hoc amplians, vbi videas affirmat, aut calumnia manifeſta non eſt, ſed præſumpta, & quamuis tunc executio non retardetur cautionem dummodo petatur ſecundum terminos dicti c. ſuſcitata eſſe aſſerit præſtandam, etſi vbi alias præſtari nõ poſſet iuratoriam ſatis eſſe, ac ſufficere fateatur, & quatenus cautione petita, abſque tali cautione executio fieret executionem, etiam quod poſtea cautio præſtetur nullatenus conualeſcere aſſeuerat, cũ que ferè omnes de hoc loquentes, Lancellotus referat, ac alias plures, & no. ab in toto dicto c. 18 declarationes faciat, & ſignanter, a num. 55. vſque ad numerum 115. ipſum inſpicere non prætermittas, & in deciſ 18. Teſſaurum hoc pleniſsime diſcutientem præfatamque cautionem coram executore petendam eſſe, & præſtandã, non autem coram iudice de reſtitutione cognoſcente in ſuo aureo repertor. verbo reſtitutio in integrum ſol. 414. circa finem. Milis affirmat in conſilio 433. Romanum videndum referens, quem ibi, & in eodem repertor. verbo executio fol. 149. plenius de hoc loquentem inſpectum facere non prætereas.

52 Præfatumque in integrum reſtitutionis iudicium, quando aduerſus diſfinitiuam ſententiam principaliter mouetur oblato libello, ac lite conteſtata, vbi vtraque pars præſens eſt eſſe ventilandum communem. Maurit. in tractatu de reſtitutione in integrum capit. 136. colum. 4. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, idem in ſuptacitato capitulo cum ex literis numero 15. de in integrum reſtitut. Panormitan. ſenrit, & Bart. in ſupratelata l. fin ff. ex quibus cauſis maior. ſecus ſi alia pars per contumaciam in non veniendo abeſſet, vt eodem loci, per Bartolum, & in quæſt. 143. per Guidonem Pap. nume. tertio, vbi aduerſario per contumaciam in non veniendo, vt ſupra proxime notauimus abſente ſententiam proferri poſſe iuxta textum affirmat in l. in cauſæ, §. in cauſa, ff. de minor. & iuxta textum in authent. ſi omnes, C. ſi ab hæredit. abſtin. quod eo loci vltima addir. vbicunque tale eſt illud, quod petitur, ad quod per miſsionem, ex primo, vel ſecundo decreto conſuli nõ poteſt perpetuo notandum monet, attamen Panormitanum in hoc etiam caſu contra Bartolum in præfato numero decimoquinto, illam per rationem ſentientem videas, quia cauſa quę libet, ex qua graue infertur præiudicium ordinari iuxta gloſam eſt, & plenaria in l. iudices, C. de iudic. & iuxta Bartoli doctrinam in extrauag ad reprimendam in verbo ſummariè, ac prædictæ authenticæ ſi omnes notabil. reſponſo dato ipſam non obſtare ait, ac præfatæ Abbatis opinioni, contra Bartolum reſtitutionis cauſam plenarie tractandam eſſe cum per ipſum nõ ſine paruo patris victricis præiudicio ſentẽtia retractetur, Imperialem annuiſſe Senatum in centuria prima, ſingularium obſeruar. obſer 49. Ioachim. aſſeuerat, cumque iterum de hoc ſupta hoc eodem capitulo numero 44. ſermonem habuerimus ad ca, quæ ibi adnotauimus te conferas.

53 Ipſe vero his tantorum virorum contrarias opiniones tali pacto eſſe arbitror concordandas, & cõciliandas, vt eo caſu Bar procedat opinio, quotieſcunque iudicis officium reſcindens tantum in libello imploraretur, quod obſtaculum, contra quod reſtitutio petitur, vt reſcindatur ſolum continer, nec aliud a iudice petitur, neque actori ſucceſsiue permiſsionem in poſſeſsionem, ex primo, & ſecundo decreto iuxta diſpoſita, & narrata conſuli poteſt in l. conſentaneum, & in auth. qui ſemel. C quomodo & quãdo iud. & in auth. ei qui iurat. C. de bonis auth. iud. poſsid. in prenotata vltima addit. ad præfatam deciſ. Guidonis Pap. 143. & iuxta plenius per Contardum notata in commentar. l. diffamari, C. de ingen & manumiſſ in oppoſition. à num. 46. vſque ad numerum quinquageſimum eo vero caſu Panormitani procedere opinionem, quando non ſolum iudicis officium reſcindens ſed actio ſimul reſciſſoria intentatur, ad quorum quidem terminorum clariorem intelligentiam in eodem capitulo tum ex literis numero 17 verſic. quæro attingendo, cum ſequentibus, Abbatem late explicantem cõſulas, & ſcribentes in dicto §. Rurſus de actionibus: quo loci, Aretin. numero 18. cum ſeqq. qualiter

in iudicis officiò reſcindente, & qualiter in reſciſſorio libellum formare conueniat notab. aſſeuerat, vel quod paulo ante notauimus, vt ſententia retractetur, aliaque meliori forma formetur, attamen vbi quis non contractus ſolum reſciſsionem reſtitutionis in integrum beneficio, ſed alia coniunctim rem veluti, vt diximus ſibi reſtitui peteret per rei petitæ immiſsionem in poſſeſsionem ſuccurrere ſibi poſſet, & hanc eandem diſtinctionem sacrum almæ vrbis auditorium tenuiſſe in deciſ. poſt hæc ſcripta comperij nu. 2. de reſtit. in integr. in nou. vbi notab. addit. & in deciſ. 5. de litis conteſt ſimiliter in nouis, quod mihi non leuem, vtique attulit lætitiã dum illudmet nobis, quod amplum illud, & graue decreuit auditorium animus dictauit.

54 Ac duo remedia hæc iudicis officium reſcindẽs, & reſciſſorium, quod cumulare liceat, poſt Innocentium in dicto cap tum ex literis communem, Panormit. ibidem col pen verſ. cum talis præſcripſerit eſſe affirmat ſcribentium opinionem prima addit. ad præfatam, Guidonis Pap. quæſtionem 143. ſequitur in dicta limit. 8. Contard. num. 35. alios recenſens, & addit. ad Papienſ. in forma libelli, quo in integr. reſtitur. petitur. verbo, eundemque addit. 1. in fine, eandemque in præfato, §. ruſus inſtit. de actio. magis communem, Iaſon in num. 86. circa finem, eſſe firmat ſcribentium opinionem, idem Hyppol Rimin. in §. fin. numero 8. inſtitut. quibus alien. non lic. alios plures iſtud ſectantes referens, & illius memor, Ioann. Fiſchard. in addit. ad Villalob. in tracta. communium opinionum lit. M. verbo minor nu. 92. quo loci hanc in hoc caſu libelli formulam deſcribit, vt ſe per iudicis officium reſtitui, ac reſtitutione ſibi conceſſa aliam partem ad talem rem ſibi reddendam, vel reſtituendam condemnari minor petat.

55 Vbi vero incidenter in integrũ reſtitutio peteretur, nec libellum, neque litis conteſtationẽ, neque aliam terminorum obſeruationem, ac ſine his, ex ſuo officio ſi ſibi videbitur in integrũ reſtitutionem concedere, ſiue eam ſtatim, quod denegare liceat, ex notatis, per Bartolũ & ſcribentes conſtat in ſupracitata l. nam & poſtea, §. ſi minor, & in l. defendente, ff. de authori. tuto. ex Baldo in authen. ſi omnes, C. ſi vt ſe ab hære. abſtin. & alijs ſcribentibus ibi in capitu. iudicis officium de off. iud. in 6. & alijs in locis in ſupra relato, §. ſi quis agens num. 17. inſtitut. de actio. Aret. quem inſpectũ facias enarrat, veluti, quoties hoc remedium lite pendente imploraretur vt in addit. ad præfatam, Rotæ deciſ. 3. num. 4. verſ. nam officium de reſtitut in integr. in nouis, aut quia excipiendo, aut explicando reſtitutio poſtularetur cap 2. de offic. iudic. in fine, vbi ſcribentes communem hanc pariter fateri opinionem in præfato verbo implorandum numero 14. in fine Franc. de Caldas affirmat, Rota deciſ. 1. 2. & 3. eod. titu. in antiqu. & Papaz. in addit. ad deciſ. 1. de reſtitut in integr. in nouis, Bellem deciſ. 501. quem inſpicias, iterũ Papaz. in addit. ad dictam deciſ. . in fine, vel quia reſtitutio, vt in deciſ. 6. de reſtitur in integr. in antiquit. ad appellãdum imploretur, quam ex modica præſumptione concedi aſſeruimus, Rota pariter in deciſ. 30. in fin de reſcript in antiqu. hoc affirmat, & Papaz. in dicta deciſ. 5. de reſti. in integr. in nou. incidenter ſimiliter reſtitutio peti dicitur, quando poſt ſententiã non adhuc in iudicatum tranſitam, ac ante decem dierum lapſum ad appellandum conceſſorum reſtitutio peteretur, vt in dicto ca. ſuſcitata per Abbatem nume. 5. verſ. ſecundo principaliter, etſi de hoc in cap. præced. nu. 16. in fi. & an gloſa in dicto cap ſuſcitata in verſ. monaſterium in qua dictum hoc fundatur, vera ſit dubitare videatur, idem, quoties propter fatalium lapſum in integrum reſtitutio peteretur, vt in dicta deciſ. Rotæ 3. de in integr. reſtitur. in nouis in princ. vel quoties iudicis officium reſcindens tantum imploraretur, quo caſu, etiam quod actionis via, vt diximus imploraretur incidenter, quod peti dicatur in addit. ad dictam deciſ. 3. num 4 & 5. de reſtitut. in integr. in nouis, Papaz. inquit alij quos paulo ante retulimus, & Veſtrius in praxi Romanæ Cur. dicto cap. 3. num 19. ſic quoque incidenter in integrum reſtitutionem peti, vbi reſtitutio aduerſus interlocutoriam peteretur, cum eam, ex officio ſuo expedire iudici liceat, illamque, quod facilius eſt contrario Imperio juxta text. reuocare in vulgata l quod iuſsit, ff. de re iud. & in c cum ceſſante de appellationibus in c. pen. Innocent inquit in gloſa verbo incidenter de reſtit. in integr. & alij, quorum in dicto c. tum ex literis nu. 15 lit. d. in addit ad Abbatem Zachar. meminit, ſecus vbi aduerſus diffinitiuam reſtitutio peteretur procedere dicẽs, quod vbi diffinitiua tranſitum in rem iudicatã feciſſet intelligere conuenit, alias infra decem dies ad appellandum conceſſos etiam in diffinitiua incidẽter reſtitutio, quod peti dicatur paulo ante notatum fecimus, ipſamque reſtitutionem aduerſus aliquam interlocutoriã, vel alias incidenter, vt diximus petitam delegato etiam concedere, quod liceat in ſupracitato §. ſi quis agens nu. 14. inſtit. de action. Aret. notat, quem eo loci quo caſu principaliter, quo ve caſu incidenter tantum in integrum reſtitutionem cõcedere delegato liceat aptiſsime, quem inſpectum facias declarat, & Corn. poſt ipſum in conſil. 312. nu. 7. lib. 3.

56 Ac per ſe, quoties de reſtitutione principaliter poſtulanda agitur reſtitutionem implorare quod quis debeat maxime quando de ea in cauſa capitalis criminis ageretur, quo caſu cum accuſatum per procuratorem non audiri, ſed ad perſonaliter comparendum teneri, ex textu liquear in l. ſeruum quoque §. publice, ff. de procuratoribus, & in l. penul. §. ad crimen. vbi ſcribentes,

bentes, ff. de public. iud. communem hanc eſſe teſtantur opinionem quorum in tract. communium opinionum cap. 152. circa finem lib. 1. Viuius meminit, etſi accuſato in carceribus exiſtẽti contra vltramontanos aliter ſentientes, quod conſtituere procuratorem liceat, poſt Bartol. in dicto, §. ad crimen communẽ pariter Blanc. in pract. crimin fol. 14. nume. 64. & ſeq. quem perbelle declarantem inſpectum facias eſſe enarrat ſcribentium ſententiam perſonaliter quod comparere debeat, ac perſonaliter in integrum reſtitutionem aduerſus ſententiam poſtulare, poſt Marſilium in ſing. 221. in ſupracitato conſ. 100. nu. 296. Menochius inquit, & Franciſc. de Caldas in prænotata l. ſi curatorẽ verbo implorandum num. 7. & quatenus ciuilis cauſa exiſteret, vel per ſe, vel per procuratorem, qui ſpeciale habeat mandatum, vel generale cum libera quale tutor curator œconomus, & alij alieni patrimonij adminiſtrationem habentes habere dicuntur eſſe in integrum reſtitutionem poſtulandam communiter iſtud ſcribentes affirmare, Abbas, poſt Innocentium inquit in dicto cap. ſuſcitata nume. 6. de reſtitut. in integr. cap. 27. & ſeq. & cap. 270. idem de ſyndico allegans quem in integrum reſtitutionem ſine ſpeciali mandato poſtulare poſſe indubitate ſentit quorum aliorumque in dicto verbo implorandum num. 10. Franc. de Caldas meminit, illorũque ſequitur opinionem ſicuti tutori pariter prælato, alijſque prænominatis, ſine ſpeciali mãdato calumniæ iuramentum, quod præſtare liceat, ex tex. & ibi Bartolo, in l. 2. § quod obſeruari C. de iureiur. propt. calum. ex gloſ. vlt. in c. in pertractandis de iuram. calum. & alijs, communem Couar. in ſupracitato lib. 1. variar. reſolut. cap. 6 nu. 6. verſ. 9. erit aduertendum eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quodque ſpeciale procurator in hoc reſtitutionis caſu habere mandatum debeat, vel generale, vt diximus, cum libera tex. clare probat in l. illud, §. fin. in illis verbis ipſo poſtulante præſtari debet, aut procuratore eius cui id ipſum nominatim mandatum ſit gloſa ibi in verbo poſtulãte in fine, & in l. vnica, C etiam per procuratorẽ reſtitut. in integ um agi poſſe, Iaſ. in l. præſes num. 8. in fine, C. de tranſact Berous conſ. 151. num. 18. lib. 1. Rebuff. in commẽtar. ad Regias Gall conſtitut. tomo 2. tract. de reſtitut artic. 1 gloſ. vlt. num. 3. Bald. in dicta l. vnica, C etiam per procurat. reſtitut. in integr. triplicem huius rei rationem referens Ioachim. in centur. 2. ſingularium obſeruat. obſeruat. 26. lios recenſens, & hanc cõmunem eſſe enarrans ſcribentium opinionem, Couar. qui in præfato cap. 6 in princ. ex Abbate in dicto cap ſuſcitata num. 1. & 5. poſt principium hãc pariter communem eſſe firmat opinionem, quem eo loci per totum plene quã plura huc tendentia declarãtem inſpectum facias & in c. præced. vbi etiam an minor enormiter in ſpiritualibus læſus in integrum reſtituendus veniat plene diſcurrit, & notab. & in ſupracitato tract. de minori ætate, Mandoſ. quæſt. vndecima fol. 175 quem alios referentem inſpectum facias, & in deciſ 17. Dominum Vincentium de Franch. num. 20. par. 1. minorem eo ipſo, quod rem ſibi reſtitui petijt, nec aliter, niſi per in integrum reſtitutionem obtinere poteſt, ex Anton. de Butrio in cap. conſtitutus de relig. domibus, Alexandro in rubr. C qui admitti, col. 1. verſ & ideo, & Decio in conſilio 146. numero quarto in integrum reſtitutionem per eum petitam cenſeri aſſerentem.

57 Et quatenus in ſacris patris, & poteſtate in integrum reſtitutionem poſtulans exiſteret patris conſenſum, in cuius ſacris exiſtit neceſſariũ eſſe, & adhibendum, idem de Caldas in dicto verbo implorandum nu. 5. in prin. fol. 354. poſt vulgatum inquit, & apertum tex. in l. fina. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. & ibi gloſ. quod, ſiue principaliter reſtitutio, ſiue incidenter imploretur ſibi locum vendicare, ac neque agere ſine patris conſenſu filiofamil. neque conuenire eum licere poſt textum in dicto §. neceſſitate in illis verbis, neque agendo, neque defendendo, in deciſ. 494. in prin. par. 2. Dom. Vincent de Franch. aſſeuerat, & hanc ſiue ordinarium, ſiue ſummarium, aut quod magis eſt executiuum ſit iudicium communem in l. C. qui admitti eſſe ſcribentium opinionem in ſupracitato communium opinionum tract. cap. 122. par. 1. Viuius teſtatur, & Ioſeph. Ludou. in deciſ. 13. nume. 3. ſupra iterum relati cap. 5 nume. 18. vbi videas, quod Afflicto teſte in deciſ. 180. nume 3. vbi de ratione notab dummodo in re ſimus in qua vſusfructus patri quæritur intelligere conuenit, alias ſecus in ijs vtique in quibus vſuſructus patri non quæritur patrem non eſſe, neque aũ legitimum adminiſtratorem, ex Bartolo in l. fi. § pupillus, ff. de verb. oblig & Aretino ibi à Bartoli opinione non eſſe in iudicando recedendũ aſſerente, poſt Ioſephum Ludouicum in dicta deciſ. 13. nume. 8. communem in deciſ. . o. parte prima num. 6. Dom. Vincent. de Franch. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem eodẽ loci nume. 8. circa finem, ex Aretino in §. 1. inſtitu. per quas perſonas nobis acquir. quamuis pater in aliquibus rebus vſumſructum non habeat eum tamen fructuum habere commoditatem enarrat, quem inſpicias, immo nec filium à patre emancipatum, quoties de bonis agitur quorũ pater eſt vſufructuarius ſtare in iudicio poſſe, Rota in deciſ 6. in princ. & in fine de iudic. in nouis tenere videtur, ac minori, qui tutore careat in integrum reſtitutionem petenti curatorem ad litem eſſe præſtandum, idem Franciſ de Caldas in ſupracit. num. 15. verſ. ſed ego aduerto cõem eſſe fatetur ſcribentium opin. quẽ ibi, & in ſupracit. verbo implorandũ abũdanter de præfatis diſcutiẽtem inſpectum omnino facias.

Præſa-

Digitized by Google

58 Præfatumque reſtitutionis in integrum remedium re tantum integra, ac rebus, per illum, cum quo minor contraxit nõ diſtractis compe-tere in l.quod ſi minor, §.Sçęuola, ff.de minor. tex.diſponit, tenet hoc Crauer.conſ.151.nu.29. & in conſ.90.num 4.neque cõtra tertium poſſeſſorem ignorantem remedium hoc præſtari, niſi in ſubſidium, ac primo emptore ſoluendo non exiſtente clarus eſt tex.& notab.in l.in cauſæ, §.fin.ff de minor.& gloſa in l.minor in prin. in verbo fuerit, ff.de euict idem Crauetta, quẽ inſpectum facias in conſ 7. affirmat nume. 14. verſ.terrio principaliter, poſt Alexandrum, cuius meminit in conſ.67.libro 5.& Franciſcus de Caldas, alias diſtinctiones huc tendenres referens in ſæpius relata, l.ſi curatorem habens verbo implorare in integrum reſtitutionem numero 13.verſicul.ſed non conſiderauit, & numero ſequenti folio 147. & infra per nos iterum notata nume, 165.

59 Neque illum ſilentio inuoluere putaui minorem ſcilicet, in fundi venditione læſum, ac ope in integrum reſtitutionis vẽditionis reſciſsionẽ poſtulantem, vt rem quam ipſe dedit conſequatur cum ita reſtitutionẽ in integrum facere cõueniat, vt ius ſuũ, vnuſquiſque integre recipiat ad pretium, quod recepit reſtituendum eum teneri ex tex.conſtat in ſupracitata l. quod ſi minor, §.reſtitutio, & l intra vtile, ff.de minor.l.cũ te fundum, C.de pact.inter empt.& vendit.cap. 1.de in integr.reſtitu.& c.cum olim, de cẽſibus cum concordantibus, per Crauettam in conſ.7.nu. 24.in principio relatis, Abbatem pariter in conſil 62 in fine lib. 1.referentem, & Corneum iura ſimiliter concordantia in conſil 88.citantem num.16. in fine & num.17.lib.2.cuius Vrſill ad Afflictum in deciſ.220. meminit nu.3. cumque minor contractu reſciſſo rem ipſam vna cum fructibus conſequatur dicta l.quod ſi minor, §. reſtitut o, & l.patri, §.ſi pecuniam, ff de minor. & l.necnõ in fine, ff.ex quibus cauſ.maior. cum alijs, per Cacheranum in deciſ.Pedemont.160. num.3 in fine cumulatis, & num.4.emptori prętium in ipſius vtilitatem vna cum vſuris minor ipſe quod reſtituere teneatur, poſt textum in ſupra relata l.patri, §.ſi pecuniam l.prædium l.vetere, & l.ſi prædium, C.de præd. & alijs rebus minor. in conſ.7. Rolan. a Valle affirmat lib. 3. & conſ.76.per totum, & ſignanter num. 16. libro primo, Fabian.de Monte in tract.de empt. & vẽdit.6.quæſt.princ nu.8 & nouiſsime Viuius in deciſ.87.num.13.lib 1.& deciſ.263.nu.11.cum ſequentibus par 2.communem hanc eo loci eſſe enarrans ſcribentium opinionem, immo ad melioramentorum etiam bona fide factorũ in fundo, quem non dicat reſtitutionem ſolutionemque minorem teneri in l.intra vtile tex.clare diſponit, §.vendentibus, ff.de minor, & in dicta l.ſi prædium in fin.C. de præd. & alijs rebus minor. Quodq; omnia minor, quę recepit, quęque in ipſius vtilitatem verſa apparent reſtituere teneatur communem ſimiliter, idem Viuius in præſata deciſ.186.num. 14. eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat, Bartolum referens, Baldũ & alios in l.1.C.ſi aduerſ.creditor. Decium in conſ.119.vol.1.idque in maiori etiam locum habere, qui quoties ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur in integrum reſtituitur, ita reſtitutionem fieri debere, vt ius ſuũ ex integro, vnuſquiſque conſequatur in ſupra relata deciſ.263.nu.11.& 12.Viuius hanc pariter communem eſſe dicens ſcribentium opinionem atteſtatur.

60 Sed cui vtrum pretium rei à minore venditæ minoris vtilitati, ac commodo ceſſerit probandi onus incumbat minori, vel ipſius aduerſario cõtrouerti ſolet, ac ex tex.in dicta l. ſi prædium, §. emptor autem ad minoris aduerſariũ hoc pertinere in præfata deciſ.186.nu.14.in fine clare Viuius exiſtimat gloſa vero in præfata l.1. C.ſi aduerſ.vẽdit.& in l.prædiorum, C.de præd, minor.quoties contractus tenet locupletiorem minorem factum pręſumi enarrat, & propterea ſi ſe locupletiorem nõ effectum minor dicat ipſe hoc quod probare debeat, quando vero contractus non tenet ad aduerſarium tali caſu locupletiorem minorem euaſiſſe probationem pertinere, quam quidem diſtinctionem in præfata l.prædiorum, Salicetum ſequi, Socinum cõſil.115.col.fin.volu.1.& Ruynum in conſ.113. num.6.vol.5.Gabriel. in communium opinionum tractatu lib.1.tit.de probat.concluſ 7. nu. 18.& 19. illos recenſens aſſenerat, prædictaque diſtinctione attenta hanc, Menoch. alios recenſens communem in tract.de præſumpt. libro 3. præſumpt 84.nu.4.circa finem, quem inſpicias eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem, & quatenus in mutuante minori pecuniam hoc indiſtincte Gabriel. limitat, minoriſque lucro pecuniam ceſsiſſe diſtinctione, quam diximus reiecta mutuanti probare quod incumbat nõ aſſentior, cũ etiam in mutuo, quoties frugi minor eſt artifex aut mercator in artis matricula deſcriptus in ipſius vtilitatem pecuniã mutuatam verſam eſſe præſumi, ex Baldo, & Caſtrenſe, in l.1.qui & aduerſ.quos paulo adnotauerimus.

61 Ac ad pleniorem præfatorum declarationẽ, quamuis minorem rem cum fructibus petentẽ neutiquam audiendum eſſe, niſi pretio vna cũ vſuris, etiam quod non opponatur emptori, per ipſum oblato iuxta tex.in.dicta l.vtere, C.de minor.l.ſi cum Cornelius in fine, C de reſtit.milit. ĩ illis verbis oblato ante debito, vel pretio, & & in l 1.C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. cum ſimilibus lib.10 in præfata deciſ. 86. num. nume.13.in ferre Viuius cenſeatur præfatis tamen non obſtantibus audiẽdum eſſe minorem ac ei aduerſa parte de pretio non ſoluto non opponente agere licere, prenotaſque leges, ex crebriori ſcribentium ſententia parte tantum opponente

pontute

ponente effectum ſortiri, ex Iaſone in §. actionũ num. 134. & ſeq. Decio in conſ. 119. nu 1. & cõſ. 298. num. 1. & alijs in præfata deciſ. 160. num. me. 17. in princip. Oſaſcus, quem inſpectum facias affirmat.

62 Quorieſcunque item aduerſus minorem, ex obligatione cum defuncto contracta ageretur, nullatenus ex tali caſu, ex capite minoris ætatis in integrum minorem reſtitui tex. eſt in l Aemilius, ff. de minor. & in l. apud Iulianũ, §. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. Bar. Bal. Angel. Caſtrenſ. & alij concorditer omnes in l. cum filiuſfam. §. in hac, ff. de verb. obligat. quorum in præfata deciſ. 263. nu. 8. idem Viuius meminit, & in ſupracitata deciſ. 99. Teſſaur. nu. 19. & in deciſ. 103. cuius infra nu. 89. meminimus, ſecus ſi cum minore aliquid fuiſſe geſtum appareret, vt quia ex interpellatione minori facta aliquid ex ipſius mora intra mihi tribuiſſent. nam in integrũ reſtitutionem minori tali caſu competere addit. ad gloſam in l. 2 affirmat, C. ſi aduerſus credit. in verbo verſatus eſt eandem diſtinctionem gloſam ſequi dicens in ſupracitata l. ſi cum militaribus, C. de reſtitut. milit. Roland. à Vall. inſpiciendus in præfato conſil. 10. iſtud affirmans nume. 2. & per totum lib. 2. & in dicta deciſ. 99. Teſſaur. num. 19. in fine, ſecus vero ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, nam etiam quod nihil tali caſu cum minore geſtum fuiſſet ob iuſtam ignorantiæ cauſam eſſe ei in integrum reſtitutionem concedendam in præfata l. cum filiuſfam. § in hac Bart. ſentit, cuius opinionem communiter ſcribentes ſequi eo loci num. 9. Iaſ. teſtatur clare ex hoc reſtitutionis in integrũ remedio minori tali caſu, etiã quod cum illo nihil geſtum appareret, Ioanne de l mola per ipſum relato aureis literis, hanc Bartoli doctrinam ſcribendam, ac de mente nunquam remouendam eſſe dicente eſſe explicans ſuccurrendum. idem Petrus Anchar. Regienſ. in quæſt. famil 59. num. 2. par. 1. in præfata quæſt. plures notab. diſtinctiones faciens per totum inſpiciendus aſſeuerat, eandemque crebrius à ſcribentibus receptam eſſe opinionem pluribus hoc aſſerentibus relatis in prænotata deciſ. 263 num. 8. & 9. Viuius explicat, & in dicto conſ. 10. Rol. à Val num. 7. & quamuis egregie diſſerendo contrarium validiſsimis rationibus, & quod magis eſt de communi in conſ. 59. ſentiat in ſupracitato tractat. de retracta. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 16. à Tiraquel. relatus, Socinus iunior hanc eandem in conſ. 46. lib. 4. opinionem amplectens, & Cagnol. in l. 2. num 125. C. de pact. inter empt. & vendit. in prima lectu: quorum in deciſ. Lucenſi. 48. nume. 15. cum ſequentibus, & in deciſ 77. nu. 4. Hieronym. Magon. meminit, & in deciſ. 16. Caualc. alias, 62. numero 22. alios plures hoc affirmantes recẽſens, ac iſtud, ſiue ex capite minoris ætatis, ſiue ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa in integrum reſtitutionem minor poſtularet procedere explicans præfatam nihilominus Curtij opinionẽ nunquam Neapolitanum Senatum ſecutũ fuiſſe immo illam ſemper improbaſſe, Vrſill. ad Afflictum in deciſ 210. num. 4. in fine vbi videas teſtatur, quod præfatæ clauſulæ virtute omnibus ſua ignoranter amittẽtibus ſubueniatur, ex tex. in præfata l. 1. ex quibus cauſ. maior. Bart. in l. 1. affirmat, §. ſi quis propter, ff. de itin. actuq; priu. coius aliorumque in conſ. 121 nu. 21. lib. 1. Guidus Pancir. meminit, quem inſpicias, præfatãq; magis communem opinionem eo etiam caſu, vbi de reſtitutione ageretur aduerſus tẽpus cõditionale cũ maiore defuncto inchoatum, & cũ herede completum in præcitata deciſ. 77. Mag. affirmat, quod vtiq; diſpoſitioni dictę l. Aemilius conuentionale tempus cum maiore defuncto inchoatum minori, ſine reſtitutionis ſpe currere explicanti expreſſe contradicere cenſetur, ipſum tamen, vbi ſupra, & in dicta deciſione 48. numero decimoquinto, & ſeqq. inſpicere non prætereas.

63 Ac ad pleniorem prædictorum intelligentiã quoties in caſu ſumus in quo exceptio, ſeu replicatio per actionis modum reo competeret eſſe ſeruatis de iure ſeruandis in iudicio procedendum, ac in proprijs terminis in integrum reſtitutionis, vbi contra minorem quis, vel eccleſiã vigore alicuius contractus cum eis geſti ageret, ſi minor, vel eccleſia ſe læſos intellexerint, quãuis hoc reſtitutionis remedio aduerſus contractum vti, illudque eis proponere incidenter liceat actionis tamen naturam talem in integrũ reſtitutionem habere vtcunque incidenter, ac in exceptionis modum opponatur in Clement. 1. columna finali de in integrum reſtitutione, Cardin. inquit, Proſper Paſeih in conſ. 64. num. 5. & alij in dicta l. ſi curatorem verbo implorandum, per Franciſcum de Caldas relati nume. 2. & 11. quo loci in fine tunc vere incidenter reſtitutionem peti explicat, vbi a principio, vſque ad diffinitiuam ſententiam, incluſiue aduerſus aliquod incidẽs, vel vbi poſt ſententiã, ſed infra decem dies ad appellandum conceſſos. reſtitutio aduerſus ſentẽtiam, vt paulo ante notatum fecimus peteretur.

64 Et quamuis ſuper exceptionibus non eſſe litem conteſtandam, ex textu conſtet in l. ſi inſpecta, & ibi notatis, ff. de inoff teſt. ſuper exceptionibus tamẽ, quæ in cõtradictionis, & actionis modum opponuntur eſſe litem conteſtandã in l. ſi quis libertatem, §. nam cum quidam per textum ibi in verſ. plane, ff. de petit. hæreditat. Angel. notat, à Contardo in commentar. l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. num. 178. & 179. in ampliat. relatus eum, qui contra prælatum iuxta tex. obijcit in ca. vt circa, & ibi notata de election. in ſexto litem ſuper tali exceptione conteſtari quod oporteat enarrat, ac in ſcriptis exceptionem ipſam eſſe offerendam in rubric.

inſtit.

inſtit. de except. nu 35. verſ. exemplum quando aliquis, Aret. aſſeuerat.

65 Illamque huius caſus eſſe rationem indubitate exiſtimo, quia reſtitutionis in integrum exceptio aduerſus cõtractum oppoſita, cuius ad priſtinum omnia transferre finem eſſe in ſupracit. l. quod ſi minore text probat, §. reſtitutio, ff. de minoribus cum concord. iudicio & actioni in contractu aduerſus quem reſtitutio petitur fundatæ præiudicialis eſt. ſententia, enim quod minor, vel eccleſia in integrum reſtituatur prolata rei iudicatæ in alio iudicio exceptionem parere, ipſamque actionem ſilere, ac ipſarum concurſum, nullatenus eſſe admittendum illa attenta regula eſt omnino neceſſarium, quoties ita ſe duo iudicia habent dictante, quod abſolutoria lata in primo rei iudicatæ in ſecundo exceptionem parit, & condemnatoria lata in ſecũdo reo in primo præiudicium parit minime ipſorum concurſum admittendum eſſe ex textu liquet in l. fundum, & l. fundi, ff. de except. l. Titia, vbi ſcribentes, ff ſoluto matrim c. tuam, extra de ord. cognit. Abb. in dicto c. cum ex literis num. 19. in fine, & Socin. in l. generaliter in fin. ff. de except. quem videas, & in dicta l. fundum in princ. quo loci, Bartolo in eadem l. relato valde ſingulare hoc eſſe inquit, ac aduocatis bene intelligentibus honorem facere, quodque vbi cauſæ præiudiciali alia admiſcetur contra iuris ordinem procedi dicatur, ac ob proceſſuum intricationem, quod appellare liceat, ex Federico de Senis in conſ 71. in conſ. 253. num. 2. ante medium verſ. immo vbi Crauet affirmat, immo articulum præiudicialem in primis, & ante omnia eſſe expediendum alias nullum eſſe, quicquid ſit in deciſione Lucenſi. 37. numero 5. cum ſequentibus, Hieronym. Magon. inſpiciendus aſſeuerat.

66 Et quamuis nullam, ex dicto de minoribus actionẽ minori competere, ex textu liqueat in dicta l. quod ſi minor, §. fin. ff. de minor. in illis verbis, ex hoc edicto nulla actio proficiſcitur totum pendet, ex prætoris cognitione, vbi Bartolum, & alios officium tantum iudicis reſtitutionem petenti non autem actionem dari cõmuniter ſentire in prænotato verbo implorandum num. 2. in prin. Franciſc. de Caldas reſtatur, eãque ſiue minorum, ſiue maiorum iure quis petierit non actionis iure, ſed per iudicis officium eſſe implorandam. in ſupracit. c. cum ex literis, nu. 17. & 18. verſ. vñ conclude de reſtit. in integr. Abb. affirmat, & Aret clarius in ſupracitato §. rurſus numero 13. verſ. ex his ergo, neque in cõſideratione tale eſſe beneficium antequam imploretur iuxta tex. in l. 4. §. 1. ff. de fideicommiſ. libert. & in l. fi. §. fin. ff. de condict. indeb. in præfata l. ſi curatorem verbo minoribus nume. 48. circa finem verſic. quamuis verum ſit, Franciſc. de Caldas enarrat, ex quibus non bene, ac indecenter in ſupracitato tract. de priuileg. iuram. Seraphinum ſentire conſtat priuileg. 96. nume. 11 poſt medium dum maioribus, ex abſentia Reipublicæ, ſeu alia ſimili cauſa impeditis in integrum reſtitutionem actionis iure competere aſſeuerat.

67 Ac prænotatum in integrum reſtitutionis remedium appellari illa ratione in cap. fina de in integr reſtit. Panormit. inquit, quia officio iudicis nobili expeditur nullaque, vt diximus ad ipſum obtinendum actio competit, idemque in ſupracit deciſ. 53. num. 16. in fine par. 2. Franc. Marc. ſentit, quapropter non ex vſu tantum veteriſto reſtitutiones quibus minores, mulieres, & alij in iudicio læſi in ciuitate & Regno Neapolis potiuntur primum, & ſecundum nuncupari beneficium, vt in ſuprarelata deciſ 210. num. 1. verſ. & hodie, Afflictus exiſtimat, ſed etiam à iuris regulis nomen iſtud proceſsiſſe, ex prænotatis demonſtratur, quodque eo etiam caſu, vbi incidẽter, vt in exceptionis vim remedium hoc proponitur per agẽdi modum, & libellum porrigendo implorare, quod oporteat, ex quo iuxta Innocentij notabile dictum in cap. conſtitutus de procurat. a mera exceptione incipere iudicium nequit, à Contardo in præfato commentar. l. diffamari in ampliat. nu. 122. relatus ex Barbatia, in Clement. excommunicationis, num. 14. de except. iudicem non adſtringi aſſerente, rei ante actoris libellum exceptionem accipere, quodque procurator ad excipiendum conſtitutus, niſi ad libelli pariter copiam accipiendum conſtitutus ſit excipere nequeat.

68 Omnemque in integrum reſtitutionem, ſiue minoris, ſiue maioris iure petitam non peti ſolum, ſed obtineri etiam intra quadriennium, quod oporteat, poſt textum in l. fin. C. de tempor. in integr. reſtitut. pet. in illis, verbis memorata continuatio temporis obſeruetur ad interponendam conteſtationem finiẽdamque litem in ſupracitato cap. cum literis num. 12. de reſtitut. in integr. contra Hoſtienſem aliter, & contrarium ſentientem expreſſe reprobatum veriorem hanc eſſe enarrat ſcribentium opinionem, eandemque communem pariter in tract. de præſcript. num. 28, verſ. aliud eſt tẽpus in princ. & Veſtr. in praxi Romanæ Cur. dicto cap. 3. lib. 8. num. 14. verſic. nihilominus verior textum in id clarum referens in Clement. vnica de in integr. reſtitut. in integrum reſtitutionis iudicium, neque per litis conteſtationem perpetuari ſubdens, quod in deciſ. 141. nu. 2. Guido Pap. aſſerit, & Ioach. in centur 1. ſingularium obſeruat. obſeruat. 51. in princ. imò ſententiam quadriennio elapſo prolatam ipſo iure nullam eſſe eodem numero 14. Veſtrius poſt medium clare explicat.

69 Iſtud, ſiue per agendo modum, ſiue per modum excipiendi in integrum reſtitutio poſtuletur locum ſibi vindicare intelligens, etſi temporalia ad agendum eſſe ad excipiẽdum perpetua

ex textu

Digitized by Google

ex textu liqueat in l. pure, §. vltimo, ff. de doli except. in mera vtique exceptione tantum dict. m regulã procedere, ſec. s in hoc caſu in quo ideo exceptio eſt, quia eſt actio, & quia eatenus exceptio viget, quatenus actio durat illa in hoc caſu ratione militante, quia quando per actionis modum exceptio reo competit in ſua eſt poteſtate, quãdo eam opponat, & ſicut per tẽporis lapſum à proponendo per agẽdi modum, ita & pariter per excipiendi viam excluditur, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ etſi vtroque modo opponi poſsit intra biennium tamen ſiue agendo ſiue excipiendo deducatur iuxta text. proponi deber in l. in contractibus in prin. & in auth. hanc querelam, C. de non numer. pec. Lanfranc. de Oriano in c. quoniam contra verſic. teſtium depoſitiones num. 49. de probat. enarrat, Balbus in ſupracit. tractat. de præſcript. quarta par. quartæ par. princ. quæſt. 11. num. 3. fol. 320. Duen. reg. 6 limit. 2. Bonacoſ. in tracta. de æquit. canon. concluſ. 10. plene Felyn. in c. ſi autem num. 6. per totum, & ſignanter in verſ. quare dixit, & verſic. limi a ſexto de reſcript. Craſſ. veriorem hanc, & magis communem in tracta. communium opinionum libro ſecundo cap. 13. quæſt. duodecima eſſe explicans ſcribentium opinionem, ac de reſtitutione conceſſa tantum excipi in his terminis poſſe non de dan la poſt textum in l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiur. & in l. nec non, §. extraneo, ff. ex quibus cauſ. maior. in ſupracit. libello reſtit. in integr. verbo, eundemque nu. 9. Papienſ inſpiciendus, quodque reſtitutio antequam petita ſit in conſideratione non habeatur, neque malam fidem cauſet, poſt Couar. in tract. variar. reſol. lib. 1. cap. 1. vbi late in præfata deciſ. 263. nu. 15. lib. ſecundo, Viuius affirmat.

70 Eodemque loco proxime relato, Felyn. quãdo ius excipiendo competit, ex quo ius competit agendi iure agendi ſublato excipiendi ius ſimiliter tolli clarius poſt Cardinalem ibi affirmat, poſt Butrium, Imolam, & Abbatem, per te hoc tenentes in l. Papinianus, §. ſi filius, ff. de inoff. teſtam. vbi filius exhæredatus in poſſeſsione paternæ hæreditatis exiſtens à ſcripto hærede conuentus per exceptionem querelæ inofficioſi teſtamenti defendi poteſt nõ minus quã ſi hæreditatem peteret querelam agendo mouere poſſet, & de inofficioſo dicere infra illud tempus querelam inducendo, intra quod agere licet, adeo quod agendi tempore quinquennio, ſcilicet elapſo iuxta text. in l. contra maiores, C. de inoff. teſtam. ius excipiendi pariter finitum remaneat, quod in dicto §. ſi filius, Bartolum, & alios ſcribẽtes communiter notare in ſupracitato verbo implorandum, Franciſ. de Caldas num. ſecundo affirmat verſi. aliquando etiam fol. 149. à tergo textum in l. ſi quaſi, C. de non numer. pecun. bonum caſum continentem referens, & tex. in dicta l. ſi quis libertatem, ff. de petit. hæred. ad quem tam in dicto nu. 2. quam in num. 11. & 14. clarius intelligendum prænotata non inutiliter adnotauimus

71 Et quamuis libellum in hoc reſtitutionis remedio eſſe, vt diximus porrigendum, ex rationibus aptius probetur, per Aretinum in rubr. inſtitut. de excep. relatis dicto num. 35. poſt principium, vbi ex Innocentio in cap. dudum de elect. & in capit. inter dilectos de exceſſ. prælat. vbicunque per excipiendi viam, ad idem concluditur, ad quod per agendi viam concluderetur, ita tali caſu in ſcriptis exceptionem eſſe aſſerit proponendam ſicut in actoris libello requireretur, quod in integrũ reſtitutioni aptiſsime conuenit per quam, ſiue agendo, ſiue excipiendo, aut replicando reſtitutio poſtuletur in priſtinum ſtatum minorem ſemper vt dictum eſt reſtituendum eſſe concluditur, vt in ſuo aureo repertor. verbo reſtitutio folio 414. à tergo circa finem, & fol. ſeq. ex Ioanne Andr. & Antonio in c. exhibita de iudic. Milis affirmat, quam illis ex rationibus quibus in præfato verſic. aliquando etiam num. 14 Franc. de Caldas innititur, nihilominus neque Aretino ipſi rationem textus dictæ authent. hanc autem querelam, & dicti capituli vt circa de elect. in 6. illum eſſe dicenti, quia crimina in caſu dicti cap. vt circa, ac exceptionem in caſu præfatæ authenticæ ideo actor obijciens eſſe cẽſetur, quia non aliter prouocatus ad iudicium venit, & propterea tanquã actor in ſcriptis intentionem ſuam proponere debeat neutiquam aſſentior, veram etenim præfatorum rationem eſſe conſtat, quia quomodocunque exceptiones iſtæ proponantur iudicio, & actioni intentatæ præiudiciales, vt paulo ante retulimus exiſtunt quamuis poſt actionẽ propoſitam opponantur, ex quo actio ſiſtet propoſita, atque ſuſpenditur, nec a mera exceptione incipere iudicium poteſt actionis vim, & efficaciam ipſas habere, ac ad illas ordinarias, omnia quæ actioni conueniunt concurrere debere, ex proxime notatis, ſiue prouocatus quis, ſiue nulla data prouocatione illas proponat eſſe cenſeo indubitatum.

72 Cumque non ſolum poſtulandum, ſed etiam infra quadriennium eſſe terminandam reſtitutionis cauſam ſupra diximus, nihilominus quoties per iudicem, aut per aduerſarium ſteterit, quo minus infra tale tempus cauſa ipſa terminetur iuxta textum hoc limitatur in l. petendæ, C. de tempor. in integr. reſtitut. & iuxta gloſam in ſupracitato cap. tum ex literis verbo ſententia, & eo loci, Abbatem nu. 13. textum in id referentem in c. 1. eodem tit. de integr. reſtitut. in 6. eccleſiam poſt quadriennium non audiri, vbi negligenter intra dictum tempus reſtitutionem petere omiſſum fuit diſponentem verbum illud negligenter ſoli negligenti nõ autem agere valenti tale tempus currere denotans ponderandum eſſe dicentem, nec ſolum vbi facto iu-

dicis,

dicis, vel aduerſarij, ſed quando alia etiam iuſta cauſa quis impediretur quadriẽnium ipſum nõ currere in præſato capitulo 3. nume. 14. in fine Octauian. Veſtr affirmat, & Ioachim. in dicta obſeruat. 51. verſ. ſi ramen, præſatumque quadriennij tempus diſcuſsione pendente vtrum in integrum reſtitutionem petere liceat minime currere, Viuius alia huc tendentia non illepide cumulãs in deciſ. 286. affirmat lib. 2. & indiſtincte in Imperiali prætorio prænotatã quadriennij reſtrictionem, nullatenus obſeruari in eadẽ obſeruat. 51. in fi. idẽ Ioach. atteſtatur I tẽ ſæpius in integrũ reſtitutionis agitatę lõgo etiã internallo poſt elapſum quadriẽnium deciſam vidiſſe concludens iſtud item Franc. de Caldas alios recenſens in dicta l. ſi curatorem verbo infra legitimum tempus nume. 1. affirmat, vbi videas ſicut non abſimiliter, quoties minor in iudicio læderetur, maiorque lite pendente euaderet ſi in integrum reſtitutionis beneficium poſt quam maior effectus fuit infra tamen quadriennium poſtularet reſtitutionis beneficium, quoties actoris malitia, ſeu iudicis facto in longum lis protracta fuiſſet, ac in minori ætate in cauſa concluſum non extitiſſet eſſe concedendum in deciſ. 210. in Sacro Neapolit Concilio deciſum extitiſſe Afflict. quem, & Vrſillum ibi in addit. inſpicere non prætereas aſſeuerat.

73 Dictum que quadriennij curriculum vtile ab initio cẽſeri ex poſt facto vero, & in progreſſu continuum, ac à die ſcientiæ tãtum illud currere, poſt textum in ſupracitata l. fin. C. de tẽm por. in integr. reſtitu. pet. communem hanc Panorm. in cap. 1. in fine, & ibi Felyn numero 9. de præſcript eſſe fatentur ſcribentium opinionem in conſ. 42 Decius ſequitur in fine in conſ. 103. num. 7. & in conſ. 436. num 8 & 9. Bellon. in cõſil. 46. nume. 15. cuius aliorumque, Grauat. ad Veſtrium in ſupracit. cap. 2. num. 23. in fine lib. 8. meminit, Caball. in ſupracit. Milleloq. 783. nume. 1. & ſeq Boer. deciſ. 19. nume. 7. Berous in quæſtio. famil. 81. nume. 4 & 5. Beccius in conſil. 50. num. 4. in princ. Papienſ. in ſupracitato libello reſtitutionis in integr. verbo eundemque nu. 7. neque minoribus dictum tempus currere dicens, neque maioribus minori ætate abſentia aliove iuſto impedimento durante plene Franciſc. de Caldas plures in præfato verbo infra legitimum tempus nume. duodecimo impedimẽti ſpecies enumerãs, & mature declarãs & Guidus Pancirol in conſ 108. num. 14. lib. 1. ac læſionis ignorantia præſuppoſita, etiam quod anni centum antequam reſtitutionem quis poſtularet laberẽtur præfatum ei quadriennij tempus nunquam currere in l. 3. C. ſi ex falſ. inſtrum. notab Bald. decidit, Abb in conſ. 32. col. pen. lib. 1. Balbus in præfato tract. de præſcript. quarta parte 4. partis princ. quæſt 29. num. 10. Ripa in l. fi. num. 223. C. de reuoc. donat. præfatamque, Baldi opinionem Couar. alios recenſens eſſe communiter a ſcribentibus receptam in commenr. c. poſſeſſor de reg. iur. in 6. §. 3. nume. 2. in fine, & num. 3. clare affirmat, Pinell. in ſupracit. auth. niſi triceunale aliorum ſimiliter memor nume. 59. verſ. probatur hæc opinio. folio 479. & nouiſsime Teſſaurus alios quam plures in deciſione 133. poſt hæc ſcripta a me viſus hoc ſectantes referens.

74 Sicut a ſimili, vbi remedio l. 2. C. de reſcind. vend. contra tertium quis ageret poſſeſſorem, vt quia vili tertius ipſe, ac eodẽ pretio, quo primus, ſeu viliori rem emiſſet, vel illam titulo lucratiuo conſecutus eſſet, aut quia ſoluendo primus emptor non exiſteret quibus in caſibus, ex æquitate quadam in ſubſidium recta via tertiũ poſſeſſorem, quod conuenire liceat in pręſata l. 2. num. 16. Bald. inquit, & Salic num. 18. & aliorum memor, Crauetta in conſ. 7. num. 14. quamuis vſque ad quatuor tantum annos contra tertium dictum remedium competere, ex Cyno in dicta l. 2. quæſt. 11. in eodem numero 14. in fine, Crauetta concludat, & in lib 2. variarum reſol. Couar. cap 3. num. 10. attamen tunc locum hoc habere ſciendum eſt, quoties rem à primo emptore diſtractam fuiſſe, ac ius iſtud ſibi competere actor ſciuiſſet alias ex capite ignorantiæ aduerſus dicti quadriennij lapſum, ei in integrum reſtitutionem competere deciſ. Auenion. 97. inquit, circa fin. & in præfata deciſio. 133. Teſſaur. nu. 2. & 3. etiam poſt lapſum quadriennium in integrum reſtitutionem, ex ignorantiæ cauſa peti poſſe explicans.

75 Ac eo caſu, paulo ante notata ſibi locum vendicare nõ ambigitur, vbi de reſtitutione aduerſus præſcriptionem decem viginti, ſeu triginta annorum ageretur, quo vtique caſu dictũ quadriennij tempus ad reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, ex illa clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur petendam, etiam quod centum anni, antequam quis in integrũ reſtitutionem, vt diximus peteret laberentur, nullatenus currere in ſupracitata l. cum filiusfamil §. in hac, ff. de verb oblig. ſcribentes aſſeuerant, ac contra præſcriptionem hanc, ex capite ignorantiæ omnibus integrum reſtitutionem præſtari in l. 1. §. ſi quis autem propter, ff de itin. actuque priu. per textum ibi in princ. Bart. inquit, & Alex. eo loci in addit. gloſ. in l ſi partem, §. 1. verbo non vtendo, ff. quemadmod. ſeruit. amitt. plene Afflict. in deciſio. 37. in principio, & numero 1. & 2. & Caualc. alios quam plures in deciſ. 16. referens alias 62. num. 21. & communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, idem Corn. tenet aliorum pariter memor in conſ. 165. nu. 11. cum ſequentibus libro 2. & Felyn in ca. vigilanti numero primo communem hanc eſſe dicentes ſcribentium opinionem eodemque loci Abb. & Pariſ. numero 3. Gerard. in ſingul 18 alios recenſens numero 27. Iaſ. in ſupracitato, §. rurſus num. 59. inſtitut. de actio.

& in

& in l.2.vbi de communi nume.185. C. de iure
emphyteut. Decius in conſ 36.ſimiliter de com
muni num.9.Socin.iunior in conſ.70.num.21.
lib. .Octauian. Cacheran. de magis communi
in deciſ.Pedemont.69.num.16.ac omnium abſ-
que dubio communem hanc Burſat.in conſilio
169.num 70.lib 2,quam plures pariter hoc ſen
tientes referens eſſe firmans ſcribentium opi-
nionem nouiſsime Beccius in præfato conſ.50.
& in conſ.12.num. 62. 63.& 64. & Deciſ. Rotæ
Genuæ 207. nu. 6. & 7. quibus quamuis in d. §.
3.num.4.verſ octauo etiam Couar.contradicat,
ac ne aduerſus tricennalem præſcriptionem ex
capite ignorantiæ reſtitutio detur probare ma-
gis videatur,& illius aſſecla Pinell.in præfata
authent.niſi tricennale num.59.verſ.ſed contra
Bartolum fol.478. pluribus non leuibus argu-
mentis hanc quam adducit opinionem proba-
re enitens, & in præfata deciſ.134. Teſſaur.nu.
5. cum ſeqq. plurium ad hanc fulciendam opi-
nionem vota afferens à præcitata nihilominus
magis communi opinione pluries repetita nul-
latenus eſſe arbitror recedendum,nam & Pinel.
præfatam ſuſtinens opinionem in eodem num.
59.fol.479.verſ.probatur hęc opinio ſcribentiũ
in hoc repugnantiam non negat, ac ipſorum
opinionem quadriennium à die tantum ſcien-
tiæ,vt paulo ante notatum fecimus,etiam quod
anni centum ante ſententiam laberentur curre
re aſſerentium damnare videtur vnde fieret, vt
ipſe inquit, quod neque tempus ſufficeret im-
memorabile aduerſus ea, quæ ijdem ſcribentes
neque contra centenariam præſcriptionem,ex
iuſtæ ignorantiæ cauſa reſtitutionem admitti
fatentur, quorum magis communem in præfa-
to num.58,poſt principium verſ magis commu
niter eſſe enarrat opinionem, ſed dum aliorum
dicta obiurgare Pinell.nititur,ex eo ipſum labi
nullatenus eſt ambigendum.
Namque immemorabilem præſcriptionem,
76 & aliam quam centenariam ſcribentes appel-
lant confundere videtur,quæ vtique inter ſe
eſſe diſsimilia,ac ipſarum alteram ab altera dif-
ferre omnium ſcribentium eſt opinio in c. cum
nobis de præſcript.& in cap.cum nobis de prę-
ſcript & in cap. primo eodem tit. in 6. ac maio-
ris immemorabilem eſſe virtutis, & efficaciæ,
quam illa ſit centum annorum, ex eo conſtat,
namque ad ea præſcribendum in quibus præ-
ſumptio iuris eſt contra præſcribentem cente-
naria, ſine titulo minime prodeſt, ſecus in im-
memorabili quam tituli vim habere tex.eſt in
l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff.de aqua quotid. &
æſtiua in cap. ſuper quibuſdam, § præterea de
verbor.ſignific. & dicto cap. primo iuncta gloſ.
& ibi ſcribentibus de præ ſcript in 6 quod ue
cẽtenaria præſcriptio tituli vim,nullatenus ha-
beat præfortis in locis ſcribentes omnes com-
muniter ſentire in commẽtar. de vſur. num.97.
fol.62.Nauar.aſſeuerat, tantæque immemora-
bilis præſcriptio eſt efficaciæ, quod verba illa
nulla præſcriptione obſtante immemorialem,
nullatenus excludunt præſcriptionem,vt in de-
ciſ.254.num.5.Afflict.aſſerit,& eo loci Vrſill.in
addit.num.7. quos alios recenſentes inſpicere
ne pigeat,ac vt alios præfatæ præſcriptionis ef-
fectus cognitos habeas, Caballinum alios refe-
rentem, & effectus ipſos explicantem in Mille-
loq.591.inſpectum facere non tædeat, & in con
ſil.88. Hieronymum Gabriel. num.21. libro 1.
item præſupponit Pinellus triginta annorum,
ſeu tricennalem præſcriptionem,ex curſu anno
rum triginta completam vltra primos triginta
annos elapſos annis poſtea elapſis ſeptuaginta
in centenariam conuerti præſcriptionem reſti-
tutionis in integrum,vt adnotauimus incapacẽ
quod non eſſe de iure ſuſtentabile inferius nu-
me.83.adduximus,& ideo Pinelli opinionem
adeo tutam exiſtere non apparet, vt ſupracita-
ta magis communi prætermiſſa illam quam ip-
ſe ſuſtinet amplecti debeamus, namque & Teſ-
ſaur.qui Pinelli opinionem multis, extollit hãc
ſimiliter illi aduerſantem,ex ignorantiæ ſcilicet
cauſa aduerſus triginta annorum præſcriptio-
nem reſtitutionem dari magis communem in
præfata deciſ.134.nu.3.verſ ex his videmus eſſe
fatetur ſcribentium opinionem.
77 Vbi vero de in integrũ reſtitutione nunquid
eam aduerſus quadraginta annorum præſcri-
ptionem cõcedere liceat ageretur arctior is mo
dus eſt, & difficilior, maximamque de hoc diſ-
ſenſionem inter ſcribentes exiſtere, & varietatẽ
non vtique inuicem ſolum, ſed ſibi ipſis etiam
aduerſari quam plures, arduamque quæſtionẽ
hanc cenſeri in cap.vigilanti in princ.Felyn. aſ-
ſeuerat ibi pro huius inexplicabilis articuli in-
telligẽtia per totum inſpiciendus,& Lupus Ge-
min.poſt ipſum in tract.de vſur. comment. 3 §.
3.num.94.verſ.ſed aduertendum,ac in præfato
nu.58.Pinellus fol 476.verſ. maior varietas ali-
quorum inconſtantiam dubietatem,& varieta-
tem deſcribens,ac nonnullorum etiam in qua-
dragenaria præſcriptione in integrum reſtitu-
tionem eſſe admittendam annuentium, multo-
rumque iſtud negantium opinionem referens
tandem circa finem præfati nume. 58.iuriſpru-
dentiæ ex tot votorum diſſonantia deplorat mi
ſeriam,necnon ex Couar.in dicto ca. poſſeſſor,
§.3.num. 3.in fine princ. quæ in hoc caſu rece-
ptior ſit opinio vix percipi, aut dignoſci poſſe
conqueritur,cæſareaque determinatione,ac de
ciſione quæſtionem hanc indigere in præfato
conſ.169.num.70.lib.2.Burſat.atteſtatur.nihi-
lominus tam legum diſpoſitione attenta quã
ſcribentium ſuffragijs mature ponderatis quã-
uis aduerſus quadragenariam præſcriptionem
eſſe etiam reſtitutioni locum quamplurium ſit
opinio per Roland à Vall. magis communem
hanc opinionem eſſe aſſerentem relatorum in
conſ.68.num.21.lib.3. per Ioſeph. Ludouicum
in de-

in deciſ. Lucenſi 52. num. 47. & in deciſ. 48. nu.
23. hanc eo loci veriorem, & magis communē
pariter eſſe enarrantem ſcribētium opinionem,
ac eandem alios recenſens magis communem
Magon. in deciſio. ſimiliter, Lucenſi 77. fatetur
num. 13 alijque plures quorum in ſupracit. de-
ciſ. 134. nu. 3. & 4. illa ratione iſtud fundari aſſe
rens, Teſſaur. meminit, quia cum dictum qua-
driennij tempus vtile ſit nullatenus, niſi a die
ſcientiæ currere debeat, negatiuam nihilomi-
nus, ac non eſſe aduerſus quadragenariam præ-
ſcriptionem in integrum reſtitutioni locum, ex
textu conſtat in l. omnes, C. de præſcript. 30. vel
40. annorum, & in l. vlt. C. de fund. patrimon. li-
b. o 11. quadragenariam præſcriptionem ple-
niſsimam parere ſecuritatem, ac ſine aliqua mo
leſtia diſponentibus, & in c. ad aures extra de
præſcript. in illis verbis, q. quadragenaria præ-
ſcriptio omnem prorſus actionem excludit, ac
cōtra pleniſsima ſecuritate tutum in integrum
reſtitutionem ceſſare in l. ait prætor glo. inquit,
§. permittitur verbo imputandum, ff. de minor.
& gloſ. in verbo ſoluitur in §. fin. inſtitu. quibus
alien. licet in præfato cap. vigilantiā Felyno re-
latæ num. primo verſic. item arguitur ſic, & hāc
præfatis iuribus, alijſque idem ſentientibus re-
latis magis communem, Berous in quæſt. fa-
mil. 8: num. 3. in fine eſſe inquit ſcribentium
opinionem, Tiraqu. de retractu conſang. §. 35.
gloſ. 4. num. 48. eandemque in ſupracit. deciſio.
39. veriorem eſſe Berous fatetur, Couar. in præ-
fato c. poſſeſſor. §. 3. numero ſecundo verſ. nihi-
lominus, & ne dictæ l. omnes generalia, & gemi-
minata verba ampliſsimæ ſecuritatis offendan
tur veriorem opinionem hanc in ſupracit. nu-
mero 59 in principio Pinell arbitratur præſcri-
ptionem tamē hanc nullatenus, niſi poſt puber-
tatem incipere in l. ſicut tex. probat, C. de præ-
ſcript. 30 annorum, & in dicta authentica, niſi
tricennal. in fine, Caualcan. in ſupracitata de-
ciſione 16. alias 62. numero 22. ante finem fol.
89. à tergo recenſens, ac tempore pupillaris æta
tis durante inceptam dormire præſcriptionem,
& vbi illa incœpta non eſſet pupillari ætate du-
rante incipere non poſſe poſt textum in dicta
l. ſicut in præfato tractat. de præſcript. parte 6.
princip. caſu 23. Balbus enarrat, à Hieronymo
Gabriel. in conſ. 163. relatus numero duodeci-
mo libro primo, quapropter longiorem ſępe
annis quadraginta præſcriptionē hanc curſum
habere, quam ipſius verba ſonent, Pinell. ſupra
proxime relatus animaduertit lites poſt tātum
temporis ſpatium ſuſcitare vetuſtiſsimoſq; in-
quietare poſſeſſores pernicioſam rem eſſe pari-
ter explicans contra text. in authent. hæc con-
ſtitutio, &c. per ipſum relatum, ac etiam contra
eccleſiam, ex quadraginta annorum lapſu iuxta
tex. in c. de quarta in c. illud de præſcript. effica-
cem præſcriptionem induci ſubdens, quod in
præfata deciſione 134. num. 15. verſ. infertur ſe-
cundo, & in fine deciſionis Teſſaur. nouiſsime
poſt hæc exarata à me viſus ex pluriū ſuffragijs
veriſsimam hanc, & magis communem opinio-
nem, & ab ea tamquam veriore non eſſe iudicā-
do recedendum, nec in integrum reſtitutionem
eſſe aduerſus quadragenariam præſcriptionem
concedendam Senatum decreuiſſe Pedemon-
tanum concludit.

78 Et quamuis ibi nullo modo, nec minoribus,
neque maioribus non ex ſimplici ſolum igno-
rantia, ſed neque ex iuſta, & probabili cauſa, ex
abſentia, aut iuſto alio procedente impedimen
to aduerſus quadragenariam præſcriptionem
in integrum reſtitutionem eſſe dicat Teſſaur.
concedendam, nihilominus quia non ſic indi-
ſtincte Pedemōt. Senatus reſtitutionem in hoc
caſu eſſe decreuit, vt ipſe diſcurrit denegādam,
necnon quia ex ſimplicis tantum ignorantiæ
cauſa in integrum reſtitutionem poſtulatam ex
titiſſe in præfata deciſ. in fine continetur, præfa-
tique Senatus ſuffragium in Pinelli doctrina
pręcipue fundatum legitur præcitatam Teſſau-
ri, & aliorum magis communem opinionem il-
lis cum declarationibus in ſupracitato nume. 3.
verſ. primum illud, per Couarruuiam explici-
tis eſſe reor temperandum eo ſcilicet caſu ex
capite ignorantiæ in integrum reſtitutionem,
ex generali clauſula maioribus etiam eſſe præ-
ſtandam, vbi nullam rei dominus præſcriptio-
nis, & læſionis ante præſcriptionem perfectam
ſciētiam habuiſſet, illaque ductus ratione, quia
cum ex prænotata generali clauſula ſi qua mi-
hi iuſta cauſa eſſe videbitur reſtitutio conceda-
tur iuſtam cauſam eo ipſo deficere, Couar. in-
quit, quod rei per alium poſſeſſæ præſcriptionis
tempore currente, quo præſcriptionem interrū
pere, aut iure ordinario rem illam vendicare po
tuiſſet ſciētiam dominus habuit, alias ſecus iux-
ta tex. quem notab. appellat in l. ab hoſtibus, §.
ſed quod ſimpliciter, & in l. ſeq. ff ex quibus cau
ſis maior. quibus reipublicæ tantum, vel ſimili
de cauſa abſentibus quaſi in his ſolum iuſta pro
babilis, ac in omni ſui parte excuſabilis ignorā-
tiæ cauſa cadat reſtitutionem eſſe concludit cō
cedendam, & Felyn ante ipſum in dicto cap. vi-
gilanti circa princ. ignorantiam ſolam iuſtam
ſuccurrendi cauſam non eſſe ait, niſi ex tali pro
ueniat abſentia, quæ beneficiū hoc habeat qua-
lem & Fulgoſ. in pręfata l. cum filius, §. in hac, ff.
de verb. oblig illam eſſe ait reipubl cauſa iuxta
text in l. Pantonius, ff. de acquir. hæredit. eodem
loci num. 5. verſ ſed etiam tunc, ex Papienſe
iterum in libello reſtitutionis in integr. hoc af-
firmans verbo in legatione, quem inſpectum
facias, quod quidem in maioribus ærare locum
habere eſt aduertendum, ſecus in minoribus, &
eccleſia quibus, etiam quod agere, & præſcri-
ptionem interrumpere potuiſſent, & quamuis
iuſta in eis, & probabilis ignorantiæ cauſa non
concurrat in integrum reſtitutionem eſſe eis

conce-

Digitized by Google

concedendam in præfato, §.3. num.3. in fine Couart. affirmat.

73 Vere vtique abſentia illa regulariter patrocinatur quam iuſtam eſſe conſtat, & neceſſariam, ſecus ſi ex delicto, aut aliter ex abſentis culpa proficiſceretur Corn. in conſ.19.col.2.volum. 4.poſt textum hoc aſſerit, quem notab. appellat in l. reipublicæ cauſa, cum ſequentibus in præfato tit. ff. ex quibus cauſis maior. in ſupracitat. de præſcript. tractatu prima par.6.par. princ. num. 18. circa finem, & nume. 10. fol. 196. in paucis à Balbo relatus, & a Seraph. in ſupracit. tract. de priuileg. iuram. priuil. 96. num. 11. circa mediũ, quapropter dum Afflict. in deciſ. 329. per totũ & ſignanter numero 4. ex iuſta ignorantiæ cauſa in integrum reſtitutionem aduerſus quadragenariam præſcriptionem eſſe enarrat concedẽdam, nullatenus ipſum vt Vrſill. ibi in addit. opinatur, Boerio in præfata deciſ. 19. contradicere fateri poſſumus non enim de ſimplici, ſed de iuſta ignorãtia ex abſentia reipublicæ cauſa, aliave ſimili originem trahente, vt ſupra proxime notatũ fecimus Afflict. aſſeuerat, idque clarius ex notatis per Pinell. conſtat in dicta authent. niſi tricennale nume. 59. fol. 478. circa fin. iuſte impedito, & abſenti reſtitutionem dari, nullibi in iure circa hoc de ſimpliciter ignorante mentionem fieri aſſerentem, & in eodem nume. 59. circa finem folio 481. nullatenus de ignorante, ſed de eo qui iuſto ſit detentus impedimento iura loqui clarius explicantem, ſed dum eo loci, neque aduerſus tricennalem præſcriptionem, ex ignorantiæ capite in integrum reſtitutionẽ ætate maioribus dari, Pinellus inquit, cum ſcribentes omnes vnanimiter ex ſola ignorantiæ cauſa aduerſus decem viginti, & triginta quoq; annorum præſcriptionem in integrum reſtitutionem eſſe ſententiã cõcedendam, ipſius ſuffragium communi ſcribentium calculo in hoc rejectum iam improbauimus, & quando iuſta, & probabilis ignorantia dicatur vltra prænotata, poſt Cœphal in conſ. 180. nume. 30. vol. 2. plene in conſ. 18. ſub num. 1. Iacob. Mandel declarat, à Viuio in ſupracit. deciſ. 261. relatus num. 10 in fin. lib. 2. ac priuilegiatam in integrum reſtitutionem abſentiæ fauore cauſa reipubl. ad damna, alia ex cauſa quam propter abſentiam incurſa non extendi iuxta tex. in l. ſi ante, ff. ex quibus cauſ. maior. in c. cum ordinem de reſcript. num. 6. ante fin: Felyn. notat.

80 Prædictaque iuſta, & probabili ignorantia concurrente maioribus etiam, vt diximus in integrum reſtitutionem aduerſus quadragenariã præſcriptionem competere in ſupratelata deciſ. 19. Boer. affirmat, quem in his terminis loquentem in tract. de antiq. tempor. par 4. capit. incipiente materia iſta nu. 61. in fine, Crauetta clare teſtatur: quapropter Afflictum in deciſio. 37. num. ſecundo ſolam, ac ſimplicem ignorantiam ad reſtitutionem aduerſus præſcriptionẽ, quadraginta annorum obtinendam loquentẽ necnon in ſupracitato conſ. 50. Beccium laudabilis vtique doctrinæ viros ſimpliciter item in terminis quadragenariæ ignorantiam ſolam ſufficere non bene ſentire conſtat, neque in deciſ. Lucenſi 77. Magonium, quem eo loci nume. 14. cum pluribus ſequẽtibus quando ex inſtrumentis pœnes hæredes repertis ſit ſcientia præſumẽda, quidve vt ignoraſſe hæredem dici poſſit, vel ſcientiã habuiſſe concurrere debeat perbelle ſatis diſcurrentem inſpectum facias illud inter cætera notabile quidem explicans inſtrumentum, ſcilicet pœnes aliquem eſſe repertum ad ſcientiam probandam non ſufficere, niſi illud ad ipſius inſtantiam à notario exemplatum fuiſſe probetur, & Ancharan. Regienſ. in quæſt. famil. 63. num 4. par. 1. quem ſimiliter inſpicias, ac nulla tenus ignorantiam, niſi aliqua vt diximus iuſta cauſa concurrente aduerſus quadragenariam præſcriptionem prodeſſe, ex plurium voto Tiraquell. nec ſine ratione de retract conſang. annuit gloſ. 5. num 41. vbi notatis, nullatenus quæ in nume. ſeq. enarrat aduerſatur: quo loci de longi temporis potius quam de quadragenaria præſcriptione, in qua ſimplicem ignorantiam, ſine iuſta cauſa nõ ſufficere pluries adnotauimus loqui videtur, alias triginta annorum præſcriptionem cum quadragenaria æquare Tiraquellum voluiſſe ſequeretur, nec bene tantum virum allocutum eſſe facile, cum Pinello hoc aduertente in dicto nu. 58. fol. 476. verſ. & ita paret fateri opus eſſet.

81 Et quamuis hæc inter præſcriptionis tempus & tempus quadriennij ad reſtitutionem in integrum petendam aduerſus præſcriptionem conceſſam, & alium quamlibet læſionem differẽtia, adſit, quia præſcriptionum tempus triginta maxime, vel quadraginta annorum eſſe ſimpliciter continuum, ac illud etiam aduerſus abſentes, & iuſte ignorantes currere in ſupracitata l. ſicut text probet, C. de præſcript. 30. vel 40. annor. ibi, non abſentia non militia contra hanc legem defendenda, attamen quadrienniũ hoc quod iuſte, & probabiliter impeditis ad reſtitutionem petendam aduerſus tricẽnalem præſcriptionem conceditur eſſe a die ſcientiæ computandum in ſupracitato §. 3. nu. 3. verſ. Primum illud, in fine Couarr. enarrat, ſecus vero in quadriennio iuſte, & probabiliter impeditis aduerſus quadragenariam præſcriptionem conceſſo; quod ſtatim etiam ignoranti à die finitæ præſcriptionis currere alioqui, quod multum authoritati præſcriptionis detraheretur, eodẽ loci, Couarruuias enarrat, ac pleniſsime ignorantiam in his terminis eſſe per allegantem probandam, nec iuramentum ſufficere ſtante aduerſus eum maxima iuris præſumptione, ex lõgi temporis præſcriptione reſultante ex Crauetta in præfato tract de antiquit. tempor. ſubdit 4. par. ca. Materia iſta nu. 62, ac eodẽ loci nu. 4.

in princ. eccleſiæ quamuis, & ætate minoribus
reſtitutionis in integrum auxiliū etiam aduer-
ſus quadragenariam præſcriptionem concedē-
dum eſſe iuxta gloſ. fateatur in authentic. quas
actiones verbo excluduntur, C. de ſacroſanct.
eccleſ. Bartolum ibi, & doctores Cardinalem,
Imolam, & alios in ſupracit. Clement. prima de
in integrum reſtitutione in cap. primo, & in ca
pitu. dudum de communi teſtantem de præſcri
ption. Decium in dicto conſ. 29. colum. ſecun-
da, & alios quibus in hoc attenta magis com-
muni ſcribentium opinione ſupra num. 76. cir-
ca finem relata non aſſentior: dictam tamen
quadriennium completo præſcriptionis tem-
pore ſtatim currere communi præcitatorum
ſcribentium attenta ſententia clare exiſtimar,
quam in præfata deciſ. 114. num. 13. Teſſaurus,
quem inſpicias complectitur, & in præfato, §. 3.
Couarr. nume. quarto verſiculo quadriennium
communem hanc pariter eſſe explicans ſcriben
tium opinionem.

82 Paret vtique candide lector grauiſſimū eſſe
articulum hunc, & implicitū ſimul, ac quæſtio-
ne iſta nunquam ſe difficilius ſcripſiſſe in ſupra-
citata deciſio. 19. in princ. non iniuſte Boerium
fateri, cumque ſcribentes omnes æquiuoce in
hoc locutos, immo allucinatos eſſe clariſsima
res ſit, illud in ſinum faciendo, quod diuiſum, &
amplum, vtique requireret tractarum, cum Cra
uetta nihilominus, Couar. Pinello, & Teſſauro,
etſi tam inuicem quā ſibi ipſis in multis, vt præ-
notauimus contradicant, ac cum magis cōmu-
ni opinione per ipſos, & alios quorum memini-
mus recitata pertrāſire animaduerti illud qui-
dem non inficior in præfata deciſio. Teſſaurum
maturè præter cæteros articulum declaraſſe, ac
laudabilia circa id Crauettæ verba in dicta 4.
par. princ. patric. quinta incip. materia iſta nu-
mero 61. in fine non prætercam ſubtilia eſſe
prænotata, ac confuſionis difficultatiſque ple-
na aſſerentis, illudque idem quod ipſe ſentit
ſentiendo prænotata iudicio melius, atque re-
ctius ſentientis ſubijcio, ac occaſionem ſaltem
ſubtilius ſpeculantibus nitidiorem articulum
efficiendi nos præſtitiſſe fateri non diſpliceat.

83 Ac prænotata proſequendo quotieſcunque
ex capite quis iuſtæ ignorantiæ poſt annos exē-
pli. ſtudio. quinquaginta infra quadriennium
à die ſcientiæ aduerſus illum, qui triginta an-
norum ſpatio rem præſcripſerat reſtitutionem
petit, nō ppterea, quod quinquaginta annorū
ſpatium lapſum appareat eſſe reſtitutionem in
integrum denegandam in ſupracitata quęſtio-
ne 81. Berous notab. enarrat in ijs caſibus dicēs
in quibus tempus annorum triginta ad præſcri
bendum requiritur poſtquam per tricennale
tempus præſcriptum extitit, quamuis longius
tempus poſtea quadraginta puta, vel quinqua-
ginta annorum decurſum eſſet non eſſe illud
in conſideratione habendum, ex quo per ſe-
anni triginta præſcriptionem hanc perfecerūt,
illiuſque effectum quemlibet produxerunt, nec
decem annis poſtea, vel viginti decurſis per qua
draginta, quem aut quinquaginta annos præ-
ſcripſiſſe eſſe inquit annuendum, ſed ſimplici-
ter per triginta, ex quo de iure maius tēpus ad
tricennalem præſcriptionem minime ſit, vt præ
notauimus neceſſarium, ipſum igitur iura, ra-
tiones, ac exempla notabil. cumulantem inſpe-
ctum facias, ac præfatum quadriennij tempus,
ſiue reſpectu contractus læſio ſit, ſiue ſententiæ,
ſeu reſpectu temporis, quod plus ſit, ſiue minus
ipſo quadriennio vniforme illud ſemper ceule-
ri communem iuxta text. & gloſam in ſupra-
citata Clementina vnica de in integrum reſti-
tutione eſſe ſcribentium opinionem in deci-
ſione 175. Afflictus affirmat poſt iuris ciuilis,
& canonici ſcribentium opiniones inuicem
aduerſantes relatos, Doctores omnes de conci-
lio cum hac opinione pertranſiuiſſe, & ſecundū
ipſam deciſum fuiſſe enarrans, idem ibi Vrſill.
in addit. ſequitur, & Grauat ad Veſtr. in praxi
Romanæ Curiæ in ſupracitato libro octauo ca
pitu. 3. num. 23.

84 Ad pleniorem item prænotatorum cognitio
nem quando regulariter loquendo currere
ſupratelatum quadriennium incipiat cum di-
uerſimode circa id ſcribētes loquantur ne alio-
rum ſcripta tranſcribere videas, cumque multis
diuerſiſque caſibus diuerſæ non abſimiliter quę
ſtiones oriantur, Rotæ deciſionem 2. ſatis nota
bil. de reſtitutione in integrum in nouis, & Papa
zonum ibi in addit. alios recenſentem, inſpectū
facias, Abbatem in cap. coram de reſtitut. in
integr. colum. fin. pręfatam deciſ. declarantem,
Alexandrum in conſ 89. libro ſecundo, & conſ.
64. lib. 3. Aretinum in præfato §. rurſus numero
ſeptimo, cum ſequentibus, vſque ad numerum
12. inſtitut. de action. cæteroſque ſcribentes ibi
& in præallegata l. ſi curatorem, Franciſcum de
Caldas verbo infra legitimum tempus plene
ibi de his per totum diſcutientem, ac omnes fe-
re caſus huc tendentes, tam quoad minores,
quam quoad maiores, ex iuſta cauſa impedi-
ros, necnon quo ad eccleſiam explicantem, &
declarantem, & quatenus ad eccleſiam attinet
ne miſſum iſtud hac in integrum reſtitutionem
illi competētem naturam partim in integrum
reſtitutionis, quæ maiori competit partim ve-
ro alterius ætate minoribus congruentis obti-
nere in prænotato numero ſeptimo verſic. ſe-
cundo præmitte Aretin. inquit quadriennium
à die læſionis computandum eccleſię compete-
re, ac quo ad beneficij originem minori eccle-
ſiam, vt in dicto cap. 1. de reſtitut. in integr. in 6.
ęquiparari dicens, quo vero ad quadriennij cur
ſum maiori eā ęquiparari, alias eccleſiā eccleſiā
non eſſe, quodque eccleſia eſſe deſineret expe-
ctare neceſſe foret, quod expectare arg. l. pater.
Seuerinam, §. conditionū, ff. de cond. & demon.

graue

graue vtique.& durum eſſe, Aret.ſubdit, ſed minotis reſpectu donec maior minor efficiatur, neque durum expectare, neque graue nimis eſſe concludens.

85 Vtque plures cognitos habeas caſus, & limitationes in quibus præfatum qnadriennij tempus eccleſiæ non currit in reg 653. Diaz nſpectum facias, Grauatium ad Veſtrium in ſupracitato libro quarto capit.quarto, & nume ſimiliter 4. alioſque plures in præfato verbo infra legitimum tempus nume. 4. cum ſeqnentibus, per Franciſcum de Caldas relatos, & ſignanter numero nono: quo loci ex gloſ.fin.dicti capit. 1. de in integrum reſtitut.in 6.ex Turzano in tracta. communium opinionum concluſ. 109. eodem Diaz proxime relato fallent. 10. Couarr. libro primo variar.reſolut. capitulo tertio nume ro 10.Ferratio cant.8. Decio in conſ.45. & 380. & alijs plnribus quadriennij lapſum enormiſſima ſtante læſione non obſtante, dictumque tempus quando eccleſiæ damnum grauiſsimũ eſſet, & eminentiſsimum, nullatenus currere poſt Crauettam in tract.de antiq.tempor aſſeuerat in ſupracitato 4. par.partic.§. incipiente mareria iſta nume.71.eo loci præfatam gloſam dicti c.1.de integr.reſtitut.in 6.communiter eſſe approbatam explicantem, & Contard. de communi ſimiliter in prænotata, 8.limit.num. 27.ac damnum habito reſpectu ad vniuerſum eccleſiæ patrimonium non ad re... præſcriptã tantum, quod vtique notandum eſt grau...imũ cenſeri, & quando enormiter eccleſię patrimonium diminueretur, eo quia in re præſcripta dimidia pars conſiſteret, & vltra patrimonium, & redditus eccleſiæ, perbelle, ex Socino in conſ. 266.col. 10.declarat lib. 2.alias ſi ad rem illam præſcriptam reſpectus haberetur damnum ſemper eſſet grauiſsimum, quod totum iudicis arbitrio eſſe concludit remittendum.

86 Eoque caſu in integrum reſtitutionem minori circa actus iudiciales non competere, vbi proceſſu: ſe, & ſenrentię non contrauenturum, cum iuramento quamuis ſine curatoris authoritate minot promiſiſſet in ſingul 66. Gerard. hoc bene declarans inquit, vbi videas, vel quot es cum iuramento procuratorem in iudicio conſtituiſſet vt per Bart in l.minor 25. annis omiſſam, ff.de minoribus cautos minorum aduocatos, eo loci eſſe debere explicans ne per procuratorem cum iuramento cõſtitutum litem agere minores faciant cum eis tali caſu etiam læſis in integrum reſtitutionem non dari ſed contra procuratorem tantum eis agere licere explicet cuius in ſupracitata deciſ.158.num. 15. Oſaſcus meminit, idem in quæſt 15.& 49. Capella Tholoſ ſentit, Boer.deciſ.12.Guido Pap.deciſ.35.& deciſ.494. Vant.in tract.de nullitat.in tit. de nullit.ex def mand.nu 95.& alij per Frãciſcum Becc.in conſ.59.relati num.11.lib.1.& in ſupracit.commentar.l.diffamari, per Contard. C.de ingen.& manumiſſ.in ampliat.num.71.eo loci, poſt Iaſonem in authent.ſacramenta puberum numero 76. C. ſi aduerſus vendit. in praxi magis communem hanc eſſe opinionem affirmantem eandem magis communem, & receptiſsimam eſſe aſſerentes ſcribentium opinionem tenet iſtud, Gabriel. in communium opinionum tractatu libro 2.tit.de minor.concluſ.1.num.18. iſtud eo loci in criminali cauſa limitãs, quo caſu, etiam quod minor iuraret pluribus relatis ſcribẽtibus, nullatenus iudicinm ſine curatoris authoritate ſuſtineri poſſe aſſerens à qua quidẽ ſuprarelata opin eſſe nullatenus recedendum, vbi pubes minor eſſet, ſeu pubertati proximus, dolique capax vltra ſcribentes in ſupracitata authent.ſacramenta puberum in l. qui iuraſſe, ff de iureiur.in princ. Alex.inquit quod quamnis minor quis annis quatuordecim exiſteret capacitare dummodo maior eſſet locum ſibi vendicare intelligas, quem iuxta receptiſsimam canoniſtarum opinionem iuramento mediante obligari in deciſ.322.num.1. cum ſequentibus, & in deciſ.392.ſub.nu.10. Afflict.inquit, à Vinio in communium opin.tract.opin.180.relatus par.2 quem, & pro pleniori prædictorum cognitione in deciſ. 122. par.2. Franciſcum Marcum inſpicere non prætereas, idem vbi minor per ſuum procuratorem iuramenro mediãte geſta ratificaſſet procedere eſt notandum, & in deciſ.106.per Capellã Tholoſ. & in loco paulo ante cirato, per Contardum nume.72.& 73. illam enim in hoc caſu quam prænotauimus ratione militante, quia minor iuramento mediãte maior cenſetur, & repræſentatur, cunctaque eum tali caſu priuilegia minoribus comperentia amittere, eique remedia ſolum maioribus competentia conc.edi, niſi nec minoris ætatis ratione, neqne alia quacunque cauſa neutiquam contrauenire minor iuraſſet cum maiorem tali caſu, & minorem in omnibus æquiparari in conſ.7.nu.4.& 5 notab. Crauett. enarret, Abb. in conſ. 1.col 1. in fin.lib.2.Dec.in conſil. 149. num.6.& conſ.403.col.pen & fin. Rol à Val.in conſ.59 num.22.lib.1.& cõſ.28.num.25. lib.4. Cacheran.deciſ.41.num.13.& Becc in conſilio 108.alios recenſens numero ſecundo, & numero decimonono, & in conſilio 109. nume.decimoquarto, in fine, & nu decimoquinto lib.1 receptiſsimam hanc eo loci eſſe enarrans ſcribentium opinionem.

87 Non vtique præteteam ab hac ſcribentium receptiſsima opinione, Vrſillum ad Afflictum in addit.ad prænotatum deciſ. 114. diſſentire, ac minori, qui cum iuramẽto procuratorem in cauſa conſtitnerat in integrum reſtitutionis beneficium competere Sacrum Neapolitanum Senatum ſe patrocinante decreuiſſe enarrans, idẽ Rebuff.ſuper Regni Gall.conſtitutionibus ſentit in tit.de reſtitut.artic.1.gloſ.2.nu. 4. Bartoli cautelã prænotatam, & opinionẽ, nullatenus in

Galliarum Regnó ſeruari afferens, ac minores ibi procuratores cum iuramento deputantes il la aſsignata ratione in integrum reſtitui ſubnectens, quia vtilius eſt minori in integrum reſtitutionis remedium poſtulare quam aduerſus procuratores vulpinos proceſſuû circuitus ... actionem intentare clauam, ab Herculis manu eripere facilius eſſe ſubnectens quam quicquam ab ipſorum manibus extrahere á Ma gonio in ſupranotata deciſ. Lucenſi 68. nu. 10. cum ſeqq. relatus, etſi prenotatam Rebuffi opinem neutiquam eſſe tutam, ex Guidon, Pap. deciſ. 5. nu. ... in fine, & deciſ. 454 ſimiliter in fine cum præfata receptiſsima opinione præcitatû, Curiæ Delphinalis parlamentum ſentire concludentis demonſtretur, necnô ex Capellæ Tholoſanæ deciſion. 45. 49. & 53. qua ... ſi Rebuff. euidet, non ſic de facili in Galliarum Regno præ notatam, quam refert ſeruari opinionem aſſeruiſſet, vt in præfata deciſ. 158. nu. 15 Octauian. Oſaſc. quem inſpicias aduertit, Toloſam enim Narbonenſis Galliæ eſſe ciuitatem, quæ in Pyrenæos montes vergit, Del, hinatumque eiuſdê Galliæ Prouinciam latere neminem exiſtimo, quibus in locis præfatam ab omnibus receptâ opinionem ſeruari contra Rebuffum aliter, vt diximus aſſererem, ac Bartoli opinionem in toto Galliarum Regno non ſeruari aſſeuerantem clariſs me pateat.

8 Quapropter neque Vrſilli ſupraſcriptam opinionem eſſe reor admittendam, cui tamen in eadem deciſ. 114. in fine, Grammatico in loco ipſum citato contradicenti aſſentior, mulierem ... per procuratorem cum iuramento cô ſtitutum litiganti prænotatum in integrum reſtitutionis beneficium à Sacris Regni Neapolis conſtitutionibus conceſſum illa forſitan ratione non competere, illudque amittere cum mulier, & minor dictarum conſtitutionum virtute quoad præfatum in integrum reſtitutionis beneficium conſequendum æquiparentur, vt in conſtit obſcuritatem, & in alia incip. minorum iura, tenet hoc Afflict. in deciſ. ... num. ... & nouiſsime, D. Vinc. de Franch. in deciſ. 233. par. 2. plures notab per rationes beneficium, ex præfatæ conſtitutionis obſcuritatem diſpoſitione mulieribus conceſſum meretrici non abſimiliter competere aſſeuerans præfateque Vrſilli opinioni per Marantam in praxi iudic. notata adſtipulantur verbo appellatio nu. 94. & 95. in par tis illud, eo loci aſſeuerantem, quod ſi idem in ... muliere, cui neutiquam in iudicio ob ſexus fragilitatem intereſſe licet, ac procuratorê propterea conſtituere ſemper oportet, quod in minore explicauimus locum haberet nunquá mulier in iudicijs aut raro reſtitutionis in integrum beneficium obtineret, aliamque pariter inter mulierem, & minorem diuerſitatis aſsignat rationem, quia minor per iuramentum maior, vt prænotauimus repreſentatur vnde ſicut maiori in integrum reſtitutionem non eſſe tali caſu concedendam conſtat, ita & pariter, neque minori iuramenti ratione per eum præſtiti, quod neutiquam, ſiue minorem per præfatam conſtitut. obſcuritatem in iudicijs eſſe ait in integrum reſtituendam, eo quia ratione ſexus cuiuſcunque ætatis ſit hoc mulieri concedatur, etſi in illo caſu, ex præfatæ conſtitutionis diſpoſitione neutiquâ mulieri ſuccurri ex licet quan do ad contrahendum, & iurandum ſimul procuratorem mulier conſtituiſſet, ipſeque procurator iuratum contractum faciendo mandatum exequeretur ita ſe iuriſperito cuidam magnopractico reſpondiſſe, ac ipſius conſilio plures tam Neapolitanos quam prouinciales iuris pru dentes ſubſcripſiſſe, & ita poſtea iudicatum fuiſſe enarrans, Bald. in hoc caſu in l. generaliter column. 2. verſ pone enim per ipſum relato, C. de reb. cred de vniuerſitate, ſeu ciuitate, eo lo ci loquente, quæ ſi procuratorem, ſeu ſyndicum ad contrahendum cum iuramento conſtituat, ſyndico vniuerſitatis nomine contrahente, quamuis non operetur iuramentum, vt periura ſi contrauenitur, vniuerſitas fiat, ex quo anima caret, neque enim in periurium incidere poſſe poſsibile ſit, bene tamen ne aduerſus talem contractum in integrum reſtitut onem poſtulare vniuerſitati liceat iuramentum operari eodem loci inquit in num. 93. dictum hoc vt no tab. & quotidianum mente eſſe admonens, ac memoriæ commendandum, quod Petrus Garſ. nouiſsime in ſuis extrauagant. deciſio. in Dicto, 28, alios recenſens fatetur.

89 Ad prænotatorum tamen ampliorem declarationem, necnon ad opinionem ambiguitates euitandas Speculatoris documentum in tit. de procurat. amplecti, vnumquemque, & ſequi debere reor procuratorem á minore conſtitutum ad cauendum adſtringendum eſſe dicentis, vt ſi minor, vel eius hæres, aut is ad quem ea res de qua agitur pertinebit in integrum reſtitui côtingat, quanti illa res erit quam in integrum reſtitutionis beneficio minor conſequetur tantam ſe pecuniam fore præſtaturum, alias quod repellere procuratorem liceat Speculatoris, vbi ſupra in libro tertio indagationum iuris, Raynald. Corſ. meminit capitulo octauo valde cautionem hâc, ſi omittatur nocere, eamque á procuratore emiſſam, & receptam prodeſſe enarrans, quamuis ipſam in foro nunquam obſeruatam vidiſſe, eamque ex textu in l. cum minor ſi rem ratam hab. deſumptam fuiſſe explicet, quæ text. á princ. vſque ad ... tanquam menti tenêdum, & notabil. inſpectum omnino facere non ... cæteras ...

90 Necaſum illum in quo minorem in integrû neutiquam reſtitui côſtat eſſe cenſui præter eundum ſupra iterum tactum in nu. ſexageſimoſecûdo, quoti ... verbi gratia de præſcriptione ageretur côuentionali, ſeu termino ad redimendum

mendum inter partes præfixo, qui cum pupilli patre currere cœpit etiam filio pupillo, abſque in integrum reſtitutionis ſpe currere vltra notab. textum quamuis vulgatum in ſupracitata l. Aemilius, ff. de minor. hoc, eo loci num. 5. Bar. notat, & hanc antiquam, Azonis fuiſſe opinionem poſt gloſam in l. rem quam verbo verſatus in fine, C. ſi aduerſ. vendit. pign. in deciſio. 212. Afflict aſſeuerat, Balbus in ſupracit. tract. de præſcript. 1. par. 6. pac. princip. col. 11. verſic. vigeſimus tertius caſus, & verſ. prima cōcluſio, & hanc magis communem eſſe ſcribentium opin. in lib. 1. quæſt. familiar. quæſt. 59. num. 1. Ancharan. Regienſ. aſſeuerat, Ioſeph. Ludou. in deciſ. Lucenſi 48. num. 5. & Corbul. nouiſsime in trac. de cauſ. ex quib. emphyt. iure ſuo priuat. tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. can. ampliat. 29. nu. 7. attamen, quia plura circa id, quoties aliquid cum ipſo minore geſtum apparet diſcutienda veniunt tutoris maxime tali caſu ſcientia concurrente, Teſſaur. alios citantem, cunctaque plene explicantem in deciſ. Pedemont. 103. inſpicere non prætereas.

91 Reditumque ad ſupranotata faciēdo, quod contractus, alias inualidus iuramento mediante validetur à tutore præſtito, ac iuramenti virtute etiam donationem, quā minor faceret confirmari poſt ſcribentes in præfata authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. & eo loci, Ioānem Guterium Hyſpanum in ſua repet. nu. 118. & 119. mirabile hoc eſſe aſſerentem, & poſt Lapum in allegat. 25. in deciſ. 66. nu. 1. Teſſaur. aſſeuerat, ac eo loci num. 3. omnem ſolemnitatem à ſtatuto requiſitam per iuramentum quatenus illa omitteretur ſuppleri, poſt Alexandr. inquit in conſ. 27. late iſtud explicantem, & latius in conſ. 125. num. 6. lib. 1. quem, & Anchar. Regiēſ. refert in lib. 1. quæſtionum famil. quæſt. 20. num. 1. magis communem hanc eſſe ſcribentium opinionem aſſerētem, & Paulum Granut. Theorem. 25. num. 42. lib. 1. ac ſecundum Martini ſententiam communiter, vt exponit approbatam, eodem Guterio in prænotata authent. ſacramenta puberum relato num. 23. & num. 26. in fin. contractum etiam, ſine decreto à minore factum confirmari per iuramentum, & validari affirmat, quem inſpicias, etſi plures defectus nentiquam iuramentum ſupplere magis communem eſſe ſcribentium opinionem in tractatu de executionibus. 5. octauo capit. 375. Ioannes Bapt. Aſin. atteſtetur, & in tractatu de priuilegio iuramenti, Seraphin. priuileg. 83. numero 43. cum pluribus ſequentibus, & in conſilio 183. Curſ. t. numero 16. libro ſecundo, & numero 18. vbi contrarium aſſerere videtur, quorum idem Teſſaur. in deciſione 165. meminit numero quarto circa finem: quo loci neque remedio l. ſecundę, C. de reſcindent. venditio. minorem vti, neque ad illud ipſum reſtitui, quoties non ſolum iuramento mediante contractum minor confirmaſſet, ſed etiam vbi tali remedio expreſſe iuramento mediante renunciaſſet, poſt Viuium in communium opinionum tractatu cap. 221. libro primo, idem ſentientem, & de communi teſtantem, quem inſpicias, ex Molina in trac. de Hyſpan. primogen. capitul. tertio libro 3. numero 21. poſt gloſam, Bart. Bald. Salic. Alberic. Fulgoſ. Cagnol. Couarr. Pinell. & alios per ipſum citatos ita pulchre diſtinguentes magis communem hanc eſſe teſtatur ſcribentium opinionem iterum eodem loci numero ſexto, quoties multo plus adeſſet læſio declarans, quam illa ſit quam regulariter ad reſcindendam venditionem vltra dimidiam iuſti pretii ſcribentes poſt textum in præcitata l. ſecunda requirunt, C. de reſcind. vendition & hanc poſt Cagnolum in eadem l. ſecunda numero centeſimo, & in l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus numero 6. & alios, eodem loci parte 3. numero 7. per Pinellū relatos enormiſsimam cenſeri læſionem aſſeuerat, cui quidem enormiſsimæ læſioni, nullatenus iuramentum adſtipulari, ex Octauian. Cacherano in deciſione 41. numero 1. & 2. magis communem eſſe inquit ſcribentium ſententiā, ſed in tota dicta deciſione 165. Teſſaurum hæc, & alia notab. circa id explicantem inſpectum facere non prætereas, ac dolo ex propoſito enormiſsimam adæquari læſionem, poſt Baldum in conſilio 213. & conſilio 280. libro primo, Socinum. conſil. 263. columna tertia verſic. ad præmiſſa, & columna 6. verſic. ſecundo reſpondeo, vol. 2. & poſt Corneū in cōſ. 161. col. 3. ex Grato in lib 1. reſponſorum reſponſo 88. numero quarto magis communem, Seraph. in tract. de priuilegio iurami priuil. 31. numero 17. folio 179. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, idemque nouiſsime argumēto textus in l omnes, §. Lucius, quæ in fraud credit. iuncta gloſa in l. nomen debitoris, ff. de leg. 3. ac ex Baldo in c. item ſacramēta de pace iuram. firm. & alijs in ſupracit. deciſ. 247. nu. 1. pat. 2 D Vinc de Frāch aſſeuerat, ac dolū in omni actu ad text. in l. creditor, §. Lucius, ff. mādati, & iuxta per Cacher. notata in deciſ. Pedem. 35. exceptum eodē loci, Seraph. cenſeri ſubdit, ex eodē Cacher. in prænotata deciſ. 41. in 1. art. cōmunem hanc eſſe explicans ſcribentiū opin. ac donatio à minore monaſterio, quod ingreditur, ſine debitis ſolemnitatibus facta, quod valida cenſeatur, poſt Decium in cōſ. 86. nu 5. Crauetta inquit in conſ. 192. num. 21. & 22. & Pariſ. in cōſ. 12 nu 96. lib. 2. quodq; in hoc caſu à iuris communis regulis recedatur, neque forma ſeruanda ſit, quæ in alijs donationibus ſeruari pro earum validitate debet, ex Decio in conſ. 31. nu. 3. de communi teſtante, & Beroo late hoc diſcutiente in c. in præſentia nu. 155. extra de probat. nouiſsime in deciſ. 56. per totum, Cornazz. aſſeuerat, idem vbi alteri, quam pio loco, intuitu tamen ingreſſus religionis facta donatio fuiſſet procedere aſſerēs illa in vtroq; caſu

aſsignata ratione, quia nec dolus in hac donatione, nec læſio aliqua, neque ſiniſtra ſuſpicio, ſiue deceptio, quæ donationem annullet conſiderari poteſt, ex Crauetta in dicto cõſ. 192. & alijs præcitatis, & ex Couarr. in capit. quamuis in 2. par. §. 2. num. 5. Cornazzanum tamen videas, & ſcribentes in præfata deciſ. per ipſum citatos inſpicere ne prætereas.

92 Et quia remedium ſupracit. l. 2. C. de reſcinden. vendit. ita emptori ſicut venditori competere poſt gloſam ibi Bartolum, & alios communem in deciſ. 225. num 4. par. 1. D. Vincent. de Franch. eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem, idque ſiue de immobili re agatur, ſiue de mobili procedere in dicta l 2. Pinell. par. 2. cap. 2. num. 17. aſſerit, & hanc communem pariter eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, etſi aliquos iuris interpretes aliter conſuetudine ſeruari affirmantes referat in ſupracit. receptarum ſenteut. Theſauro, ab Emanuele Suarez lit. l. nume. 14. & 15. relatus illam vltra dimidiam venditoris reſpeſpectu cenſeri læſionem rem, quoties quis decẽ valentem pro quatuor nummis, aut minoris vẽdidiſſet, idem Suarez in præfata lit. l. num. 1. nõ abſimiliter communem eſſe atteſtatur ſcribentium opinionem, & in hoc omnes concordare, idem D. Vincent de Franch in deciſ 43. num. 1. aſſerit par. 2. ſed quamuis venditorem, & emptorem tanquam correlatiuos non eſſe ad imparia iudicandos in l. 1. tex. probet, C. de cupreſſ. ex Luco Daphn. non cędem, l b. 11. & tex. in l. fi. C. de indicta viduit toll & propterea ſi ſtatutum venditorem puniendum eſſe diſponeret, emptorem etiam eadem in vtroque ratione concurrẽte propter correlationem comprehendere quãuis nulla de emptore in ſtatuto mentio fieret in procemio decreta l. Panormit. aſſeuerat, ſic Bartolum in præfata l. fin. vt ipſe inquit conſuluiſſe enarrans, & hãc, idem Panormit. in c. quia clerici de iure patron. communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, cuius in Lncis legal. in loco á correlariuis col. 3. in princ. Nicol. Eucrald. meminit, ſicut & e conuerſo ſtatutum puniens emptorem venditorem, etiam quod punire cẽſeatur. quamuis de venditore verbum factum non fuiſſet, eadẽ vt diximus ratione concurrẽte in tractatu de in lit. iurando, §. 4. nu 78. Plot. affirmat. emptoris tamen reſpectu aliter læſionem conſiderari, eumque vltra dimidiam iuſti pretii deceptum dici nõ poſſe, niſi rem plus duplo emerit puta ſi rem centum valentẽ pro ducentum, & vno comparauerit in centur. 4. ſingularium obſeruatio. 73. ante medium, Ioachim. Mynſing. enarrat, ita pluries dominos aſſeſſores Imperialis prætorij approbaſſe, ac deceptionis æſtimationem in emptore non aliter æſtimationem in vẽditore, niſi modo prædicto ratio ineatur æquare poſſe dicens, eandemque opinionẽ, Petrum, Cynum, alioſque veteres iureconſultos in l. ſecunda, Abbatem, & alios in cap. cum dilecti de empt & vendit. ſecutos fuiſſe cõſtat, & hãc veriorem eſſe opinionem gloſa teſtatur Pariſie. in §. 22. 9 quæſt. verſic. ſed vide fol. 310. in dicta l. 2. Pinell. prima par. cap. 2. col. 2. num. 5. verſic. controuerſia eſt fol 303. & in Milleloq. 308. Caball parte 1. Accurſ. vero in ſupracit. l. 2. Bart in l vnica, C. de ſent quæ pro eo, quod inter. profe. & gloſ. in c. cum cauſa de empt. & vendit. tali pacto hoc in caſu rationem eſſe explicant ineundam exemplumque ponunt, vt ſi res, quæ decẽ valebat pro ſexdecim ematur decem, vtique iuſtum pretium eſſe dicentes, quorum medietas cum ſit quinque exceſſuſque ſit in ſex læſionem vltra dimidiam iuſti pretii, quod eſt decẽ hinc reſurgere, præfatamque gloſ. in dicta l. 2. eo loci Albericũ ſequi illam appellans veriorem alioſque antiquiores ſcribentes, a Gomezio in tract. de empt. & vendit. tomo ſecundo relatos cap 2. num. 22 verſic. tertius modus eſt fol. 11. cuius aliorumque in ſupracit. receptarum ſententent Theſauro lit. l. num. 2. Suarez meminit cõmunem hanc eſſe aſſerens ſcribentium ſententiam eandemque, & veram, & magis communẽ eique partitarum leges conuenire, vbi ſupra, Gomez. exclamat, eandemque opinionem in tract. variarum reſolut. lib. 2. cap. 3. num. 8. verſ. his ſane præcitatis Couar. alios recenſens receptiſsimam apud forẽſia tribunalia eſſe teſtatur, ac ex eodem Couar. & alijs opinionem hanc eſſe ſimiliter receptiſsimam, & æquitate iuuari, Pinell paulo ante relatus aſſeuerat, dictamque gloſam in præfata l. 2 C. de reſcind. vendit tanquam veriorem magis communem, & in praxĩ receptiſsimam eſſe in conſulendo, & iudicando tenendam in practicar quęſtionum tract. Ioan. Guttierez inquit quæſt. 133. fol. 308. & ſeq. lib. 2. cuius aliorumque memor dictæ gloſ. in præfata l 2. tanquam veriori, & æquiori Sacrum Neapolitanum adhæſiſſe Senatum in ſupracitata deciſione 24. numero tertio. Domin. Vincentius de Franch. quem in tota dicta deciſione inſpicias enarrat.

93 Necnon in deciſione 495. nume tertio, cum ſequentibus, & in deciſione 496 quæſtionem illam explicantem nunquid ex præfatæ l. ſecundæ remedio contractu reſciſſo rei reſtitutio vna cum fructibus facienda veniat, ac intereſſe in regione conſueto, & poſt Couarruuiam in libro ſecundo variar reſolut. capitulo tertio numero nono verſicul. eſt & aliud. Ioann. Guttier. in libro ſecundo practicarum quæſtionum 124. & alios quos citat varias antiquorũ, & mordernorum ſententias referentes, quando venditor eſt actor fructus neutiquam venire, & hanc, ex Cœpolla in tractatu de ſimulationibus contractus verbo vſura communem receptiorem, & receptiſsimam eſſe concludit opinionem, eandemque veriſsimam, & tanquam æquiorem á praxi tam Italiæ, quam Galliarum admiſſam, ac poſt plures relatos ſecundum hanc

opinio-

opinionem Sacrum Neapolitanum Concilium
decreuiſſe, ſecus eſſe dicens in emptore læſo pręnotatæ l. 2 remedium intentante, quem quia
voluntarie cōtractum reſcindere dicitur, & ab
alio non coactum ad fructuum reſtitutionem
teneri, ex Ario Pinello in dicta l. 2. par. 2. nume.
28. verſic. retenta ſic receptiori ſententia veriorem & ex additione ibidem lit. m. æquiſsimam
hanc eſſe enarrat opinionem, idem in venditore agente procedere aſſerens, à quo voluntarie,
& ſponte agente ſi emptor intereſſe pręcij per
eum ſoluti petat rem reſtituere offerens eſſe
admittendum in eodem Sacro Concilio concluſum fuiſſe exponit: illud in dicta deciſ. 496. nu.
3. ſubdens, quod ſicut emptor rem, vt diximus
relaxare offerens ad fructus non tenetur, ita &
pariter non teneri eum ad intereſſe ſupplementi iuſti pretij, quoties rem vēditori neutiquam
relaxare, ſed iuſti pretij ſupplementum ſoluere
offert, Antonium de Padilla in præfata l. 2. nume. 52. hoc tenere exponens, Ioannem Guttier.
in præcitato practicarum quæſtionum tractat.
lib. 3. quæſt. 125. in fine, & Marcum Aquil in repet. §. & quid ſi tantum l Gallus, ff. de liber. &
poſthum. Vrillo in additione. ad Afflictum
reiecto in deciſione 340. & alijs ibi relatis aliter ſentientibus.

In venditione vero ſubhaſta facta aliter læſio
94 nem conſiderari ipſamque vltra ſextam partē
ſufficere, ex Bartoli doctrina in l. ſi duo ſocietatem, §. arbitrorum col. 5. verſ. quæro quæ dicatur, ff. pro ſocio, ex Caſtrenſe in præfata l. 2. col.
2. verſ. addè quaſdam, C. de reſcind vēdit. & ex
Curtio in l. pen. col. 2. C. de pact. idem. D. Vincent. de Franch. in deciſ. 224. inquit par. 1. pręcitatū Sacrum Conc. læſionem hanc in venditionibus ſubhaſtā admittere enarrans, ac eodem
loci num. 5. ad tempus emptionis habito reſpectu non autem ad pretium, quod ſi oblatum à
principio fuiſſet prænotata læſio in ſexta parte
non adeſſet integre iuſtum pretium eſſe ſoluendum, ex Baldo inquit, & Saliceto in præfata l.
2. Cagnolo ibi in 14. quæſt. Crema ibidem in 2.
notab. & in tract. de contractibus, Nicol. Mozz.
in 7. & vlt. colum. nu. 1 . verſ. nec ſufficit fol. 85.
prædictamque læſionem in terminis dictæ l. 2.
C. de reſcind. vendit. contractus tempore attento eſſe ſimiliter probandam non autem ex poſt
facto, neque eam ſuperuenientem in conſidera
tione haberi cum omne commodum, & incommodum poſt contractum contingens ad acquiſitorem, ex textu pertinere liqueat in l. 1. C de
peric. & commodo rei vendit. text. in terminis
probat in l. ſi voluntate, C de reſcind. vendit. dicto c. cum dilecti, & c cum cauſa de empt. & vendit & in c ad aures de reb. eccleſ alienan. & poſt
Crauett. in conſ. 114. num 16. & poſt Cagnol. in
præfata l. 2. nu. 215 verſ. primum eſt in deciſio.
239. nu. 4. iſtud Teſſaur. aſſeuerat, idque in minore in integrum reſtitutionem poſtulante locum pariter habere, neque enormem ob læſionem ſuperuenientem in integrum eſſe minorē
reſtituendum, poſt Crauettam in conſ. 2. circa
fin. nu. 7. in ſupracit. tract. de priuil. iuram. priuil 77. num. 0. Seraph. aſſerit, quem eo loci ad
plura non abſimilia notab. inferentem inſpicere non prætereas

95 Nec minori ſolum, ſed maiori etiam annis viginti quinque, quoties læſio vltra dimidiam eſſet nimis exceſsiua iuramento non obſtante,
quod relaxari debet illa ratione eſſe ſubueniendum, quia dolus ex propoſito, ex tam exceſsiua
læſione præſumitur in conſ. 60. num. 65. in fine,
& num. 66. Rolānd. à Vall. inquit lib. 4. non eſſe
veriſimile ſubdens, paſſum quem fuiſſe ſe adeo
enormiſsime lædi, quin dolus interuenerit, &
hanc, ex Curt. iun. in conſ 53. nu 10. Crauetta
in conſ. 2. nu 11. in fi. Beroo in conſ. 177. nu. 47.
vol. 1. Rubeo Alex. in conſ. 103. nu 2. & Cœphalo in conſ. 137 nu 61. magis communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem neque re ipſa ſolum, ſed etiam ex propoſito enormiſsima lęſione concurrente dolum, quod iterū ſupranotauimus præſumi vltra tex. in l. ſi ſuperſtite, C. de
dolo, ex Corneo in conſ. 104. ſubnectit nu. 5. vol.
3. Ruyno in conſ. 135. nu. 13. vol. 1. Socino iun. in
conſ. 149. num. 47. volum. 1. & Alba in conſ. 81.
nu. 49 ac enormiſsimam læſionem, quacunque
verborum generalitate neutiquam iuxta text.
excludi poſſe in l. creditor, §. Lucius, ff. mādati,
& in l libertus ſi ita iurauerit, ff. de oper. libert.
cum alijs concord. Simonc. in tracta. de decret.
in contract. minor. inquit lib. 3. tit. 8 inſpect. 18.
num. 233. per totum notam dicens, quæ æquitati innititur, nec de iuramento hoc in caſu curare, neque de alijs clauſulis à notarijs apponi cōſuetis à quibus quidem terminis non recedendo, quod filia, vel filius iuramento mediante
hæreditati renuncians enormiſsima exiſtente
læſione contrauenire in integrum reſtitutionē,
ac iuramēti relaxationem petere poſsit plures,
Michael Craſſ. in communium opin. tract in §.
ſucceſsio ab inteſtato de communi in quæſt. 13.
col. 1. & de magis communi pro hac opinione
ſentientes ſcribentes refert, immo & ſine iuramenti abſolutione in imperiali prætorio prænotata concedi, ex Andr. Gail lib. 2. obſeruation.
practicar. inquit obſeruat. 147. à quibus poſtea
in col. 2. recedendo verſic. contrariariam opin.
quod filius, ſiue alter cū iuramento renuncians
enormiſsimæ læſionis prætextu, nec à iuramento abſoluendus ſit, neque in integrum ei reſtitutio concedenda, ex Alexandro in conſil. 18. vo-
4 magis cōmunē hanc eſſe ait ſcribentiū opin.
& in praxi propter animæ periculū admittendū
& ideo quāuis valde dubiā hanc eſſe dicat qōnem ipſe tamen cū poſteriori ſentit ſentētia pro
qua in grauiſsima cauſa iudicatum fuiſſe teſtatur priorem non negans opinionem æquitate,
atque bonis rationibus niti, & in Imperatoris

conciſtorio receptam, eamque eo caſu, ex Caſſadoro in deciſ 1. in tit. de empt. & vendit. eſſe inquit amplectendam, quando læſio grauiſſima eſt, admodumque enormis, ac multo maior quam vltra dimidiam vltra triplum forte, vel quadtuplum, veluti quia filia exigua accepta dote cũ pater eſſet valde diues renunciauit, ita frequenter in almo Rotę auditotio iudicatum fuiſſe aſſerente, eandemque ex Grato in conſil. 88. vol. 1. communem eſſe teſtatut ſcribentium opinionem, illudque ad clariotem præſ torum cognitionem neutiquam prætereas, quod ſi in venditionis inſtrumento minime pretium exptimatur, ſed ſimplicitet pro certo pretio venditori ipſi bene ſoluto ſolutionem eſſe f. ctam dicatur tale inſtrumentum legitimi pretii ſolutio quod interuenerit textu in argumentum relato in l. 1. C. de contrahen. & committ. ſtipulat. & ibi Cyno in vlt. quæſt. quæſtionem hanc non alitet ipſam ſoluendo mouente non ſecus ac ſi tota ſumma ſpecifice expreſſa fuiſſet illa aſsignata ratione probare, quia omnia ſolemniter acta iuxta textum præſumuntut in l. ſciendum, ff. de verb. obligat. & ibi Iaſonem duplicem, ex inſtrumento præſumptionem exurg.re notantem geſtus actus, quodque legitime ſit geſtus Ioachim. Mynſing. in ſupracitata centur. 4. obſeruat 74. quem inſpectum facias aſſeuetat, immo tres cum inſtrumento concurrere præſumptiones veritatis, vt dictum eſt, & ſolemnitatis, quodque de eo conficiendo a partibus notarius fuerit rogatus, poſt Socinum iunior. in conſilio 189 num. 14. lib. ſecundo, Baldum conſ. 59. lib. 1. & Rolandum à Vall. in conſ. 96. nu. 17. lib. 3. in deciſ. Peruſ. 26. nu. 1? Ioſeph inquit Ludo. inſtrumenti verbis in dubio ſtandum eſſe, ex Beroo ſubnectens in conſ. 85. nu. 13. lib. 3.

96 Et quia ſupra num 94. in venditionibus ſubhaſta factis læſionem in 6. parte, ex Domino de Franch. in præcitata deciſ. 224. Neapolitanum admittere Senatum adnotauimus, attamen iuris communis diſpoſitione attenta venditione per ſubhaſtationem plus offerenti facta, non ſolum in ſexta parte læſionem in conſideratione non haberi, ſed neque tali caſu prænotatæ, l. 2. C. de reſcindenda vendit. remedium competere in l. 1. Bald inquit, C. de præſcript. 30 annor. Guid Pap. in ſingul. 553 Corn. in conſ. 56. vol. 1. & alij in tract. comm. concluſionum lib. 3. in tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. nu. 61. in principio per Gabrielem relati: quo loci in verſic. contrariam opinionem, quamuis ex Bartolo in dicta l prima, C. de præſcript. 30. annorum, ex textu in l. ſi quis C. de reſcind. vendit & ibi notatis Caſtrenſe & Romano in l. ſi quis cum aliter, ff. de verborum obligatio. Socin. in tractatu regular. regula 228. in 3. limit ac ex Alexandro in conſil. 117. columna fin. volum. 7. & Crauetta in conſ. 29. num. 4. præfatæ l. 2. remedium hoc caſu competere magis communem eſſe explicet ſcribentium opinionem, attamen, eodem loci nume. 62. ita præfatarum opinionum contrarietatem eſſe explicat concordandam, vt prima opinio domino rem ipſam per ſubhaſtationem vendente procedat, eoque caſu dictæ l. 2. remedium neutiquam locum habeat, ſecũdam vero opinionem, quam magis communem, vt diximus appellat, vbi non ipſe dominus, ſed officialis venderet, ſibi locum vendicate, ac ex Angeli, & Saliceti verbis in l. ſi quis, C. eodem titu. de reſcind. vendit. concordiam hanc ſumi concludit cætera vero dictæ l. 2. remedium concernentia, apud Cagnolum ibi inuenies, & apud alios ſcribentes, & in præfata prima concluſio. apud Gabrielum, ac ita in pręfatæ l. 2. remedio eſſe libellum contra emptorem concipiendum vt ad rei reſtitutionẽ condemnetur, vel ad iuſtũ pretium ſupplendum, ex Cagnolo ibi in prima quæſt num. 40. & in 10 quæſt. nu. 113. de communi in deciſ. 64 num. 2. in fine, Cacheran. atteſtatur, & Dom. Vincent. de Franch. in deciſione 495. numero primo, vbi pariter rem petitam eſſe in obligatione, iuſti vero pretij ſupplementum in electione communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, eãdemque Antonium de Burgos præ cæteris in cap. cum dilecti in vlt. oppoſit. e tra de empt. & vendit. comprobare, & proſequi in dicta l. 2. Cagnol. in quæſt. 11. & nouiſsime Matthien. ſ. in lib 1. recollect legum Hiſpan in tit. de empt. & vend. l. 1. gloſ. 5 in princ. fol: 332. prędictamque læſionem reo conuento, vſque ad tempus illud, quod lis in executione iudicati conteſtata fuerit ex Alberico in præfata l. 2. columna 4. verſ vſque ad quod tempus licere ſubijciens, Baldo ibidem quæſt. 10. & Pinello in 3. par. cap. 1. num. 38. verſ. electio autem folio 418 ex eo iuſtam opinionem hanc videri dicẽs, quia cum electio hæc poſt ſententiam oriatur ſpatium aliquod, infra quod emptor deliberat intra ſententiam eſſe debeat, & executionem, ac tali ſub forma in Rotæ Florentinæ auditorio concipi ſententias, ex Magonio teſtatur in deciſ. Florent. 108.

97 Aliaque im; licita quidem ſe nobis offert quæſtio de qua ſupra numero 8 aliquid obiter tetigimus, & num. 44. ante finem nunquid minor in integrũ reſtitui poſtulans impenſas ante omnia aduerſario reficere teneatur, ſeu nunquid dum reſtituitur ad expenſas aduerſario condẽnari debeat, & affirmatiuam opinionem, ac minorem tali caſu ad expenſas aduerſario eſſe condemnandum, ex Hoſtienſe in ſumma in tit. de in integr reſtitut. §. fin. in fine textum referẽte in l. non eſt ignotum, C. de adminiſtr. tutor. ac ex Bartolo in l. ſi finita, §. etſi forte, ff. de damno inf. in Capella Tholoſ. in deciſ 310. concluſum ext tiſſe apparet: quo loci Aufrer. in addit. illis in terminis Hoſtienſem loqu. explicat, vbi minor aduerſus immiſsionem ex primo decreto propter ſuam cõtumaciam factam cum nullus ap-

Ius appatuit defenſor in integrum reſtitui poſt annum poſtularet,& ita Bartolũ in loco ſuprarelato intelligendum eſſe enatrat, quodque Bal.in l.3. C.in quibus cauſis in integr.reſtitut. non eſt neceſſ.in fine idem innuere videatur, & Vbertus de Bobio à Ioanne Andr. in addit.ad Specul tor.m in tit. de primo, & ſecundo decreto relatu, verſic.quod ſi non reperiatur tres alias referẽs opiniones vnam, Iacobi de Arena t.li pacto diſtinguentis, aut tenutæ tempore tutorem minor, vel curatorem aut legitimum defenſorem non habuit aut vero habuit,etſi habuit,aut ſoluendo ſunt,a t nõ. Primo igitur caſu principali,vbi tutorem minor,vel curarorem aut legitimum defenſorem non habebat,& tũc minori etiam expenſis nõ ſolutio tenutam iuxta textum in l.fin. C.ſi a uerſ.rem iudic. in illis verbis nullum vobis præiudicium,& in l acta §. fin.ff.de re iud.l.cõtra pupillum, C.qui legitim. perſon.& in l.in cauſæ la ſeconda, ff de minor. reſtituendam eſſe enarrat,necnon præfatis in legibus in integrum reſtitutionem non eſſe minori neceſſariam expreſſe liquere aſſerit, aut legitimum defenſorem tempore datæ tenutæ minor nõ habens pupillus erat,ſiue adultus,& primo caſu ſi ſibi tutorem dari ad textum petere tenetur in l.2.ff.qui pet. tut.& in l.1. C.eodem tit.quia in dolo ſi non petat eſſe videtur,contra quem iuxta textum in ſupracitata l.ſi ex cauſa, §.nunc videndum, ff de minor. minime minor, reſtituitur,nullatenus eum poſſeſsionem tali caſu,niſi ſolutis expẽſis recuperare inquit:ad quorum tamen pleniorem declarationem Auſreriũ in ſupratelata addit.alios citantem, & alia hoc reſpicientia vberius explicantem inſpectum facere non prætereas Aſinium in prax.iudiciorũ §.32.cap.2.ampliat.14.fol.424.& ſeq. Papazonum in addit.ad deciſ.5.Rotæ de reſtitut.in integr. in nou. num.3. in illo caſu etiam expenſis non refectis minori in integrum reſtitutionem eſſe dicens concedendam perſonaliter quoties citatus minor non fuiſſet, ſecus vbi citatus perſonaliter extitiſſet in integrum reſtitutionẽ eſſe dicens tali caſu minori concedendã,ſed expenſarum refectione mediante,quod ſupra per Io. Andr.notatis conuenit,idque cum ſupra relatis declarationibus oportet intelligere,quẽ & Teſſaurum illud in deciſ. 9. diſcutientem inſpicias nunquid minor aduerſus ſuam contumaciam reſtitutus contumaciales reficere expenſas teneatur, & poſt plura in vtramque partem recitata in nu.9.verſ.& hanc opinionem, & num.6. ex Abbate poſt Gulielmum in l.cum vos nume. 4.C.ſi aduerſ.rem iudic.Baldo in dicta l.3. C.in quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſ & alijs, & ex Natta ſignanter in conſ. 16 & 17.in difficili caſu conſulente quando duæ videlicet contra minorem latæ ſententiæ fuiſſent, etiam quoad contumaciales expenſas in integrum minorem eſſe reſtituendum magis communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem regul .mque l.ſancimus,C.de iudic. contumacẽ niſi refectis expenſis, non eſſe audiendum continentem,ex Marſilio in ſingul. 377.& ex Philippi Franchi doctrina in capitu.Nicolao columna penul. de appellat.in minore,ruſtico, & muliere non procedere ſubnectit. Teſſaurum tamen in præfata deciſ.per totum, & ſignanter num 9. & ſeq.prænotatam Hoſtienſis ſententiam plenius clariuſque declarantẽ inſpicere non prætereas.

98 Minoremque etiam aduerſus damnoſæ hæreditatis aditionem reſtitui in l.ait prætor tex. probar.§.ſed etſi, ff de minor. & in l.1. C.ſi minor ſe ab hæred.abſtin. & Alberico in dicto, §. ſed etſi, tũc pupillo in hoc caſu,& adulto eſſe dicens in integrum reſtitutionem concedendam vbi ſine tutoris,aut curatoris authoritate hæreditatem adiuiſſent, alias ſecus,quia iuxta text. in l potuit,C.de iure delib.& in l.curatorem, C.de in integrum reſtitut.minor.aditio non tenet,ſed plenam.vt huius articuli ſuis cum declarationibus, & reſtrictionibus cognitionem habeas, Verginium de Boccat.in comment ad cõſtitut.Piceni inſpicias capit.vt minorum gloſ.8. à num 130.vſque ad num.136.nec ſolum aduerſus ſimplicem aditionẽ,ſed eo pariter caſu, vbi cum legis,& inuentarij beneficio hæreditatem minor adiuiſſet,ex quo pupilli,& minores inuẽtarij lege iuxta textum innodãtur in §. pupillus in authentica de hæredibus, & Falcidia ex tali quoties aditione læderentur eſſe eos in integrũ reſtituendos communem Phanuc in tractat.de inuentar.par.2.nume.24. eſſe ſcribentium opinionem atteſtatur,quem & Magonium in deciſione Lucenſi.68. per totum plene de hoc diſcutientem inſpicere nõ prætermittas, & vbi ſupra Phanucium num. 25. ex Mauritio in ſupracitato tract de reſtitut.in integ.cap.128. illa etiam ratione minorem in hoc caſu in integrum eſſe ait reſtituendum litibus & moleſtijs ne vexetur regulariter n.minori ne litibus,& expẽſis vexetur in integrũ reſtitutionẽ competere, ex textu in l.in minoribus,ff.de minor.in deciſ. 182.nu. 4.Dom. Vincent. de Franch. aſſeuerat in deciſ. 290.& deciſ.439.num.7.

99 Reſtitutionemque in integrum aduerſus hereditatis aditionem ad effectum illam repudiãdi minoribus indulgeri,idem ſi aduerſus omiſſam confeſsionem inuentarij reſtitui minor velit,vt illud conficere valeat, vel ſi illud minus ſolemniter feciſſet ad ipſum ſolemniter conficiendum in integrum reſtitutionem,quod implorare poſsit in prænotato num. 24. & ſeq. ex Pariſ. in conſ.12.num.119.libro 2.& conſ.61.num.43. lib.3. Mauritio in dicto tract de reſtitut ca.129. & ſeq. Beroo in conſ.68.nume. 83. lib.primo,& alijs, Phanuc. affirmat, ac quæſtione pendente de reſtituendo minorem ad omiſſum inuentarium faciendum,quod omnis contra eum conquieſcere executio debeat, etiã quod ex aliquo inſtru-

inſtrumento guarrentigiato, vel aliqua alia ex cauſa illa tentaretur, quemadmodum inuentarij conficiendi tempore durante conquieſcit, poſt Roder. Suarez in l. poſt rem iudicatam, §. eſt prima extenſio num. 9. ff. de re iudic. & poſt Baldum in l. ait prætor la prima, ff. de iureiur. Phanuc. alios recẽſens in tract. de inuentar. inquit par. 2. num. 35. circa finem, ac inuentarium ne iſtud in hoc articulo miſſum fiat infra triginta dies à die aditæ hæreditatis inchoare quod oporteat, & infra tres menſes ſi bona in eodem ſunt loco, vel in parum diſtanti finiri, alias infra annum à die mortis defuncti, etiam quod ſimpliciter quis, & abſque aliqua proteſtatione hæreditatem adiuiſſet de communi in tract. de tutore, & curat. num. 80. Caualc. inquit, quem eo loci per totum declarantem inſpicere non prætereas, & de magis communi, Mandoſ. ad Roman. in con. 84. dictumque tempus ad inuentarium conficiendum non à die ſcientiæ, ſeu delatæ hæreditatis, ſed poſt aditam hæreditatem currere magis communem in conſ. 72. num. 16. cum ſeq lib. 2. Rol. à Val. eſſe teſtatur ſcribentiũ opinionem, niſi eodem loci nu. 4. declarans malitioſe hæreditatem in aliorum detrimentũ adire hæres diſtuliſſet, ac tali caſu non aliter aditione expectata à die delatæ hæreditatis præfatum trimeſtre tempus currere magis communem in quæſt. famil. 62. num. 2. in fin. eſſe Berous teſtatur ſcribẽtium opinionem, necnon & aduerſus omiſſam hæreditatem iuxta textum in l. 1. & 2. C. ſi vt omiſſam hæredit. & in l. etſi ſine §. reſtitutus in prænotata deciſ. 282. in princip. D. Vincent. de Franch. aſſeuerat minorem, Orphanotropium, & eccleſiam illi æquiparatos, ſiue damnum patiantur, ſiue lucrum amittant ad textũ in l. etſi ſiue, §. quæſitum in l. Orphanotropis C. de epiſc. & cleric. & in c. 1. de in integr. reſtitut. in integrum eſſe ait reſtituendos, & in deciſio. 421. num. primo circa finem, ſed de hac minoris, eccleſię, & aliorum ęquiparatione, Carauitã in ritu Magnæ Curiæ 23. nume. quarto cum ſequentibus plenius loquentem, & alios referentem inſpicere non prætermittas, illudque notare non prætercam, neque in bonis patrimonialibus, neque in eccleſiarum redditibus clerico debitis integrum reſtitutionis beneficium clerico competere vt poſt gloſ. in Clement. vnica, de in integr. reſtitut. in cap. fin. nume. 4. in fine extra de reſcript. Panormit. aſſerit, Speculatorẽ in tit. de reſtitut. in integrum, §. qualiter verſic. ſed nunquid clericus omnino videndum admonens, præfatamque gloſ. valde notab. appellans, ſed in hoc Carauit. videas in ritu 229. & Viuium in deciſione 27. per totam libro primo alios referentem.

100 Ac prænotata de minore, eccleſia, & alijs in vniuerſitate minori, & pupillo æquiparata procedere in l. reſpublica, C. ex quibus cauſis maior. ſcribent. notant, immo & caſtrum, quoties hominum habet multitudinem propter quam per ſuos adminiſtratores regi eſt neceſſarium reſtitutionis in integrum beneficium habere in conſ 423. num. 1. Roman. inquit, Decius conſ. 42. in fine, & alij per Boccatium vbi ſupra relati gloſ 6. num. 74. & in præcitata gloſa 8. nu. 170. vbi communem hanc eſſe declarat ſcribentium opinionem, item oppida quæcunque Burgos, & Villas, ſiue magnas, ſiue minimas inſtar minorum, vt diximus, & pupillorum tam in iudicijs, quam in contractibus, & præſcriptionibus præfatum in integrum reſtitutionis beneficium habere, ex Mauritio in prænotato trac. de in integrum reſtitut. communem Plot. in trac. de in lit. iur. §. 1. num. 20. in fine, eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat, & quamuis contra ſuum adminiſtratorem actio Reipublicæ competat, ei tamen minoris ad inſtar & eccleſię integrum reſtitutionis remedium competere Iaſ. in l. Imperatores num 11. poſt principium, & poſt gloſam, ibi quem inſpicias affirmat, ac nudum non abſimiliter ſeu maleueſtitum excuſari in l. fin. glo. inquit ff. ex quibus cauſis maior & ibi Nicol. de Neapoli nobilem in domo ſtantem, & qui quia male indutus eſt verecundatur aduerſus temporis lapſum reſtituendum eſſe dicens, quod addit. ad Abbatem in cap vt iuxta numero primo lit. f. de off. ordin. ſequitur, etſi in criminalibus excuſationem hanc non prodeſſe, ſed bene in ciuilibus in prax. criminal. canon. verſiculo non comparuerunt num. 51. in fine folio 133. Foller. affirmet.

101 Ac in caſibus in quibus ad forenſes, & aduenas ſtatutum extẽderetur de quo, ac quibus ſtatutis forenſes ligentur late in conſ. 491. per totum Romao. diſcurrit, quatenus ex illo ſtatuto enormiter forenſis læderetur, ac ſtatutum forenſis probabiliter ignoraſſet aduerſus damnũ inde proueniens, ex generali clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa, & maxime in aduerſa parte ſtatuti ſcientia concurrente, quia quod forenſem ignorantem decipere voluerit hinc reſultat in integrum eſſe eum reſtituendum, poſt Innocentium & alios in rubr. extra de conſuet. in conſ. 11. num. 4. in fine, & num. 5. Aret inquit, Iaſ. in l. quamdiu in fine, C. qui admitti & Alex. in conſil. 37. num. 2, libro 2. Corn. in conſ. 195. colum. fin vol 3. Marſil. conſ. 99. num. 23. Tiraquell. de retratu conſang §. 35. gloſ. 4. num. 35. & in tractat de priuileg iuram Seraph. priuil 4. nume. 191. fol 44. idem vbi aliquid forenſis committeret quod iuris communis diſpoſitione attenta prohibitum non cenſetur, neque ex conſuetudine omnium, vel multarum ciuitatum, neque in his ſumus, quæ de genere ſint malorum, aut cõmuniter prohibitorum, ſed ſolum ex ſtatuti loci diſpoſitione vetitis tunc enim ſtante ſtatuti ignorantia, quam in dubio eſſe præſumendam in conſ 86. col. 3. vol. 4. Alex. aſſerit à ſtatuti pęna forenſem excuſari communem eſſe ſcribentium

tium

Digitized by Google

tium opinionem in l. cunctos populos, C.de
ſumma Trinit.& fide Catholica in conſ 42.lib.
3. nu.26.& ſequen. Rol. à Vall. quem inſpicias
fatetur, niſi declarans magnam in loco ſtatuti
forenſis moram cõtraxiſſet per quam loci con-
ſtitutiones ſciuiſſe præſumi poſsit, quod in ciue
ſimiliter nouello, cui contra ſtatutum aliquid
cõmittenti, vt ita illi ſicut forenſi parcatur, poſt
Ba tolum in dicta l.Cunctos populos num. 21.
C.de ſumma Trinit. quem notab. declarantem
inſpicere non prætereas in deciſ.260.Boer.affir
mar, Roman.in ſingul.74.& ibi.Pignolat.in ad-
dit.alios recenſens, illumque Ciuem nouellum
cenſeri, qui annum in ciuitate nõdum egit poſt
textum notab.in l.fin §.quoties, vbi Bart.& ſcri
bẽtes, ff.de public.in proxime relata deciſ.Boe-
rius aſſeuerat, ac illum qui annum in ciuitate
in quam ſe tranſtulit non compleuiſſet foren-
ſem dici, & exiſtimari in tract. de priuil. iuram.
priuil.4.Seraph.præfatorum memor num. 177.
ante fin.inquit, & nume.178. & ſeq. ſtatutoque
delictum puniente, vt ſi ſtatutum dixerit ſi quis
furtum fecerit, quod forenſes teneantur de
communi in c.à nobis num.13.& ſeq.de ſent.ex
commun.Socin.ſen.affirmat.

102 Illudque in paulo ante notatorum amplia-
tionem non per trãſeam, quod etſi neque eccle-
ſiam, neque perſonam eccleſiaſticam religionis
contemplatione inſtitutam, etiam quod inuen-
tarium non fecerint fiſci ad inſtar cui adæqua-
ri clarum eſt vltra vires hæreditarias non teneri
eique hæreditatẽ onerosam quatenus hæredi-
tas non eſt illi delatam cenſeri in l.1 C. de ſacro
ſanct. eccleſ. Bart.ſentiat, ex gloſa nihilominus
in cap.1.de teſtam.quod eccleſia, quæ inuenta-
rium nõ confecit vltra vires teneatur hæredita-
rias, ſicut & militem tali caſu iuxta textum te-
neri conſtat in §.ſi in auth.de hæredibus, & Fal-
cid.iuncta gloſ.in l. Miles in princ ff. de re iud.
communem Redoan.in tracta. de rebus eccleſ.
non alien.quæſt.1.in tit.an & quomodo ex alie-
natione, & fol.321 nu.3 & ſeq eſſe ſcribentium
opinionem atteſtatur.

103 Et quatenus ob omiſſam inuentarij confe-
ctionem ob paupertatẽ, ſeu ex paupertatis cau-
ſa in integrum quis reſtitutionem poſtularet
in indiuiduo paupertatem, ac ſpecifice non au-
tem generaliter eſſe probandam in ſupracita-
ta deciſione, Lucenſi 40 num 21.cum ſequenti-
bus Hieronym. Magon aſſeuerat non ſufficere
explicans hoc petentem numeroſa familia den-
ſaque ſobole ſe grauatum probare, ſed reſpectu
particularis actus inuentarij non confecti eſſe
probationem faciendam, ex Afflicto inquit in
deciſ..79.& Ruyno in terminis in conſ 81. lib.
5. talem in hoc caſu eſſe concludens probatio-
nem faciendam, vt quaſi alter Irus, vt in adagio
eſt ob paupertatem, & inopiam inuentarij ne-
quiuerit ſolemnitatem adimplere, eo vtique ca-
ſu in eodem num.21.in prin.allegatum pauper-
tatem, ex Bartolo in l. Mediterraneæ C. de an-
non.& tribut.lib.10.Roland.à Val. in tracta.de
inuent.quæſt.49.& alijs prodeſſe explicans, vbi
de exigui patrimonij hæreditate ageretur, ita
quod maiori in inuentario faciendo impenſa
opus eſſet quam tota hæreditas valeret, quo ca-
ſu omitti poſſe inuentarium concludit regulari
ter enim non eſſe illud faciendum in quo plus
expenditur, quam ſit illud, quod expenſa ipſa
facta percipitur, ex Corſeto in ſingul. verbo ex-
penſa il ſecondo, & ex Aemiliano in conſi. 27.
nume. decimo eodem loci, à Magonio relatis
clare conſtat.

104 Ex communi illa regula prænotata compro
bantur, quod paupertatẽ, ſeu diuitias proprias,
aut alterius allegans, ſiue actor ſit, ſiue reus, ex
gloſa qualitatem hãc probare tenetur in l ſi ve-
ro, §.qui pro rei qualitate, ff.qui ſatiſd.cog quã
alibi non reperiri eo loci, Bald.teſtatur, ipſum-
que in l.non prius, C.quando fiſc.vel priuat. in
princ.idem Bald.commendat, & hanc commu-
nem Couar.lib.ſecundo variar.reſolut. capit.6.
num.2.eſſe teſtatur ſcribentium opinionem,
ſed nunquid qui olim diues fuit talis hodie præ
ſumatur, vel ex paupere diues effectus plura vi-
deas, per Menochium in tractat. de præſumpt.
cumulata libro 6.cap.27.& 28.ſed repente ſum
mum.quem fieri, & ditari, quod minime præſu
matur, ex Curtio iunior.in conſ.28.in fine, Ron
cagallo in l.3. §.vbi duo nume. 252. de duobus
reis, & alijs communem hanc in præſara deci-
ſion 40.num.24 eſſe Magon.teſtatur ſcriben-
tium opinionem.

105 Minori item in integrum reſtitutionem nõ
competere re integra non exiſtente rex. probat
in l.quod ſi minor, §.Scæuola, & ibi gloſ.Bar. &
alij, ff de minor.& ſupra iterum nume.58.nota-
tum extitit, & ideo ſi minor beneficio renuncia-
uit eccleſiaſtico, poſt collationem de ipſo bene-
ficio alteri factam non eſſe eum aliquo modo in
integrum reſtituendum, poſt Crauettam nota.
de hoc in conſil.90. loquentem, Franciſcum de
Caldas in ſupracitata l. ſi curatorem verbo læ-
ſis num.38.cum ſequentibus inſpicere non præ-
tereas iſtud aſſerentem, & plene declarantem,
& in ſupracitata gloſa 8 Boccatium numer. 93.
circa finem alios referentem, ac in integrum
reſtitutionem non eſſe de iure poſt ius quæſitũ
cuncedendam, ex Cœphalo in conſilio 356. nu-
mero 34.in prænotata deciſione 40. nume.20.
Magon.affirmat, & vbi minor aduerſus hæredi-
tatis repudiationem reſtituitur, ſi bona hæredi-
taria poſt minoris repudiationẽ diſtracta fuiſſe
conſtaret in integrum minorem non eſſe reſti-
tuendum, ex quo integra res non extitit in ſu-
pracitata gloſa 8.numero 173.Boccat.affirmat,
& vbi aduerſus inuentarium non confectum,
in integrum reſtitutio peteretur ſtãte iuris præ
ſumptione de bonorum occultatione contra
ſic incõſulto ſpreto inuẽtarij beneficio adeuntẽ

non

non eſſe reſtitutionem concedendam, niſi col-
latis prius,& reſtitutis bonis iuris præſumptio-
ne occultaris,poſt Roland.à Valle in prænotato
conſ.59.nu.7.lib.1.in præfata deciſ. Lucenſi 40.
Magon affirmat.

106 Illud item non eſſe cenſui prætereundum,
quod quamuis ſententia contra priuatum lata
à qua appellatum non extitit inſtrumentorum
prætextu de nouo repertorum non retractetur,
vt in l. Imperatores, & ibi ſcribent. ff.de re iud.
& l.ſub ſpecie,C.eodem,attamẽ vbi dolus obti-
nentis ſententiam interueniſſet,vt quia per ſen-
tentiam fuiſſet quis adſoluendum condemna-
tus,ex mutuo verbi gratia,& poſt ſententiam in
rem iudicatam tranſitam,ante vel poſt ſolutio-
nem,qui & actionis ſeu ſolutionis inſtrumentũ
reperiatur,ipſeque actor,vt dictum eſt eo, quia
ſolutionem ſciebat, & quietationem factam in
dolo fuiſſet, & tali caſu, ex textu in l. ſi fideiuſ-
ſor. §. in omnibus, & ibi gloſ in verbo ceſſat.
ff.mandati per condictionem, ſine cauſa eſſe
condemnato ſuccurrendum in dicta l Impera-
tores num.12.poſt princ. Iaſ.affirmat,ſecus ſi in
dolo actor non fuiſſet, vt ſi prædeceſſori ſuo fa-
cta ſolutio extitiſſet,quo caſu iuxta textum in l.
1.§.fina.ff.ex quibus cauſ. maiores, & iuxta per
Bartolum,& ſcribentes notata in l.cum filius,§.
in hac, ff.de verbor. obligatione per reſtitutio-
nis in integrum remedium eſſe ei ſubueniendũ
aſſeuerat, Iaſonem in toto dicto num.12.ac in
tota dicta l. Imperatores plenius declarantem
inſpicere non prætermittas, & quando lata eſt
ſententia per dolum iudicis,quia parti gratiam
facere voluit ratione amicitiæ,vel maleuolentię
alterius partis, vel quãdo falſæ probationes pro
ductę fuerunt vtrum aduerſus eam in integrum
reſtitutio competat poſt gloſam fin. & ibi Bal-
dum in l. ſeruo inuito,§.cum prætor ff ad Tre-
bellianum,Caſtrenſem eodem loci diſtinguen-
tem videas,& Virginium de Boccat. in prænot.
annotat.ad l.vnicam.C.ſi de moment.poſſeſ.nu
me 167.fol.71.alios referentem.

107 Hæreditatem itidem non aditam, quamuis
ad hæredes non tranſmitti,ex text conſtet in l.
vnica,§.in nouiſsimo,C.de caduc.tollen. l.ſi in-
fanti verſic.penultimo,& fin. C.de iure deliber.
cum alijs notatis in l. vnica, C.de his, qui aute
aper tab.in l.ventrem, ff.de acquir. hæredit. &
in l.ſi emancipata,C qui admitti de communi,
Clement.alios recenſens in tract.de patr.poteſt
effectu.13 nume.primo, & plene Iaſ. de hoc di-
ſcurrens in l.eam quam nume. 21.cum ſequen-
tibus, C. de fideicommiſſ. quod in pupillo non
procedere,quem paternam hæreditatem per ip
ſum non aditam,ad quoſcũque hæredes etiam
extraneos tranſmittere in prænotata l ſi infanti
late ſcribentes notant,& hanc Clement.vbi ſu-
pra alios quamplures cumulans numero 3. cõ-
munem pariter eſſe teſtatur ſcribentium opi-
nionem,& in tract.de tutore,Caualcan.nu.69.
vbi ex Decio in conſ 250.& conſ.331,nume.5.
ad illam etiam hæreditatem hoc pertinere ait,
alicuius ſtatuti virtute filio infanti obuentum,
& de communi ſimiliter teſtatur, quem in toto
dicto num.69.declarantem videas, & in fine ex
Iaſone in l.cum mota num.16.C.de tranſact.in
l.ſi arrogator ſub nume.6. ff.de adopt. & in l.ſi
enim num.6.ff.de liber.& poſthum. & alijs plu-
ribus iuſdicendi teſtamentum nullum ad libe-
ros ſolummodo,quod tranſmittatur concludẽ-
tem,attamen quoties in caſu eſſemus,in quo hę
reditas non adita ad extraneos non tranſmitti-
tur, vt ſi de matris hæreditate ageretur, quam
neque ad eccleſiam tranſmitti, ſed ſolum ad de
ſcendentem, ex Corneo in conſ. 242.nu. 3. vol.
2.vbi ſupra num.4.communem pariter Clemẽ-
tin.eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & tũc
per beneficium reſtitutionis in integrum aduer
ſus omiſſam hæreditatis maternæ aditionem,
ad illam adeundam etiam ad extraneos hæredi
tatem non aditam tranſmitti text. eſt in l. Pan-
tonius, ff.de acquir.hæredit.in l.qui duos,ff. de
rebus dub.& in l.qui duos,ff.de vulga. & pupil.
& de communi Ioan dilect.de arte teſtandi aſ-
ſerit in tit.de acquir.hæredit. caut. 1. vbi ſupra
Clement.alios receuſens num.6. cum ſequenti-
bus, & de magis communi Burſat. conſilio 60.
numero primo libro primo,& in trac.de ſubſti-
tut. Alex. Trentaciuq.par.1.capit.7.numero 22.
poſt principium,& hanc reſtitutionem eſſe mi-
noris nomine poſtulandam nõ autem proprio,
quodque omnes adhibere oporteat ſolemnita-
tes in aditione hæreditatis per minorem fienda
neceſſarias,ex Ancharano in conſ.362.in dicto
tractat.de tutore nume.72.circa finem, Caual-
can.aſſeuerat.

108 Idem in maiore qui ſi hæreditatem ſibi de-
latam ignorauit,ex defuncti perſona,ex clauſu-
la generali ſi qua mihi iuſta cauſa in integrum
reſtitutionem,quod poſtulare permittatur,vbi
ſupra Ioann.dilect.in tit.de acquir. hæred.caut.
1. numero quarto aſſerit, ac eatenus aduerſus
non aditam ab auctore ſuo hæreditatem hære-
di reſtitutionem eſſe in hoc caſu præſtandam,
quarenus iuſtam ob cauſam,ſeu iuſtum impedi
mentum,& ignorantiam ab actore ſuo hæredi-
tatem non fuiſſe aditam probetur, necnon illũ
de cuius hæreditate agitur ante auctorẽ mor-
tuum fuiſſe,poſt Alexandrum in conſ.86.libro
3.Hieron.Gabriel. in conſilio 134. in fine affir-
mat libro primo, ac ceſſare in hoc caſu reſtitu-
tionem contra perſonã magis dilectã idem vbi
æquitas non adeſt in notab.caſu in conſilio 60.
numero 5.& 6.libro primo Burſat. quem inſpi-
cias conſuluit,præfatamque in integrum reſti-
tutionem eſſe infra quadriennium petendam,
quo tempore elapſo,quod nullatenus eam po-
ſtulare liceat,ex textu in ſuptacitata l.fina.C de
tempor.in integrum reſtitut. & in capitulo pri-
mo,de integrum reſtitut.in 6.& ex Corneo in
conſ.

conſ.275.nume.1.volum 1.vbi ſupra, Clement. aſſerit num.8. quod quidem tempus eſſe ab initio vtile, quodque currere nõ incipiat niſi à die ſcientiæ, etiam quod anni centum laberentur, & hanc ex Decio in conſ.56.vlt.colum. communem Dilectus in dicta caut.1. nume.4. in fine de acquir. vel repud. hæredit. eſſe ſcribentium opinionem atteſtatur, quod niſi cauſa, & ſupina eſſet ignorantia limitatur, vt per Canalcanum, vbi ſupra in dicto num.72. circa finem, alios referentem, & iterum eodem loci in fine, vbi minor defunctus legitimos tutores, & curatores habuiſſet, qui eorum negligentia hæreditatem pupillo delatam adire diſtuliſſent, & ſoluendo eſſent limitantem ſucceſſori tali caſu contra tutores, quod ſuccurratur, & adminiſtratores, ex Rolando à Vall. inquit in conſ.10 num.8. numero 20.& ſeq. vol.2. quem in cõmunium opinionum tract. Chircou. cẽtur.4 ſequitur, & de communi in concluſ.1. teſtatur, quorum in conſ.61. num.5. lib.1. Burſat. meminit.

109 Ac in integrum reſtitutionem in hoc caſu principaliter eſſe poſtulandam libello porrecto, alijſque ſeruatis de iure ſeruandis, & quatenus de ea per procuratorem geretur ſine mandato ſpecial. non eſſe procuratorem admittẽdum in eodem conſ.61. num.2.& 3. Burſat. aſſeuerat, ac libellum tali caſu litis cõteſtationem, & alia in actionibus ordinarijs requiſita adhibendos eſſe, ex Papienſe in forma libelli reſtitut. in integ. in princ. & ex Mynſing in centur.4. obſeruat.18. ſuarum Imperialium Cameræ obſeruationum in ſupracit. deciſ. Lucenſi 49 num.11.& ſeq. Magon. affirmat, & quoties certas perſonas citare oportet plenam in hac reſtitutionis in integrũ imploratione eſſe cauſæ cognitionem adhibendam, ex Abbate ſubdit in c.fin. de offic. iudic. & ex Burſato in dicto conſ.61. num ſecundo, nec iudicium hoc extra maiorum tribunal ordinarium iuxta tex. in l. à procedente, C. de dilat. ex Crauetta in conſ.140. num 8. Vantio de nullit. ex defectu proceſſ. num.80.& ſeq.& alijs prænotatarum iudicium expediri poſſe concludit: hæreditatem item tam matris quam aliorum quamuis non aditam per deliberandi ius in quoſcunque tranſmitti, quodque decedens hæreditate non adita in ſuos dummodo annus à die mortis illius, cuius noſtra hæreditas eo modo futura eſt, minime ſit elapſus deliberandi ius an heredes eſſe velint, vel non tranſmittat tex. eſt in l. cum antiquioribus, & ibi ſcribent. C. de iure delib & l. vnica, §. cum igitur, & ibi gloſ. magna C. de caduc. tollend. anno tamen elapſo, quod liceat hæredi ſi ille de cuius hæreditate agitur minor erat per reſtitutionis in integrum beneficiũ vt dictum eſt hæreditatem adire, vbi ſupra, Clement. num.9 & 10. declarat, illudque circa prædicta notare conuenit, quod vbi quis defuncti mortem, necnon hæreditatem eſſe ſibi delatam ignorare, deliberandi ius eum in ſuos hæredes non tranſmittere, poſt Bartolum in dicta l. cum antiquioribus in conſ. 86 num.2. libro 3. Alex. inquit, & communem hanc in præfato conſilio 61. num.1. libro primo, Burſat. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem cætera vero articulum hũc tranſmiſſionis concernentia in prænotato effectu 13. per totum, Clementinus notat, quem inſpicere non prætereas.

110 Et quatenus ad illam attinet quæſtionem, nunquid hæreditate per minorem adita eam, vſque ad annum vigeſimumnonum ei reſtitutionis in integrum beneficio mediante repudiare iuxta textum liceat in l.3.§ ſcio, ff. de minor. cuius hæc ſunt verba, ſcio etiam illud aliquando incidiſſe minor vigintiquinque annis immiſcuerat ſe paternæ hæreditati, maiorque factus exegerat aliquid a debitoribus paternis mox deſiderabat in integrum reſtitui, quo magis abſtineret paterna hæreditate contradicebatur ei, quod factus maior comprobaſſet, quod minori ſibi placuiſſet, putauimus tamen reſtituendum in integrum initio inſpecto, idem puto, etſi alienam adijt hæreditatem, hactenus iure conſultus tali pacto ad præfatę quæſtionis dictique textus intelligentiam in dicto tract. de tutore, Caualc. num.75 diſtinguendo loquitur, aut de reſtitutione aduerſus aditam hæreditatem agitur minoris ętatis tẽpore, ac facto ipſo poſt maiorem ætatem ratificatam pretium videlicet petendo, exigendo, ſiue ſoluendo, credita, & debita, hæreditaria, aut de reſtitutione agitur aduerſus hæreditatem minoris ætatis tempore aditã, & poſt maiorem ætatem ſilentio ratificatam, aut de reſtitutione reſpectu minoris ætatis ſuper quibus cunctis exemplis, & caſibus cum ſatis prolixe diſcurrat, ac ad genuinam præfati textus interprerationem capeſſendam magnopete laboret, ipſum à dicto nume. 75. vſque ad num.80. plene diſcutientem, ac alios de re hac loquentes referentem inſpicere non prætereas, ac ex eodem tex. in dicto, §. ſcio, quo initium attendendum eſſe demonſtratur, Alberici doctrina in l.1. C. ſi aduerſus ſolui. probatur, quotieſcunque in minori ætate minori ſolutio facta extitit, qui poſtea factus maior pecuniam perdidit in integrum reſtitutionem ei non competere dicentis, quia minoris ætatis tempore læſus non extitit.

111 Neque illud in hoc reſtitutionis articulo eſſe cenſui prætereundum, quod vbi teſtes ab aliquo producti, ob excommunicationem, ſeu alia ex cauſa citra producentis culpam expulſi a teſtimonio ferenda fuiſſent etiam in cauſa publicatione facta eoſdem teſtes, vel alio per viam reſtitutionis in integrum ex prænotata clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. producere, quod liceat, ex notatis per Innocentium in cap. auditis, in fine de in integrum reſtitutio. in Capella Tholoſ. deciſ.422 decisum fuiſſe apparet, quam & ibi Aufrerium in addit. inſpicere

non

non prætermittas,ſed nunquid teſtis in hoc ca-
ſu ad effectum, vt ferre teſtimonium poſsit, ſit
ad cautelam abſoluendus, Felynum in hoc no-
tab.diſcutientem videas in ca.veniens, il ſecon-
do de teſtibus nu.26.nũquam teſtem, vt teſtifi-
cetur eſſe abſoluendum concludentem,niſi quã
do veritas haberi aliter non poteſt, & vbi nullã
eſſe excommunicationem diceretur.nam excõ-
municatos ad teſtimonium regulariter non ad-
mitti quamuis nullam excommunicationem
eſſe dicant,ex text.in eodem c.veniens nume.4.
Felyn.notat, dictumque tex.ſingularem repu-
tans ſtante,quod tex.in ca decernimus de ſent.
excommunic. in 6. excommunicatum ad teſti-
monium non admitti ſimpliciter loquentem,
nec in eo loquitur,qui excommunicationem
nullam dicit,eodemque loci nu.27.teſtem com
pleto teſtificatu in excommunicatione reincide
re ex Hoſtienſe ibidem exponit,cuius opinionẽ
ab omnibus communiter eſſe ſubiungit appro-
batam illo,ex tex.in c.cum Apoſtolicæ de exce-
ption.exemplo aſsignato, quod canonicus ex-
cõmunicatus, vt eligere poſsit abſoluitur, quo
facto excommunicationem reuiuiſcere conclu
dit, Felynum igitur inſpicias, hæc & alia in lo-
cis prænotatis notab.differentem.

112 Illudque non abſimiliter adnotabis, quod
ſicut aſcendentium hæreditas non adita dictæ
l.vnicæ virtute, C. de his qui ante apert.tab. ad
deſcendentes, & ſic ad filios nepotes, & prone-
potes tranſmittitur,ita & monachum aſcendẽ-
tium hæreditatẽ, per ipſum non aditam ad mo
naſterium illa ratione tranſmittere,quia loco fi
lij ipſius monachi monaſterium iuxta tex. habe
tur in §. ſed & hoc præſenti in authent. de ſan-
ctiſ epiſco.& poſt Iaſ.in auth.ſi qua mulier nu-
me.17.C.de ſacro ſanc.& alios quamplures cõ-
munem hanc eſſe ſcribentium opinionem,& ab
ea in indicando,& in conſulendo non eſſe rece-
dendum in ſuo de ſubſtitutionibus tractatu ca
pitu.7.num.17. Alex.Trentacinq.teſtatur,quod
exiſtente ſubſtituto, nullatenus locum habere
ibidem limitans dictæque l.vnicæ rationem in
veris deſcendentibus loquentis filijs, videlicet
nepotibus,& pronepotibus non autem in filijs
fictis, & interpretatiuis prout eſt monaſterium
locum obtinere aſſerẽ,& communem hanc pa-
riter eſſe exponens ſcribentium opinionem,eo
demque loci num 19. in caſibus in quibus mo-
nachus hæreditatem non tranſmittit aduerſus
non aditionem monachi, quoties hæreditatis
aditione non facta non culpa ſolum mona-
chi,ac negligentia adfuit,ſed Abbatis etiam
culpa, & negligentia, cum ex facto tam mona-
chi, quam prælati, qui diligens non fuit in iu-
bendo monacho,vt aditet in integrum reſtitu-
tionem monaſterio,quod petere liceat conclu-
dit,& vbi monacho viuente pluries cũ adiri hæ-
reditatem, Abbas iuſſiſſet qoamuis monachi
culpa tali caſu, & negligentia exiſtente prælati
iuſſum pro aditione exiſtimari dicat ad maiorẽ
tamẽ cautelam,quia eccleſia,ex monachi facto,
qui adite recuſauit læſa remanſit in integrum
reſtitutionem monaſterio, quod petere conce-
datur in ſupracitato c. in præſentia de probat.
canoniſtas ſentire,& hanc communem eſſe fate
tur ſcribentium opinionem.

113 Ac ad ſupra notatorum corroborationem,
quod ad excluſionem ſolum ſubſtituti filij loco
eccleſia habeatur,ac in caſibus ſolum à iure ex-
preſsis,& non aliter,ex Couarr.in tracta.variar.
reſolut.lib.2.cap.19.num.6.Dom. Vincent. de
Franch.in deciſ.282. inquit nu.10. par. 2.legis
fin.beneficium,C.de repud. hæredit. in hærede
ſuo loquentis,quem abſtentionem ab hæredita
te,vbi alienatæ res extiterint minime reuocare,
niſi minoris ætatis beneficio,boniſque non alie
natis reuocare vſque ad triennium licere diſpo
nit, quod minori poſt annum vigeſimumnonũ
currere inquit eccleſiæ,ſeu hoſpitali, de quo di-
ctus Dom.de Franch.loquitur virtute dictæ l.fi-
na.reſtitutionem in integrum non competere,
neque vt dictum eſt ſui hæredis loco haberi pro
obtinendo dictæ l.fina.beneficio, C. de repud.
hæredit. aſſeuerat.

114 Minori etiam aduerſus pacem ab ipſo factã
cum interfectore patris, aut alterius, cuius ipſe
proximior ſit,etſi eam ſine tutoris, & curatoris
authoritate fecerit, nullatenus in integrum re-
ſtitutionem competere, ex Ioanne de Amic. in
conſil.88.num.primo,& ſeq.& alijs pluribus in
tract.communium opinionum opin.203.parte
2.poſt principium,Viuius,inquit quod quoties
pacem minor feciſſet,& nõ contrauenire iuraſ-
ſet,ex Baldo in c.1.de pace iuram. firm. in verſ.
quærit ergo gloſa nunquid ſi minor, de plano
procedere aſſerit, ac eo ſolum caſu reſtitutionẽ
aduerſus pacẽ eſſe minori concedendã,ex text.
iterum declarat in l.1.& 2.C ſi aduerſ.tranſact.
vbi de aliquo minoris intereſſe pecuniario age
retur, quod ex iniuriæ proſecutione conſequi
minor poſſet,& hoc quoad pacem tantum, non
quo ad pœnam ſibi locum vendicare ex Abba-
te in conſ.108.lib.2. & Croto in l.4.§ Cato, ff.
de verb.oblig in num.118. in præcitata gloſ 8.
num.62.Virgin.de Boccat.affirmat, ſed quate-
nus in eadem opinione in princ. tutori, vel cu-
ratori de iniuria, & morte patris pupilli etiam
ſi mors notoria foret.pacẽ facere licere, ex Cy-
no,Viuius inquit in l.1.C.de in integr. reſtitut.
ex Baldo,Caſtrenſe & alijs in l.pactum curato-
ris,C.de pact. Ioanne de Amic. in dicto conſil.
88.nume.primo,cum ſequentibus de commu-
ni teſtante,& alijs hoc eis nullatenus permitti,
eſt aduertendum, vbi minori, aut eius familiæ
iniurias remittere dedecus eſſet, ex Piaggio in
tract.de tutore quæſt.15.num.42.in tract.com
munium opinionum crimin. lit. c. verbo cura-
tor fol.44 à tergo Bonacoſſa aſſerit etſi eodem
loci, in fine ab eccleſia propter bonum pacis,
neuti-

neutiquam hoc recipi concludit, ac ſpeciale
ad pactum faciendum, quod mandatum in pro
curatore requiratur in ſingul. 466. Roma. enar-
rat, & alij plures, quorum ibi in addition. Pi-
gnolat. meminit.

115 Eiſdemque in integrum reſtitutionis ter-
minis retentis ſicut fictum contumacem qua-
lis eſt qui domi citatur ad appellandum admit-
ti gloſa probat. in Clement. 1. de dolo, & con-
tum. quē Grauat. ad Veſtr. in praxi Rom. Cur.
lib. 7. cap. 3. num 44. Bartoli etiam memor in . l
vlt. C. de in integr. reſtitut. minor. Baldi in l. nō
eo die, C. quando prouoc. non eſt nec, & aliorū,
communiter eſſe teſtatur à ſcribentibus appro
batam, & alij, quorum in cap præced. memini-
mus num. 101. ita & pariter vbi verus procura-
tor contumax eſſet hoc domino prȩiudicium
non inferre, ac procuratoris contumacia non
obſtante appellare ei, quod permittatur com-
munem, ex Curtio in l. 1. §. ſi procurator num.
12. ff. ſi quis iudic. non obtemp. Grauat. proxi-
me relatus eſſe teſtatur ſcribentium opinionem
de communi Ioan. Bapt. Ferret. in conſ. 200. nu
me. 3. lib. 1. ac quandocunque infra decem dies
à tempore ſcientiæ ipſius ſententiæ procurato-
re vero exiſtente cōtumace, quod appellare do
mino permittatur de magis communi Vrſillus
ad Afflictum in deciſ. 344. affirmat num. 1. quē
eo loci plene de his loquentem inſpicere nō prȩ
tereas, quod præuia in integrum reſtitutione
non autem ipſo iure locum habere eſt aduer-
tendum, ac in ſubſidium procuratore ſoluendo
non exiſtente, ac in euentum factæ excuſsionis,
vt per Baldum tali pacto in cap. ſignificante
vlt. colum. de appellationibus notab. limitan-
tem, Alexandrum in conſil. 95. num. 7. verſic. &
licet gloſ. libro 2. & alios, vbi ſupra per Ferret.
num. 5. relatos, & in dicto capit. 3. per Grauat.
num. 24. in medio, quo loci coram iudice à quo
reſtitutionem hanc eſſe inquit poſtulandam, il-
ludque non abſimiliter notatum ſacere ne præ-
tereas, quod in integrum conceduntur à ſentē-
tiæ die ſuper in integrum reſtitutione prolatæ
computantur, vt ex Petro Iacobo in ſua praxi
in tit. de conſtit. pecun. in ſingul. 358. verſic. ſi
quis non poſſit appellare, Guido Pap. affirmat,
Lancellot. in dicto tract. de attent. 2 par. ca. 14.
de attentat pendente reſtit. in integrum ad ap
pellandum nu. 30. 31. & 32. quem in toto dicto
cap. 14. & Grauatum proxime relatū plene de-
clarantes inſpicere ne obliuiſcaris, & ſupra
hoc eodem capitulo notata numero 64. cir-
ca remedium.

116 Prædictaque eo caſu ſibi locum vendicare,
nullatenus ambigendum eſt, quoties, aut ſpecia
le procurator mandatum ad appellandum, aut
mandatum haberet generale ad omnes lites, &
cauſas, quo caſu cum appellare, & appellatio-
nem ipſam proſequi procurator teneatur, niſi
domino ſuas intimauerit excuſationes, vt in de
ciſ. Rotæ 9. de procur. in nouiſ vbi non appella-
ret, ſeu appellationem ipſam non proſequere-
tur, aut apoſtolos in termino non reciperet ip-
ſius negligentiam domino nocere, quodque
dominus eo caſu non audiatur appellās quam-
uis abſens eſſet, & quamuis ſententia ei intima-
ta non extiterit, ac domino imputandum eſſe
negligentem procuratorem conſtituenti ex tex
tu in l. 2. §. fin. ff quando appelland. ſit, & ibi ſcri
bentibus, & in dicta l. 1. §. ſi procurator, ff ſi quis
ius dic. non obtemp. & alijs in præfato cōſ 200.
num. 2. & num. 4. idem Ioann Bapt Ferret. aſſe
uerat procuratoris negligentiam, ſiue dolum in
non proſequendo appellationem iuſtum reſti-
tutionis conſequendæ impedimentum non cau
ſare, ac ex text. in l arbitro, §. dolo, ff. de dolo tē-
pora abſque reſtitutione currere, etſi in nume.
ſeq in ſubſidium ſolum reſtitutionem, ac poſt
principalem excuſſum, vt prænotauimus com-
petere concludat, & in conſ. 288. nume. 5. lib. 2.
quem & in deciſ. 26 Benintendium nume. 3. in-
ſpicere non prætereas.

117 Secus vbi ſimplex ad agendum, & defenden
dum procurator mandatum haberet, quo caſu
non aliter in integrum reſtitutionis beneficio
obtento, ſed ipſo iure principali, quod appella-
re liceat procuratore non appellante, ex eo ſua
deri facile poteſt nam appellare regulariter pro
curator non tenetur cum in dubio pro ſenten-
tia præſumatur, & propterea procuratori non
appellanti neutiquam imputari communem in
l. inuitus, C. de procurat. eſſe ſcribentium opin.
in conſ. 10. Roland à Vall inquit, in fine lib. ſe-
cundi, poſt Alexandrum in conſ. 95. num 9. lib.
1. procuratorem in dubio à ſententia appellare
non teneri, niſi euidēter de iniuſtitia appareret
aſſeuerantem quos, & in ſupracitato cap. 1. vt li-
te non cont. num. 6 in fine, Felynum inſpicere
non prætermittas, idque eo etiam caſu ſibi locū
vendicare eſſe cenſeo indubitatum, quoties ſpe
ciale ad appellandum, vel generale ad omnes
lites, & cauſas à domino mandatum procura-
tor obtinuiſſet, ac ſuas domino excuſationes, p-
curatoe iuxta proxime relata notificaſſet, quo
caſu procuratoris negligentia, ac dolo ceſſante
nihil extat, quod imputari domino poſsit, ſed
quatenus ipſemet principalis contumax eſſet,
quando ei, & infra quod tempus appellare in
Romana Curia permittatur, & quo caſu extra-
ordinario reſtitutionis in integrum remedio ei
ſubueniatur, dictaque reſtitutio quando expen
ſis refectis in quibus actorem fatigauit conce-
datur, quando vero cum clauſula parito iudica
to poſſeſsionis etiam dimiſsionem, ac fructuū
ſolutionem importante, & quando à dictorum
fructuum expenſarumque ſolutione paupertas
excuſet, Veſtrium de his omnibus in dicta pra-
xi Romanæ curiæ lib. 4 cap. 4. nume. 9. 10. & 11.
eo loci infra quod tempus etiam via in integrū
reſtitutionis audiendus quis veniat notab. lo-
quentem

quentem inſpicere ne prætermittas, illud tamen in bis terminis regulare eſt, vt in beneficialibus reſtitutio quæ ex mera Principis gratia cum clauſula conſtito de bono iure conceditur executionem non impediat, vt per Caſſad. ſic in deciſ. 1. loquentem in titu. de reſtitut. in integr. & Mohæd. in deciſ 177. & ob id quod ſemper in beneficialibus cum clauſula paria iudicato reſcribatur, quæ importat, vt reſtitutionem petẽs poſſeſsionem dimittat fructus perceptos reſtituat, & expenſas ſoluat, vt per Roman. in conſ. 324. & alios in ſuprarelat. annotat in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. nu. 90. & 91. per Virgin. de Boccat relatos fol. 19.

118 Ac ad pleniorem præfatorum cognitionẽ, Alexandri diſtinctionem in prenotato conſ. 95. num. 11. & 12. oblitam facere noli tunc ſententia contra procuratorem non appellantem lata dominum ad appellandum admitti, quoties domino ipſo abſente, & ignorante per procuratorem agitata cauſa fuiſſet aſſerentis, neque domino tali caſu, ſi non appellauit eſſe imputandum concludentis, ſecus ſi præſens dominus fuiſſet, ſententiamque contra ſe latam non ignoraſſet: quo caſu procuratore non appellante cũ ipſius domini culpa in non appellando, concurrat ex textu, quem à contrario ſenſu induco in l. 1. ff. quando appellat. ſit ibi difficile, &c. nullatenus ei ſuccurri clare explicat.

119 Illumque verum cenſeri contumacem, qui perſonaliter citatus venire contempſerit in l. properandum, Iaſ. tenet, §. ſin autem reus, C. de iudic. Bart. & ibi Imola in l. ex conſenſu in fine, ff. de appellat. Afflict. in deciſ. 29. num. 5. & alij quorum Grauar. ad Veſtr. meminit in præcit. libro 7. cap. 3. num. 53, communem hanc eſſe dicens ſcribentium opinionem, quod appellandi beneficium verus contumax amittat in præfata l. ex conſenſu in fine, & in dicto, §. ſin autem reus ſcribentes aſſeuerant, eoque loci, Alex. vbi etiam in ſola citatione ad ſententiam contumacem non appellare inquit, à Maranta in iudiciorum praxi verbo appellatio nume. 286. relatus textum pro hac opinione formalem adducere in l. & poſt edictum, §. fin. ff. de iudicijs in illis verbis abſentem, ex peremptorio citatũ, quod in l. ſępe ff. de re iud. eo etiam caſu, vbi in rem iudicatam ſententia nunquam tranſiret verum contumacem ab appellando excludi, idẽ Alex. ampliat ab eodem Maranta, vbi ſupra relatus verſ. contumacia num. 17. quibus ſtante præfati textus diſpoſitione potius annno quam Decio illum in conſ. 34. verum eſſe contumacẽ aſſerente, qui ad cauſæ defenſionem, nullatenus cõparuit, ſecus ſi in aliquo incidenti, etiã quod ad ſententiam audiendam contumax fuiſſet, cuius in addit. ad Afflictum in deciſ. 144. num. 46. Vrſill. meminit, ex Rotæ, item almę vrbis obſeruantia, etiam quod verus quis contumax ſit infra decem dies à tempore prolationis ſentẽtiæ non autem ſcientiæ, quod appellans audiatur, Rota inquit in deciſ. 16. in fine de dolo, & contuma. in nouis in ſupracitato cap. 1. nũm. 7. verſ. vnum ſcias extra, vt lite nõ cont. à Felyno relata, ex quibus non bene Ioannem Bapt. Ferrettum in ſuo conſ. 216. lib. 1. ſentire clare deducitur etiam perſonaliter ad ſententiam citato, contumaci decem dies, ad appellandum conceſſos a die notitiæ currere non autẽ à die ſententię, illudque ad pleniorem prædictorum, ac ſupra cap. præced. num. 137. & num. 140. notatorum cognitionem notatum facere non prætercam, quod in litis ſolum ingreſſu, & in fine citatio requiritur peremptoria, vt poſt tex. in l. contumacia, ff. de re iud. & l. ad peremptorium, ff. de iud. & poſt textum in c. ad petitionem, de accuſat. in c. cõſuluit de off. deleg. Felyn. tenet, & alij per Franc. Marcum in deciſ. 124. relati nume. 3. par. 2. vtque ordinem ſcias de iure ad peremptorium edictum deueniendi per Virgin. de Boccat. enarrata inſpicias in annotat. ad l. vnicam, C. de momentanea poſſeſsione nume. 202. folio 86.

120 Quodque minoris reſtitutio in communi cauſa, & indiuidua ſocijs etiam maioribus proſit, & ſuffragetur vltra text. & ibi per ſcribentes notata in l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit amitt. & in l. 1. C. ſi in communi cademq; cauſa integr. reſtitutio poſtulet. Iaſonem in l ſi emancipati à num. 4 vſque ad num. 24. C. de collat. Afflictum, & ibi Vrſillum in addit. Guidum Pancirol. in conſ. 96. à nu. 35. vſque ad nu. 39. lib. 1. & omnino Ripam in conſil 184. quod primum eſt, & vnicum ſub tit. vt in communi, eademque cauſa: quo loci ex textu in l. ſi ex cauſa. §, ſi in cõmiſſam, ff. de minor. minori aduerſus vectigal fraudatum in integrum reſtitutionem eſſe minori concedendam diſponente aduerſus incurſam caducitatem ob canonem emphytheuticum non ſolutum in integrum minorem reſtituendum eſſe concludit, eique reſtitutionem conceſſam, alijs etiam ſocijs maioribus opitulari, etſi propter moram caducitatis pœnam neutiquam minores incurrere ex gloſa explicet, & Baldo in l. ſi tutoris, C. de adminiſtrat. tutor. & quatenus ad illam attinet quęſtionem, nunquid, & quo caſu minori, ſeu alteri priuilegiato contra minorem, ſeu alium pariter priuilegiatũ, ſuo vti priuilegio permittatur poſt tex. & ibi notata in l. ſed & milites, ff de excuſat. tutor. l. verum §. item quæritur, ff. de minor. & cuius ſupra num. 50. ante obiter meminimus, & in Authent. de Sanctiſ epiſc. §. ſed & hæc pręſente, & poſt Bartolum in authentica quæ actiones numero tertio, & ibi Iaſonem, & alios, C. de ſacroſanct. eccleſ. Couarruuiã, alios referentem, & articulum hunc in capit. ſeptimo practicarum quæſtionum numero tertio verſiculo eſt, & in hoc tractatu folio 92. ſcite explicantem videas.

Cætera

121 Cætera vero ampliſsimam hanc reſtiturionis in integrum, ac vtiliſſimam materiam reſpicientia vltra proprios titulos ff. & extra de reſtitut. in integr. & ibi per ſcribentes notata, & in tit. de in inregr. reſtitut. in 6. & in Clement. ad Papienſem in libello reſtiturionis in inregr. recurras, ad Marantam in praxi iudic verbo appellatio verſic. reſtitutio, ad Veſtrium in praxi Romanæ Curiæ, & ibi Grauar. in addit. lib. 8. ca. 3. ad Rebuffum ad Regias Gall. conſtitutiones in tit. de integr. reſtitut. ad Contardum in tract. moment. poſſeſſ. limir 8. ad Lancellotum in tracta. de attentat. 2. par. cap. 14. cui titulus eſt pendente reſtitutione in integrum ad appellãdum fol. 331. & in eadem, 2. pat. cap. 18 fol. 374. cui titulus apparet reſtitutione in integrum pendente, & vltra plenos de reſtitutione in integrum tractatus, tã Mauritij Bolani quam Sfortiæ Oddi, & Politi, necnon Franciſci de Caldas, quem in interpreranda l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtitut. minor. ita plene diſerte, & affluenter materiam hanc enodaſſe apparet, vt vltra quæri, aur deſiderari nequeat, Verginium de Bocc. in ſupracit. gl. 8 per totum inſpicere non prętereas plurimos, in quibus minor reſtituitur eccleſia, fiſcus, ſimiles, & in quibus eis reſtitutio denegatur caſus referentem; caſus item in quibus ex ignorantiæ, ſiue abſentiæ cauſa, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. reſtitutio maiori competit quibus in caſibus læſio, atque dolus præſumatur, & in quibus, & qualiter probare oporteat de reſtitutione itidem, quæ mulieri conceditur de ea quam præſenti contra abſentem præſtare conuenit, ac de alijs pluribus breui ordine vnum in locum notab. cungeſtis, & cumulatis.

122 Cumque de hoc ſuſpicionis articulo ſupra notata in principali, & partibus ipſis litigãtibus ſecus vero in tertio pro ſuo intereſſe in iudicio comparente ſibi locũ vendicare ſcribentes ſentiaur, propterea tertio in qualibet iudicij parte comparenti pro ſuo intereſſe recuſare iudicem licere, quamuis partibus principaliter litigantibus iſtud, vr dictum eſt, ncutiquam licear ſcire non pigeat Franch. enim in ſupracit. c. cum ſ. eciali nu. 45. de appell. per tex. hoc notat, quẽ in iure eſſe aduertit ſingularem in c. cum ſuper ſecundum primæ glo intellectum de off. delεg & eo loci Dec. in princ. illud ibidem Franch. ſubijciens, quod ſicut tertius pro ſuo intereſſe, vt diximus in iudicio comparens ad rex in c. veniens il 2. de teſtibus, & in l. a Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff de re iud. admittendus venit, ita & pariter iuxta textum in c cũ inter de except. omnes ipſius defenſiones eſſe ſubnectit audiẽdas, quod eo loci ante ipſum Panormit. alibi iſtud in iure non repetiri, necnon menti pariter eſſe admonet committendum idem in ſuptacit tracta de epiſc par. 4 nu. 32 verſ illud etiã addit. Berrach. ſentit, & in ſuptarelato tract. de attẽt. Lãcell. 2. par. c. 6. de attẽtat. poſt recuſat. iud. nu. 59 alios recenſens, quem & in ſuis ſingul verbo recuſaſario Corſetum inſpectũ facias, imó etiam poſt concluſum in cauſa tertio in minori ætate conſtiruto tam recuſationis exceptionem, quã alias defenſiones in integrum reſtitutionis beneficio proponere quod liceat in deciſ. 15. nu. 12. Affli. quem inſpicere non prætereas notab. enarrat, illud ibidem diſcutiens nũquid minor, qui liti ſe ad coadiuuandum opponit in integrum ad probandum teſtiruatur, quem & Couar. in practicarum quæſt. tractatu inſpicias c. 14 nu. 2. in fine, & num. 3. & Vrſillum ad Afflictum in deciſ 235. nu. 4. nihilominus ad pleniorem præſentis articuli in vſu frequẽtiſsimi cognitionem illud præcipue omnino aduertendum eſt, ac memoriæ ſimul mandandum.

concludit admittendum, & Franc. Marc. poſt ipſum in præfata deciſ. 538. dicto num. 7. circa finem quos inſpicias, & Virginium de Boccat. in annotation. ad l. vnicam, C. de moment. poſſ. addit 18. num. 4. fol. 83. quo loci tunc à ſententia lata in poſſeſſorio tertio appellare licere aſſerentem, vbi exceptiones releuantes non autem friuolas tertius opponeret, alias ſecus, & calomnioſam tertij appellationem cenſerij ait, nec executionem retardare, Baldo per eum relato in c. ſuper eo de off. deleg. in fine, & ibi Cardinale Zabar. notab. 6. & Abbate num. 6. & in iſtis terminis loqui Felynum ait in dicto c. veniens nume. 21. Pariſium conſ. 107 nu. 122. & ſeq. lib. 3. Gabrielium in tract. commuo. concluſ. lib. 5. in tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ. 1. nu. 45. Ioſephum Ludouicum deciſ. Peruſ. 39. nu. 5. & alios quos refert, & dummodo taliter comparens ab ipſo ſpoliante, vel attentante cauſam non habeat, vt in dicto tit. quis poſsit de nullit. nume. 20. poſt medium, per Vãrium alios recẽſentem, & latius per Lancellotum in tract. de attent. in ca. 3. primæ partis, cui titulus eſt de attẽtat. à terrio, vbi poſt regulam per ipſum fundatam illud continentem, quod attentatorum remedium regulariter contra tettium non datur declarationes affert caſui noſtro opportunas, & congruentes regulariter etenim non eſſe tertium comparentem audiendum malitiæ, quoties ſeu calumniæ præſuoiptio concurrit, ideo eum ad cauſam veniſſet, vt reo ipſi conuento faueat argumento textus in c. ſuſcitata extra de in integr. reſtitut. ex gloſa in c. ſuper eo in verbo tenebat de off. deleg. & alijs in ſupracitato tit. quis poſsit dicere de oullit. nu. 27. idem Vant. aſſeuerat, & nu. 28. quo loci, ex Baldo in dicta authent. nũc ſi hæres col. 2. verſ. quartum Corollariũ, C. de litig. poſt Innocentium, & alios in ſupracitato c. cum ſuper de re iud. & poſt Ancharanum in conſilio 104. in fine pro ſuo iure tertium, & præiudicio non autem ad vtilitarem, & commodum conuenti principaliter accedere poſſe declarat, etſi Alexandro in conſ 232. num. 17. lib. 4. & conſil. 77. num. 2. lib. 2. & Decio in conſ. 8. num. 7. libro 1. eo caſu calumniæ, atque malitiæ præſumptionem ceſſare ait, quoties ex actis euidens, & notorium facientibus, ac malitiam, & calumniam excludentibus de intereſſe comparentis conſtaret, & appareret, & num. 8. in princ. vbi quoties calumniæ præſumptio eſt contra tertium comparentem, etiam quod incontinenti probatio offeratur nõ ſufficere cõcludens, niſi de his quæ opponit vere ſecundum gloſ. appareat io ſupracitato cap. ſuſcitata de in integrum reſtitut. & ſecundum Innocentium, & Panormitanum in cap. poſt electionem de conceſſ. pra ben. quos refert, ad iſtorum tamen pleniorem cognitionem Ioſephum Ludou. in præſata deciſ. 26. num. 22. 23. & 24. alios referentem, multiſque modis declarantem inſpicere non prætermittas.

146 Neque id in hoc articulo prætetenndum eſt, quod quamuis reſcriptum ad certum genus perſonarum expeditum, ad alios in ipſo teſcripto non nominatui, nullatenus etiam quod perſonæ non nominatæ conſentiant eſſe prorogabile tex. hoc clare probat in c. Petro. & G. de of. vbi Abb. & Felyn. & in tantum, quod ſi ſit contra Titium reſcriptum impetratum, qui impetrarionis tempore mortuus erat, illud in ipſius ſucceſſorem, quod non tranſeat poſt textum in l. Netatius, ff. de reg. iur. in c. ſignificauit, Abb. norat in fin. de reſcript. ab Aſflicto in deciſione 227. telatus num. 1. in fine, immo commiſsione contra duos reos pet actorem impetrata imperrante uicto, vel mottuo ipſam finiri, quodque delegato illius commiſsioois vigore intet illos duos reos ſimul conuentos inter ſe experiri volentes procedere non liceat, ſed nouam commiſsionem eſſe neceſſariam cum ipſorũ nemo commiſsionem hanc obtinnetit, necnon quia mutatæ ſunt perſonæ, ex quo qui primo teus fuit nunc eſt actor, & propterea commiſsionem illnm, vt reum comprehendentem ad eundem, vt actorem, licet alias in commiſsione ſit nominatus nõ extendi, Staphil. in tract. de litet. grat. & iuſt. affirmat in tit. de commiſſ. & litet. iuſtit. in cap. incip. auditor non poteſt nume. 14. & 15. fol. 127. a tergo in fine fol. 128 in princ. hoc ad textum in præfato cap. Petro, & G. notab. eſſe dicens, attamen ex Innocentio in ſupracitato ca. veniens de ſponſal. quod liceat tertio pro ſuo intereſſe ius ſuũ coram delegato proponere licet alias ipſius iudex non ſit, & hoc ratione cõnexitatis iuris ſibi cõmiſsi argum. ff. de quibus rebus ad eund. iudic. eat. in prænotato c. veniẽs il ſecundo de teſtibus num. 16. valde notandũ hoc eſſe dicens pro dicti c. Petro, & G. extenſione Felyn. inquit, item ex einſdem textus diſpoſitione quamuis iudici inter certas perſonas delegato inter alios vt diximus cognoſcere non licere conſtet, attamen, quod ſpeciale in hoc caſu ſit, vt etiam contra tettium quando in fraudem alienatio ſit, ex text. in ſuptacitato capit. 1. de alienat. iudic. mut. cauſa fac. in ſupracitata deciſ. 538. pat. 2. num. 4. 5. & ſeq. Frãciſc. Marc. quem inſpicias atteſtatur, ac licere iudici inter certas perſonas delegato auctorem à reo conuẽto laudatum citare in præfata deciſ. 227. Aſflict. quem inſpicias affirmat.

147 Neque tertio ipſius rei principalitet conuẽti confeſsionem nocere, ſeu renunciationem, poſt Baldum in præfata authent. nunc ſi hæres col. 2. de litig. poſt canoniſtas in præfato c. cum ſuper de re iud. & poſt Alex. in conſ 188. col. fin. lib. 2. in ſupracitato tit. quis poſ. dicere de nulli. num. 20. in princ. Vant. aſſerit, eodem loci num. 21. ſimiliter in princ. ex tex. in l. principalitet la ſeconda, C de liber. cauſa, & in l. ſcientia, & in dicta l. ſi proloſorio. ff. de appellarionibus, ex Baldo in l. vnica, C. ſi vnus ex pluribus appella.

& alijs,

& alijs, etiam quod reus principalis recuſaret, & expreſſe prohiberet tertio ſua iura proponere in iudicio licere ſubdens illud, eodẽ loci ſubnectens, quod ſi ad tertium ipſum comparentẽ principalis cauſæ defenſio pertineret, & de colluſione veriſimiliter inter litigatores dubitatetur à cauſa colludentem, & iudicio remouendũ eſſe, quod impetrare à iudice poſſet, ex tex. concludit in cap. 2. de procurat. in 6. in l. ab executore, §. alio & in dicta l. ſi proluſorio, ff. de appellat. ex Baldo in prænotata auth. nunc ſi hæres 2. col C. de litig. & ſcribentibus in ſupracitato ca. cum ſuper de re iudi. quod infra nume. 177. latius explicabitur.

148 Ac quoties duo inter ſe litigant, quod liceat tertio pro ſuo intereſſe comparenti exceptionẽ opponere, & facere differri illud iudiciũ ex Bartolo in l. Titia ff. ſoluto matrim. ſecundum verã lecturam, & in l. ſi ſuſpecta in prin. ff. de inoffic. teſtam. ac ex Baldo in dicta auth. nunc ſi hæres, C. de litig. in deciſ. 15. num. 3. Afflict. enarrat. ac eodem loci num. 1. & 2. ſi tertius veniens ad cauſam eſt author. laudatus cum principaliter ad cauſam tali caſu venire dicatur, & de intereſſe principaliter agatur, ſi talis ille ſit, cui r. ſtitutionis in integrum beneficium competat eſſe ei tale ſimiliter beneficium concedendum, etiam quod in cauſa publicatum ſit, & concluſum, neque cauſam inter reum, & actorem, expediendã eſſe concludit, quamuis fideiuſſorem iuxta tex. in ſupracitata l. ſi a quo, ff. de rei vendicat. actor præſtaret, cuius legis diſpoſitionem, quoties tertius principaliter ad cauſam venit, ſicut eſt venditor, qui cauſam agit ſuper dominio, cuius periculum eſt emptoris, quod reuertit ad venditorem nõ procedere aſſeuerat, Afflictum igitur vbi ſupra videas, & eo loci Veſillum in addit. & Vantium præfato titu. quis poſſit dic. de nullit. in ſupracitato nu. 20. ante fi. eodẽ loci poſt Afflictum in præfata deciſ. 15. num. 3. & in ſupracita deciſ. 215. in fine quaſcunque exceptiones ex perſona ſua ſibi competentes huic tertio allegare, quod liceat concludentem, ac iudicem ſtrenã ter eſſe ſuſpectum, vt in cap. cum ſuper de off. de leg. & iuxta per Abbatem, & Franch. notata in cap. cum ſpeciali quæſt. 10. de appellatio. & per Corſetum in ſuis ſingul. ſing. verbo recuſatio, & vbi comparens defenſor eſſet neceſſarius iuxta text. in cap. clericum nullus, 11. q. prima, & per Abbatem notata in c. quoniam frequenter nu. 28. vt lite non cont. etiam fori priuilegium ipſi tertio comparenti opponere licere enarrat, ex textu quamuis in l. venditor, ff. de iud. contrarium concludere legiſtas aſſeueret, quibus vtique attentis an bene Ioſeph. Ludou. in præfata deciſ. Peruſ. 26. nume. 25. ſentiat poſt Couarruuiam in practicarum quæſtionum tractatu capitulo 13. columna 6. & 7. folio 183. in paruis ab Afflicti opinione in præfatis deciſion. 15. & 215. diſcedentes, alij iudicent venditorem in iudicio ad reum defendendum ob euictionis præiudicium quod euenire ei poſſet, ſi reus ipſe condemnaretur comparentem, ſiue habuerit, ſiue non litis contra emptorem motæ notitiam in eo ſtatu in quo cauſa reperitur eſſe ipſum admittendum illa ratione aſſeuerantes, quia tertius hic defenſor reum principaliter conuentũ a cauſæ defenſione excludere nequit, ex ipſorũ vtique opinione, quæcunque a ſcribentibus de tertio in iudicio pro ſuo inter eſſe comparente explicita, vno quidem verbo, quod euitare debemus tollerentur, tertium enim de cuius intereſſe etiam apparenter conſtat eſſe in cauſa admittendũ, omneſque ipſius exceptiones audiẽdas eſſe quamuis principalis reluctaret quando tractari cauſam ignorauit nemo ſcribentium, vt ſupra notatũ extitit repugnat ac præfata attenta ratione dum non licere dicũt huic tertio comparenti reum principaliter conuentum à iudicio, & cauſæ defenſione excludere multo magis, nec venditor ipſe cõparens de cuius præiudicio ob euictionem ad ipſum ſpectantem principaliter agitur, & de cuius intereſſe non apparenter, ſed euidentiſſime conſtat excludẽdus venit, q ſi ipſius iura exceptiones, & defenſiones dum agi cauſam ignorauit non admitterentur à cauſa ipſa, ac ipſius defenſione in effectu excluderetur, quod eſt prorſus euitandum, ac omnino iuxta prænotata cũ Afflicto in prænotatis deciſionibus concludendũ, vt ſi agi cãm venditor ignorauerit ne illius admiſſio fruſtratoria remaneat omnes ipſius exceptiones audiãtur, vtque admiſſio in iudicio facta ſuos effectus, vt decet operetur, ac venditoris comparentis exceptiones, & defenſiones audiẽdas eſſe, & admittendas eſt omnino iuridicũ ſic enim iudicans cuncta rimabitur, quem cuncta rimari oportere in cap. fin. tex. probat. 3. q. 5. & plene Oiaſc. in deciſione Pedemontan. 79. num. duodecimo, quod partis audiendo facile obtinebit partium enim aſſertione merita cauſarum pandi, ex tex. liquet in l. fi. C. vbi in rem actio. & quo ad prænotatam rationem, à Couarruuia, vbi ſupra aſſignatam, quod venditori hoc caſu reum principalem à cauſæ venditione excludere minime liceat an vera omnino ſit, ex notatis conſtare poteſt, per Benintendium in deciſione 92. alios referentem, ac illud clare explicantem, quod vendior, qui neceſſarius eſt defenſor, & in rem ſuam procurator, non ſolum reo, ac emptore inuito, ſed ipſo etiam actore releuante, ſua quamuis non interſit in iudicio ad reum defendendum comparere poſſit in ſe iudicium ſuſcipere, necnon inuito actore reum ipſum iure cuiuſdam nouationis liberare cautione per eum præſtita de poſſeſſione in cauſa euictionis reſtituenda leges in contrarium allegatas non obſtare dicens, videlicet l. ſi actor, ff. de procuratoribus l. ſolutionẽ, & iudiciũ, & ibi notata, ff. de ſolut. & l. prima, C. vbi in rem actio. quibus in

locis

locis habetur, quod animo nouādi neutiquam tertio in iudicio venire liceat,& in ſe actore inuito pro reo,ipſo conuento iudicium ſuſciperr, nam ex Angelo in loco per ipſum allegato in illo caſu hoc procedere inquit,vbi tertius rei cōuenti auctor non eſſet,vel vbi talis eſſet iudiciū perinde,ac ſi poſsideret ſuſcipere nollet, Benintendium nihilominus vbi ſupra alia circa id notab explicātem inſpicere non prætereas, ſed an iudici coram quo venditor cauſam deſendit inter emptorem,& venditorem in euictionis cauſa circa intereſſe vel dupli pœnam cognoſcere permittatur,vltra per Marantam,in Speculo aduocatorum notata ſeptima par.membro quinto nume. quarto, in fine, ex Pragmatica Regni Neapolitaoi ſanctione ſententiam cōtra poſſeſſorem latam contra actorem laudatum, ex eodem proceſſu executioni demandandam eſſe aſſercorem in tract. de euict. Caballinum videas,§.3.oum.129.

149 Item contra tertium ad execurionem impediendam ratione ſui intereſſe in iudicio comparentem,ac ſententiæ nullitatem allegantem, tres ſententas cōformes prolatas extitiſſe iuxta textum opponere non licere in Clement.prima de re iud.in deciſ Rotæ 9.& 13.habetur,de ſentent.& re iud. in antiquit. Felyn. in ſupracitato capit veniens num.17.hoc affirmat illa poſt gloſam, ibi poſt Ioannem de Lignano & poſt alios aſsignata ratione,quia cum dictæ Clement. diſpoſitio exorbitans ſit nec de tertio loquatur ad tertium de quo non loquitur argum. textus in cap.ea quæ,& ca.in argumentum de reg.iur. in 6.nullatenus eam extendendam eſſe idem Alex.in conſ.63.ſentit col fin. volum.3.& in ſupracitata l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus num.25. vbi magis communem hanc eſſe teſtatur ſcribētium opinionem,quod dummodo ipſius tertij comparentis habilis perſona, & capax ſit ad comparendum in iudicio,& ad ſua iura proponendum ſibi locum vendicare in ſupracitato capit.quis poſsit dicere de nullit. nume.29.& ſeq. Vāt.aſſerit tertium excommunicationis vinculo innodatum, ad tertum in cap.pia, in fine de except.in 6 ex quo tanquam actor ad cauſam venit ex Imola Abbate,& Felyno in cap. ſignificauerunt,& in cap.fina.de except.audiendum non eſſe dicens, nec admittendum, idem de quecumque alio inhabili,& in iudicio ſtandi incapace ſeruo puta religioſo,filiofam.& alio cui ſine ſuperioris conſenſu in iudicio ſtare non conceditur procedere ſubnectens.

150 Ac vbi tertius ad executionem impediendā in iudicio non compareret, quandocunque, & ante ſeotentiam prolatam, quod comparere liceat illa adducta ratione, quia vbicunque lex de tempore generaliter & tempus non limitando indeterminate loquitur actum quocunque tempore fieri, quod ſufficiat poſt textum in l. qui fundum,ff.de contrahen.empt. in l.1.§.meminiſſe, ff.de vētre inſpic & l.in venditione, § de tempore,ff.de bonis authorit.iud. poſsid. in l.prima, Bar.notat in princ per illum text. ff de Alear. Roman.in conſ.340.& in conſ.147 Iaſon. in l.Gallus,§.videndum in princ. ff. de liber. & poſthum.& in l.ait prætor,§.ſi iudex colum.fin. ff.de re iud.& alij,quorum Crauet.in conſil.14. meminit num. 3.vbi in fine, ex Felyno in dicto cap.cum ſuper numero 18.in principio de re iud.etiam poſtquam in cauſa concluſum fuerit quamuis cauſam inter alios principaliter litigantes tali ex interuentu non eſſe dicat retardādam poſſe tertiū in iudicio interuenire,ac iſtud ibi clare Felynum præſupponere, necnon etiam poſt ſententiam in prima inſtantia prolatam tertio in appellationis cauſa, quod comparere liceat eodem loci num.4.verſ. quarto dico in princ.clare aſſerit, immo etiam in criminali cā pro intereſſe ſuo ciuili,tertio,quod interuenire liceat, ac ſe indemnem pro damnis quæ ſuſtinuit, vt releuetur petere eodem loci numero ſecundo,Crauet.aſſerit,& oum.præced. circa medium,vbi ex Bartolo in l.interdum,§.qui furem,ff.de furt.poſt textum in §.oportet in auth. vt iudic.ſine quoquo ſuffr.fiant,& in §.illud circa finem tit. in auth. vt liceat matri, & auiæ captum ex cauſa furti rem,niſi reſtituat furto ſubtractam non eſſe inquit relaxandum, quod ibidem nume. 6.tunc procedere declarat,quoties exactis cauſæ criminalis de damno partis priuatæ conſtat, ſecus vbi de nouis probationibus faciendis ageretur,& in cauſa publicatio facta,ac tertij comparentis ſcientia interuenieque didicita teſtificata fuiſſent, quo caſu nō eſſe ioquit expeditionem retardandam, neque reum ſumptibus, & diſpendijs afficiendum, quem inſpicias,& ac poſt Bartolum in dicto §.qui furem in l.4.§.ſi dicatur, ff. finium regund. Aretinum in procem inſtit.num. 5 & alios ex Puteo in tract. de ſynd in verſi.ſequitur modo alia quæſtio iudicem rei furto ſubtractæ reſtitutionem per negligentiam omittentem in ſyndicatu teneri in ſuis extrauagan. deciſionibus, deciſ. 38.Petrus Garſia affirmat.

151 Quoties verò de exequendo rem agitur cōtra tertium rem illam poſsidentem,ac pœnes ipſum ad executionem impediendam rem eſſe aſſeuerantem illa ratione contra ipſum non eſſe ſententiam executioni tradendam, eo quod nondum tertius hic rei petitæ poſſeſſor ab eo, qui executionē petit victus fuerit,alioqui quod non contra victum, ſed contra tertium ipſum, quem nunquam litigaſſe, neque victū fuiſſe apparet executio fieret, ex textu hoc probari in ſupracitato cap.cum ſuper de re iud.& in dicta l. à Diuo Pio,§ ſi ſuper rebus,ff.de re iud.in ſupra notato cap.10.nu.3.verſ tertio ſolet dari, Couar.affirmat iuncta iuris regula rem inter alios actam minime alijs nocere diſponēte l ſæpe, ff. de re iud.& cap.pen.eodem tit.& vtrobique

ſcriben-

ſcribentes, quod prænotatis cum declarationibus, quoties tertius in iudicio non interuenerit non admiſſus, neque in iuribus ſuis auditus fuerit, & alias vt ſupra eſt omnino intelligendum, & quia tam ratione dominij quam poſſeſsionis tertium ad executionem impediendam opponere ſe poſſe gloſ. inquit in dicto §. ſi ſuper rebus verbo fiat, ac ſolus poſſeſsionis ratione tertio contradictori ſententiæ executionem quod impedire liceat, ex textu in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo ex Baldo ibi, & Abbate in ſupracitato cap. cum ſuper de re iudic. communem hanc Iaſ. in eodem, §. ſi ſuper rebus numero nono eſſe teſtatur ſcribẽtium opinionem, immo vbi in bonis à ſe poſſeſsis executionem fieri tertius ſuſpicaretur ne in talibus reb. ad executionẽ procedatur, neve aliqua nouitas fiat, eo quod ſuæ ſunt, vel à ſe poſſeſſæ, quod ei proteſtari contra victorem liceat iuxta Baldi cautelam in ſupracita. l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito nume. ſecundo in eodem nume. nono, ante finem, & in fine Iaſ. affirmat proteſtationem hanc non ſolum ſed etiam coram iudice ne talibus in rebus nouitas fiat tertio ipſo in iuribus ſuis non audito, nec requiſito eſſe concludeos faciendam, idem in l. de pupillo Iaſ. tenet §. ſi quis ipſi prætori num. 15. ff. de noui oper. nunciat. Roland. à Vall poſt alios in conſ. 5 num. 16. libro ſecundo Dec. in cap. ſuper eo num. 8. de iudic. & Iaſ. iterum in l. non ſolum, §. morte num. 28. ff de noui oper. nunciat. vbi & in dicto §. ſi quis ipſi prætori num. 15. poſt Baldum in l fin. nu. 24 C. de edicto Diui Hadr. to l. iuſtam cauſam in huiuſmodi proteſtatione eſſe concludit exprimendam à Contardo in tract. de moment. poſſeſſ. 24. q. relatus nu. 34. & 35. quem alios recẽſentem in perſectum facias, & in prænotata deciſ. 26. Ioſeph. Ludouicum num. 65.

152 Cũque quoties ſuper actione perſonali quibus in terminis loquimur prolatam ſententiam fuiſſe apparet tertio ſe opponẽre, ac ad talis ſententiæ executionem impediẽdam ſe rerum exequendarum, vel executarum dominum vel poſſeſſorem eſſe allegante plura à ſcribentibus diſcutiantur illa breuiter attingendo vbi victor res ipſas de quarum executione agitur, ipſius vi ei eſſe exponi, & condemnati tertio tali caſu nõ exiſtente, qui contradicat in omnibus rebus, & contra omnes iuxta regulam omnia permiſſa cenſeri, niſi prohibita reperiantur continẽtem necnon, quod eis & ibi gloſ. ff. ex quibus cauſ. ma or. l. ab ea, ff. de probat. & l. mutus, §. cum quæritur, ff. de probat cum alijs ſimil. executionem fieri poſſe in regu. 275. in princip. fol. 407. Duen. aſſeuerat quem per totam dictam regulã perbelle declarantem inſpectum facere nõ prætereas. neque pignorum, aut fideiuſſorum datione ſententiæ executionem retardari Iaſ. poſt textum ibi inquit in l. quarta, §. ſi ex conuentione nuoi. quarto, ff. de re iudic. vbi de ratione, & de communi, Alexand. ibidem num. 3. & cæteri ſcribentes, immo quod litis pẽdentiæ exceptio ſuper ſententiæ nullitate principaliter deducta executionem non impediat, ex Innocentio in cap. cum in iure num. 1. de off deleg. in §. 4. Angel. tenet, §. condemnatum, ff. de re iud. & in l. ſi. C. ſi ex falſ. inſtrum. memoriæ hoc eſſe dicens cõmendandum, ac in facto pluries ſe habuiſſe dicens, & hanc communem in capit. dilecto de appellationibus eſſe ſcribentium opinionem in cõſ. 208. num. 1. Corn. qui inſpiciatur aſſeuerat, idem ſi incidenter de nullitate diceretur eſſe explicans, quoties aliquid ex parte opponentis probandum eſſet, alias ſecus, veluti ſi citationẽ non præceſſiſſe mãdati defectum, vel defectum litis conteſtationis oppoſitum fuiſſe diceretur, vel ſi exceptionem nullitatis oppoſitam incontinenti ſe probaturum quis offerret quibus in caſibus nullitatis exceptionem ſententiæ executionem impedire communem in dicto, §. cõdemnatum eſſe enarrat ſcribẽtium opinionem, quod plenius intelligendum in conſil. 208 per totum ipſum inſpicias, & Aſinum in praxi indic. §. 31. ſimiliter per totum, quando & quibus in rebus fieri poſsit pleniſsime diſcutientem.

153 Tertio vero ſe opponẽre quatenus illatum rerum dominium ſe habere alleget, & de dominio incontinenti probare ſe offeret, quod executio imped, atur communiter in ſupracitata l. à Diuo Pio, § ſi ſuper rebus. & in dicto c. veniens, il ſecundo de teſtibus ſcribentes ſentire in deciſ. 201. num quatro lib. ſecundo; Viuius affirmat, & Couarr. in prænotato cap. 16. nume 3. in fine, & nume. ſeq. vbi quoties tertius non poſsidet onus rerum dominiũ probandi ipſi incũbere, ſecus ſi poſsideret: quo caſu debitorẽ ipſum dominum non præſumi, & propterea onus contrarium probandi ad executionem petentem pertinere gloſa relata in ſupracitata l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, Bartolo in l is cui, § bonorum, ff. vt in poſſeſſ. legat. Ioanne Fabro, in l. prima, C. de priuil. fiſci, Bartolo, & alijs in dicto §. ſi ſuper rebus communem pariter eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & quamuis Iaſonem in eodem, § ſi ſuper rebus num. octano, & Alexandrum nume. decimotertio, Bartolum in l cum quid colum. vlt ff. ſi certum petatur, & alios eo caſu præſumptionem hãc tertium poſſeſſorem, & contradictorem iuuare referat, vbi poſſeſſorem ſe, & dominũ allegauerat hanc dominij allegationem neceſſariam eſſe dicentes, ex gloſ. nihilominus in præfato, §. ſi ſuper rebus verbo fiat contradictorem dicente, qui ſe executioni opponit ſolo poſſeſsionis iure quam ipſe obtinet, etiam quod ſe dominum non alleget executionem impedire poſt textum in dicta l. vlt m. C. ſi per vim vel alio modo hanc, ex Iaſ. in prænotato, §. ſi ſuper rebus, communem eſſe affirmat ſcribentium opinionem, & poſt alios idem ſentientes relatos durum cẽſeri ſubdit, ex

ſumma-

ſummaria dominij probatione eſſe poſſeſſorem donec ordinario conuincatur iudicio poſſeſſione priuandum, & propterea his relatis diſtinctionibus eſſe in hoc articulo concludit procedendum.

154 Vt contradictore poſſidēte, ſeque dominiū illius rei habere allegante victori tunc executionem petenti cōdemnatum illius rei dominium probatio quod incumbat, & communem hanc eſſe aſſerit ſcribentium opinionem, vbi vero cōtradictor poſſeſſionem tantum allegauerit, vereque poſſideat illius rei dominium eſſe pœnes ipſum debitorem victum, victori quod probare liceat communem hanc ſimiliter omnium in dicto §. ſi ſuper rebus eſſe explicans ſcribentium opinionem, quam quidem probationem, quotiens rem de qua agitur, nec iure dominij, nec iure poſſeſſionis, ad condemnatum pertinere cōtradictor aſſerit, neceſſariam eſſe concludit, cōdemnato enim non poſſidente nullam, neque facti præſumptionem pro ipſius dominio, etiam quod ſe dominiū poſſeſſor non allegauerit exiſtere ſubnectens, & quatenus tertius ipſe poſſeſſor ſe dominum non alleget, neque fatetur, neque negat condemnatum dominum eſſe, ſed ſolam rei poſſeſſionem habere ſe deducit, & probationem tali caſu ſaltem ſummariam de debitoris condemnati dominio iudicio executiuo conuenientem cum hoc altero poſſidente non præſumatur eſſe neceſſariam communem non abſimiliter eſſe aſſerit ſcribentium opinionem.

155 Ac pro clariori præfatorum cognitione quando incontinenti probare quis præfatis in terminis dicatur eſſe iudici arbitrarium poſt gloſam in l. is à quo verbo hodie ff. vt in poſſeſſ. legator. in ſupracitato capit. veniens, il ſecundo de teſtibus, Innoc. affirmat, & ibi Cardin. Panormitan. & Imola. Bal in l. ſi ex falſis, C. de trāſact. & in ſupracitat. l ſecunda, C. de edicto Diui Hadria. toll & alijs in locis à Felyno in dicto c. veniens num. 15. poſt principium relatis, Dominum Antonium ſimiliter referēs iudici arbitrarium, vt ſupra hoc eſſe referens, & Benintend. in deciſ. Bonon. 83. nu ſecundo, & ſeq ſed quod intra tantum tempus incontinenti illum probare poſſe arbitrari iudex debeat intra quantum expediri illud iudicium poſſet in quo iſta exceptio opponitur, ſi exceptio hæc oppoſita non eſſet Bartolo in dicta l. is à quo per illum text. per ipſum relato, & in dicta l. 4. §. cōdemnatum, ff. de re iud. & in extrauag ad reprimēdum verbo ſummarie, & alijs, ex Abbate tandē, & Imola in eodem cap. veniens Innocentium melius dixiſſe enarrat, ex quo ad notata in cap. quæreo ti de off. deleg. intra quantum tempus executio fieri debeat ſi exceptio hæc oppoſita non eſſet iore cautum non reperitur: quibus, & alijs relatis, Innocentij opinionem eſſe concludit communiter receptam, & in practica obſeruandam, ſed Felynum in toto dicto num. 15. plenius declarantem inſpectum omnino facias, & in præfata deciſ. 26. Ioſephum Ludou. nu. 1. & 14. [illegible]

156 Ac ſupra notata proſequendo poſt factam de debitoris victi dominio ſummariam probationem tali pacto in rebus à tertio poſſeſſis eſſe executionem faciēdam, vt in poſſeſſionē, ſeu quaſi poſſeſſionē ipſius dominij, & actionis in rem, quæ victo competere poterat ſeo poteſt victor mittatur qua poſtea actione aduerſus poſſeſſorem iudicio ordinario abſque ipſius poſſeſſoris, & contradictoris præiudicio, quod agere victori liceat, ex Baldo in l etiam, C. de execut. rei iud in præfato cap. 16. num. 4. verſic. quartū, miſſionem hanc ex textu, quem optimum appellat in dicta l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infect. ex Baldo in ſupracitata l. ob maritorum, 2. colum. C. ne vxor pro marito, cōtra Bartolum in dicto §. ſi ſuper rebus vlt. quæſt. ex Caſtrēſe ibi & Alexandro num. duodecimo, Iaſone in nume. duodecimo, Cumano, & Herculano in col. vlt. etiam quod tertius contradictor debitoris condemnati dominium non fateatur miſſionem hanc fieri poſſe clare explicans, immo vbi poſſeſſor executioni ſe opponens debitorem ipſum condemnatum rei de qua exequenda agitur dominum eſſe fatetur, & poſſidere ſe probat iuſta poſſeſſionis cauſa allegata quamuis non probata modo quo ſupra Bartolo in dicto, §. ſi ſuper rebus, in fine relato, & Alexandro ibidem nume. duodecimo, abſque præiudicio poſſeſſionis ipſius tertii executionem eſſe exponit faciendam, ſecus eſſe ſubdens, vbi debitorem condemnatum rei illius dominum eſſe cōtradictor ipſe fatetur, quo caſu quamuis ſe poſſidere alleget, & vere poſſideat nulla cauſa, nulloq; titulo iuſtæ poſſeſſionis allegato iniquam eſſe poſſeſſionem, ex textu eſſe inquit præſumendum in c. cum dilectus de cauſa poſſeſſ. & proprietat. & propterea contra tertium poſſeſſorem, etiam quo ad poſſeſſionem contradictione non obſtante illam ab ipſo auferēdo, ex Baldo in dicta l. ob maritorum contra Alexandrum in dicto num. duodecimo contrariam opinionem ſectantem eſſe executionem faciendam aſſeuerat, ex textu hoc in dicta l. à Diuo Pio, §. penult. deduci poſſe aſſerens, quem alia ad præfatorum declarationem explicantem inſpicere non prætereas.

157 Neceſſariamque eſſe tertiij poſſeſſoris citationem in ſententiæ executione, cum multa ad ipſam impediendam maxime quando in alia re fit executio, vel ſi noua interueniat perſona, aut quid ſimile opponere liceat, Angelo relato in l. tale pactum, § qui prouocauit in prima lect. num. 1. ff. de pact. Socino in tracta de citat. arti. 7. quæſt. 10. Ripa in l. ſecunda, nu. 9. ff. de re iud. Decio in cap. ex ratione num. 21. C. de appellat. Caſſad. in tit. de cauſa poſſeſ. & proprie. deciſ. 6. num. ſecundo, Afflicto ſuper Regni conſtit. lib. ſecundo titu. de dilatio nume. 22. & ſeq. Pariſ. in

conſ.

conſ. 120. num. 16. lib. 4. Duen. reg. 94. & alijs in ſupracit. quæſt. 24. num. 33. Contard aſſerit, ſed quia prenotata pluribus ſub acent diſtinctionibus vltra per Duen. in dicta reg. 94. plene ampliantem, & declarantem deducta, quæ ſupra capitu. octauo colum. prima, & ſeq. adnotauimus inſpicias, nec ſolum ab ipſo iudice ſententiam, quam protulit exequente eſſe citationem adhibendam, ſed etiam ab executore, ex notatis cõſtat, per eundem Couarruuiam in ſupracitato capitu. 16. colum. penultim. verſic. Qua ratione ſatis eſſe tertio dicentem, ſi coram ipſo executore contradixerit, neque coram iudice ad exequẽdum requiſito, ſeu ad iudicem requirentem, vel ad illum, cuius mandato executio fit accedere eum oportere, ac corani ipſo executore ſatis tertio eſſe res & bona in quibus fit executio propria eſſe, neque in illis fieri executionem debere opponere, & allegare iſtud in dicto §. ſi ſuper rebus probari dicens: quo loci iureconſ. ſummariam hanc cognitionem executori ipſi deferre explicat, vt ipſe quibus in rebus executio facienda ſit cognoſcat illnm proculdubio executorem eſſe dicens, qui à iudice ſententiam pronũciante, & qui de cauſa cognouit ad executionem requiritur ex textu inquit in dicta l. à Diuo Pio §. ſententiam Romæ, ff. de re iud. vbi ex Bartolo in princ nu. 6 quem communiter à ſcribentibus approbatum dicit ſententiæ ab alio latæ executorem, & cui executio tantum eſt commiſſa, de quaſtione illa, quibus ſcilicet in rebus ſit executio facienda cognoſcete omnino poſſe clariſsime explicet.

158 Sed mobilibus bonis, ac ſuppellectilibus in coniugum domo repertis ad mariti creditorũ inſtantiam executis, quamuis mariti bona ipſa ob eius præeminentiam, & dignitatem illis in domo quæ mariti ſit repertis eſſe præſumantur vt in præcitata l. ob maritorum, Bald inquit, C. ne vxor pro marito, ac vxori tali caſu eſſe ſua non autem marito probandi onus incumbere eadem l. probatur iuncta l ſi ego, §. dotes, ff. de iur. dot. vbi per priuatam mariti ſcripturam illud probari poſſe diſponitur Baldi ſentẽtiam in l. qui iure num. 6. ff. de acquirend. poſſeſsione Alex. ſequitur, & in dicta l. ob maritorum Salicet. nume. quarto, ex eo preſumptionem hanc, ad mariti fauorem inſurgere aſſerẽs, quia dum domus eſt mariti omnia in domo exiſtentia mariti eſſe cenſeotur, ſecus eſſe dicẽs, quoties vxoris domus eſſet in quam ipſius maritum induxerat, quo caſu in vxoris fauorem omnia ipſius eſſe præſumi, ac onus contrarium probandi ad maritum pertinere aſſerit, & clarius in conſilio 128 Socin. nume. ſecundo volum. 1. quoties vero, nec vxoris domus eſt neque mariti, ſed vtrũque coniugum eam conduxiſſe conſtat, nec cuius bona ſint in domo exiſtentia apparet, & ex Angelo tali caſu in præfata l. qui iure, ſi ſe pariter vir, & vaor inhabitaſſe domum probaretur niſi aliquæ adſint coniecturę, ex qnibus ad alterum coniugum dumtaxat ſuppellectilem ſpectare præſumi poſsit cõmunia eſſe bona, quod præſumantur, ex eodem Socino conſtat in præallegato conſ, 128. nume. 3 verſ. pro hoc in ſpecie, & per Crauettam in conſil. 61. nume. quarto, quorum, & aliorum in quęſt. famil. 7. Ancha. Regienſ. meminit, per totum libro primo, & ſignanter nume. ſeptimo præfata procedere aſſerẽs dummodo in ipſis mobilibus res mulicbres exiſtere non appareant, quæ ex ipſarum qualitate, ac eo ipſo quod ſunt ad eius vſum, illa quod mulier poſsidere præſumatur argum. l hoc legatum de legat. 2 ac ex Baldo, & Sali. vbi ſupra quem inſpicias concludit.

159 Sed quamuis de tertij intereſſe agatur, non tamen licere tertio, qui in inſtrumento nominatus non ſit inſtrumenti virtute contra in eo obligatum executionem petere in l. ſi binæ Bal. inquit ibique Ioann de Imol. ff de iniuſto rupto, & irr. facto teſtam. & idem Bald. in l. ſi pro te in fine. C. de dotis promiſſ. illum aſſerentem, qui in inſtrumento non reperitur, nec actiuè neque paſsiuè prætendere executionem poſſe intereſſe, quãuis ex eo vt diximus prætẽdat, quod etiam ſtatuto inſtrumenta publica ſtatim omni exceptione reiecta eſſe executioni mandãda diſponente locum habere in l. iuriſgentium Iaſ. enarrat, §. prætor ait nume. nono, ff. de pact. in l. cerri conditio. §. quoniam nume. decimo, ff. ſi certum petatur in l. Imperator in principio numero 2. ff. de tranſact. & in l ſi vnus, §. ante omnia num. 4 ff. eodem tit de pact. Innocent ante ipſ. m in cap quia V. de iudic. & in l. prima, §. fina. in princ ff ad Trebellianum, & in conſil. 83. colum. fin. lib. 3. & conſil. 86. in fine lib. ſeptimo, Duen in ſupracit. regul. 273 num. 6. late Suarez in commentar. l poſt rem, ff. de re iudi. limit. 2. nume. ſecundo fol 587. & num primo circa medium, ex tex. in l ſi ſtipulatus, § Griſogonus, ff. de verborum obligat. perſonam extrinſecam in contractibus non ſubaudiri dicens, ſecus in vltima voluntate quo eaſu, ei cuius intereſt ex teſtamento, quod agere liceat ad eum quamuis teſtamenti verba non dirigantur, ex text. ait in l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de legar. primo, eo item. caſu ſupra notata procedere declarãs, vbicunque, ex illo inſtrumento tertio actio non competeret, licet intereſſe prætenderet, ſecus ſi agere ei liceret actioque tali ex inſtrumento ipſi competetet, quo caſu quamuis tertius nominatus in eo non ſit executionem, ei quod petere liceat, ex Baldo notat in l. prima, C. quorum legat. & Imola in l. fina poſt medium, ff. quibus appellare non licet, & ex Alexandro in dicta l. ſi pro te in addit. ad Bartolum filiam aſſerentem quamuis in inſtrumento non nominatum, & in quo pater tempore quo eam nuptui tradidit, ad dotem ſibi teddi pro ſe ſtipulains fuit, & hæredibus patre poſtea decedente, ac filia demum

vidua

vidua ob mariti mortem remanente, ipſi vt filiæ quamuis patris hęres non ſit, nec in contractu nominata conſolidationis iure ex dicto contractu actionem comperere fatetur, quod notãdum eſſe inquit, & Guid. Pap. ſequitur in deciſ. 375. attamen quia præfatis clarus obſtat tex. in præcitata l. ſi pro te pater, C. de dotis promiſſ. vnde regulam, Bald aſſumit in l. pactum quod dotali quæſt 9. C de collat. in contractibus factũ plus attendi, quam contemplationem propterea filię in caſu prędicto actionem contra patris hæredes non cõpetere. ſed ſolum contra mariti hæredes, vt ſoluant vel vt contra patris hęredes actionem cedant bis in Sacro Neapolitan. Concilio fuiſſe iudicatum in deciſ. 33. Dom. Vincẽt. de Franch. nouiſsime atteſtatur, quem in tota præfata deciſ. perbelle differentem inſpectum facias, & in tractat. communium concluſ. Gabrielium in tit. de iure dot. concluſ. 3. Immo neque contra tertium, qui condemnati, ſeu obligati hæres ſit, neque ad ipſius hæredis fauorem, ſeu ceſsionarij eſſe executionem faciendam, niſi conſtito prius eos tales eſſe vltra per ſcribentes notata in dicto cap. quia V. de iudic. & in l. poſtulãte, ff. ad Trebellianum, Boer. in deciſ. 10. & in deciſ. 52. iſtud affirmat, & alij quorum in ſupracitato tit. qnis poſsit dic. de nullit. nume. 17. Vant. refert, quem inſpicias Afin. in ſupracitata praxi iudiciorum, §. 31. capit. ſecundo ampliat. 4. & 5. plene Carauita ſuper ritu Mag. Curiæ 181. quem qualiter hæredem, quem eſſe probetur praxim reſerentem inſpicere non prætereas.

360 Limitantur prænotata, quoties in inſtrumẽto pactum de ingrediendo reperitur, & conſtitutum precarij, quo quidem caſu executionem contra tertium poſſeſſorem fieri poſſe etiam nõ citatum, ac negotio nõ liquidato, Franc. inquit Aret. in conſ. 21. num. 4. verſ. his tamen non obſtantibus Socin poſt ipſum in conſ. 82. nume. 8. volum. 3. Bar. in repet. l. creditores nume. 25. C. de pignor. Negusant. in tracta. de pignor. 4 par. princ. num. 14 Tiraq. in tracta. de iure conſt. e. 1. parte princ. num. 42 Duen. in ſupracit. reg. 275. nume. 6. verſ. in quo notandum eſt Magon. in deciſ. Lucenſi 87. num. 14. & 15. Galleſ. in tract. ad formulam Cameralem oblig. in fine oper. nume 41. fol. 289. in paru 5, & Viuius in deciſ. 177. in princ. par. 1. communẽ hanc tam legiſtarum, quam canoniſtarum eſſe aſſerens opinionem, & in ſupracita. deciſ. 261. num. primo lib. ſecundo quo vtique caſu directo vel vtili Saluiano interdicto, quod cuicunque creditori competit cum agatur ſatis eſſe, quod rẽ in bonis debitoris obligationis tempore, vel poſtea fuiſſe probetur, poſt Angelum, alioſque ſcribentes in §. item Seruiana inſtit. de action. in tract. de action. in trac. commiſſ. Mandoſ. inquit commiſſ. 18. in gloſ. ſuper verbo per vtile Saluianum, Azo. ante ipſos in ſumma, C. de pręcar. num. 14. Neguſ. in trac. de pignor. 8. par. membro 1. nume. 6. lib 4. Alexand. conſ. 185. num. quarto lib. 6. Cœpol. caut. 81. & Rolan. a Val. conſ. 14. numero 5. libro 1. & Contard. in tract. de moment. poſſeſſ. limit. 14. num. 10. & 11. & in communium opinionum tractatu, Turzan. ca. 118. ac contra hæredẽ non citatum, etiam negotio nõ liquidato quamuis clericus vel pupillus hæres ſit talis pacti executionem, ac familiæ aſſociationem concedi, poſt Salicetum in præfata l. creditores in 5 & 7. quæſtion. C. de pignor. & poſt Neguſant. in dicta par. 4. princ. ſub numero decimoſeptimo verſic. ſexta concluſio in deciſ. duodecima nume. 9. libro primo, alios recenſens Viuius aſſerit, & in præfata deciſ. 263. nume. 2. & 3. 4. & 5. ſed in dicta deciſ duodecima nu. 8. & 9. poſt Afflictum in deciſ. 335. colum. ſecunda, & ibi Vrſillum in addit. ſub nume. primo, & ſequentibus morte rogantis pręcarium extingui, ex textu aſſerentes in l. cum pręcario, §. fin. ff. de pręcar. etiam ſi eſſet dictum, quod obligauit omnia bona ſua & ſuorum hæredum cum conſtitutione pręcarij, & ita in Sacro Neapolit. Concilio iudicatum extitiſſe eundem Viuium affirmantem inſpectũ facias: in ſimplici autem pacto de ingrediendo rem hypothecatam, in quo nec conſtitutum, neque pręcarium contineatur, quod eo ſolum caſu exerceri contra tertium ſingularem ſucceſſorem poſsit, vbi liquidum eſſet debitum, & a debitore cauſam tertium habere apparet in præfato capit. 118. Turzan. aſſerit, & hanc magis communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem præfatumq; pactũ de ingrediendo nõ dari, niſi contra moroſum, ex text. in l. cum ſoluendę pecuniæ. ff. de diſtract. pignor. in dicta 4. par. princip. nume. decimoſeptimo, & ſequentibus, & in primo membro 6. par. Neguſant. enarrat, & hãc communem in dicta deciſ. 263. numero 4. poſt principium, eſſe Viuius fatetur ſcribentium opinionem, pactum hoc, ex Baldo in l. ſi cauſam colum. fi. C. de execut. rei iud. ex Cotta in memor. verbo pacta executiua, & alijs minime locum habere ſubdens, niſi liquido inſtrumento exiſtẽte, item quod familiæ aſſociatio nullo modo cõtra aliquem non virtute dictæ l. creditores in ciuitate Neapolis concedatur in ſingul. 189. in fine Vincent. de Anna explicat à Viuio in præfata deciſ 263. nume. ſecundo relatus, quod ſtatuti virtute in ciuitate mea Beneuentana ſimiliter locum obtinet libro ſecundo ſtatutor. in tit. de modo procedendi in ciuilibus in princ. nullatenus contra poſſeſſorem non citatum, neque conſtituti virtute in inſtrumento appoſiti eſſe executionem concedendam diſponentis, ſed quatenus de ſimplicis iuris perſonalis executione ageretur, nullatenus contra tertium tale ius exerceri poſſe in conſil. 58 Grat. inquit col. ſecunda volum. primo communem hanc eſſe aſſerens ſcribentium opinionem, & Gabriel. plene in communium opinionũ tractatu declarãs

lib. 5.

lib. 5. in titu. de acquirenda poſſeſsione concluſione octaua numero ſecundo, actionemque perſonalem ſundum non ſequi in l. prima text. probat. § ſi hæres, ff. ad Trebellianum, & in l. fina. cum ſimil. ff de acquirenda poſſeſsione concluſione octaua numero ſecundo, & Viuius in deciſione ducenteſimaoctuageſimaquinta numero quarto, circa finem libri ſecundi communem hancesse aſſerens ſcribentium opinionem, & vbi in caſu cſlemus actionis perſonalis contra tertium competentis, eo ſolum caſu eſſe illam concedendam, vbi ex titulo lucratiuo tertius poſsideret, ſecus ſi titulo oneroſo veriorem hanc, & magis communem in conſi centeſimoſexageſimoprimo nume. decimoquarto lib. primo, Hierony. Gabriel. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quodque ex verbis illis ſi pecuniam debitor in termino non ſoluerit licitum ſit creditori eius bona propria authoritate ingredi hypotheca contrahatur, ex text. in l. creditor §. poſt diuiſionem, ff. qui pot. in pignor hab. in ſupracitata l. creditores in fine, C. de pignor. Baldus aſſerit, à Cremenſe in ſuis ſingulat. relatus ſingul. ſecunda, dictum, § poſt diuiſionem hoc optime probare aſſerente prædictaque etiam ſi deinde morte debitoris hypotheca ſit extincta, qui ciuiliter tantum obligationis tempore poſsidebat Contard. vbi ſupra ex Puteo procedere inquit in deciſione ducenteſimaoctaua, libro primo, eodemque loci Contard. numero decimo, ex Bartolo, & Saliceto in l. prima, C. de Salniano interdicto. Floriano, & Bartolo in leg. prima, ff. eodem. Angelo in dicto, §. item Seruiana nume. nono, & ibi Iaſone numero nonageſimoqu nto inſtitution. de action. Cœpolla in dicta cautio. octuageſimaprima, Neguſant. in dicto tract. de pignor. octaua parte primo membro numero ſecundo, Menoch. in remed. 3. adipiſc. poſſeſſ. numero centeſimooctuageſimoſexto. & alijs Saluianum interdictum eſſe merum poſſeſſorium aſſeuerat, ſecus ibidem nume. vndecimo eſſe dicens ſi cum hypothecaria Saluianum prænotatu cumularetur, quo caſu mixtum effici ex traditis per Neguſantium ſubdit in dicta 8 par tertio membro nume. vigeſimoſexto, ac eodem loci duodecimo hypothecaria contra tertios poſſeſſores agentem debitoris dominium ei, quod probare oporteat, Socino in dicto conſil. centeſimoduodecimo relato, & alijs communem hanc eſſe fatetur ſcribentium opinionem, quem & Afflictum plene de hoc & notabil. in deciſione trigeſimanctuageſimatertia diſcurrentem. & eo loci Vrſillum in additio, inſpicere non prætereas, & Dominum Vincentium de Franch. in deciſione octuageſima libro primo, vbi de his diſſerit, & de aſsiſtentiæ remedio, quo contra tertium poſſeſſorem ad creditoris fauorem paſsim in Neapolis Regno pragmatici vtuntur vnde ortum, & originem habuerit, & in loco proxime relato Vrſillum per totum & ſignanter circa finem, ac ad pleniorem prælarorum cognitionem in deciſion. centeſimaſeptuageſimaquinta, & ſequenti, Theſaurum inſpectum omnino facere non prætereas, ac appellationem à ſententia ſuper Saluiano interdicto latam, in quo de ſola poſſeſsione contenditur prohiberi, et ſi ſuper hypothecaria permittatur, poſt Bartolum in l. prima, in fine in princip. ff. de Saluiàno interdicto, & in l. prima, ad finem C. eodem titu. idem in tractatu de Neguſant. tenet parte 8 membro primo numero tertio, Rota in deciſ. trigeſimaquarta nume. tertio, & per totum in deciſionibus diuerſorum nouiſsimis parte ſecunda, quam ibi & per totum notabiliter declarantem inſpectum facias Iaſonem in §. item ſeruiana nume. nonageſimaquinto inſtitution. de action. & ibi Gomezium nume. trigeſimoſexto, & poſt Corneum per ipſum relatum communem hanc eſſe ſcribentium opinionem atteſtantem, Verallum in deciſion. 141. in principio parte tertia, & alios à Brunoro à Sole in compendio iuris reſolut. nouiſsime relatos lit A. verbo appellatio non datur à ſententia lata ſuper Saluiano fol. decimoquarto à tergo, quem tam ibi quam in verbo Saluianum interdictum folio centeſimoſeptuageſimoſexto inſpicere ne prætermittas, & Virginium de Boccat. in ſupracitata annotat. ad legem vnicam C. ſi de moment. poſſeſſ nume. 20. & 21. folio 19.

161 Item tertio ſe opponente non licere alterius tertij iuribus ſe tueri, ex illa demonſtratur regula neminem de tertij iure opponere poſſe dictante, vt in l. prima, per Bartolum in fine, ff. vti poſsid. & in l. ſecunda, vbi Socin nume. ſeptimo, & octauo, ff de exception. rei iudica. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur nume. 358 C de reuoc. donat. & Berous in conſil ſexageſimoqninto nume centeſimoquinto libro primo, & hanc in tract. de recuperanda poſſeſsione remed. primo nume. 49. communem Menoch. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem idem alios recenſens in conſil. quadrageſimo num. 37. lib. primo de iure Cameræ cui fructus debentur, ſi quis excipiat ad illos agentem, nullatenus excludere, niſi fiſcus illos velle declarauerit Burſat. atteſtatur, & in conſ. 175. Berous nu. 54. vol. ſecundo, quod clarius ex notatis per Socin. demonſtratur in l. 2. nu 8. ff. de except rei iudicat. tertij ius in hoc caſu ipſo iure iuris agentis excluſiuum dummodo tertius voluerit cenſeri dicens, nec de tali iure, niſi tertius ſe velle dicat ad tex. opponi poſſe iuxta tex. aſſerens in l. 2. & ibi gloſ. ff ſi ager vectigal. vel emphyt. petar ac ex Baldò in authent. qui rem, C. de ſacroſanct. eccleſ. priuationem ſeu caducitatem ipſo iure minime naſci ſubdit, ſed domino ſolum volente, locum habere & hanc ex Socino iunior. in

conſil. 111. numero quinto libro 2. communem Viuius alios recenſens in deciſione ſeptuageſimaquarta nume. 1. lib. 1. eſſe teſtatur ſcribentiũ opinionem, eamque in facto eſſe nõ cenſeri, ſed ſolũ in potentia fieri domino volente in decit. Bononienſ. trigeſimaſeptima numero decimoquinto, Benintendius affirmat, ex Iaſone in l. ſecunda inſerens in quinto notabil. C. de iure emphyteut. omne ius ſuum emphyteutam, donec dominus caducitatem declarauerit retinere, & communem hanc eſſe concludit ſcribentium opinionem, item quamuis quando ius tertij ipſo iure iuris agentis eſt excluſiuum etiam tertio nolente opponi poſſe poſt textum in l. fin. cum ſimil. C. de rei vendicatione. illaque aſsignata ratione, quia excipere in hoc caſu quis proprie non dicitur, ſed agentis intentionem negare in ſupracitat l. ſecunda, ff. de excep. rei iudic. nume. ſexto, Socin. quem alia huc tendentia explicantem inſpicere non prætereas enarrat, eodem numero ſexto, in fine, bannitum ab excipiendo excluſum intentionis & facti exceptionem, quia exceptio non eſt, ſed negatio, & defenſio opponere poſſe explicat, illamque intentionis & facti exceptionem dici, quando quis ſine actione experitur, ex Maranta ſcire non pigeat in praxi iudiciorum ſeptimæ par. principalis nono membro numero 6. prænotata tamen vbi ſummaria eſſet cauſa limitantur, quo caſu nullatenus iuris tertij exceptionem, quantumuis ipſo iure ſit illud iuris agentis excluſiuum, admittendum eſſe in in ſupracitata l. ſi vnquam verbo reuertatur nume. trigeſimoſexageſimoſecundo, Tiraquellus aſſeuerat, & alij, quorum in deciſione Pedemontana prima numero vndecimo in principio Cacheran. meminit illam ſolum exceptionem tali caſu opponi poſſe ſubdens, per quam nullum genti ius competere concluditur.

162 Itidem quoties non ipſo iure ius tertij eſſet iuris agentis excluſiuum ſed per ſententiam opponi de tali iure tali caſu minime poſſe poſt textum in l. his conſequenter, §. primo, ff. familiæ hæreiſcund. communem eo loci eſſe ſcribẽtium opinionem in præfata l. ſecunda numero vndecimo, Socin. aſſeuerat, & ſicut ſubdit, ex iure proprio non autẽ ex iure tertij ſe fundare actor debet, ita & pariter quod reus fundare ſe debeat textum refert, quem bonum appellat in l. vti frui, §. primo, & in l. qui liberis, §. teſtamento, ff. de bonorum poſſeſſ ſecũd. tab. textumque à Panormitano ad id ponderatum in capitulo conquerente de cleric. non reſid. & ſicut eodem loci numero duodecimo pecuniam exceptionis opponere de iure tertij non licere ſubdit, ex Ancharano in capitul. ſuper his de accuſationibus poſt textum in l. in actionibus, §. primo, ff. de in lit. iur. & in capitul. non debet de regulis iuris in ſexto multo minus per actionis viam hoc licere aſſerit, eoque non abſimiliter caſu de iure tertij, quamuis iuris agentis nõ excluſiuo, quod opponere permittatur, vbi ne quis bis ſoluatur opponeretur in deciſione Siuiz. quadrageſimaquarta numero quinquageſimoprimo, Caualcan. inquit, idem vbi de aliquo opponentis intereſſe ageretur, vt in conſilio ſexageſimoquarto, per Albanum numero tertio, vel quando actus ipſo iure nullus exiſteret, vt in conſilio trigeſimooctauo, per Alexandrum columna finali libro ſecundo, & per Rolandum à Vall. in conſilio decimoquinto numero vigeſimoſecundo libro primo contra agentem, item rei vendicatione de vtili tertij dominio, quod opponi poſſit, ex gloſa quam eſſe exponit communiter approbatam in l. indebiti, §. ſed ſi nummi, ff. de condictio. indebiti, vbi ſupra numero decimoquinto, Socinus quem inſpicias atteſtatur, illud eodem loci adnotãs numero ſeptimo actori replicando opponere de iure tertii non licere, quantumuis ipſo iure iuris rei conuenti excluſiuum illud exiſtat, illa per ipſum circa id aſſignata ratione, quia actoris ius ex iure in perſona ipſius reſidente iuxta textum eſſe inquit deducendum in l. in ſpeciali, ff. de rei venditatione, & in præfato, § ſed ſi nummi, & poſt textum concordantem in l. repetito, ff. ſi vſusfruct. petat. in l. cum mulier, ff. ſoluto matrimonio, Bartolum relett. eo ſimiliter caſu de tertii iure, quod opponere permittatur, quoties alteri ius ſuum actor ceſsiſſet, ac pro iure ceſſo tali caſu ei ampliũs, quod agere non liceat, ex Bartolo in l. facta, § ſi hæres columna prima, verſiculo quæro poſt fact. in ceſsionem, ff. ad Trebellianum, ex Baldo in l. prima in quinta quæſtione, C. de actionibus, & obligation. & ex Guidone Pap. in deciſione quingenteſimatrigeſima, & in deciſion. quinquageſimaſexageſimaſexta in conſilio 191. numero tertio, Crauetta aſſerit, idem in hærede ſubiicens qui hæreditatem reſtitutam cõtra debitores hæreditarios agente de tali reſtitutione iuxta textum opponi poſſe inquit in l in teſtamento, C. ad legem Falcidiam, & ex notatis per Baldum in leg. cum ſeruum quiſpiam, C. de ſeruis fugitiuis. illud prænotatis directas, ſcilicet actiones, pœnes ipſum cedentem remanſiſſe, nullatenus obſtare aſſerens, ex quo illas inefficaces exiſtere præfatis in locis adnotari inquit, & in conſilio centeſimoquadrageſimoſexto numero decimoſexto, & quatenus ratione directi dominii quis ageret de vtili dominio alteri competenti, quod opponi poſsit ex quo directum inutile fieri reſultat, ex textu concludit in l. ſi quis emptionis, §. primo, C. de præſcription. triginta, vel quadraginta annorum de tertii pariter iure, quoties totum quis petit, aliis exiſtentibus, qui ſimile ius obtineant, experiri ol minime licere aſſerens niſi de ceſsione aliorum, aut repudiatione oſtendat,

oſtendat, ex textu in leg. ſecunda, ff. ſi pars hæreditatis petatur, ex Caſtrenſe in conſil. 454. viſo & examinato proceſſu columna ſecunda verſiculo ſecundo principaliter libro primo, & in conſilio 77. viſa facti narratione, ad finem primi dubii libro ſecundo, & ex Calcaneo in conſ. 9. colum. 2. circa medium; quoties quis inſolidum agit, alijs in pari gradu ſuper exiſtentibus ſuccumbere quod debeat, ac ineptum reddi libellum tanquam male concludentem, & ſonantem in eodem num. fin. in fine clare explicat & Octauian. Cacheran. in deciſione ſeptuageſimaquarta nume. quarto; quem libelli in hoc caſu concluſionem referentem inſpicere non tædeat, immo ſi quis cõtra ſpurium ageret, ac bona ipſi ſpurio relicta vẽdicaret, quod liceat ſpurio opponere, quod alius ad talia bona vendicandum ipſo actore proximior extat, & propterea actori ipſi ceſſionem à perſona ipſa proximiore non habenti, neque probato, quod perſona proximior repudiatione, aut tempore ſit excluſa nullum ius, neque actionem competere, ex textu in præfata l. ſecunda, ff. ſi pars hæreditatis petatur, & ibi gloſ. Caſtrenſe in conſilio ſupracitatis, & Calcaneo in ſupra relato conſilio ſeptuageſimoſeptimo, & conſil. 92. columna tertia, circa medium in ſupratelato conſil. 66. numero decimoquarto, idem Crauet. aſſerit, illud ibidem nume. ſequenti omnino notandum ſubdens quod agnatus qui ad reuocationem à ſpurio relictorum agere intendit agere intra duos menſes debeat, alias quod excludatur, & fiſco iuxta textum locus aperiatur, in l. prima, C. de natural. liber. & iuxta per Baldum notata in l. certum verſic. ſed pone baſtardus, C. vnde legitimi, ac ex Corneo in conſ. 164 circa principium lib. tertio moram item poſt terminum legis excurrentem, nullatenus purgari poſſe ſubijciens in l. ob commiſſa, C. ad l. Iuliam de adulte. ac ex Alexandro in conſ. 133. ad finem libro 6. quod legis tempus labi permittens iuri ſuo renunciaſſe cenſeatur, ex Calcaneo in conſ. decimoſexto aſſerit col. 10.

163 Eo item caſu de iure tertij opponere licere, quando opponens ab ipſo tertio cauſam habet, vt quia ei iura tertius ceſsiſſet in ſupracitat. l. ſecunda, ff. de except. rei iudicat. Barto. inquit, & ibi Socin nume. octauo, in fine, immo & ſine ceſsione, vbi cauſam ab illo tertio opponens haberet hoc procedere, ex notatis, per Bartolum conſtat in l. ſi tertius, §. ſi quis prius, ff. de aqua plu. arcenda, poſt textum in l. fin. ff. de exceptio. rei vend. & in l. etiam, ff. de iureiurand. quibus & alijs relatis excipiendi ius ad ſingularem tranſire ſucceſſorem in conſ. 148. nume. primo, Crauet. aſſerit, regulariter enim non poſſe quem ex iure tertij ſe iuuare à quo nullum ius habet, ex textu liquet in l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeruit. vendicet. & l. ſi prior. §. ſi ſimpliciter, ff. qui potior. in pign. habeantur, & in l. ſecũda, ff. ſi ager vectig. vel emphyteut. petat. Oldrad. hoc in conſil. 139. ſectatur, qui in illo caſu loquitur, quo poſſeſſor, cui nullum ius competebat, ex iure tertij ſe defendere volebat, à quo nullum ius habebat conuentionem, videlicet ſeu conceſsionem nullam eſſe allegando Speculat. qui late hoc plures per rationes in titulo de locato. proſequitur, §. nunc vero aliqua verſic. ſexageſimoſexto, & alij per Betoum relati in conſil. ſexageſimoprimo nume. trigeſimoprimo, & 32. libro primo: quo loci, nullatenus de iure tertij, quamuis iuris agentis ipſo iure eſſet excluſiuum opponere licere, vbi tertius ipſe nollet, & contradiceret, ex gloſa inquit in capitulo primo extra ne ſede vacante, ex Bartolo in ſupracitat. l. ſecunda, ff de except. rei iudicat ex Baldo in l. ſolemnibus, C. de rei vendicat. & Abbate in capitulo diuerſis fallacijs de re iudicata, quod qualiter & quo caſu procedat paulo ante notatum fecimus,

164 Illumque in articulo notabilem caſum ad notabis, quod rupto, ex poſthumi præteritione teſtamento adnotata in titulo ff. & C. de bonorum poſſeſsionem contra tabul. in l. prima, C. de poſthu. hæred. inſtituen. & in l. prima, & in l. poſthumi cum ſimil ff. de iniuſto nullo, & irrito facto teſtamento, ius alijs filijs in eodem teſtamento inſtitutis dicendi nullum teſtamentum competere, eiſque bonorum poſſeſsionem contra tabulas aperiri quamuis filius ipſe præteritus nolit teſtamentum impugnare, ſiue taceat, ſiue expreſſe teſtamentum approbet, tex. eſt in l. tertia, §. ſi quis liberis, & l. ſi poſt mortem, §. fina. ff. præfato titu. de bonorum poſſeſsione contra tabul. cum alijs concordantijs, per Roman. in conſ. vigeſimoquarto relatis, cuius in illo caſu, nunquid beneficium litis conſorti priuilegiato conceſſum in litis conſortis præiudicium renunciari in cauſa indiuidua poſsit, Domin. Vincent. de Franch. in deciſione ducenteſimaſexageſimanona plene diſcutiens meminit, quẽ videas, & quamuis ex gloſa in dicta l. tertia in verſic. committat edictum cuius ſententiam in dicta l. ſi poſt mortem in §. fina. Bartol. approbauit hoc ſibi locum vendicare explicet dummodo ipſe præteritus prænotatam ſaltem bonorum poſſeſsionem petierit, licet proſecutus eã nõ fuerit alios nihilominus Azone teſte in ſumma, ff. de bonorum poſſeſsione in contra tabulas indiſtincte iſtud tenere, ſiue petat filius præteritus, ſiue non petat, ac poſt Dynum, & Bartolum hoc aſſerentes, quorum in loco proxime relato, Bartol. meminit communem hanc in l. poſthumo, C. de bonorum poſſeſsione contra tabulas eſſe ſcribentium opinionem in addition. ad prænotatum Romani conſ. Mandoſ. atteſtatur Capyceum in deciſione 194. ſub numero ſeptimo, alios citantem referens, & Iaſonem in ſupracitata l. poſthumo numero decimo, idem in iure dicendi teſtamentum nullum, poſt Ro-

manum in ante notato conſilio. concludentem quem caſum, in quo tertij iure vti quē poſſe terrio ipſo non conſentiente clare oſtenditur memoriæ committere ne tędeat, & ad illius articuli cognitionē quādo de iure tertij opponere, quis poſſit vltra prænotata in ſupracitata deciſione quarta, Teſaurum per totum diſcutientem inſpectum facias, Vantium in ſupracita titu quis poſſit dic. de null. à nume. 15. vſque ad numerum trigeſimumſecundum, Viuium in prænotata deciſio. 291. per totum, & ſignanter num. 9. & 10 & 11. nonnullas declarationes afferentem, & in d. tracta. de moment. poſſeſſ. Contardum limit. 23.

165 Cumque ſupra tertio pro ſuo intereſſe in iudicio comparente trium conformium exceptionem, nullatenus obſtare dixerimus, ita & pariter quamuis trium ſententiarum confirmitas iuxta textum in ſupracitat. Clement. prima de re iudi. condemnatum ab appellando excludat, atque ad hanc trium ſententiarum conformitatem ſciendam, vt impediatur appellatio, poſt Crauettam in cōſ. centeſimooctuageſimotertio norab. diſcutientem in tractatu practicarum quæſtionum Couarr. inſpicias cap. 25. per totum & in deciſione 122 Theſaurum hoc pleniſsime diſſerentem, tertium tamen neutiquam ab appellando excludi in cap. qualiter, & quando nume. decimotertio de accuſat. Felyn. atteſtatur, & Barbat. in ſupracitato capit. ſuper eo num. quarto de off. deleg. quod niſi a principio cauſam tertius agitari ſciuiſſe declaratur, quo caſu ſibi cur ad cauſam non venit imputari, ac primam & ſecundam, ne ei tertia vice appellare liceat ſententiam obſtare explicat, ſecus ſi ſolum ante vltimam ſententiam cauſę notitiam habuiſſet, quia tunc ne grande ſibi præiudicium generetur ei quod appellare liceat ex Angelo in l. ſi ſuſpecta in principio numero tertio, ff. de appellationibus recip. in ſupracitato tractatu de momentanea poſſeſsione limitatione 24. nume. ſexto, Contard. aſſeuerat eo loci numero ſeptimo, ſecus eſſe dicens, quoties vltra ſcientiam tertius in tertia inſtantia comparuiſſet, ac in eodem ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur admitti petijſſet, & Puteuſante ipſum in deciſ. 6 libro tertio illa ratione, ita per dominos deciſum fuiſſe explicans, quia ſuas tertius feciſſe ſententias videtur contra alios prolatas, & quia dum in illo ſtatu admitti petijt, ac beneficio ſtatus litis dū gaudet onus non abſimiliter quod pati debeat, ſibique dum ſic admitti voluit à ſtatu cauſæ ſuis cum qualitatibus arctari eſſe imputandum in deciſ. 1. num. 3. de except. Caſſad. notab. enarrat. idque in præfata deciſ. 235. Afflictū aſſerere colligitur, ex quibus male Felynum, ſentire ac ſibi ipſi in ſupracitato c. eum ſuper, in fine de re iud. repugnantem exiſtere clare conſtat, dum ſentētiam illam in hoc caſu tertiam eſſe, quo ad tertiam compętentem inquit, quodque appellare non permittatur ſententiam poſtea ſubiungens in rem trāſire iudicatam tertio ipſo non appellante ei appellare quod liceat præſupponendo, vt in præfata limitatione vigeſimatertia nu. ſexto, & ſeptimo, in principio ex Zuecardo in l. fina. nume. 416. C. de edicto Diui Hadr. tollen. Contardus aſſeuerat, idemque in conſil. vigeſimotertio per totum clare Marzar. enarrat, ac eodem loci Cōtard. numero tertio, ex Felyno in capit. veniens numero decimooctauo, circa finem de teſtibus il ſecondo ratione qualis qualis præiudicii tertium appellare poſſe aſſerēs, immo ſuſpicionem qualemcunque ne ei aliquo tempore nocere ſententia poſsit ſufficere, ex gloſa in l à ſententia in principio per illum textum, ff. de appellationibus à ſententia contra vnum ex heredibus lata alium cohæredem qui in cauſa non interuenit appellare poſſe continentem, dum huiuſmodi ſententiam nullatenus niſi quale quale, & quoad ſuſpicionem tantum, non autem quoad verum, & certum præiudicium afferre ex gloſa inquit in l ſi duo patroni in verbo abiturum in fine, ff de iureiur. ac ex textu in præcitata l. à ſententia, ſine appellatione turum eſſe cohæredem explicante, idem Lanfraneum in capitulo quoniam contra verbo interlocutoria de probatio. nume. nonageſimonono in fine & nume. centeſimoprimo ſentire ſubnectens, Iacobum Mandell. in conſ. nonageſimoſecundo numero ſexto Romanum in conſil. 343 in vltimo dubio, & Tiraquellum in tractat. res inter alios acta nume. 19 ac ſufficere, & ſatis eſſe, quod aliquo caſu intereſſe poſsit, ex Galiaula concludit in repet. l. ſecundę, §. ſi tamen nume. decimoſexto, ff. de verborum oblig.

166 Ad cuius quidem articuli pleniorem cognitionem ſententiam, plerunque notandum eſt, ex propria vi, & natura nocere omnino alijs, & prodeſſe, vt in l. ingenuum cum ibi notatis, ff. de ſtatu homin. de quo plene in practicis quæſtion. capit. decimotertio nume. ſexto. Couarr. diſcurrit ſententiam ibidem aduerſus heredem prolatam, vel aduerſus res alienare prohibitum ac alteri reſtituere rogatum, & ſubſtituto, & fideicommiſſario, & iam quod ad cauſam citati non extiterit, ex Alexandro nocere explicans in l. ſæpe numero nonageſimonono, ff. de re iudic. & ex Felyno in dicto capi. penultimo nume. decimonono eodem titu. & hanc, ex Ripa in l. ſi filiusfamil § Diui ff. de legat. primo, Dom. Nicolaus à Prato in praxi iudic. atteſtatur communem eſſe ſcribentium opinionem, & poſt textum in l. ex contractu, ff. de re iudica & in l. pri. denunciari autē, ff de ventre inſpic. quibus præfata probantur, & ex text. in l. ſi patroni, §. vlt. ff. ad Trebel. ſententiam contra hæredē latam fideicommiſſario etiam non citato nocere explicat fideicōmiſſ. ipſi & legatario tali caſu à ſententia contra hæredem latam intra decem dies à die

ſcientiæ

ſcientiæ computandos non autem à tempore
ſententiæ, neque ab illo die quo actor vel reus
principalis latam ſentẽtiam fuiſſe ſciuerit tem-
pus ad appellandum currere, ex Alexandro in
præfata l. ſæpe nume. 82. ff. de re iudicata in eo-
dem practicarum quæſtionum tractatu capitu-
lo decimoquinto columna ſecunda verſiculo
nocet equidem affirmans, etſi Alexandri opi-
nionem illa ratione non eſſe omnino veram
opinetur, quia cum aliis etiam ignorantibus,
& vt diximus non citatis, ac ex natura rei ſen-
tentia noceat eo tempore appellationem
qua ſententia in rem tranſiuit iudicatam illo
qui legitimus cauſæ ſit defenſor non appellan-
te ad aliorum omnium etiam ignorantium
præiudicium, nullatenus permiſſam cenſeri cõ-
cludens, ex text. latius hoc proſequens, & com-
probans in l. ſi ſeruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1.
in l ſi proluſorio, §. fin. & l à ſententia, ff. de
appellationibus, & l. qui repudiantis, §. vltimo
ff. de inofficio. teſtamento, ex quibus, ac ex Bar-
tolo, ibi & alijs ſententiam contra hæredem cõ-
tumacem latam, vel colludentem ipſo iure, ac
citra aliquam appellationem neutiquam lega-
tarijs præiudicare aſſerit, ac eis non obſtante
rei iudicatæ exceptione aduerſus victorẽ, quod
agere permittatur, quodque ſententia propter
contumaciã prolata, nec in alia cauſa etiã inter
eaſdem perſonas præiudicium pariat, ad tex-
tum in l. ſecunda, §. Diuus, & l eius qui delato-
rem, ff de iure fiſci in tractat. de præſumption.
reg. 3. præſumpt. vigeſimaſecunda num. octauo
Alciat. aſſerit ſententiam ſubdens ſic prolatam
nunquam tertio præiudicare etiam in caſibus,
in quibus alias iuxta textum præiudicaret in di
cta l. qui repudiantis in fine cum alijs concor-
dantijs eo loci per ipſum relatis, & quatenus
ob ipſius hæredis iniuriam, qui ad praue, & iniu
ſte pronunciandum iudicem prouocauerit ſen-
tentia lata appareret legatarijs, vbi hæres non
appellaſſet contra victorem rei iudicatæ exce-
ptione tutum iuxta textum in l ſi ſuperatus, ff.
de pignor. agere ad legata non licere vbi ſupra
Couar inquit differentiæ rationem manifeſtam
eſſe dicens, ex quo in caſu dictæ l. ſi proluſorio,
§. vltimo, & dictæ l à ſententia, ff. de appellatio-
nibus in dolo hæredem fuiſſe apparet, & propte
rea contra victorem etiam legatarijs quod ſub-
ueniatur, ſecus vero vbi hæredis culpa tantum
ſententiam iudex protuliſſet quo caſu contra
hæredem non autem contra actorem, qui ſen-
tentiam obtinuit legatarijs ſubueniendum eſſe
ac iſtud ſcribentes approbare communiter aſ-
ſeuerat, ex quibus non leuem contra Alexan-
drum authoritatem adſumi poſſe enarrat, &
poſt multa illam Alexandri ſententiæ diſtinctio
nem ad ſtipulantem refert, quod ſi ſcriptus hæ-
res in culpa fuerit, quia à ſententia, inique, &
per iniuriam lata cum appellare potuiſſet non
appellauerit ſententiam contra hæredem ſcri-
ptum latam legatarijs, ne agere contra victorẽ
poſsint ſi à ſententia intra tempus legitimum
à die ſcientiæ computandum non appellaue-
rint nocere, ſecus ſi legitime appellauerint quo
caſu cauſam proſequi legatariis licere inquit, ac
teſtamenti vim & efficaciam probaret, vt ſentẽ-
tia per appellationis iudicem lata reuocetur,
hanc eodem Alexandro teſte in præcitata l. ſæ-
pe, ff. de re iud. nume. octuageſimotertio com-
munem eſſe dicens ſcribentium opinionem, ip-
ſum igitur vbi ſupra videas, hæc & alia explican
tem, & ſignanter in dicto numero ſexto verſic.
ſunt vero, qui cenſent poſt principium, ex Iaſo.
in l. decem nume quadrageſimoſecundo, ff. de
verborum obligation tunc præfatis in caſibus,
alijs non citatis ſententiam cum legitimo con-
tradictore latam nocere aſſerens, quoties agita
ri cauſam & tractari ipſi ſciuiſſent communem
hanc eſſe ſcribentium opinionem aſſerens, etſi
à præfata communi aperte ipſe diſcedat, illi-
que contradicat.

167 Eoque caſu iuxta textũ in præcitata l. ex cõ-
tractu, ff. de re iudic. ſententiam contra hære-
dem lata ſubſtituto, & iuxta textum in præfata
l. ſi patroni, §. fina. ff. ad Trebellianum fideicom-
miſſario nocere aduertendum eſt, quoties hæres
ſuper teſtamenti nullitate, ac illius reſciſsione
conueniretur, quo caſu, quia hæredis in teſta-
mento ſcripti conſeruati teſtamentum magis
principaliter intererat ipſius ſufficere citatio-
nem, ac ſubſtitutis ſentẽtiam, contra ipſum pro
latam fideicommiſſarjs, & legatariis, quorum ſe
cundario non autem principaliter intereſt no-
cere, Octauian. Oſaſc. in deciſione Pedemonta-
na centeſimaquinquageſimaſeptima nume. de-
cimoſexto fatetur, & hanc Villalob. in tractatu
communium opinionum lit. S. verbo ſententia
numero quadrageſimoquarto magis commu-
nem enarrat ſcribentium opinionem, ſecus eſ-
ſe, Oſaſc enarrans, quoties coæquale, ac æque
principaliter intereſſe legatarii alijque præno-
tati prætenderent, quo caſu ad textum in l. pri-
ma, ff. de exception. rei iud. vno legatario agen-
te, ſi teſtamentum nullum pronunciatum ſit il-
la ratione collegatariis, nullatenus nocere aſſe-
rit, quia legatarius, qui ſuccubuit principale
ius collegatarii reſpectu nullatenus in cauſa ob
tinet, & ideo ex Bartolo in dicta l. prima, & ex
Sigiſmundo in conſil. decimo inter conſ. feuda-
lia nume. quarto, in fine ſententiam ipſi neutī-
quam nocere declarat, idque ex textu probari
ſubdit in ſupracitata l. ſæpe, ff de re iudicata in
qua ſi vnus ex duobus debitoris hæredibus con
uentus condemnatus fuerit ſententiam cohæ-
redi ſuo etiã litem motam ſcienti eadẽ quã præ-
notauimus ratione, & quia inconueniens eſſet,
vt alterius facto quẽ agere, aut conueniri prohi
bere nõ poſſum fiat mihi præiudiciũ, neutiquã
nocere diſponitur, ex eo hoc cõfirmari cõcludẽs
quia vbi ſentẽtia, quo ad alios ius faciat nunquã

eam ius facere, neque ius ęque principale habẽtibus nocere exemplo querelæ in officioſi teſtamenti iuxta textum concludit in l. duobus, C. de inofficioſo teſtamento, & in l. Papinianus, §. ſi ex cauſa, ff. eodem titu. quod etiam in cauſa ſtatus ſibi locum vendicare nouiſsime in deciſ. 524 D. Vincent. de Franch. aſſerit par. tertia, quem in caſu quotidie contingenti loquentem inſpicere non prætermittas.

168 Ac ex eodem Octauiano Oſaſco, vbi ſupra nume. 9. & ſeq. & per Couartuuiam in præſato capit. decimotertio nume. 5. & 6. & in capit. 15. colum. ſecunda verſ. nocet equidem in tractatu practicarum quæſtion. ſupranotata tuta penitus non eſſe ex eo ſimiliter demonſtratur, quod quamuis regula ſit eum dumtaxat dictans eſſe neceſſario citandum, quem principaliter, non autem ſecundario, vel in conſequentiam negotium tangit dicta l. 1. §. denunciari in illis verbis primo gradu hærede inſtituto non etiam ſubſtituto, attamen, quo ad actus validitatem, vt abſque eorum citatione, quorum ſecundario intereſt, non autem quoad generandum tertio præiudicium hoc procedere, & ita textum in dicto §. denunciari ſupracitatum l. ſi patroni, §. penultimo, ff. ad Trebellianum & gloſam in l. de vnoquoque, ff. de re iud. procedere aſſeuerat quam Alexandro teſte in conſ. 86. columna prima, verſic. item licet ſententia, & in conſ. 156. libro ſecundo conſ. 30. columna ſecunda, in fin. libro ſexto, & alijs eſſe communiter à ſcribentibus approbatam in tracta. de nullit. ex defectu citat nu. 19. Vantius alios recẽſens atteſtatur, & ita Alexandrum in præſata l. de vnoquoque in vlt. fallent. & in conſ. 84. num. 10. lib. 2. diſtinguere in ſupracitato num. 10. idem Oſaſc. alios referens affirmat, & in nu. 13. verſ. quia reſpondetur, ac eodem nume. 10. verſ. ſed ſingulatim præcitatam communem ſcribentium opinionẽ in dicta l. filiusfamil. §. Diui ſententiam continentem contra alienare prohibitum prolatam ei ad quem res alienari prohibita transferri debet præiudicare, eo caſu ſibi locum vendicare aſſerit, vbi tertius litem motam contra alienare prohibitum ſciuerit, & tacuerit, ſecus ſi ignorauerit, quo caſu, quod ei talis ſententia, non præiudicet, ſed habita illius ſententiæ notitia, ipſi quod appellare liceat, neque ei antequam fuerit certificatus tempus ad appellandum currere, adeo quod ſi in prima ſecunda, & tertia inſtantia cauſam agitari ignorauerit, quãuis principalis cõdemnatus appellare nequeat ei appellate, quod permittatur, ex Alexandro inquit in dicto §. Diui num. 9. in fin.

169 Quodque decem dies ad appellandum conceſsi à die tantum ſcientiæ ipſius ſententiæ regulariter concurrant gloſ. eſt in authent. hodie, C. de appellat. quam in l. 1. refert Angelus & ſequitur, C. de tempor. appellat. eamque eſſe communiter approbatam Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 344. nume. primo, in fine aſſerit, quem & Afflictum in tota illa deciſione perpulchre diſtinguentem inſpectum omnino facias, Grammaticum ibi ſimiliter in addit. & Veſtrium in praxi Romanæ Curiæ libro ſeptimo capit. 3. numero vigeſimoprimo, ac certam ſcientiam hãc eſſe debere per ipſius ſententiæ notificationem, immo prætatum decendium non currere, niſi à die aſsignationis ipſius copiæ, vbi ſupra numero ſecundo, Vrſill. enarrat gloſa probat in capitulo concertationi verbo ſciuerit de appellationibus in 6. & ibi Ioann Andr. Rota in deciſione quadrageſimanona de appellationibus, in nouis, Ferret. in conſ. 98. nume. quinto, & in conſ. 216. per totum volum. primo, Alexand. in conſ. 114. colum. ſecunda lib primo, Afflictus de iure prothomiſ. in verbo, vt infra triginta dies numero ſeptimo, in fine, & numero ſequenti & late Curt iun. in conſ. 8. columna ſecunda, Tiraquel. de retractatu conſang. §. 6. trigeſimoquinto gloſa 3. in principio, cum alijs nume ſequentibus, & Bardus in tracta de temp. vtili, & cont. capit. tertio numero primo, verſicul. hoc tamen tempus fol. 20. vbi ex Capyceo in deciſ. 139. & ex Natta in conſ. 340. numero primo volum. ſecundo cautelam vt decendium currat illam eſſe air, quod perſonaliter, vel domi ſententiam, cum omnibus qualitatibus aduerſario notificetur, etſi hoc in Romana Curia non attendi, ſed ſolàm ſufficere citationem aſſeuerat.

170 Non tamen prætereeam proxime notata in terminis tertij contradictoris ſibi locum non vendicare, nec tali caſu attento tam exactam ſentẽtiæ, ac totumque ſcientiã eſſe perquirendã namque ad tertium, ac ad illum, de cuius præiudicio non principaliter agitur, ſed ſecundario ab appellandi remedio excludendum ſufficere, quod litis motæ, qualitercũque ſcientiam habuerit, ſeque ad textum in præcitata l. ſæpe non oppoſuerit, ac vt ſupra numero 136. adnotauimus ſatis eſſe per generale proclama admonitos eos fuiſſe, vt illis præiudicetur, idem Oſaſcus in prænotata deciſione 158. numero decimoquarto, ex Bartolo aſſerit in extrauag. ad reprimendum in verbo per ædictum, eodemque Bartolo, & Baldo in l. ſi eo tempore, C. de remiſ. pignor. Curtio in tract. de feud. quæſtion. nona ver. ſed quo ad hoc, vt præiudicetur, & ex Felyno in capitulo fina. de maioritate, & obedientia in terminis Couarr. in prænotato practicarum quæſtion. tractatu capitulo decimoquinto & Natta in conſ. 457. libro ſecundo, à quo iniuſte, Ioſephum Ludouic. in dicta deciſione vigeſimaſexta numero decimooctauo; cum tribus ſequentibus diſſentire conſtat, ac illo caſu in eadem deciſione centeſimaquinquageſimaſeptima numero 8. citationem per generale proclama ſatis eſſe, Cach. inquit, quoties citandus ignotus erat, eiuſque nomen ignorabatur hoc, ex textu probari aſſerens in præfata l. ſæpe, & ex

notatis

notatis per Innocentium in cap. ex inſinuatione, & in cap. in noſtra de procurat. idem ex textu in Clement. cauſam de elect. in conſ. 142 nume. 4. & 5. Roman. tenet, quem inſpicias inſtantque, vt diximus, Ioſeph Ludouic. in dicto num. 18. & ſequent. eſſe ſententiam, Natte in prænotato conſ. 457. aduerſantem, ex eo clare demonſtratur, namque vt tertio acta præiudicent, ac vt in eo ſtatu cauſam in quo reperitur adſumere, & proſequi tertius teneatur eum litis notitiam habuiſſe, ex Afflicto in præcitata deciſ. 235. & Cauetta in conſil. 14. & alijs ſatis eſſe notatum fecimus, ac ex eodem Ioſepho Ludouico in deciſ. 26. nume. 3. & 4. ſolam proceſſus ſcientiam ne tertio appellare liceat, vbi principalis ipſe non appellaret concludente clariſſime hoc eſt manifeſtum, neque aliquam ad hãc inducendam notitiam præſcribi formam, ſeu ſpecificam actorum notificationem eſſe tertio faciendam apud ſcribentes legitur, ſed indiſtincte, & generice de litis ſcientia loquentes in hoc articulo pertranſeunt, quod ſi notare opus fuiſſet argumento capituli ad audientiam cum ſimil. de decim. nullatenus, vt conueniens erat prætermiſiſſent, dumque actorum, & litis, quod plus eſt ſcientia concurrente in cauſa per litigatores concluſione facta, ne aliquid probare liceat tertio præiudicium fieri, quia ipſi cauſam ſcienti cur debito tẽpore non interuenerit probationeſque fecerit imputatur, vt in dicto num. decimoquarto poſt numerum quintum, Grauet. inquit & in prænotato capit. decimotertio, practicarum queſtion. Couarr. ita & ſententiam eadem ſimplici litis ſcientia hoc operante ipſi nocere illa ratione nullatenus eſt ambigẽdum; nam actorum appellationem etiam ſententiam comprehendere poſt gloſam in l. in fraudem, §. neque inſtrumenta, ff. de iure fiſci poſt ſcribentes in l. ſecunda, C. vt lite penden. & in his apud quem, C. de edendo, & alios poſt plures relatos veriorem hanc eſſe ſcribentium opinionem in praxi iudiciorum, §. decimoquarto capit. quarto poſt principium, Aſin. atteſtatur, illaque ſententiam notificandi exquiſita conditio, à Ioſepho deſcripta principalis tantum cauſam proſequentis, totiſque viribus defendentis nõ autem tertij reſpectu poſtquam in cauſa admiſſus fuit, proſequi non curantis, ſine poſt litis ſcientiam comparere prorſus negligentis ſcribentes reſtrinxerunt inter quos eſſe diſcrimen conſtituendum nemo qui ſani ſit capitis negabit, ac ex caſuum, & rationis diuerſitate diuerſam iuris reſurgere diſpoſitionem iuxta vulgatum tex. in l. a Titio cum concordantibus, ff. de verborum obligationibus nemini latet, ac ſatis eſſe qualitercunque cauſam agi, & tractari tertium ſciuiſſe, ex per pulchro in hac materia Ripæ conſilio 166. alias, 4. in titulo de appellationibus poſt ſcripta hæc à me viſo nume. quinto poſt medium clare conſtat, vbi ex ſollicitatore ad omnia inſtrumenda per tertium ipſum conſtituto cauſæ ſcientiam habuiſſe tertium deducit, & ideo cum ſimplex actorum ſciẽtia, vt diximus ſufficiat, idem in ſententia quod in actis tam ex prædictis, quã quia vna determinatio plura reſpiciens determinabilia æqualiter ad textum determinare debet in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. eſt omnino concludendum.

171 Cumq; in prænotata Oſaſci deciſione illud principaliter diſcutiatur nunquid ſententia contra vaſallum lata agnatis ſucceſſoribus in feudo præiudicet poſt plura contra agnatos cumulata num. tandem 6. verſic. quibus tamen nõ obſtantibus ex Iſernia in capitulo primo, §. ſi vaſallus de beneficio in titu. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. & agn. Aluaroto ibi præpoſito & Afflicto nume. vigeſimo, Curtio in ſupracitat. de feud. tract. parte ſeptima queſtio. noua, Felyno in dicto capit. vltimo de maioritate, & obedientia nume. quinto, & alijs, quoties feudum antiquũ apud vnum de agnatione exiſteret, cũ quo ſuper re feudali litigetur contra ipſum ſententia prolata, alijs ſequẽtibus agnatis ad quos feudum tranſire debet, niſi citatos fuiſſe, vel cũ illo agnato agitari cauſam eos ſciuiſſe conſtet, neutiquam ſententiã præiudicare affirmat, ac opinionem hanc ex Alexandro in ſupracitata l. filiusfamil. §. Diui nume. 9. ff. de legar. primo maximam in ſe habere equitatem et Decio in conſ. 445. nu. 29. cõem eſſe fatetur illamq; huius dicti aſsignat rationem, quia ſi lis poſteriores agnat rationem, quia ſi litis poſteriores agnati ſcientiam habuiſſent, aut citari in iudicio fuiſſent liti ne colluderetur adſtitiſſent, ac iuxta textum in dicta l. ſi proluſorie, ff. de appellationibus, & l. ſi ſuſpecta, ff. de inofficioſo teſtamento probationes, ne colluderetur adduxiſſent, ipſum igitur vbi ſupra, & in tota præfata deciſione cuncta notabili. diſcutientem inſpicere non prætereas.

172 Et vltra prænotatas notabiles declarationes aliam non abſimiliter notabilem notare non prætereas præfatæ citationi per proclama, & in genere factæ ſatis congruam, & notab. vt eo caſu, ille qui virtute dicti proclamatis ſcientiam litis habuit neq; in iudicio comparuerit ſibi præiudicet, quoties poſtea aduerſus victorẽ, & ſententiam reportantem qui que rei de qua lis acta extitit poſſeſſionem obtinuit obſtante ei exceptione rei iudicatæ agere vellet, ſecus vero, vbi taliter citatus in poſſeſsione rei de qua lis agebatur reperiretur, quo quidem caſu, ſi tacere velit, & poſſeſsionem retinere nunquam ſententia executioni contra ipſum demandatur, ex quo generalis, & incerta contra omnes, quorum intereſt proferre ſententiam, neutiquam licet ad textum in §. curare inſt. de actio & C. de ſent. quæ ſine certa quant. prof. per totũ, & quia ad textum in ſupracitato §. cum ſuper de re iudicata contra ipſum prolata ſententia neu-

tiquam cenſetur, vt in conſ. 342. num. 6. Rom. inquit, ex Hoſtienſe, & Innocentio in c. dilecti de except. non eſſe illum inquit in expenſis condemnandum, qui ſe non oppoſuit quodque ex huiuſmodi generali citatione reus quis voluntarius non autem neceſſarius efficiatur, ac monitoriam non arctatoriam citationem hanc cēſeri, ac taliter citatum non comparentem cōtumacem dici non poſſe, poſt Romanum, vbi ſup. nume. 5. Alex. relato in l libertus la prima nu. 4. ff. de in ius voc. Felyno in c. cum inter priorem poſt nu. 12. de except. Cōtardo in commentar. l. diffamari in ampliat. nu. 155. & alijs communē hanc, Mandoſ. in addit. vlt. ad idē Romani cōſ. eſſe teſtatur ſcribentium opin. etſi aliter Mandoſium patrem ad regulas Cancell. regula de annali q. 16. loquentem referat.

173 Ac ex eodem Romani conſ. 342. num. 3. iudicem conſtat delegatum contra vnum in ſpecie datum, & in genere contra omnes quorum intereſt contra ſpecialiter expreſſum non autē cōtra perſonas illas in genere cōprehenſas exercere iuriſdictionē poſſe antequam iuxta text. in c. paſtoralis, in fine de reſcript. perſonæ illæ exprimantur ſub generalitate comprehenſæ præfatamque perſonarum expreſſionē in dicta generali clauſula comprehenſarum per iudicē in prima citatione per ipſum decernenda eſſe faciēdam ne poſtea in proceſſu cauſæ iudici actor illudere, & variare valeat in præfato num. 3. & 5. ante finem ex tex. Roman. ſubnectit in c. cum in multis eod. tit de reſcript. lib. 6. eodem nu. 5. in fine neque executori huiuſmodi citationis decretæ perſonarum expreſſionem ſub præfata generali clauſula comprehenſarum facere licere aſſerens, quem videas, & pro clariori prænotati articuli elucidatione quando ſententia contra hæredem lata fideicommiſſario noceat, & legatario, Marzarium in tract de fideicommiſſ. queſtio. 72. per totum, vbi late, & eleganter inſpectum omnino facias.

174 Cauſamque quoties tertius appellat eſſe in appellatione exprimendam illa ratione, quia eſt materia, in qua regulariter non appellatur in ſupracitatò cap. cum ſuper colum. 1. de re iud. Panormi., aſſeuerat Felyn. in cap. quod ad conſultationem num. 18. & 20. eodem tit. Dec. in cap. ad noſtram ſub nume. decimo de appellationibus, Franch in cap. vt debitus nume. 25. eodem tit. Mattheſil. in ſuis ſingul. in ſingul. 124. in ſupracitat limit. 23. in tract. de momentanea poſſeſſione, à Contardo relati numero 12. & 19. vbi cauſas in appellatione expreſſas ſemiplene ſaltem antequam ad vlteriora procedatur, ex Felyno in præfato cap. quod ad conſultationem nume. vigeſimo, ex Baldo, & Salic. in authent. hodie, C. de appellationibus, Angelo, & Cumano in l. prima, ff. de appellationibus recip. Mattheſilano, vbi ſupra, & Couarruuia in ſupra relato practicarum queſtion. tractat. capit. decimo-quinto nume. primo iuſtificandas eſſe concludit, & hanc communem eſſe ſcribentium opinionem in decis. 291 numero 6. Viuius affirmat eo loci, in fine, ex Baldo in addit ad Speculatorem in tit. de appellationibus verbo appellans à diffinitiua ad ipſius appellationis ſubſtantiā minime expreſſionem hanc requiri aſſerēs, ſed ad finem ſolum, vt ſciat iudex nunquid appellationi, vel ne deferre debeat, eoque caſu tantum eſſe cauſam in appellatione per tertium interpoſita exprimēdam rem exiſtimo indubitatam quoties ad reum, vel actorem coadiuuandum, atque illi vt adſiſteret litem tertius adſumpſit, ex quo tunc ad cauſam in illo ſtatu proſequendum tenetur, quo ipſe principalis proſequitur, ac in eo ſtatu, vt prænotauimus auditur, in quo cauſa reperitur, ſecus ſi non alterum litigātium in rebus, vel iuribus de quibus agitur coadiuuā dum ad iudicium acceſſerit, ſed ad ipſum excludendum iuxta perpulchram diſtinctionem à Couar. in ſupracitato capit 13. columna prima relatam, quo caſu cum tertius altero litigatorū, excluſo principalis efficiatur, ac ad cauſam ab initio agendam, ac ſi incœpta ab alio non eſſet admittatur, omniaque cum ipſo repetenda veniant ad cauſæ expreſſionem in appellatione à diffinitiua non teneri eſſe cenſeo manifeſtum, & quæ infra hoc cap. adnotauimus num. 177. & ſeq. inſpecta facias.

175 Ex Angelo item in ſupracitata l. ſi ſuſpecta nume. quarto, ff. de inofficioſo teſtamento duplici modo à tertio appellante eſſe appellationem concipiendam in ſuprarelata limitatione, 23. nume 16. Contard. aſſeuerat, vt ſi ratione qualis qualis præiudicij ſibi generati, eo quod ſententia ipſo cauſam agitari ignorante lata dicatur, & eo caſu, quod concludere appellatio, & continere debeat per iudicis ſententiam generatum præiudicium ſibi ſentētiam illam, etiam quale, quale non inferre, quod declaretur non autem ad reſciſſionem etiam ſententiæ iam latæ cum ſua non intereſſit concludere eadem forma per appellationis iudicem ſententiam eſſe aſſerens formandam. vbi vero plenum præiudicium illi tertio illarum per ſententiam appareret; & tunc iniquam eſſe ſententiam, eamque appellationis remedio reſcindi, ac reum à petitis per actorem eſſe abſoluendum quod appellatione ipſa concludatur eodē parique modo iudicem ad pronunciandum teneri ſubnectens, ac eodem loci num. 17. pro huius materiæ perfectione, ex Baldo in præfato c. ſuper eo in fine de re iud. Butrio ibi in prima oppoſitione Cardinali Zabarel. in 6 notab. Abbate num. 6. Rota deciſ. 30. de re iud. in nouis per tertij appellationem ſententiæ executionem differri aſſerit, & hanc poſt plures relatos communem Lancelotus in tract. de attent. 2. par capitu. duodecimo, amplian. 14. nume. ſecundo fol. 223 eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, ex Angelo, item in ſupracita-

pracitata l. ſi ſuſpecta nume. quarto eo caſu hoc procedere declarans, vbi abſque appellãtis præiudicio ſententiæ executio neutiquam fieri poſſet, ac tertium intereſſe prætendentem, non ſolum ſi petitorio, ſed etiam ſi poſſeſſorio actum eſſet executionẽ impedire, ex Felyno inquit in præfato cap. veniens il ſecondo nume. 11. de teſtibus, & quando tertius pro ſuo intereſſe appellat nihil interim eſſe innouandum, ipſamque differri executionem, ex textu ait in dicto c. ſuper eo, vbi caſum de hoc eſſe enarrat, iſtud ex Pariſio itidem in conſ. 107. affirmans nume. 122. lib. 3. quem ſiue iudex appellationi detulerit, ſiue non ampliantem refert, ex Baldo in præcitato cap. ſuper eo nume. quarto, textum in l. fin. referente, C. de ord. cogn. eo caſu hoc limitari exponit, quoties tertius, ex calumnia. ac vt executio differatur appellaſſe præſumi poſsit, quem eo loci, alia huc tendentia, alioſque referentem inſpicere non prætereas, cautum pariter appellantem eſſe debere aduertens, ne vti tertius appellationem ipſam interponat, quoties alia via conſultũ ſibi eſſe poteſt, ne iudicij acta ſibi præiudicẽt, prout illa appellatione interpoſita præiudicare, ex Rota inquit in præfata deciſ. 20. de re iud. in nouis, & ex Papaz. in deciſ. fin. in fine de procurat. ſimiliter in nouis illud non abſimiliter admonens, quod ſi quis per adhæſionis modum in appellationis cauſa ab altero interpoſitæ caſu quo fieri illud permittitur, veniret vt infra decem dies à die prolatæ ſentẽtiæ adhæreat ita Baldum in auth. hodie nume. 6. in principio ſentire aſſerens, C. de appellationibus, Alexandrum ad Bartolum in ſupracitata l. ſi proluſorio, §. ſed & agere ſuper verbo teſtis. ff. de appellationibus, Curtio in conſ. 122. nume. 6. Socino in conſ. 45. num. 86. & alijs idem vbi de ratificatione appellationis agere tur, veluti ſi quis à ſententia aduerſus me lata meo nomine appellauerit, quod infra decem dies infra quos appellare debebam ratificare debeam alias inualidam ratificationem cenſeri ex Hoſtienſe in ſumma in tit. de appellationibus, §. quos poſsit in deciſ. 13. nume. 2. poſt principium, Guido Pap. quem rationem afferentem inſpicias enarrat, quod niſi pro abſente interpoſita appellatio fuiſſet declaratur, quo caſu, non ſolum infra decem dies à die interpoſitæ appellationis, ſed etiam à die ſcientiæ fieri ratificationem poſſe in conſil. 213. 2. lib. Bertrand. atteſtatur: ad hunc tamen adhæſionis articulum plenius dignoſcendum, Lancellotum in tracta de attentatis diuerſis in locis inuenies in operis repertorio notatis verbo adhærens, & verbo adhæſio, & de præfato ratificationis articulo, eundem Lancellot. ibidem in 2. par. cap. duodecimo de attentat. appellat. pend. limit. 50 nume. 53. & nume. 55. quem inſpicias, quodque tertius alterius appellationi pro ſuo intereſſe adhærẽs aliquid ſibi adiudicari, quod minime petere poſsit, ſed ei cauſam ſolũ defendere, quod liceat, & condemnatum ad effectum tueri ne contra reum ſententia lata ſibi præiudicet Bal. inquit in auth. hodie ad finem, C. de appellationibus, ac ſententiam in appellantis perſonam non autem tertij eſſe ferendam quia lis cum eo inchoata fuit poſt Imolam in dicto c. cũ ſuper de re iud. in conſ. 166. alias, 4. in tit. de appellation. nu. 4. Ripa poſt Nic. à Prato tenet.

176 Ac licere tertio oppoſitori pro ſuo intereſſe in iudicio comparenti omnia allegare, & probare, quæ principalis ipſe nec probauit, neque allegauit dummodo ad cauſæ defenſionem illa pertineant, ex gloſ. quam communi ſcribẽtium calculo approbatam teſtatur in ſupracitata l. ſi ſuſpecta, ff. de inofficioſo teſtamento, & in ca. 2. de procurator. in 6. in prænotato cap. 13. practicarum quæſtion. nume. primo verſic. primum ex his fol. 182. Couarr. enarrat & qualiter hoc procedat in toto dicto nume. 1. notab. declarat, & ideo Baldi opinione reiecta in l. ſi vxorem num. 7. C. de condit. inſert. vxori quod de bonis mariti acquiſiuerit ad turpis quæſtus ſuſpicionem euitandam, vt in l. Quintus, ff. de dona. int. vir. & vxor. opponi per extraneum nõ poſsit, ſed ſolum per maritum, & eius ſucceſſorem aſſerẽtis, quod quilibet tertius dummodo ipſius interſit mulieris, vt pręfata euitetur ſuſpicio hanc opponere præſumptionem poſsit poſt Bartolũ in ſupracitat. l. 2. ff. de except. rei iud. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 26. nume. ſeptimo, illa aſsignata ratione, Alciat. inquit, quia non eſt Inducta præſumptio hæc ita demum ſi maritus velit, ſed generaliter ad præfatam malam ſuſpicionem euitandam hoc, etiam quod maritus per vxorem acquiſita non eſſe de bonis ſuis quæſita fateretur procedere declarans, neq; tertio opponenti mariti conſenſum, & confeſsionem tãquam inter perſonas prohibitas factam, quæ nemini præiudicat ad textum in l. qui teſtamentum, ff. de probat. præiudicare ſubdens, & hanc, contra Baldum Decio in conſ. 237. nume. nono relato, Neuizano in ſua Sylua nupt. libro 4. nume. vigeſimoprimo, in fine, Curtio ſeniore in conſil. 81. & Crauetta in conſ. 227. veriorem hanc, ęquiorem & honeſtiorem eſſe opi. ob textus in dicta l. Quintus generalitatem poſt plura huc tendentia relata in quæſtionibus familiar. Anchar. Regienſ. inquit quæſt. 8. parte prima per totum, quem & in trac. communium concluſ. Gabrielium libro primo in tit. de præſumpt. concluſ. 15. late de hoc per totum diſcutientem inſpicere non prætereas.

177 Quod quidem in eo multo magis, vt omnia allegare, & probare poſsit aſſerendum eſt, qui ſe litis examini offert, & iudicio ab actione, quam propoſuit actorem, vel à defenſione reum omnino excludi, ex eo petat, quod actio in iudicio aduerſus reum ab actore deducta, vel defenſio, quam reus facit, & proponit ſibi non illi competat, vere etenim, quoties actio, vel defenſio tertio ipſi

tio ipſi in iudicio comparenti non autem actori nec reo competit à iudicio eſſe illos repellēdos, & excludendos, ne in ipſius tertij præiudicium, cuius præcipua, ac principalis actio eſt, vel deſenſio iudicium proſequantur in l. Titia, ff. ſoluto matrim. continetur, & ſupra hoc eodem capitulo nume. 147. circa finem, nec tertium tali caſu adſtringi in eo ſtatu in quo reperitur litem aſſumere, ac eſſe omnia cum ipſo, ex integro repetenda, ex Bartolo conſtat in ſupracitata l. ſi proluſorio, ff. de appellationibus, cuius opinionem communi ſcribentium calculo receptā eſſe in ſupra relato practicarum quæſtion. tractatu capitulo decimoquarto nume. 4 poſt principium, Couar. atteſtatur, etſi ex eodem Bartolo ibi non eſſe eos à iudicio excludendos, quos res ipſa ſi non principaliter conſequenter tangit, quo minus iudicium pro eorum intereſſe, & præiudicio proſequantur, vel vt actori aſſiſtant, aut defenſori, idque ex textu admoneat in ſupracitata l. ſi ſuſpecta, ff. de inoſſicioſo teſtamento: in dicta l. à ſententia, & l. ſi proluſorio ff. de appellationibus in l. ſi pariter, ff. de liber. cauſa, & in ſupracitata authent. tunc ſi hæres, C. de litigioſ. Couarr. tamen in dicto numero quarto per totum, vſque ad finem dicti capituli decimiquarti, alios caſus huc tendentes explicantem inſpectum omnino facias, illudque ſignanter, nūquid vbi ad iudicium tertius venerit, neque reum, neque actorem defenſurus, ſed actionem ab actore propoſitam, nec iuſtam eſſe, neque dignam, vt in ipſius fauorem ſententia feratur contendens, immo rem ab actore petitam ſibi dādam eſſe, & tradendam, reumque ad hoc vt ipſi tertio non autem actori petitam rem tradat, & reſtituat condemnari poſcens litis examen, & diffinitio inter actorem & reum, quoad ipſorum præiudicium, & commodum impediatur, de quo in præfata deciſione vigeſimaſexta nume. 25. in fine cum ſequentibus, cum Ioſeph. Ludouic. diſcurrat nūquid Couar. opinionem quem refert tuto explicet ſenſu adnotare candide lector ne prætereas.

178 Et quia ſupra numero 174. vt tertij appellatio executionem impediat tertium incontinenti probare, ac in promptu de aliquo iure ſuo docere, vel alias ex iuſta cauſa appellare eum debere, ex Couartuuia in ſupracitato capitulo decimoquinto nume. 1. practicarum quæſtionum diximus, & ex alijs, quod ex Boetij quoque deciſione 79. in principio colligitur, attamen, quoties ex eo, quia de ipſius tertij iure, non conſtaret eſſet executio expedienda executionem ipſam, ſine præiudicio iurium huius tertij eſſe faciendam, ex textu in capitulo cum ſuper de re iud. & ex Boetio vbi ſupra communem Lancellot in ſupracitato tractat. de attentat. ſecunda par. cap duodecimo ampliat. 14. de attentat. appellat. pend. num. 24 & 25. fol. 224. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, ſicut quoties agi cauſam, & tractari tertius ſciuiſſet, neque in iudicio comparuiſſet ipſo à ſententia præſertim contra præſentem lata pro ſuo intereſſe appellante ſententiæ tali caſu executionem non impediri, neque retardari, ex Bartolo, Imola, & Angelo in ſupracitata l. à ſententia Felyno in prænotato capit. cum ſuper de re iud Panormitano in conſ. 3. quæſt. decima libro 2. Boerio in præcitata deciſ. 79. num. 4. & Petro Ant. Anguſſ. in conſ. 49. num. 4. in fine lib. 2. vbi ſupra num. 13. Lancellot. aſſeuerat.

179 Et quamuis idem tempus ad appellandum a iure cōceſſum operari, quod ipſa operatur appellatio, ex textu conſtet in cap. non ſolum, vbi Franch. & alij de appellationibus in 6. & ex glo. in l. ex iudiciorum verſ. ſecus, ff. de accuſ. & Corſet. late hoc in ſuis ſingular. comprobans verbo appellatio il ſecondo, & hanc, etiam quoad attentatorum reuocationem in tractat. de attentat. 2 par. cap. 11. numero decimoquarto, 15. & ſequenti, cui titulus eſt de attentat. pend. temp. ad appellandum fol. 191. communem Lācellot. eſſe teſtatur ſcribentium opinionē, adeo quod ſicut appellatione pendēte nihil innouare licet, l. vnica, ff. nil nou. appel. pend. ita & pariter intra tempus ad appellandum præſtitum, quamuis adhuc appellatum non extiterit, quod nihil innouare liceat, eodem ex tex. dicti capit. non ſolum, & ex præfata gloſ. dictæ l. ex iudiciorum eodem loci Corſet. aſſeuerat, attamen ſi intra dictos decem dies ad appellandum conceſſos ſententia contra principalem prolata exequeretur tertio illam attentatam, quod nullatenus prætendere cōcedatur ſicut principali, qui fuit in cauſa iſtud permittitur in Rotæ Auditorio deciſum extitiſſe, vbi ſopra nume. vigeſimoſeptimo, Lancellot. atteſtatur, iſtud non abſimiliter in num. præced aduertens appellationem ſcilicet per tertium interpoſitam, ac victoriam in appellationis cauſa, per ipſum obtenta principalem, contra quem lata ſententia extitit, niſi ipſius etiam nomine interpoſita appellatio fuerit, ac intra decem dies, qui ad appellandum conceduntur, nullatenus iuuare Caſtrenſe, per ipſum relato in l. ab executione, §. alio nume. ſecundo verſic. ſecundo caſu, & verſ. idem dico, & num. 3. verſ. idem puto, C. de appellationibus, & Petro Anton. Anguſſ. in conſ. decimoquioto nume. 3. lib. 1.

180 Eoq; pariter caſu, vbi ſentētia commiſſionis vigore clauſulam appellatione remota continētis lata extiterit præfata procedere, ac appellare tertio licere, dictamque clauſulam, quoad partes ipſas in reſcripto comprehenſa, non autem quoad tertium operari, cui pro ſuo intereſſe, quod appellare, liceat ad textum in capit. cum ſuper eo de off. deleg. in conſil. 94 nume. 6. libro 3. Alexand aſſerit, & communem hanc eſſe ſcribentium opinionem in ſupracitato cap. 15 practicarum quæſt. ſub num. 4. fol. 106. verſ. quarto

ſi ad-

ſi adamuſsim, Couat. qui alios plures recenſet, atteſtatur, cuius & aliorum eodem capitu. duodecimo in octaua limitar. princip. numero 46. & 47. & in ſupracitata ampliatio. decimaquarta, numero ſexto, & ſequenti, Lancellot. meminit, idem in capit. paſtoralis nume. vigeſimoquinto de appellationibus, Philip. Franch. tenet, Carauita ſuper ritu Mag. Cur. 286. numero ſexto, & Suarez in commentar. l. poſt rem, ff. de re iudic. in ſupracitata limit. ſecunda nume. ſecundo folio 588. ex Cardinali aſſerens in dicto capit. ſuper eo, quod ſtatuto diſponēte, vt à ſentētia inſtrumenti confeſsionati vigore lata non appelletur, hoc quoad litigantes ipſos intelligendum ſit, non autem quoad tertium pro intereſſe ſuo appellare volentem, gloſamque ad id notab. eſſe ſubnectens in l. ſi creditor in principio, ff. mādari regulam illam, nil nouari appellat. penden. tertij reſpectu proceſſui non adhærentis locum non habere continente, Imolam eam commendare dicēs in l. ſi quis filio exhæredato, §. hi qui ff. de iniuſto, & irrito fac. teſtam. & in l. quia latronibus, in fine, ff. de teſtam illud eo loci ſimiliter ſubdens, quod quamuis ſcriptura priuata, diem minime requirat l. cum tabernam, ff. de pignor. nullatenus iſtud procedat de tertij quoties ageretur præiudicio, & Vant. in ſupracitato de nullitat. tract. dicto tit. quis poſsit dic. de nullit. nume. 15. & 16. vbi ex Decio in conſ. 664. numero ſeptimo, & in conſ. 198. Corſeto in ſuis ſingular. verbo clauſula, & alijs, per nullam verborum plenitudinem in reſcriptis, ſeu alibi appoſitam tertij ius ſublatum intelligi aſſeuerans, ac ex textu hoc probari ſubdit in l. 3. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & in l. ſi reſcripta, C. de precibus Imper. offer. ac notatis per canoniſtas in capit. reſcripta; & ibi per gloſam 25. quæſt. 2.

181 Quodque tertio appellare pro ſuo intereſſe permittatur, etiam quod in caſu tertius iſte appellare vellet in quo ſi citatus ad cauſam ipſe fuiſſet appellare nequiuiſſet veluti, ſi iudicio poſſeſſorio inter aliquos ageretur, & in eo ſentētia feratur in terminis puta l. fin. C. de edicto Diui Adria. toll. quo caſu quamuis partibus, quæ in iudicio fuerunt à ſententia iſta in poſſeſſorio lata appellare non permittatur, Beroo teſte, in quæſt. quadrageſimaquarta nume. primo, & ſequenti Achille Perſon. in tract. de adip. poſſeſ. nume. 332. Benintendio deciſione 79. & Caput Aquenſe in deciſ. 277. libro primo, tertio nihilo minus, qui cauſa non interuenit à tali ſententia, quod appellare liceat, ex Zuccardo in præfata l. num 446. vbi ſupra, Lancellot. in dicta ampliat. decimaquarta num. 4. & 5. clare ſentit, ac appellationem hanc, etiam effectum ſuſpēſiuum operari, ex Menochio in tract. de adipiſc. poſſeſſ. cōcludit remed. 4. quæſt. centeſima numero 849. quod vbi ſimpliciter appellatio conciperetur in eadem ampliat. decimaquarta nume. vigeſimo-tertio, Lancellot. procedere declarat ſecus, ſi cōditionaliter, vt quia quatenus contra ſententia proferatur, ſeu ſubſcribatur, aut ſubſcripta, ſeu prolata fuiſſet, quo caſu inualidam appellationem cenſeri ait, etiam clauſula in ea omni meliori modo appoſita videretur, neque attentata neque effectum eam ſuſpenſiuum operari, & ita Almæ Rotæ auditorij dominos 15. Decembris 1557 coram Iunio decreuiſſe, & de ipſa appellationis nullitate, & inualiditate, eundem Lancellotum in dicta ſecunda par. cap. duodecimo limit. 70 fol. 302. cum ſequentibus latiſsime diſcutientem inſpectum omnino facias, & ad plures notab. declarationes ſciendum circa prænotatam clauſulam appellatione remota, ipſummet Lancellotum in prænotato ca. duodecimo limit. 8. per tot. fol. 258. cum ſequentibus inſpicere non tædeat, & quæ nos ſupra c. 2. nu. 25. cum ſeqq. retulimus.

182 Neque illud in hoc articulo prætereundum eſſe cenſui, quod quamuis ex penſionis, & fructuum perceptione poſſeſsionem contra tertiū non probari, ſed inter penſionem ſoluentem tantum, & illam percipientem, poſt textum, & ibi Bald. in l. Pomponius, ff. quibus modis vſuſfruct. amitt. in dicto capitulo ſuper eo, And. Sicul. explicet textum illum ſolemnem appellant attamen eius contrarium, Baldum dicere, ad quod per Andream Siculum allegatur, quodq; ex receptione fructuum, & penſionis, ac per locationis inſtrumentum, vel venditionis fructuū etiam quoad tertium poſſeſsio probetur argumento textus in l. quiſquis, C. de donat. in ſupra citata limit. ſecunda nume. 3. Suarez clare fatetur, ita Baldum in dicta l. Pomponius ſentire enarrans, & in l. ad probationem ſecunda colūna, C. de locato dictæ l. Pomponius, eo loci mētionem facientem, & ad hoc illam allegantem, quod penſionis perceptio naturalem poſſeſsionis actum repreſentet, quodque nedum inter ſoluentem, & dominum, ſed inter omnes etiam & quoad omnes, ex fructuum, & penſionis perceptione poſſeſsio probetur, ex Baldo in capitulo cum veniſſent columna quarta de reſtitutio. ſpoliat. in dicto nume. 3. in fine. Suarez concludit, eodemque numero 3. poſt principium, ex terræ cultura, ac ex eo quod terram quis arauit, & ſeminauit, iuxta gloſ. in l. tertia, C. finium regundorum, & ibi Baldum illam commendantē probari poſſeſsionem aſſeuerat, ibidemque in numero quarto illo caſu contra tertium, ex prænotatis poſſeſsionem non probari aſſerens, vbi tertius ille in poſſeſsione reperiretur ex penſionis perceptione poſſeſsionem probari ſubdens, niſi alter tertius poſsideret vnde licet penſio nō ſoluatur non propterea alterum poſsidentem poſſeſsione priuari, ex textu inquit caſum continente ſingularem in l. quamuis, §. ſi conductor ff. de acquir. poſſeſ. quo loci iureconſ. ait, quod ſi alicui rem conductor vendidit, quam condu-

ctam

ctam habebat, nec ei rem ipſam tradidit, ac illam ab emptore condu erit ſi mercedem conductor iſte ſeu penſionem tam primo domino, à quo conduxit ſoluat, quam emptori per illum poſſeſsionem primum dominum retineret, & poſt plura per ipſum relata, ex Abbate in ſupra citato capit. cum veniſſent de reſtitut. ſpoliato. colum. 3. ſic te.. in cap. inter dilectos, in fine, de fide inſtrument. ex locatione poſſeſsionem non probari explicantem altero poſsidente, vt ſupra, eſſe ait intelligendum locationem ſubijciens in tertij ignorantis præiudicium poſſeſſeſsionem non probari, ſed ſolum in præiudicium ſoluentis, necnon conſenſum, & authoritatem ſolutioni præſtantis, eoque ſolum caſu in tertij præiudicium non poſsidentis, ex penſionis receptione poſſeſsionem probari, vbi in cōſpectu rei ſolutio facta, vel vbi pluries continuata extiterit in l. qui vniuerſas, Imola inquit, §. quod per Colonum verſ. nota diligenter, ff. de acquir. poſſeſſ. à Gabrielio in tractatu communium concluſionum relatus lib. 3 in tit. de locato. concluſ quarta nume. quarto ſol. 447. ibidem num. 7. ex penſionis receptione poſſeſsionem probari aſſerens, etiam alia non probata locationis effectuatione præſumptionem effectuationis, ex penſionis ſolutione, quia veriſimile non eſt, quod ſoluiſſet colonus, ſi locationis virtute in poſſeſsione non fuiſſet, & fructus non percepiſſet reſultare enarrat, ac Aretino in dicta l. qui vniuerſas, §. quod per Colonum columna ſecunda, ff. de acquirenda poſſeſſione relato communem hanc eſſe ſcribentium opinionem, & ita communiter teneri inquit, & practicari, ſed ad pleniorem iſtorum cognitionem, & declarationem in præfata limitatio. ſecunda, Suarez per totum, & in præfata limit. 4. Gabrielium ampliantem, & limitantem inſpicere non prætereas.

183 Item quamuis remedium l. ſecundæ, C. reſcind. vendit. contra ſecundum emptorem, tertiumque poſſeſſorem, cui à primo emptore res diſtracta fuit neutiquam competere, ex Baldo in præfata l. ſecunda, & eo loci Caſtrenſe columna fin. ff. ad Trebellianum, & alijs in ſupracitato communium concluſionum tractatu libro tertio in titu. de emption. & vendition. concluſione prima nume. centeſimouigeſimooctauo, Gabriel. enarret, primum tamen emptorem, etiam quod rem in alium tranſtulerit præfat l. ſecundæ remedio conueniri poſſe iuxta in eadem l. per gloſam magnam notata in verſiculo item quid ſi iſte emptor Bartolo ibi nume. decimotertio, Baldo, Saliceto, & Caſtrenſe in eadem prima concluſione nume. trigeſimoquarto conueniri poſſe enarrans, attamen quoties eodem morbo ſecunda emptio, quo prima laboraret, vt quia eodem pretio res ſecundo emptori vendita extiterit contra ſecundum emptorem præfatæ l. ſecundæ diſpoſitione, quod agere, & experiri liceat, ex Bartolo ibi numero decimotertio, Baldo in quæſtione decimatertia, Fabiano in tracta. de empt. & venditio quæſtione octaua verſic. quæro ſeptimo, & Balbo in tracta. de præſcript. quarta parte quæſtion. vigeſimaſexta in ſupracitata deciſione Pedemon. ſexageſimaquarta nume nono, Cacheranus videndus aſſeuerat executionem tali caſu etiam contra hunc ſecundum emptorem fieri poſſe, ex Bartoli doctrina aſſerens in l. vnica in fin. C. de alienation. iudic. mut. cauſa fac. in verſiculo aduerte, &c & ibi Saliceto nume. decimooctauo quando alienans, & poſſeſſor eodem actionis genere tenentur executiue tunc contra poſſeſſorem procedi poſſe aſſeuerante, & hanc ex Couartuuia libro ſecundo variarum reſolut. capitulo tertio numero decimo poſt Tiraquellum eo loci, per ipſum relatum communem hanc omnium eſſe ait ſcribentium opinionem, ſed Oſaſcum in præfata deciſione ſexageſimaquarta per totum notabiliter, & in notabil. caſu loquentem inſpectum omnino facias, Couarr. in præfato nume. decimo, alios plures referentem, & quæ nos ſupra hoc eodem capitulo numero 74. adnotauimus.

184 In eorum item declarationem pleniorem que cognitionem, quæ ſupra iſtomet capit. numero quadrageſimoſecundo retulimus quamuis contractus adinuicem inter ludentes celebratos non tenere ex Suarez in ſupra relato receptarum ſententiarum, Theſauro conſtet lit. L. numero 202. vbi actionem, ad mutuum colludenti factum repetendum minime dari, vel vbi mutuans ad aleas ludentium receptor eſſet, ex Caccialupo in tractatu de ludo quæſtion. octaua in principio, & nume. trigeſimotertio communem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem ac ex Angelo in tractat. de malefic. in verbo Me tidnre de mali dadi nume. duodecimo ludentem tecum ſi veſtem in ludo tibi vendat, ex Bartolo in l. ſi quis cum ſciret in fine, ff. de vſucap. pro empt. contractum non valere, nec de euictione in ludo vendentem teneri, ex textu decente in l. ſi filioſam §. primo, ff. quarum rerum actio non datur, quod Auguſt. Ariminenſ in addition. ibi tam in ludo prohibito, quam permiſſo, ex Bartolo, & Ang. in dicto §. primo procedere ſubnectit immo neque ad pretii reſtitutionem emptori colluſori, à quo euicta res extitit teneri venditorem eundem Angelum ibi eo caſu tenere aſſerit. vbi pretium venditor perdidiſſet, eo quo venditor qui pretium perdit non eſt factus locupletior, ſecus eſſe dicens, vbi pretium vendens non perdidiſſet, quo caſu de euictione quamuis non teneatur, eum tamen ad pretij reſtitutionem teneri concludit, quæ vtique notanda ſunt, namque etiam pacto expreſſo, quod venditor de euictione non teneatur vēditione facta re vendita euicta ad pretij reſtitutionem teneri venditorem clarus eſt tex in leg. empto.

emptorem,§.ibidem,ff.de actio. empt. & hanc, ex Alexandro in addition. ad Bartolum in eadem l.emptorem,§.qui autem in addition. magna circa medium,communem Vinius alios referens in deciſione centeſimaquinquageſimaſecunda, circa finem lib.primi eſſe teſtatur ſcribērium opinionem, quod vbi generale pactum fuiſſet procedere notandum eſt,ſecus vbi ſpecifice, puta ſi à Sempronio res euinceretur pactū extiterit, quo caſu, neque ad pretij reſtitutionem teneri venditorem poſt textum in l. qui libertatis,in principio, ff. de euict. in ſingul. trigeſimaoctuageſimaſeptima,Roman.inquit. Tiraquel.de rettacta.conſang.§.duodecimo gloſa prima numero decimoquarto, & alij, quorum in addition. ad præcitatum Romani ſingula. Pignolar. meminit, idem vbi expreſſe, & ſpecialiter cautum eſſet, vt neque ad pretij reſtitutionem venditor teneatur, quod ex gloſa in dicto,§.ibidem,ac ex Bartolo, & Saliceto in l.prima queſtion.quinta,C.de peric.& commodo rei venditę extra omnem exiſtere dubitationem in tractat.de euict.§. ſecundo, in fine, Caball.inquit,eodem loci numero vigeſimoſexto, eo etiam caſu hoc procedere declarans, vbi minor inter mutuo ementem,& vendentem factū tale pactū extitiſſet, quo vtique caſu neutrum ad pretium agere, ex gloſa final,inquit ante finem,C.famil hærciſcund.& ibi Bartolo,& Baldo,eodemque Baldo in l.nondubitatur in fine, C.de euict. vbi quoties in diuiſione,vt nemo de euictione teneatur pactum fieret,neque ad pretij reſtitutionem,quod agere liceat,poſt proxime relatam gloſ,aſſerentes,illudque in prænotatorum ampliationem neutiquam miſſum facias,quod etſi ex textu in l.ſi fundum,C. de euiction.rem alienam ſcienter ementem, ſiue alteri obligatam,niſi expreſſe de euictione ſibi cauerit de euictione ei agere neutiquam permittatur,re tamen euicta ad pretium agere, quod liceat,ex Didāco Couarr. in ſupracitato lib. tertio variarum reſolut.capit decimoſeptimo nume. primo in princip. communem Suarez in ſupranotato Theſauro receptarum ſententiarum, lit.e.nume. centeſimoquadrageſimo eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, etſi eam iniquam, & contra dictum textum in præcitata l. ſi fundum eſſe fateatur, eandemque opinion. Vrſill. ad Afflictum in deciſione 278.numero tertio ſectatur circa finem.

185 Attamen vt vnde diſceſſit oratio, regrediatur,Angeli in præfato verbo Metidore de malidadi diſtinctione prætermiſſa eo loci Auguſtin. Ariminenſ.in addition.numero decimoquinto quoties tertius non ludens pecuniam ludenti mutuaret, quod actio ei, ad mutuum repetendum competat,ex Azonis ſententia affirmat in ſumma de relig.& ſumptibus funer.ac ex Abbate,& Imola in capitulo cler. de vita & honeſtat. cleri. & alijs in tractatu de ſyndic.idem Amod. ſentit numero nonageſimoquarto,& hanc communem,& de conſuetudine approbatam eſſe ſcribentium opinionem in ſupracitat. lit. l.numero ducenteſimo.& ſequenti, Suarez in præſaro receptarum ſententiarum, Theſauro, ex Couarruuia teſtatur in repet.cap. peccatum de regul.iur.in ſexto fol. centeſimonigeſimoquarto,& ſequenti, illo tamen caſu inter colluſores actionem ad mutuum competere, eodem Auguſtino Ariminenſe teſte, vbi ſupra nume.decimoſexto declaratur, quoties poſtea ex interuallo colluſor,qui pecuniam mutuo accepit pecuniam ſe per ſtipulationem colluſori mutuāti reſtitutum promitteret, vel à iudice confeſſus, de ſoluendo præceptum accepiſſet quibus quidem in caſibus etiam inter colluſores, vt dictū eſt pecuniæ mutuo datæ repetitionem dari, ex Alberico Galeo.inquit in l.ſolent,§ primo,ff de aleat.& aliis,eo loci,per ipſum relatis,& quatenus alia ludum luſores, ac ludum in domo retinētem ſcire velis,Angelum, & ibi Auguſtinum Ariminenſem in dicto verbo, Metidore de malidadi per totum, Grammaticum in deciſione quadrageſima columna prima, & ſecunda plura notab.cumulantem,Suarez in ſupracit l verbo ludus Clarum in praxi crimin.§.ludus plura circa id explicantem,& alios referentem, & Bonacoſſam in tracta.communium opinionum criminalium lit l.verbo ludus fol. 108. inſpicere non tædeat.

186 Neque illud eſſe cenſui prætereundum in ſupracitata l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus ff.de re iudicat.& in l.peregre, §.quibus, & in l.clam poſſidere,§.qui ad nundinas, ff. de acquirenda poſſeſſione, ab Angelo notatum, quoties aſſerente contra tertium poſſeſſorem abſentem victori poſſeſſio adiudicata per iudicem extiterit ſaltem quo ad hoc tertium illum poſſeſſorem, poſſeſſione priuatum cenſeri,ne ei poſtea reuertenti, propria liceat authoritate poſſeſſionem ingredi,cuius in dicto §.ſi ſuper rebus, in fine, Alex.meminit,etſi ab ipſius opinione tam ibi recedat,quam aliis in locis prænotatis,& ſignāter in prænotato,§ qui ad nundinas nume tertio, plures per rationes, & iura præfata iudicis adiudicatione, contra tertium abſentem facta nō obſtante iuxta textum in dicto §.qui ad nundinas tertio ipſi tempore adiudicationis abſenti, & poſtea reuertēti propria authoritate naturalem adipiſci poſſeſſionem l.cere iuxta gloſam concludens in l.prima,§.hoc interdictum,ff.vti poſſidetis,eandemque opinionem, cōtra Angelum additio,ad Alexandrum in præfato nume. tertio tanquam veriorem. Aretino in conſ. vigeſimoprimo relato verbo iſthæc explicante ſectatur, contra quemcunque ſcilicet mundi hominem, & à quocunque cauſam habeat, licere ei qui ciuiliter poſſidet,ex diſpoſitis in dict. §.qui ad nundinas propria authoritate poſſeſſionem ingredi circa finem ſubiiciens,quod iniuria cō-

tinuo

ſtauo ciuiliter poſsidēti fieri dicatur, quodque ei ſemper iniuriam propulſare liceat, & propria authoritate naturaliter poſsidentem expellere iniuriam, ex Innocentio in capitu. ex conqueſtione de reſtitut. ſpoliator. ita per priuatum ſicut per iudicem, ac ex textu in l. prohibitum, C. de iure fiſci libro decimo fieri poſſe ſubnectentem, nullamque in contrarium rationem militare affirmat, quia propria authoritate ciuiliter poſsidens fundum ab alio naturaliter poſſeſſum ingredi nequeat, Alexandrum nihilominus in prænotatis locis, ac præfatam additionē, ad ipſum ad clariorem præfatorum cognitionem oculis ſubijcere ne diſpliceat, quodque nec iudicis pronunciatione, neque quod magis eſt principis reſcripto tertium in ſua qua reperitur poſſeſsione turbare liceat communem eſſe ſcribentium opinionem in deciſione, Pedemont. trigeſimaſeptima num. 21. Octauian. Cacheran. aſſeuerat.

187 Ex notatis item, per eundem Alexandrum in ſupra relato, §. quo ad nundinas nume. decimoſexto poſt gloſam, ibi Dynum, Bartolum, & cæteros conſtat, quod ſi quis fundum alterius ingrediatur, ſibique per tertium controuerſiam moueri ſuſpicetur tertio illi, contra ingredientem vti poſsidetis interdictum, ex quo nō poſſidet, neque dominium habet, nullatenus acquiratur, ſed bene illud vero fundi poſſeſſori acquiri, quem etſi non ſit ſuſpicatus ſuſpicari tamen ingrediens debuit controuerſiam fundi poſſeſſorem ſibi moturum, ac iuxta text. in l. 3. §. fina. ff. quod vi aut clam, & in dicta l. clam poſsidere in principio, cum alijs concordantijs parificari in hac materia, quod ſuſpicor mihi moueri controuerſiam, moturum in eodem numero decimoſexto, Alexand. circa finem aſſerit, & cum hac opinione canoniſtas omnes, & ſignanter Antonium de Butrio in capitulo item cum quis de reſtitution. ſpoliatorum tranſire concludit, quem inſpicias. 81

188 Contractum itidem metu initum actione, quamuis, quod metus cauſa reſcindendum eſſe toto tit. ff. & C. quod metus cauſa probetur, & ibi per ſcribentes, & toto ſimiliter titu. extra de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, non autem ipſo iure, nullum contractum propter metum cenſeri communem eſſe ſcribentium opinionem in capitulo accepta oppoſit. 5. nume. octauo de reſtitutione ſpoliatorum, Nauarr. aſſeuerat in ſupracitat. Theſauro receptarum ſententiarum lit. M num. 154. & ſequenti, Emanuel Suarez relatus, quos in contractu dotis limitatur, quem per metum geſtum, etiam vbi expreſſa ſtipulatione mediante dos promitteretur nullum ipſo iure remanere, & hoc in dote ſpeciale eſſe poſt textum in l. penultima, ff. quod metus cauſa de communi, idem Suarez proxime relatus teſtatur, & in tractatu communium opinionum, Vinius opinione 57. parte prima, motiuo, at tamen ipſum tertio metum ignoranti, nec de eo aliquo modo participanti, ex textu in l. non intereſt. C. quod metus cauſa, ac ex Bartoli doctrina in l. nam & Seruius in principio, ff. de negotijs geſt. metum vni adhibitum tertio nequaquam præiudicare notabil tradentis niſi ipſius tertij facto ad metum ordinatō metus prouenerit in conſil. 221. numero primo, Crauett. inquit, ex gloſa ſubdens, & ibi Iaſone in l. ſecunda eam ſimul legente cum l. prima, C. ſi quis aliquem teſt. prohibi. & ex Corneo in conſilio 209. columna penult. in fine verſic. confert etiam libro ſecundo, quod vbi metus teſtatori adhibitus ſit tertio inſtituto de tali metu ignoranti minime noceat, quamuis lucratiuam cauſam prætendat inſtitutus, nihilominus idem Crauetta plenius hoc in conſ. 253. & planius in numero ſexto diſcutiendo in dicta l. prima per Iaſonem notata vera nō eſſe, necnon præfatam gloſam in qua Iaſo. ſe fundat, per Bartolum, & ſcribentes, & per ſcribentes in rub. ff. eodem titu. ſi quis aliquem teſt. prohib. reprobari inquit, ac illa ratione, Corneum in conſ. 256. colum. fina. lib. 2. contra præcitatam glo. concludere ſubnectit, quia actio quod metus cauſa in rem ſcripta cenſetur, & contra tertiū poſſeſſorē, etiam ignorantē, & cauſam habentem onerosam, quando metū inferens ſoluendo nō eſſet in ſubſidiū, ex textu cōpetit in l. ſi cum exceptione, §. in hac, & ibi gloſ. in verſic. lucrum, ff. quod metus cauſa, illudque, ex Alexandro deductum in conſil. decimoſexto, libro tertio, etiam dato metu in proteſtatione, illamdeſtinam proteſtationem contra tertium minime releuare aſſeuerante, ſic eſſe exiſtimat declarandum, quod aut quæritur an actio, quod metus cauſa contra tertium competat cauſam in re habentem ſuper qua metus cōmiſſua eſt, poſt ipſum metum illatum, & tali caſu actionem in ſubſidium competere eſſe exponit aſſerendum, aut quæritur inquit an alterius obſtet metus tertio cum metum paſſo contrahenti, & de metu ignoranti, & illa diuerſitatis ratione aſsignata metum non obſtare, quod videatur concludendum, namque a metum inferente cauſam habens rem à vitioſo habet authore, ſecus in contrahente cum metum paſſo ab alio, quod quidem ex Caſtr. & Alex. in præfata l. pen. C. quod metus cauſa nec eſſe inquit ſuſtentabile contractum, etiam vbi per alium metus infertur eſſe reſcindendū aſſerētibus præfatorumq; Alexandri conſiliū ſolum procedere concludit, quoties de tertij præiudicio ageretur, eo quia damnum paſſus eſſet ſi commodū contrahens, ſolum metum paſſus non ſentiret, demumque, circa Bartoli doctrinam in l. ſi cū exceptione, §. in hac, per illum textū ff. quod Metus cauſa non ſatis eſſe probare metum aſſerentis, niſi quid vtilitas ad metum inferentem peruenerit probetur tali pacto eſſe illam intelligendam, & procedere declarat, quando nec ad metū inferen-

Digitized by Google

ferentem, nec ad alium priuatũ vtilitas ex metu perueniret, ſecus vbi ad priuati vtilitatem metũ quis inferret, quo caſu, ex textu in l. fin. C. quod metus cauſa, & in l penultima eodem titulo, & ibi Paulo, & Alexandro, actum metu geſtum..., vt iterum paulo ante notatum extitit reſcindi enarrat, eodemque loci Crauetta numero ſexto in printipio ex metu per tertium commiſſo diſpendium pati eum non debere ait, in cuius fauorem actus eſt habitus, niſi metum ille intellexerit iuxta textum in l. non intereſt, C. quod metus cauſa, vel iuxta textum in l. metum autem, §. fina ff. eodem titul. & ibi Angelo, & Afflicto, in deciſione 263. niſi ex metu commodum acceperit, ipſum, igitur vbi ſupra declarantem, & in præfato conſil. centeſimouigeſimoprimo numero ſexto verſic. aduertendum tamen, & circa finem tunc metum tertio præiudicare aſſerentem quando veriſimiliter ipſe tertius cogitare de tali metu potuiſſet, vt quia cum marito viro notorie terribili, aut prodigo contraheret, quo caſu tertij factum ordinatum ad talem metum diceretur, quodque actiones in rem ſcriptæ tã actiuæ in ſingularem ſucceſsorem, quam paſsiuę tranſeant, communem. Puteus in deciſione 176. nume. 7. lib ſecundo eſſe teſtatur ſcribentium opinionem.

189 Metum itidem reuerentialem, ex mariti, ſiue Domini vultu, & præſentia ſeu aliorum quibus reuerentia debetur proficiſcentem ad contractus reſciſsionem non ſufficere, nec ex eo iuſtam cauſam reſcindendi contractum reſurgere, ſed neceſſe eſſe, quod verbera, vel minas præceſsiſſe probetur, ex text in l. prima, §. quæ onerandæ, & ibi Bartolo & alijs, ac ex Innocentio in capitulo accedens de conuerſ. coniug. in allegat. vigeſimaquarta numero ſecundo verſiculo adde Bartolum Roder. Suarez inquit, & Emanuel ſimiliter Suarez in ſupracitato Theſauro, receptarum ſententiarum lit. M. nume. centeſimoquinquageſimo, vbi de communi, & Plotus alios recenſens in tractat. de in lit. iur. §. tertio nume. decimoquarto, poſt principium, ac metum reuerentialem ſolum ad cõtractum reſcindendum non ſufficere magis communem, Viuius in ſupracitata opinione quinquageſimaſeptima parte prima eſſe reſtatur ſcribentium opinionem, niſi limitans cum metu ipſo reuerentiali maxima, ſeu enormiſsima læſio concurreret hanc, ex ſcribentibus, poſt Innocentium in capitulo cauſam matrimonij de officio delegati, & poſt Bartolum in ſupracitata l. interpoſitas, & in l. ad inuidiam, C. quod metus cauſa, ex Curtio ſenior. in præfata l. interpoſitas communem pariter eſſe enarrans ſcribentium opinionem, etſi talis metus probationem eſſe iudici arbitrariam, ex gloſa, & ſcribentibus in præfata l. interpoſitas, Innocentio in capitulo cum dilectus extra de his, quæ vi metuſve cauſa fiunt & alijs de communi in præfata opinione quinquageſima ſeptima, in fine idem Viuius teſtetur, & Emanuel Suarez proxime relatus lit. M. nume. centeſimoquinquageſimotertio, ac eodem loci nume. 147. quis dicatur metus, qui in grauem & conſtantem virum cadere poſsit in iudicis etiam arbitrio conſtitutum cenſeri ex Couarr. in tracta. de ſponſal. ſecunda parte cap. tertio, §. quarto numero octauo communem non abſimiliter eſſe recenſet ſcribentium opinionem, ac ſolam patris præſentiam, neutiquam iuſtum inducere metum ad filiæ carnale matrimonium, ſeu ſpirituale reſcindendum communem, Cagnolus in l. in omnibus cauſis pro facto numero octauo, ff. de regu. iuris eſſe enarrat ſcribentium ſententiam ab eodẽ, Viuio in prænotato communium opinionum tractat relatus opinion. 213. poſt medium parte prima, illud in fine aſſerens quod vbicunque metus occaſione ſibi illati bona ſua, quem amiſiſſe conſtaret, ipſius iuramento de quantitate, & bonorum æſtimatione contra metum inferentem ſtari debeat, ex Abbate, & aliis in capit fina. extra de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, & ex Boerio in deciſione quinquageſimaquinta columna prima communem hãc non abſimiliter eſſe fatetur doctorum opinionem quam in ſupracitato §. tertio numero decimoſeptimo, Plotus alios, idem ſectantes recõſens aſſeuerat eodem loci numero decimonono, quamuis minis aut verberibus non præcedentibus metu reuerentiali geſta de iure, vt prædiximus valida exiſtere explicet, in foro tamen pœnitentiali, & conſcientiæ metu reuerentiali celebrata, quoties vere ſpontaneus conſenſus non interceſsit, etiam quod minæ, vel verbera non probentur, nullatenus obligare authoritate ſummæ Angelicæ affirmat verbo metus verſ. quod ſi metus ſit ſolum.

160 Ex quoad illud, ex cõſanguineorum, & amicorum præſentia quod metus excludatur Bartolo teſte, & Baldo in l. tranſactionem, C. de trãſactio. & Iaſone in l pacta nouiſsima 3. notabil. C. de pact. & in dicta l. tranſactionem in principio, quod etiam vbi de metu proteſtatio præceſſerit procedere, ex Ancharano in conſilio 382. in conſil. centeſimodecimoquarto, Crauett. aſſerit idem iudicis præſentiam operari in dicta l. tranſactionem Iaſon. concludit, cuius Crauetta in ſupracitato conſil. 251. meminit nume 4. eodem loci, ex principis præſentia, pro quo maior eſt præſumptio, quam pro vno iudice multo magis præſumptionem metus ceſſare enarrans in vxore hoc reſpectu mariti verum eſſe in præfata l. tranſactionem, Salic. aſſerit, ſecus in filia reſpectu patris, & paternæ reuerentiæ: quo caſu etiã quod conſanguinei, vel amici adhibeantur metus præſumptionẽ non excludi, necnõ iuxta text. in veluti ff. de iuſt & iure nullam reuerentiam paternæ coæquari enarrat, ac illius opinionem

Digitized by Google

pionem veriorem eſſe in ſupracitata allegation. vigeſimaquarta nume. primo, in fine, & numero ſecũdo, Roder. Suarez, quem inſpicias affirmat, quod eo caſu procedere aduertendum eſt, vbi filia in domo patris habitaret, ac in ipſius poteſtate permaneret, ſecus vbi tempore contractus ſeorſum à patre cũ marito filia morataretur, quo caſu metum ceſſare reuerentialem, nec præſumendum eſſe, quod metu aliquo reuerẽtiali ad contrahendum cum patre filia inducta fuerit, ex Ancharano in conſil. 433. columna ſecunda, & Aretino in conſil. vigeſimoquarto columna tertia verſic. ſecunda dubitatio eſt, idque ipſa etiam rerum experientia, quod mulieres nuptę, & maiores ætate, cum maritis habitantes non facile à parentibus ad eorum iura cedendum induci ſoleant in prænotato conſ. 114. numero quarto, Crauetta probari concludit, quem inſpicias, ex enormi, nihilominus ac euidenti læſione etiam in filia cum patre contrahente dolum præſumi, ex Decio in conſ. 203 nume. quinto communem in tractatu communium opinionum capitu. 221. poſt principium, eſſe Viuius teſtatur ſcribentium opinionem, item quod ex filiæ præſentia, in aliquo actu conſenſus non inducatur, ex quo propter patris metum reuerentialem contradicere non audebat in deciſione nona columna fin verſic. cæterum libro primo, idem Viuius affirmat, Bartoli aliorumque argumento ductus in l. quæ dotis columna penultima, ff ſoluto matrimonio, quoties aſſerentium per eum actus geritur cui reuerentia debetur cõſenſus non præſumitur, ſed diſſenſus ſibi prę iudicat, Viuium igitur inſpicias, alios citantem, & hanc communem eſſe ſcribentium opinionem aſſerentem.

191 Metus itidem probationem magnopere ex præcedenti proteſtatione de metu facta iuuari, in l. qui in aliena. §. fina. ff. de acquirenda hæreditate poſt Bartolum ſcribentes aſſeuerãt iterum Bartol. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori ff. de oper. nou. nunciation. Socin. in conſil. vigeſimoſeptimo columna fina. libro tertio, Alexandro in conſil. 99. columna quarta libro tertio, & Crauett. in conſ. 49 num. octauo, & in ſupracitato conſil. 114. nu. 6. eo loci, ex proteſtationis omiſſione, quod libere actus & ſponte factus extiterit pręſumptionem deduci explicans immo requiri, ac adhibendum eſſe in hoc caſu proteſtationem gloſ. inquit in ſupracitata l. in omnibus cauſis pro facto, ff. de reg. iuris, & in capitulo fin. extra de appellationibus poſt textum in l. ſecunda, C. de his qui propt. met. iudic. non appellarũt talemque proteſtationem, quamuis clandeſtinam, & clandeſtine factã prodeſſe, contra metum inferentem, & contra cauſam metus præſtãtem non autem in tertij præiudicium poteſt textum in ſupracitato capit. primo, quod metus cauſa in prænotata l. in omnibus cauſis numero decimotertio, Decius affirmat, & Cagnol ibidem numero ſeptimo, hanc poſt plures relatos communem eſſe enarrans ſcribentium opinionem, idque ex notatis per Alexandrum in præcitato conſilio decimoſexto columna penultima libro tertio clare conſtat clandeſtinam proteſtationem de alium non præſentando à patrono emiſſam, & quatenus præſentaret per metum, quod faceret continentem illi non nocere qui poſtea præſentatus extitit concludentem in præfato numero decimotertio circa finem, à Decio relatum, & à Lambertino in tractatu de iure patron. 2. par. ſecundo libro in quarto articulo nonæ quæſtion. princip. folio 194. à tergo, quem qualiter actus clandeſtine fieri dicatur in eadem nona quæſtion. principali articulo ſeptimo nume. ſecundo notab. explicantem inſpectum omnino facias, attamen proteſtationem in hoc caſu vtilem eſſe, non autem neceſſariam, ac ſatis eſſe quod ſine ea de metu conſtet in prænotata l. in omnibus cauſis nume. duodecimo in principio, Dec. inquit, Crauet in præcitato conſ. 114. nume ſexto, circa medium, etſi ad ipſius metus probationem valde conferre proteſtationem, ex textu explicet in prænotato capitulo primo, extra quod metus cauſa, Ioanne Andr. & Decio in dicta l. in omnibus cauſis, dicto nume. duodecimo, ac ex Aretino in conſil. 161. columna ſecunda poſt medium, idem Crauet in præcitato conſil. 253. nume. quarto, in fine, & hanc poſt plures relatos communem in præcitata l. in omnibus cauſis nume. decimo, Cagnol. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & qualiter probetur metus, & ex quibus præſumatur Crauett. in ſupracitato conſ. 49. per totum inſpectum omnino facias, & in tractat. de arbitrar. iudic. Menochium libro 2. centur. 2. caſu 136. per totum.

192 Illud item in ampliorem pręfatorum cognitionem notandum venit, quod minor, qui tam aduerſus damnum paſſum, quam lucrum amiſſum, etiam incertum, quod facilitate, vel in curia neglectum extitit iuxta per Abbatem notata reſtituitur in ſupracitato capitulo conſtitutus nume. quinto de in integrum reſtitutione, & poſt textum in l. ait prætor, §. fina. ff de mino. iuxta per Tiraquellum in tracta. de retractu cõſang, notata §. 15. gloſa ſecunda nume nono, & per Manticã in ſingu. 628. & 632. in tertij etiam præiudicium ad textum in l. & ſi ſine, § quæſitũ & l non omnia, ff. de minor. minorem reſtitui in ſupra relata deciſione nonageſimanona nume. decimoquinto, Theſaur. præfatorum memor, aſſeuerat, & in ſupracitata deciſione 421. numero primo, circa finem, Dominus Vincentius de Franch quorum dictum, iuxta ſupra hoc eodem capitulo deductas declarationes eſſe reor intelligendum.

190 Nec regulam illam eſſe cenſui prætereundam rem

dam rem

dam rem inter alios actam faciliius tertio prodeſſe, quam nocere l. ſi hæres, ff. famil. hærciſcũ. & l. denuntiaſſe, §. penultimo, ff. de adultet. adulteri abſolutionem adulteræ prodeſſe cõdemnationem vero neutiquam nocere continente, idem gloſ. 2. tenet in l. 2. eo. tit. & notat hoc, Alexand. in conſ. 186. columna fina. libro ſecundo, à Crauetta in conſ. 206. relatus nume. ſecundo, ac ibidem num. 7. ex tex. in l. ſi qui ſeparatim, §. fin. ff. de appellationibus ſententiam ad fauorẽ vnius cõſocij prolatam cum eadem omnium ſit defenſionis cauſa omnibus prodeſſe aſſerens, ac ex Angelo in auth. vt liceat matri & auiæ, §. ad hæc in fine, ex Bertach. ipſius memore in 3. parte ſui repert. verbo ſententiæ effectus verſic. 65. ſentẽtiam ad vnius fratris fauorem latam, quod ſit ciuis alteri fratri prodeſſe non abſimiliter enarrans, ſententiamque pro vno correo debendi latam alijs prodeſſe, ex Bartolo in l. ex duobus in 4. quæſt. ff. de duobus reis, & ex Socino in conſ. 283. colum. penultim. lib. 2. ſententiam ad vnius ex correis debendi fauorẽ latam, alijs prodeſſe ſubijciens non nego ſentẽtiam inter alios latam, ad tex. in l. nã & poſtea §. fin. ff. de iut. iur. quale quale tertio afferre præiudicium, vt per Dominum Vincentium de Franch. in deciſione 261. num. 6. par. ſecunda, ſed quos effectus dictũ quale quale præiudicium pariat in l. ſi apud quẽ nu. 36. notab. Ripa explicat, C. de edendo, idẽque Crauet. vbi ſupra nume. duodecimo. cum ſequentibus, quoties in qua quantitate decimæ ſoluendæ ſint oriretur dubitatio iuxta tex. in c. quoniam c. cum ſint, & c. cum contingat extra de decim. ad inſtar aliorum in eadẽ Parrochia decimas ſoluentium ſoluendas eſſe decimas affirmat, & quatenus de ho non appareret vicinorum conſuetudinem ille exponit attendendam illo circa id exemplo aſsignato, quod in procurationis præſtatione epiſcopo viſitanti debitæ vicinorum cõſuetudo attendi debeat, quodque ad eum modum, & ad eam quantitatem epiſcopo eccleſiam viſitanti procurationem præſtare quis teneatur ad quam alij vicini tenẽtur textu citato in cap. ſuper eo de cenſibus cum concordantibus per gloſam ibi relatis tali pacto declarantem, quod aut locus ſuam particularem habet conſuetudinem, & illam ſeruare, quod conueniat, aut non habet, & tunc quod vicinorum conſuetudini ſtandum ſit, non eſſe ſub ens neceſſariũ in qualibet territorij parte ita decimas exactas fuiſſe quod probetur, ſed ſatis eſſe ita in maiori parte tacito populi vicinioris conſenſu interueniente decimas exactas fuiſſe, quod probetur iuxta notata in l. de quibus, ff. de legibus, ipſum igitur in toto dicto conſ. hæc, & alia explicantem inſpectum omnino facias, quem ex tertij facto iuuari, non autem damnificari poſſe diſponentia, & in conſ. 258. nume. octauo verſic. rurſus, quoties de actus interpretatione agitur vicinorum conſuetudini eſſe ſtandum aſſeuerans, quodque conſuetudo decimas non ſoluendi ab earum debito excuſet communem eſſe theologorum opinionem in communium opinionum tract. cap. 74. libro ſecundo, Viuius aſſerit, quem eo loci per totum declarantem inſpicere non prætermittas: prænotatis non abſimiliter ſuffragatur, quod quamuis regulariter cuſtos carceris ob cuius dolum, vel culpam reus ob crimen detentus aufugiſſet eadem pœna, qua reus plectendus erat eſſe puniendum, poſt poſt gloſam, & ſcribentes in l. ad Commentariẽſem, C. de cuſtod. reor. in toto. 29. nume. ſecundo, Grammat. teneat, Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. libro ſecundo caſu 202. nume. ſecundo, & Boſſ. in tit. de carcer. nume. decimo: quo loci communem hanc eſſe refert ſcribentium opinionem, à Beccio aliorum memore in conſil. 44. relatus nume. 33. eodem loci nu. decimotertio in carcere detentum in dubio Commentarienſis culpa, ex tex. in l. in eos, & l. vltima ibi, ergo ſi caſu, ff. de cuſtod. reor. & l. ad Cõmentarienſem, C. eod. fugiſſet aſſeuerante, attamen vbi duo eſſent carceris cuſtodes, & carceratus vna cum altero cuſtode fugiſſet fortuito caſu, iſtud adſcribi, & quia de altero ſocio cuſtos ipſe cõfidere debebat de carcerati fuga, nullatenus eum teneri poſt textum in dicta l. in §. interdũ, ff. de cuſtod. reor. in ſingul. 30. Romanus aſſerit, & alij, eo loci, per Pignolat in addit. relati, quod poſt Bartolum in dicta l. ad Commentarienſem Boer. in deciſ. 287. num. 8. verſ. nam etiam tunc procedere declarat, vbi Princeps alterum cuſtodem, & ſocium, ſiue iudex deputaſſet, ſecus ſi ipſemet cuſtos concuſtodem appoſuiſſet; ipſum igitur in tota dicta deciſio. & Beccium in dicto conſ. 44. alias limitationes explicantes, & qualiter cuſtos ob carcerati fugam tã pro ciuili quã criminali cauſa puniatur declarantes inſpectos omnino facias; ſic etiam quamuis illius ſucceſſione homicida, quem interfecit tã ab inteſtato, quam ex teſtamento, ad ipſum pertinente priuetur, non quidem vt ab ea tãquam incapax excludatur, ſed vt ad ſuccedendum admittatur & inde tãquam ab indigno fiſcus iuxta textum auferat in l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat. ac fratrem, per quem frater occiſus fuerit paterna priuari ſucceſsione, eamque fiſco non autem filius eius deberi vltra Clarum in §. homicidium verſic. priuatur etiam de communi teſtãtem, & de alijs ſimilibus caſibus loquentẽ Soarez hanc pariter in Theſauro receptar ſentent verbo fratris num. 341. communem eſſe fatetur ſcribentium opinionem, attamen vbi tertius non interficiens in eodem gradu cum interfectore exiſteret illum tali caſu fiſco præferri, ac interfecto ipſi ſuccedere, ex Bartolo in dicta l. cum ratio §. fina. & Baldo in l. data opera quæſt. penult. C. qui accuſ. non poſſ. necnon ex textu in l. ſecunda, §. fratris ff. ſi quis aliq. teſtari prohib. fratris factũ neutiquam alteri fratri nocere diſponente iũcto

Bb tex.

tex. in l. ſancimus, C. de pœnis in deciſ. 25. num. 2. & 3. Boerius affirmat, ſecus vbi patrem filius occidiſſet, quo vtique caſu, neque occiſoris filijs aui occiſi nepotibus auo ſuccedere licere magis communem, eodem loci, Boer. num. 8 eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, quodque filius patrem occidens illi ſuccedat, & fiſcus ab eo tanquam ab indigno hæreditatem auferat, ex Butrio in cõſ. 63. communem Clarus in dicto §. homicidium verſic. priuatur eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat, quodque tertius actionem habens, & agere recuſans compelli ab eo cuius intereſt ad agendum poſsit perpulchre, & in notab. caſu, Domin. Vincent. de Franch. in deciſ. 41. parte prima, quem notab. declarantem inſpicias affirmat.

194 Vbicunque itidem vtilitas mea coniuncta eſt cum tertij vtilitate quamuis reſpectu vtilitatis meæ renunciare mihi liceat, attamen, quoad illum tertium hoc neutiquam licere iuxta tex. in l. 1. C. de commun. rerum alienat. Bart. & alij notant in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & in tract. de priuil. iuram. Seraph. priuil. 79 num. 56. in princ. ac quoties reo dilationem Iudex aſſignaſſet non licere reo in actoris præiudicium dilationi renunciare in l. petendæ, C. de tempo. in integr. reſtit. pet. illa ratione, Bal. aſſerit, quia non ſolum ex rei, ſed ex iudicis etiam facto ius mihi quæſitum extitit, quorum & aliorum in l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur. num. 14. verſic. confirmatur quia Cagnol. meminit, & in verſic. confirmabat etiam, quoties tertio, ex contractu nominato ius queritur, ſine facto ipſius tertij, & volũtate neutiquam eſſe reuocationi locum, ex Imola, & alijs concludens in l. qui Romæ, §. Flauius ff. de verb. obligat. & hanc communem in l. certi condictio §. quoniam, ff. ſi certum pet. eſſe ſcribentium opinionem atteſtatur contractus omnes hoc tempore de quibus inſtrumentis apponere notarij ſolent nominatos cenſeri ex Bartolo aſſerens in l. ſi vt proponis, ad finem, C. de condict. ob cauſ. & in l. ſi creditores C. de pign. & hanc communem pariter in rubr. ff. de verborum obligat. eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat, ac iuxta terminos prænotatæ l. petendæ in integrum reſtitutione minori conceſſa non licere minori in præiudicium iuris quæſiti maiori maiore ipſo inuito tali iuri renunciare, poſt Afflictum in ſupraci tata conſtitut. Regni obſcuritatem in 10. quæſt. poſt Boerium in deciſione 312. Bartolum in eadem l. petendæ, & poſt Tiraquellum in deciſ. 141. D. Vincent. de Franch. meminit num. 6. par. 1. quem eo loci in deciſione 346. par. 2. vbi iuxta tex. in l. ſi iudex circumuento, ff. de minor. licere ait vicino, qui congrui ius intentauit penitere, ac proprio fauori tali caſui in ſui beneficium, ac extraordinario iure inducto renunciare, contra Boerium aliter in deciſ. 48. ſentientem.

195 Illaque non abſimiliter notab. eſt quæſtio, quod etſi alteri ſtipulari quis minime poſsit §. ſi quis alteri inſtitut. de inut. ſtipulat. cum concordantibus, attamẽ donatori in donatione alicui facta legem rei ſuę, vt aliquo adueniente caſu in tertium perueniat iuxta text. in l. in traditione cum ibi notatis, ff de pact. & in l. legem, C. eodem tit. apponere, quod liceat, quodque ex huiuſmodi pacto, & ſtipulatione vtili actio illi tertio, ſine alia ceſsione acquiratur, poſt Bartolum in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler nume. tertio, in fine, ff. de verborum obligation. communem in conſ. 115. numero primo libro quarto, Socin. eſſe enarrat ſcribentium opinionem, quod ſiue appoſitum ſit pactum, vt aliquid ex re donata ſi præſtetur ſic prænotata l quoties diſponente, ſiue ſpecie donata pactum de danda pecunia apponatur, procedere communem, & tenendam eſſe ſententiam in conſ. 236. idem Socin. inquit nume. primo libro ſecundo à Claro in §. donatio quæſt. 13. in princ. relatus ibidem in verſ. ſecundus eſt articulus illius tertij ratificatione facta perfectam eſſe donationem, ac irreuocabiliter abſenti ipſi ius quęſitum cenſari explicans illaque eo loci per ipſum in hoc caſu difficultate excitata nũquid ante ſecutam ipſius tertij acceptationem reuocare huiuſmodi pactum donatori liceat, & vbi pro abſente notarius acceptaſſet amplius in abſentis præiudicium, cui mediãte notarii ſtipulatione ius quæſitum extitit, etiam quod donator ad reuocandum, & donatarius conueniant, ex Socino iun. in conſ. 118. numero 13. libro ſecundo, & ex Didaco Couarruuia in lib. primo reſolut. capit. 14. nume. vndecimo reuocare illud, quod nullatenus liceat communem eſſe fatetur ſcribentium opinionem eandemque magis communem in conſ. 92. numero 67. libro primo, Menoch. atteſtatur nemine vero pro tertio abſente acceptante, ex Bartolo in prænotata l. qui Romæ §. Flauius nume. primo, ff. de verborum obligat. Socino ibi nume. ſexto, & in conſ. 115. nume. 12. lib. 4. Iaſone in eodem §. Flauius nume. 14. & in l. ſecunda num. 66. C. de iure Cagnolo in dicta l. id quod noſtrum numero 12. ff. de regulis iuris, & alijs pluribus, ac contrarium ſentientium votis reiectis tale pactum in ipſius abſentis præiudicium donatori, quod reuocare permittatur veriorem hanc, re ſcilicet integra exiſtente, & quoties res illi tertio tradita adhuc per donatarium non fuiſſet, vel vbi nondum caſus eueniſſet, in cuius euentum donatio in tertium illum collata fuerat, & magis communem Clarus eodem loci eſſe concludit ſcribentium opinionem quibus quidem in caſibus non licere donatori donationem in tertii detrimentum reuocare, ex eodem Couarruuia in præfato capit. 14. poſt numerum 13. verſic. principaliter, & quinto communem pariter eſſe teſtatur ſcribentium opinionem illud ibidem in verſic. fin. ſubiiciens, quod vbi donator pactum in tertii abſentis fauorem appoſitum

poſitum dum viueret non reuocaſſet ipſo vita functo illud ipſius hæredi, quod nullatenus reuocare liceat, ex Socino in prænotato §. Flauius num. 19. ex ea in tub. de pact. num. 174. Couar: in ſupracitato capitulo 14. variarum reſolutio. num. 7. commu nem pariter eſſe concludit ſcribentium opin. illaque munitam, ratione quod donatio ipſa donaotis morte confirmata ceſſatur, ita vt res integra amplius dici nequeat, & conſequenter, neque donatio ipſa reuocari nihilominus ad vberiorem præfatorum cognitionem in tractat. communium concluſionum, Gabrielium libro tertio in titulo de donationibus concluſione quinta per totum, & Theſaurum in deciſione 70. notab. differentes inſpicere non prætereas.

196 Illamque non abſimiliter regulam ſcribentes referunt, quod etſi maiorem vim iuramentum, quam res iudicata habeat, illudque propterea magni eſſe momenti ex text. conſtet in l. ſecunda, & ibi ſcribentes, ff. de iureiur. nihil tamē in tertii præiudicium iuramentum operari, cuius fauore introductum aliquid apparet, ſed ſolius iurantis tantum poſt textum in cap ſicut, & cap. intellecto de iureiur. text. probat in cap. ſecundo de pact. libro ſexto, Bar in l. cum quis decedens, §. Titia verſic & hoc eſt vtile, ff. de legat. 3. & Bald. in conſ. 22. libro quinto, ideo legi hac edictali, C. de ſecund. nupt. renunciari minime poſſe dicens, quia odium prohibiti, & tertii fauorem filiorum, ſcilicet primi matrimonii concernit, quibus nullatenus præiudicari poſſe ait, tenet hoc, Dec. in conſ. 246. & Crauet. præfatorum memor in conſ. 229 num. 6. circa finem, & nume. ſeptimo, à Seraph no in tract de priuilegio iuram. priuileg. 71. nume. 19. cum ſequentibus, quem inſpicias relatus, & in priuil. 73. num. 56. in prin. quodque in tertij præiudicium fieri ratificatio nequeat, ex Curtio iun. in conſil. 76. nume. ſexto, & Decio in conſ. 147. nume. quinto, de communi Villalob. in tractatu communium opinionum teſtatur lit. r. numero primo, verbo ratificatio.

197 Nec eſſe tertium alterius odio prægrauandum vulgatus tex. eſt in l. ſi quia in ſuo §. legis, C de inoffic teſtamento, quodque ſuos authores pęna tenere debeat tex. probat in dicta l. ſancimus cu concordantibus, C. de pœnis, & Symanc in tract. de cathol. inſtit. tit. 29. alios plures recenſens num. ſexto circa finem vt & inferiur, quod ſtatuto diſponente ad damnum emēdādum Villam teneri, niſi malefactorem dederit iuxta copioſe per Calcan. in conſ. 19. cum tribus aliis ſequentibus explicita, & qualiter iſtud procedat, late Clarus in quæſt 82. diſcurrit in ſtatuto. 1. in princ. nihilominus, cōtra Villam in litem non iurari ex Decio in conſil. 410. poſt numerum 13. verſ quarto principaliter Iaſone in l ſi quando, C. vnde vi num. 37. & ſequēti, & aliis in prænotato primo ſtatuto verſ. quæro nunquid communem, hanc Clarus eſſe enarrat ſcribentium opinionem Plotus quem in tractar. de in lit. iur. declarantem videas, §. 48. numero quinto, & in dicto tract. de priuileg. iuramen. Seraph. priuil. 31. num. 61. vbi ex Pariſ. in conſ. 158. nume. 27. volum. 4 ſimiliter de communi, & ex Anton de Petruc. in repet. l. 1. nume. 345. ff. de iureiur. ibidem circa finem ciuem loci dicti ſtatuti, qui damnum paſſus extitit tanquam vnum de vniuerſitate ad contribuēdum teneri, & ſic illud minus eum conſequi, ex Ioanne Andr. inquit in c. cum non deceat de elect. in 6. ita not. ſententie.

196 Adeoque perpetuū illud eſt, quem ſcilicet non eſſe alterius odio prægrauādum, quod pro famulorum ſuorum dictis neutiquam dominū teneri poſt Bartolum in l. nequid ſuume. 1 ff. de incend. ruina naufrag. communem, Cort. iun. in l. 1. poſt num 1. C. de ſeru. fugit. eſſe enarrat ſcribentium opinionem eodem nu. 3. ſeruorū culpam, vel quomodocunque ſubditorum nocituam dominis ſuis eſſe non debere explicans, & hanc communem pariter eſſe concludens ſcribentium opinionem, quod eo caſu Clarus præfatorum memor in præcit. prac. crim. n. §. fin. q. 86. verſ. 1. limitari enarrat, vbi homines notorio ſceleſtos domi dominus teneret, quo vtique caſu pro illorum delictis eum teneri, & ita totam iuris ſcholam, ſentire, ac communem omnium iure ſcribentium cēſeri opinionem, ex Plaza inquit in lib. 1. delictor. cap. 14. num. 1. in fine, & num. 3. niſi iterum declarans, quoties pro delicto à famulis ſuis commiſſo moleſtaretur famulorum bonam vocem conditionem, & famam, ac vti tales reuos, habitos, & reputatos ipſos fuiſſe probaret, attamen quicquid famulus domini occaſione, eoque ſciente faceret de ipſius voluntate feciſſe eum cenſeri declarat, & hanc, Curtio ſen. in cōſ. 41. relato nu. 10 & ex Gramm. in conſ. crimin. 8. cōmunem pariter eſſe ſubdit ſcribentium opin. ex Cagnolo tandē in l. culpa caret nu. 13 ff. de reg. iur. de his delictis, quæ domino inſcio famulus facit, vel prohibere non valente dominum ipſum non teneri communem non abſimili modo eſſe concludit ſcribentium opinionem ac ad pleniorem præſentis articuli declarationem, quod delictum à ſeruo famulo, vel filio, ſeu altero ſanguine coniuncto, aut amico domini voluntate patris affinis, vel amici cōmiſſum nō præſumatur, vide plene per Menoc. & notab. in tractat de præſumpt. deducta lib. 5. præſumpt. 27 per totum.

199 Et poſtquam hunc incidimus ſermonem ciuiliter ad pœnam etiam conuentionalem, ex facto familię, illorūque qui in aliquo familiari miniſterio miniſtrant teneri dominū, idq; ſiue ſerui illi de familia, ſiue liberi fuerint ſibi locū vēdicare in l. 1. tex. probat in prin. iuncto. §. familiæ, ff. de publ. l. nequid, & ibi Bar ff. de incēd. ruina. & naufrag. idemque Bar. & alij in dicto § famili æ per

liæ, per illum textum, quoties circa officium ſibi à domino commiſſum, ſecus ſi circa alia familia delinqueret hoc procedere aſſerentes, & Berous in quæſt. famil. 19. in principio, & numero primo, & ſecundo, vbi ex tex. in l. fina. in principio, C. de præpoſ. ſacrot. ſcrin. libro 11. eo ipſo de familia, eſſe quem probari ait, quod alijs cũ famulis aſſociatum, & in officio eum ſeruire apparet, in quo alij ad id deputati ſuum exhibent ſeruitium, & miniſterium. quamuis nulla de hoc deputatio appareat, vel ſcriptura, ac illi officio præpoſitum, eo ipſo quod domino ſciente exercet, quem cenſeri, ac ratione ſuæ ſcientiæ illum præpoſuiſſe dominum videri iuxta textum in l. prima §. magiſtrum il ſecondo, ff. de exercit. & ex Bartolo in prænotato, §. familiæ, quem ſcribentes omnes, vt ipſe ait, ſequuntur clare concludit, ac non ſolum ex facto familiæ teneri dominum, ſed ex facto etiam eorum quos familiæ præpoſitus, & magiſter elegiſſet, alioquin facile decipi homines, damnumque pati poſſe, ex text. inquit in dicta l. prima, §. magiſtrum il ſecundo, ff. de exercit. act. nec famulum exhibendo dominum liberari, ac diſpoſita in l. ſi poſt, & in l. cum exhibuiſſent, ff. de publico iudic. in officio publico tantum, ſecus in priuato procedere, quo caſu eſſe in eius optione, qui damnum paſſus fuit, vel contra magiſtrum agere, vel contra famulos delinquentes aſſeuerat, aliamque circa id regulam ſcribentes faciunt, pro facto ſcilicet ſerui, dominum teneri ſi commodum ex illo facto dominus ſentiat, alias ſecus, & communem hanc, & receptam eſſe doctorum ſententiam in conſ. 53. num. 15. libro primo, Menoch. atteſtatur, quod qualiter procedat in eadem quæſtion. 29. numero quarto, Berous enarrat, quem eo loci per totum non inutiliter declarantem inſpicere non prætereas, & Paridem de Put. latius hoc, & notabilius in ſuo tractat. de ſyndic. in verbo familiaris, ſiue familia poteſtatis cap. 1. cum ſeqq. vſque ad caput 5. diſcurientem, & declarantem.

200 Neque patrem filio ciuili ex cauſa, aut ex delicto condemnato ad condemnationem ſoluendam teneri, neque etiam ex legitima ipſi filio poſt patris mortem debita, ex pluribus poſt Gulielmum in l. ſi qua pœna, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, communem Clarus in proxime relata quæſt. 89. verſ. ſecundo infertur eſſe teſtatur ſcribentium opinionem ex Bartolo ſub dens in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus nume duodecimo, & ſequenti. ff. de damno infec. neque in peculio filii aduẽtitio, neque etiam in eius proprietate, licet ex integro filij ſit fieri executionem poſſe communem pariter eſſe enarrans ſcribentium opinionem text hoc probat, & ibi gloſ. in l. etſi condemnatus, ff. de noxal. Caſtrẽſ. tradit in l. cum filij familias nume. ſecundo, C. qui bon. ced. poſſ. Guido Pap. in deciſ. 526. numero primo, & Franc. Marc. in deciſ. 827. nume. ſecundo, volumine primo, quod tunc non procedere limitatur, vbi pater in bonis aduentitijs adminiſtrationem filio conceſ iſſet, quo vtique caſu, vt obligare filius poſsit conceſsiſſe patrem cenſeri, ex Bart. in dicto §. ſi de vectigalibus poſt gloſam in prænotata l. etſi condemnatus, ff. de noxal. in regu. 444 in prima limitatione, Socin. aſſerit, & Coraſ. in l. frater à fratre nume. 52. ff. de condict. indeb. ab Aſin. in praxi iudiciorum, §. 31 relati capit. ſecundo limit. 40. nume. 6. & 7. quo loci, vbi pater filium de bonis aduentitijs litigare, eumque agere conſenſiſſet, ex Baldo in l. fin. in fine, C. de vſur. rei iudic. poſt prænotatam gloſam in dicta l. etſi cõdemnatus, ex Soci. in d. reg. 444. limit. 2. & Marſil. in rubr. ff. de fideiuſ. executionem in filii bonis aduẽtitiis fieri poſſe clare ſentit, ac in eadem limit. 40. in prin. neque pro delicto, aut debito paterno in peculio filij profectitio, ex Bartolo in l. tertia, §. ſed verum num. quarto verſic. venio ad quartam partem, ff. de minor. & ibi Baldo, & in l. pen C. qui bo. ced. poſſ. executionẽ fieri poſſe aſſeuerat.

201 Et quatenus filijfamil. bona confiſcarentur, nec in confiſcatione ipſa bona filijfamil. aduentitia comprehendi, poſt Bartolum in dicto §. ſi de vectigalibus numero duodecimo in conſilio 77. numero octano lib. ſecundo, Socin. iunior. inquit, Ruyn. in conſ. 109. in fine, & conſ. 117 nume. ſexto lib. primo, & conſ. 149. nume. 13. libro tertio, & conſ. 24. nume. ſexto libro quinto veram hanc, & communem eſſe enarrans ſcribentium opinionem ſentit hoc, Couarr. libro ſecundo variarum reſolut. capitu. 8. poſt numerum ſeptimum verſ. ex his patet, & Bartoli proxime relatam opinionem communiter ſcribentes ſequi in conſ. 157. numero primo libro quarto, Pariſ. à Couartuuia proxime citato relatus atteſtatur, & Curt. ſenior. in conſil. 56. nume. duodecimo, & ita in Burdegal. Senatu deciſum extitiſſe, aliquibus tamen conſiliariis refragantibus in quæſtion. 7. Boer affirmat, Roland à Val. in conſil. 56. nume. decimo libro primo, & de communi gloſa Pariſ. tit. primo, §. primo gloſ. ſecunda nume. 21. Clarus in prænotata quæſtio. 78. verſic. ſed quid in aduentitiis in principio, & in quæſtion. 86. verſic. primò ante finem, & in tractat. de recup. poſſ. Menoch. nono remed. nu. 66. quem inſpectum facias, & Clarum in dicto, verſ. ſed quid in aduentitiis opinioni illi, quam communem, nonnulli eſſe dicunt, illis ſcilicet in caſibus in quibus vſumfructum in bonis aduentitiis pater nõ habet filii bonis publicatis, illud etiam publicatum cenſeri aſſerentes reſpondẽtem, ac ab ipſis ex pluribus per eum relatis ipſos refellendo recedẽtem, quem inſpicias illudque Clari opinioni ſuffragatur, quod ſupra hoc eo. c nu. 57. poſt medium ex Aretino inſtitu per quas perſ. nob. acquir. in princ. aſſerimus, idem peculio Caſtrenſi, vt nec ipſum in bonorum confiſcatione veniat, poſt text. in l. 3. C. de bon.

pro-

proſcript. Clarus ibi idem in verſic. quæro etiam magis communem hanc eſſe inquit ſcribentiũ opinionem rationem eſſe dicens patriæ poteſtatis prærogatiuam propter quam fiſco eum præferri enarrat, & in dicto nono remed. Menoch. veriorem hanc, & crebriorem in nu 70. eſſe enarrans ſcribentium opinionem, quem latius de hoc diſcutientem inſpicere non prætereas.

202 Sed quicquid ſit de iure ſtatutaria diſpoſitione, quod vnus pro alio pœna ſcilicet pecuniaria puniatur, non autem corporali induci poſſe, Anania in c. 2. de delict. puer. relato, Felyno in c. cognoſcentes num. 2. de cõſtitut. & ibi Beroo num. 18. & Couar. lib. 2. reſolut. dicto cap. 8 nume. 7, communem Clarus in ſupracit. quæſt. 86. verſ. & hæc quidem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, ex Alberico ſubdens in prima par. ſtatutorum quæſt. 47. num. 8. tolerabilia eſſe huiuſmodi ſtatuta, ipſaque ſeruari maxime pœnam, vt prænotauimus ſolummodo pecuniariã imponentia ſtatuto tamen pro filio teneri patrem diſponente contra patrem iuramentum in litem neutiquam competere, ex Felyno in c. cum Bertoldus nu m. 20. verſ. ſed adhuc de re iudic. in prænotato tract. de priuileg. iuram. priuil. 31. dicto num. 62. in fine Seraph. aſſeuerat, & nume. 63. idem in fideiuſſore procedere ſubnectẽs qui pro tutore fideiuſsiſſet, contra quem iuramentum in litem nullatenus competere tanquã contra tertium, qui dolum non cõmiſit, ex Bartolo aſſerit in l. 1. C. quando ex facto tut. Caſtrẽſe in conſ. 124. vol 1. Crauetta in cõſ. 287. Marſilio in ſingul. 138. & Baueria in tract. de priuil. iuram. poſt numerum 80. illa nõ abſimiliter in hoc caſu ratione concurrente fideiuſsionis ſcilicet effectũ vltra verba ipſius, & ſonũ eorũ nõ extendi, vt poſt text. in l. ſi fideiuſſor C. de fideiuſſ. in deciſ. Bonon. 16. num. 5. Benintend. affirmat, quod in fideiuſſore notab. limitatur pro conductore domus intercedente, quem non ſolum penſionis reſpectu, ſed ſuppellectilium etiã conductori traditorum interceſsiſſe cenſeri, ex tex. in l. amiſsi, §. fideiuſſores iuxta ſecundam gloſæ expoſitionem verbo dotis, ff. de fideiuſ. in ſingu. 550. Roman. inquit, & in l. fideiuſſor. §. fin, ff. qui ſatiſd. cog. in ſupracit rubr. ff. de fideiuſſ. quæſt. 8. circa fin. ab Hippol relatus eum item, qui pro domus penſione fideiuſsit etiam pro domus deterioratione argumento dicti, §. fideiuſſores teneri aſſeuerante, cuius, & Cœpollæ in caut. 126. in addit. ad prænotatum Romani ſingul. Pignol. t. meminit.

203 Attamen contra tertium quantumuis cum titulo, & bona fide poſsidentem, & ad quem ſine vitio res peruenit remedium canon. reintegrandæ, 3. q. 1. antiquiori actoris, & ſpoliati poſſeſsione probata competere, ac ſibi locum vendicare in l. Celſus nu. 48. ff. de vſucap. Balb. aſſerit Mynſinge. in ſingularium Imperialis Cameræ obſeruat. centur. 3. obſer. 85. Dec. cõſ. 53. Alex. conſ. 6. vol. 3. 91. & 92. vol. 5. Ruyn. conſilio 49. vol. 4 Afflict. deciſ. 361. num. 33. & Caſſad. deciſ. 7. de reſtitut ſpoliat quorum, aliorũque in conſ. 36. Gabriel meminit nume. 3. & 4. libro primo, & crebriorem hanc eſſe ſcribentiũ opinionem, ex Alexandro in conſil. 97. libro ſecundo conſ. 61. columna fin. libro 5. Ripa præter cæteros in l rem quæ nobis num. 27 ff. de acquirenda poſſeſsione, & alijs, Grauat. ad Veſtr. in praxi Romanæ Cur. inquit libro ſeptimo num. 41. in princ. quem, & in deciſ Pedemont. 93. Cacheranum inſpicias poſt fere omnes hac de re loquentes ac diuerſimode ſentientes relatos illam diſtinctionem afferentem præfatum videlicet remedium in terris in temporalibus eccleſię non ſubiectis contra bona fide, & titulo poſsidentem locum ſibi vendicare, & hanc magis cõmunem exiſtere legiſtarum opinionem aliam vero huic contrariam, ac remedium hoc contra titulo, & bona fide poſsidentem, & ad quem ſine vitio, res vt diximus peruenit neutiquam cõpetere dictantem in terris, & locis eccleſiæ eſſe ſequendã, & hanc eſſe magis cõmunem canoniſtarum opinionem, illam item circa finem prænotatæ deciſ. diſtinctionem ſubijciens, vt eo caſu vbi contra titulo poſsidentẽ, & ab eo qui nullum titulum habebat cauſam habentem ageretur affirmatiua procedat opinio alia vero negatiua, quando contra titulo poſsidentem, & ab eo cauſam habentem, qui etiam titulo poſsidebat ageretur procedere, & locum habere diſtinctionem hanc, Ioannem Crottum ſequi dicens in conſ. 47. num. 20. & in conſ. 75. num. 10. vere etenim nouum eſſe, ac cæteris pinguius prænotatum canonis reintegrandæ remedium, ex Ripa in c. ſæpe nu 20. de reſtitut. ſpoliat & alijs frequentiorem, Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 5. quem ibi vſque ad num. 13. plene declarantem inſpicere non prætermittas, & crebriorem eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, nec pro rebus eccleſiæ ſolum, & clericorũ illud competere, ſed pro rebus etiam laicorum, idem Ripa poſt alios communem in prænotata l. rem quæ nobis nu. 26 eſſe fatetur ſcribentium opinionẽ perpetuoq; illud vigere ac perpetuo intentari poſſe magis, communem Mynſinger. in ſupracit. cent. 3. obſeruat. 86. eſſe non abſimiliter teſtatur opinionem, idem poſt Menochiũ in præfato remed. 15. num. 415. & ſequentibus in tractat. de attentat. 3 par. cap. 23. in tit. quando, & intra quod tempus attent. reuoc. numero 64. cum ſequentibus fol. 471, ac poſt centum, immo poſt mille annos illud competere, Lancellot. aſſeuerat, quem & Contardum in tract. de momentanea poſſeſsione limitatione ſecunda, §. quarto, cum ſequentibus, vſque ad finem folio ducenteſimoquinto docte, & latiſsime omnium fere de hoc ſcribentium opiniones recenſentem inſpectos omnino facere non prætermittas.

204 De facto itidem tertij, ſiue factum tertij, ſeu vt frequentius ſcribentes loquuntur alienum factum promittentem, ſi fecerit quicquid potuit, nec ad principale factum, nec ad intereſſe teneri, ac pœnam ſub qua ſe obliganit eui:are quam quidem pœnam & intereſſe idem operari in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex cõpromiſſo in verbo occaſione nume. tertio in fine Papienſ. aſſeuerat; Abb. & alij tenent in cap. Gemma de ſponſal. & in conſ. 90. columna prima; Decius in l. impoſſibilium nume. ſexto, ff. de regulis iuris, & in conſil. 313 Ferrat. in caut. 43. Afflict. deciſ. 295 Grammat. in queſtion. ſecunda poſt eius deciſ. & in deciſion. 102. nume. 81. cum ſequentibus etiam à periurio promittentem eo loci excuſari aſſerens, & nume. 107. cum ſequentibus, Maranta in quæſtion. ſeptima per totum Pariſ. conſil. 109. & 1 . 0. lib primo, quod eo caſu, vbi ſe facturum, & curaturum quis promiſiſſet procedere, & ita ſcribentes loqui non eſſe cenſui prætereundum, alias fruſtratoria eſſet quæſtio, promiſsionem enim facti alieni nõ valere tex eſt in l ſtipulatio iſta habere, & ibi ſcribent. ff. de verborum obligation. & in § ſi quis alium inſtitut. de inutil. ſtipulat. & alij plures, per Herculan. in tractat. de caut. de non offend. capit. 33. relati numero 21. & 22. in prætorijs ſtipulationibus valere facti alieni promiſsionem, ex Afflicto in conſtitut. Regni ſummarie columna ſecunda declarantem, ſecus vbi curaturum ſe, & facturum, vt aliquis faciat promitteret, quo caſu validam illa ratione cenſeri promiſsionem poſt textum in præfato §. ſi quis aliũ verſic. quod ſi effecturum hoc probantem in dicta l. ſtipulatio iſta, & l. quoties quis alium in fine princip. ff. de verborum obligation. quia curaturum, ſe & facturum, quis vt aliquis faciat promittendo proprium, non autem alienum factum, quod promiſiſſe videatur gloſa inquit in dicto §. ſi quis alium verbo effecturum, & in dicta l. quoties verbo acturum, & communem hãc eſſe ſcribentium opinionem in prænotato conſilio 109 nume. 8. & 9. & ſequenti libro primo, Pariſ. affirmat, ac taliter promittentem, quoties quicquid potuit eum feciſſe apparet, vt prænotauimus excuſari communem eſſe ſcribentium opinionem in conſil. 53. num. 15. lib. primo, Roland à Vall teſtatur tenet hoc Menoch. in conſ. 15. nume. 17. libro 1. & in tract. communium opin. Viuius opin. 255. par. 1.

205 Et quoties quod quis aliquid faciat in eius obſeruationem, ad quod ipſe tenebatur promiſiſſet ſe facturum, & curaturum, quod permiſiſſe videatur, ex Baldo in l. qui autem, §. 1. ff. de conſtit. pec. & in rubr. C eodem tit num. 15. Bartolo in dicta l. ſtipulatio iſta in principio, & ibi Alexandro num 6. Iaſone nu. 5. in l. limit. & Firmano in verbo debitor ſoluens nume 45. in cõſil. 105. nume. 5. lib. 1. Franc. Becceius enarrat, ac ſe facturum, & curaturum promittentem ſi quã primum potuit nõ adimpleuit in mora, quacũque interpellatione circumſcripta conſtitui in conſil. 42. num. 26 vol. 1. Ruyn. inquit, & in conſil. 136. num. 11. vol. 5. ac Curtio iuniore in conſ. 74. nume. 6 poſt alios relato communem hanc, Viuius in ſupracit opin. 255. poſt medium eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat, quod etiam procedere ampliatur, vbi promiſsionis verba quod promittens ad omnem requiſitionem facere curabit contineret, quo vtiquo caſu nec interpellationem eſſe neceſſariã in l. 4. §. Cato nu. 59. ff. de verb. oblig. Ripa inquit, & Cotta in ſuis memoral verbo promiſsio de non faciendo quibus relatis, ex Crauetta in conſ. 64. in princ. & ex Cur. iun. in præcitato conſ. 74. nu. 6. communem hanc Seraph. in ſupracit. tract de priuil. iuramen. priuil. 87. nu. 5. eſſe ſimiliter teſtatur ſcribentium opinionem ſed quamuis in nu. ſeq. ex eo communem opinionem comprobet, quod ſine temporis præfinitione obligatus ſtatim ad tex. in l in omnibus obligationibus, ff. de reg. iuris, & ex C tauet in conſ. 246. in princ. etiam ſine aliqua interpellatione obligatus cenſeatur, ex pluribus tamen opinionem hanc, eodem loci numero ſeptimo per totum euertere conatur, quem inſpieias.

206 Illamque ſcribentium in hoc caſu cautionẽ ſeu cautelam adnotabis quod ſi ſe facturum promittens, & curaturum factum etiam in inſtrumẽto, & intereſſe promittat illis pariter verbis appoſitis, quod non vult poſſe excuſari omnem ſuum feciſſe conatũ, quod principalis obſeruabit, ſed quod de ſuo proprio ſoluere intendit, & omnia obſeruare in inſtrumento ipſo cõtẽta ad intereſſe tali caſu promiſſorẽ hunc tenẽri, dato quod poſſe ſuum feciſſet in ſupracitata quæſtion. 7 num. 25. & ſeq Maranta aſſerit, ac Afflicto contrarium in prænotata deciſio. 295. annuenti accuratiſsime reſpondet, ac opinionẽ hanc prædictæ Afflicti deciſ. aduerſantem tanquam communẽ fouendam eſſe, & amplectendam in præfata opin. 255. circa fin. Viuius aſſerit, necnon ſecundum eã conſuluiſſe, ac in actu practico in cauſa magni momenti dicta Afflicti deciſione non obſtante obtinuiſſe ſubijciens, & hanc pariter communẽ communium concluſionum tractatu concluſ. 15. illat. 87. verſ. ſi tamen promiſsio, Ioſeph. Ludou. clare fatetur, immo in facti alieni promiſsione iuramento appoſito ac voluntate ſe præciſe obligandi concurrente, neque ſuum poſſe faciendo promittentem, neque intereſſe ſoluendo à periurio excuſari, ſed iuramenti vigore ad factũ omnino compelli in præſato tracta. de priuileg. iuramen. priuil. 74. num. 31. Seraph. aſſerit, ac eo ipſo, quod factum quis iuramento mediante promiſit alienum facturum ſe, & curaturum promiſiſſe, quod cenſeatur, ex Romano in prænotata l. ſtipulatio iſta habere in princ. textũ, in cap. ex literis il ſecondo, & cap. ſicut ex literis, & vtrobique gloſ de ſponſal.

ſponſal.referente, Aretino in §. verſa viee inſtit. de inutil.ſtipulat.ex Bertrando in conſ 80. nume.3.lib.3.& alijs in ſuprarelato conſ. 105. nu. 8.lib.1. Becc.aſſerit: non tamẽ illud prætercam, quod factum alienum ab initio difficile,vel impoſsibile promittens faciendo quantum in ſe eſt liberatur,& hanc in conſ.139.num.63. lib.2. Burſat eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, ſed factum promittens alienum, vt teneatur, etiam quod omnem adhibuerit diligentiam illam in deciſ.Peruſ.57 nume. 8. eſſe exponit Ioſeph.Ludou. cautelam adhibendam, quod factum quis,& intereſſe promittat,& quod non vult poſſe excuſari feciſſe omnem ſuum conatum,quod principalis obſeruabit, ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere,& obſeruare in inſtrumento contenta, quo caſu Decio in conſ. 323. 330.2.col.& 345. col.fi. teneri ait promiſſorem licet omnem ſuum conatum adhibuerit.

207 Eſt ſimiliter circa prædicta notãdum,quod quamuis an pactum hæredis mentione non facta ad hæredes ſit tranſitorium arduam eſſe, & ad partes diſputabilem quæſtionẽ ob doctorum inuicem contendentium varietatem in regu 154 in princ.Nouell teſtetur,ex tex. nihilominus in l.iuriſgentium, § pactorum, & in l ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact.l.ſi pactum, ff de probat l.viam veritatis ignoras, C.de locato. l. fin.C.de contrah.& committ.ſtipulat. & l 2. C. de pact.inter emptor. & vendit. cum alijs concordantibus actiuę,& paſsiue in hæredes pacta tranſire etiam nulla ipſorum mentione facta dummodo verborum,& contractu natura, ac res ipſa in contra deducta ad hæredes materiã tranſmiſsibilem eſſe patiatur communem, eodem loci eſſe ſcribentium opinionem aſſeuerat à Ioſ.pho Ludou. in prænotato communium concluſ.tract.concluſ.16.illat.5. relatus, immo vbi de facto ſuo tantum quis promiſiſſet etiam de hæredis facto promiſiſſe eum, quod intelligatur,ex Bartolo in l. ſi ſeruus la ſeconda, ff de condict.furt.Baldo in l.fin.C.de act.empt Alexand in conſ.18.col.fin. lib.2. Decio conſ. 113. num 8.& conſ.261 nume.5.& alijs, eodem loci in ſecunda illat. communem non abſimiliter, quantumuis alij quos refert contrarium ſuſtineant, idem Ioſephus Ludouic. eſſe aſſeuerat, ſcribentium opinio. idem in facto authorum, & prædeceſſorum,vt dictione taxatiua non obſtante promittens de illorum facto teneatur,ex Bartolo,Baldo,Caſtrenſe,& alijs in l. ſi ſeruus, la ſecunda,ff.de condit. & demonſtr. communẽ Viuius in tract communium opinionum opin. 317 par. 2. eſſe fatetur ſcribentium opinionem quem,& Cremenſem in ſingul.32.& ſingul.158. & Decium in conſ. 492. in donatoris terminis donatario, pro ſuo facto tantum euictionem promittentis inſpicere nõ prætereas,ac pro ſuo facto tantum euictionem promittens quod pro ſingularis auctoris facto non teneatur in deciſ. 47.in fine Cacheran. inquit, attamen vbi ſe facturum quis,& curaturum,quod talis ſiue tertius contractum aliquem,ſiue quid aliud faciat per illius tertij mortem liberari promiſſorem, neque hæredis obligationem hanc cõprehendere,Panormitano citato in cõſ 90. prima, & ſecũda col. poſt Federicum,de Senis in conſ. 117.ſuper illo facto reſpõdentem,quod ſi quis ſub certa pęna ſe facturum,& curaturum, quod Titius matrimonium,cum Sempronia contrahet promiſiſſet ſi fecit quicquid potuit, ipſeque Titius contrahere noluerit ad pœnã promiſſor, quod nullatenus teneatur,ex quo quantum in eo fuit obligationi ſatisfecit in rub.ff de fideiuſſor. nu. 115. Marſil. inquit, ac ſtante illius tertij morte vt ſupra,non ſolum difficultatem qua quis à pœna excuſatur, ſed impoſsibilitatem etiam ſuperueniſſe ſubdit impoſsibile eſſe enarrãs poſt mortem,vt ille contractũ faciat curare, & factũ perſonæ defuncti inhærens nullatenus ad hęredes tranſire,ex tex.concludit in l.ſi deceſſerit,ff.qui ſatiſ.cog.& ibi ſcribẽte, Marſilium igitur in dicto num. 155.cum ſequentibus,vſque ad nume. 162 alia ad præfatorum roborationem cumulantem inſpicere ne tædeat,& quamuis ſe curaturum promittentem in pœnam ſi quam primũ potuit non curauit incidere diximus, attamẽ hoc intelligi dum tamẽ ille quem daturum, vel facturum promiſiſſet non moriatur quodque iſtud in obligatione venire intelligatur,poſt Decium in conſ.ſecundo per totum in dicto tract. de priuil.iuram.Seraphin.inquit priuilegio 87. num.7.in fine.

208 Item ſi tertium, ſiue aliquem ratum habiturum ſub aliqua pœna quis promittat tertio illo non ratificante,immo ex capite in integrum reſtitutionis, vt quia ſe enormiſsime læſum dicat contraueniente in pœnam promiſſorem nõ incidere ex tex.quem ſingularem dicit in l.cum minor.25.ann.ff.rem rat hab in ſingul.557.Roman.inquit,Grammat. in deciſ.101. nume.55. Cephal.in conſ 115.nu.3.& ſeq.lib.1. in præfata deciſ Peruſ.27.num.11. à Ioſepho Ludou. relatus,idem Grammat. in deciſ.102. nume. 107.& alij quorum in addit. ad dictum Romani ſing. Pignolat.meminit,quem & vbi ſupra Grammaticum in dicto num.107.ante medium ad illud inferentem, quod ſi ex illius facto, cui impleri actus debebat non eo modo actus fiat prout fieri debet iuxta tex. promittentẽ nõ teneri ait, & ibi Bal in l 1. ff.de eo per quem fac. erit iuncta, l.1 C de his quæ ſub mo.& l.ſi ſeruus, ff de verbor.obligat.& num.ſeq.quoties actus ideo non adimpletur,quia ille cuius adimpleri intererat, cauſam dedit iuxta text.nemini ignotum in l.iure ciuili,ff.de reg.iur.impletam cenſeri enarrat promiſsionem ſubdens aliquid faciendi,niſi ille cuius intereſt non faciendi cauſam præſtiterit interpretationẽ,ex tex.pati aſſerit in l quod quis ex culpa,ff.de reg.iur.& deinde in nu.109.

vbi

vbi quis indemnem ab omni lite mouenda ſeruare aliquem promiſiſſet, niſi lis ex ſua culpa moueatur eſſe intelligendam promiſsionem ex Alberico de Roſa inquit in l. quidam cum filiũ ff. de verb. oblig. Iaſone in auth. qui rem num. 4. C. de ſacroſan. eccleſ. & Cagnolo in l. quod quis ex culpa ſupra proxime relata circa finem, & quando id quod ipſius nomine geſtum extitit, ratum quis habere dicatur in libello quo agitur ad pœnam ex compromiſſo verbo occaſione nu. 4. poſt principium Papienſem notab. declarantem inſpectum facias.

209 Non tamen illud prætercam, quod quamuis promiſsio de ſe obligando de præſenti obligationem, ſine noua promiſsione operetur, ſecundum Ioannis Andr. opinionem in additio. Specular. in rubr. de obligat. & ſolu. quam Alex. & cæteri ſequuntur in l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, ff ſi certum petatur, idemque Iaſ. in l. Dominus in 4. notab. ff de cond. indeb. & in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe colum. 1. ff de leg. 1. Afflict. deciſ. 61. in prin. promiſsionem dotem conſtituendi eundem effectum, quem dos conſtituta habere explicans probat hoc Galleſ. in tract. ad formul. Cameral. obligat. in tit. de præambul. 4. quæſt per totum, & hanc ex Antonio Rubeo in conſ. 29. & Tiraq. in tractat. de retract. conuent. in fine num. 26. Hippolyto in ſingul. 469. contrarium ſentiente, & alijs illum ſequentibus confutatis, communem Pignolat. in addit. ad Romani ſingul. 185. eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, prout eandem communẽ pariter in tract. de aſſecurat. in præfat. num. 55. Stracca, quem inſpectum facias fateretur, ex eo in num. 56. prænotata defendi poſſe ſubijciens, quod ſi debitorem hæres liberare iuſſus ſit ſtatim abſque alia liberatione debitori exceptionem nõ aliter. ac ſi liberationem teſtator legaſſet iuxta gloſ. competere ſubnectit in l. ſi non ſortem, §, adeo, ff. de condict. indeb. quã, ex Aretino quem in capit. veniens de teſtibus refert in contractibus etiam ſibi locum vendicare aſſerit ſic & pactum de donãdo donationis vim, & efficaciam habere, poſt Socin. ſenior. in conſ 102. col. 3 verſ. poſtremo lib. 3. communem hanc, Ripa in reſponſo. 12. num. 2. quem Menoch. à contrarijs defendendo in conſ. 92. ſequitur nu. 27. lib. 1. eſſe fatetur ſcribentium opinionem, eandemque ibidem magis communem in numero 42. Menoch. appellat, eodem loci nume. 48 hoc in promiſsione donandi bona procedere declarans, ſecus in promiſsione donandi hæreditatẽ, & veriorem hanc eſſe ſcribentium opinionem in tract. communium cõcluſ. Ioſeph. inquit Ludouic. concluſ 40. circa finem, ſecus in promiſſione de vendẽdo quam venditionẽ non importare, quodque aliud ſit cõcedere aliud promiſſio de vendendo de communi Roland. à Val. in conſ 59. teſtatur num. 25. lib. 3. & alij plures per Seraphin. in præcitato tractatu de priuil. iuram. relati priuil. 23. num. 2. quem declarãtem, & alia huc tendentia explicantem inſpicere nõ prætereas, ac promiſſorem tali caſu quãtumuis rei tradendæ facultatem habentem neutiquam præciſe ad rem tradendam cogi poſſe ſed ſoluẽdo intereſſe liberari de veriori, & magis communi, idem Ioſeph. Ludou. vbi ſupra concluſio 72. col. 2. verſ. verior tamen aſſeuerat, quem in tota dicta concluſ. hoc plene declarãtem inſpectum omnino facias, attamen renũciationem, & promiſsionem de renunciando tam in cõtractibus quam in vltimis voluntatibus differre, quam pluribus relatis in deciſ. 3. nu. 1. & 2. Boer. affirmat, eo loci, niſi ſtipulatione mediante, & iuramento vallata, & corroborata ſtipulatio videretur, quo caſu ac ſi realiter, & actualiter renunciatio de præſenti facta fuiſſet promiſsionẽ, & pactum de renunciando operari, ex Baldo in l. pactum dotali 18 quæſt. C. de collat. & alijs, idẽ Seraph in ſupracit. priuil. 23. nu. 12. cum ſeqq. alios plures recenſens aſſeuerat, quem & Boerium in tota dicta 3. deciſ. inſpicias, & præſertim in nu. 16. conuentionem inter vxoris patrẽ, & ipſius generum de ipſa poſtquam eandẽ ad domum ſuam vir duxerit renunciare faciendo paternæ hæreditati continentem, ex text. in l. 1. C. ſi in communi eademque cauſa, & in l. inter ſtipulantẽ in princ. ff. de verbor. obliga. poſtquã prius non renunciauerat, neque ratificauerat nullam, & inualidã cenſeri, nec marito promittenti nocere, & ita per Budegalenſ. Senatũ pronunciatum extitiſſe concludentem.

210 Renũciationes enim eſſe ſtricti iuris ac ſtricte eas interpretari, ac in eis non venire niſi expreſſa tex. probat, & ibi ſcribentes in l ſi domus ff. de ſeruitut. Vrban. præd Roman in conſ. 168. Dec. conſ. 379 & conſ 618. Gratus lib. 1. reſponſo. 17. nu. 46. Crauetta cõſ. 42. nu. 2. & conſ 442. nu. 6. & 7. vbi late & Rota in deciſionibus diuerſor. nouiſſ. deciſ. 0. par. 2. imò renunciationem à filia patri factã in dubio fauore filiorũ extantium factã præſumi ipſamque propterea fratribus patre viuente decedentibus non nocere quaſi renunciationis cauſa ceſſante ceſſare non abſimiliter renunciatio ipſa deberet Dec. in cõſil. 370. in ſine inquit conſ. 183. nu. 4. conſ. 433. in princ. & conſ. 553. circa fin. Corn conſ. 98. nume. 9. lib. 2. Crauetta in conſilijs proxime relatis quibus, & alijs poſt Baldum in prænotata l. pactum dotali quæſt. 4. C. de collat. per Becciũ in conſ. 74. cumulatis hanc, ex Bertrando in cõſil. 60. & conſ. 133 col. 1. lib. 1. communem eſſe enarrat ſcribentium opinionem, imò vbi in manibus patris filia renunciaſſet matris hæreditati auiæ patruorum, ſiue aliorum tũc abſentium inualidam eſſe renunciationem, etiam quod illa iuramento vallata videatur in dicto tract. de priuil. iuram. priuil. 21. num. 36. Seraphin. aſſeuerat pactum de tertij hæreditate quantumuis iuratum inualidum cenſeri hanc communem

hanc

hanc eſſe concludens ſcribentium opin. quantumuis ipſe contrariam opin. eſſe exiſtimet veriorem,& ſuſtineat,vtque valida ſit in prænotatis caſibus renũciario expreſſum illius, de cuius hæreditate agitur conſenſum requiri, contra Imolam in conſ.1.col.3.in prin.& cõtra Capellam Tholoſanam in q.458.pactum de ſuccedendo eo de cuius hæreditate agitur quamuis non conſentiente valere cõtendentes magis turã eſſe,& magis communem opinionem in prænotato conſ.242.circa fin. verſ.contrariũ tamen,Crauetta,quem inſpicias clare fatetur, ac renunciationem hanc ab inteſtato ſolummodo ſuas vires extendere, non autem ex teſtamento,cuius virtute filiæ,quæ renũcianit pacto iurato de nõ ſuccedendo non obſtante ſuccedere, ac quæcũque,ſibi ex teſtamẽto relicta,obtinere quod permittatur,Baldo in præcitata l.pactum dotali in 3.quæſt.C.de collat.relato, & alijs in ſupracita. tract.de priuil.iuram priuil.20.num.21 Seraph. hoc fatetur,ac ex Bartolo, & alijs in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verb. oblig.communem hanc eſſe exponit ſcribentium opin. ibidẽ in nu.22.idem ſtante ſtatuto obſeruandum eſſe dicens fœminas à ſucceſsione excludi diſponẽte non intelligi eas cõdito teſtamẽto excluſas, ac ex illo eis ſuccedere,quod liceat aſſeuerat.

211 Sicut pariter,vbi ſtatutum fęminas dotatas propter maſculos excluderet ab hæreditate dotãtis,nõ autem alterius tertij, qui nullatenus dotem præſtitit excluſas cenſeri poſt Bal. in l.1. C.de legit.hæred.in conſ.73.& conſ.143. vol.1. Corn affirmat. Rurſus in conſ.125.in princ. & conſ.48. col.2. vol.2.vbi communem hanc eſſe fatetur ſcribentium opin.niſi in conſ.123.& cõſil.41.vol.4. declarans ſtatutum aliter diſponeret,veluti quod mulier ab alterius etiam hęreditate non dotantis ſolum excludatur, quale in Clanciani oppido,extare Corn.aſſerit,& in præcitato priuil.20.nu.27.præfatorum memor Seraph.in eodem num.in fine, & in num. præced, idem in pacto, & renunciatione intelligendum eſſe declarans,quodque ſi patris hæreditas, cui per pactum de non ſuccedendo renunciatum extitit ad tertium deinde veluti ad renũciantis fratrem,ſiue auum peruenerit hæreditatem illã quæ fuit patris renunciatione non obſtante, quantumuis iuramento roborata petere renũciantem neutiquam prohiberi, eodem loci Seraph.num.23.illa ratione quia non dicitur amplius patris hęreditas,ſed illius tertij,qui primo patri ſucceſsit,ex Romano in cõſ.168.affirmat, in primo dub.ex Guidone Pap.in deciſ.192.in fine in deciſ.231.& 261. ex Decio in l. quoties duplici iure,& in l.hæreditas ad fin.ff.de reg.iuris in conſ.311.& conſ.230. Gozadino in conſ. 9.num.60 eodem Romano in conſ.40.Socino iun.in conſ.65.num.80.volum.1 & alijs aſſeuerat,idem Iaſ.poſt alios in l.3.§ veteres, ff.de acquir.poſſeſſ.nume.20.affirmat,& nume.21. vbi communem hanc eſſe inquit ſcribentium opinionem, eandemque magis communem in deciſ.188.nu.12.lib.1. Viuius affirmat.

212 Principis itidem beneficium quamuis lariſſime interpretandum eſſe tex.doceat in l. fin.ff. de conſtit.Princip.vbi Iaſ.nume.2.communem hanc eſſe teſtatur ſcribentium opinionem, & cõcordat tex.in c.cum dilecti extra de donar. attamen contra Principem ipſum concedentẽ hoc procedere,ſecus vbi tertii præiudicium, vel iniuriam beneficium concerneret,quo caſu ne terrio damnũ inferat, vel iniuriam eſſe ſtrictiſsime interpretandum, vbi ſupra Idem Iaſ. inquit num.19.poſt gloſ.in eadem l.fin.& poſt Bal.ibidem illud aſſerentem non eſſe credendum, nec exiſtimandum, Principem beneficium concedẽtem altare vnum iuxta text.in l.aſsiduis C. qui pot.in pign. hab.& in c. quamuis de reſcript. in 6.cooperire velle,vt aliud diſcooperiatur notat hoc, Bal. per illum textum in l.fina.§. ſed ſi quis col.3.C.communia de legat.& in tit. de pace Conſtant.in verbo amplius conſueuit, nume.2. & Bar.in præcit.l.aſsiduis, §. exceptio in tertio notab.eſt tex in id pulcher in c.deniq; 13.q.5.ſi vni ſubueniri non poteſt,niſi alter lædatur neutri ſubueniendũ eſſe dictans,per Lucam de Pen. in l.actores,in fin de exact.tribut lib.10.notata conferunt, & per Abbatem in conſ.55. colum. penul.vol.2.ſtatutum tollens ius vni,& dans alteri non valere concludentem, quorum in deciſ.Pedemont.58.nu.10. verſ.4. pro hac opin.& nu ſeq.Cacher.meminit.

213 Ac ex Baldo in l.1.col 1.ff.de conſtit.Princip. in prænotata l fi. Iaſ.nu.20 in prin.eo.tit ſi Princeps dat aliquid, vel confirmat illud ſemper ſaluo iure tertij eſſe inquit intelligendum,& plene Gail.in ſuis pract. obſeruat. obſeruat.31. nu.6. lib.1.immo nullã,& inualidam cenſeri cõfirmationem in ea,vel in præcibus iuris tertii non facta mentione,ex Ancharano in conſ.10.per tex. in c.cum noſtris,vbi Abb nu.7.de cõceſſ. præb. & in c.noſtra num.32.de reſcript. Alexandro in conſ.70.in fine volum. 3. & Decio in conſ. 689. nume.16.idem, Cacheran.in decis.139.fatetur num.19.in fine,& num.20.vbi ex Iacobo, à ſancto Georgio in ſua inueſtitura in verbo, & cum pacto nume.6. clauſulam illam ſaluo iure tertii conditionalem facere contractum, necnon ex Afflicto in tit.per quos fiat inueſt.col.2.in fin.& aliis in locis ibi relatis, ex Baldo in præfata l.1. in prin.ff.de conſtit.Princip.Decio in conſ.185. nu.9.circa fin.& in conſ.286.nu.8 Iaſon. in cõſ. 24.nu.5.vol.3.& Pariſio in conſ.23 num 143 & ſeq.vol 1.late differentibus clauſulam hanc etiã ſi non exprimatur ſubintelligi ſubnectit, idque etiam vbi pupillo,vel minori à Principe beneficium concederetur procedere, ac ſine tertii pręiudicio illud adhuc intelligi.ex tex.quem nota. dicit in l.impuberi,ff.de adminiſtr.iutor.& Bartolo ita per textum illum dicẽte,in l. idemque in princ.

in princ.ff. qui pot.in pign. hab. in prænotata l. num 20.circa fin. Iaſ.affirmat.

214 Quodque tertij ius.de quo non eſt facta mẽtio,neque ſtante clauſula de plenitudine poteſtatis,neq; clauſula motu proprio,neq; ex certa ſcientia ſublatum cenſeatur in conſ.241.nu.20. & ſeq.Crauet. latiſsime diſcurrit per totum dictum conſ.omnino inſpiciendus,& ſignãter nu. 10.cũ ſeqq. poſt plures ibi relatos, ex huiuſmodi clauſulis,nullatenus tertij ius ſublatum cenſeri concludens,& hanc magis cõem eſſe ſcribẽtium opin.in tract.comm.concluſ.lib 6.in titu. de clauſul.concluſ.2.Gabr.inſpicias,& in 1.cõcluſ.de clauſula ex certa ſcientia tam partium, quam tertij reſpectu plene differentem, & quoad clauſulam pro expreſsis habentes,neque illã in tertij præiudicium operari,ibidẽ Gabriel.affirmat concluſ.5. clauſulamque ex certa ſcientia nihil in tertij detrimentum operari, ex Gozadino in conſ.9.nu.42.Socin iun.in conſil.77. num.126.lib.1.ex Pariſio in conſ 1.nu.81.& 84. & conſ.11.num 121.lib.1.Gramm in deciſ. 104. nu.1.2.& 3.& alijs,idẽ Cacher.in prænotata deciſ.139.nu.19 clare fatetur,& ideo in præcit.cõſil.241.Crauet.nũ.12.verſ. aduertendum eſt aũt non licere Principi,neque cũ clauſula de plenitudine poteſtatis ſpurium in agnati præiudiciũ legitimare pluribus hoc differentibus, vſque ad numerum decimumtertium relatis communem hanc eſſe ſuſtinet ſcribentium opinionem, & in eodem conſil. circa finem verſic. etſi dicas prænotatas clauſulas nihil operari eſſe inquit potius tolerandum, quam iuri tertij derogare, quod Princeps voluerit præſumere gloſa per ipſum relata, Bartolo, & alijs ſcribentibus in l. finali,§ in computatione in gloſa magna ad finẽ, C.de iur. deliberand.Corneo in conſil.175. columna ſecunda poſt medium libro tertio, Iaſo. in l cauſas columna fina. C de tranſaction & in l. properandum,§. fina ſin autem alterutra, C. de iudic.& alijs pluribus apud ipſum inſpiciendis, idem de clauſula non obſtante in prænotata l fina. numero vigeſimoprimo ff de conſtitu. Princip. Iaſon affirmat, ex Compoſtel. Ioann. Andr. & alijs in capit.cauſam quæ de reſcript. ſi Papa dicens beneficium alicui conferet eccleſiaſticũ clauſula in literis appoſita collatione alteri facta non obſtante de collatione inualida hoc intelligi aſſerit, non autem de ea, quæ valida ſit valde notab iſtud ac Alexand.in pluribus conſil.ibi relatis ſequi explicans, niſi ibidem Iaſ.declarans in nume. 23. tertij damno,& præiudicio non obſtante,ad textum in l ſecunda,§. merito,& §.ſi quid à Principe,ff. nequid in loco publ. Princeps concederet,ex Caſtrenſe ſubdẽs in l.Titius per illũ tex ff.delib.& poſth.& Cæpolla in tract.de ſeruit.ruſtic præd.in tit. de aquæductu clauſulã in hoc caſu in tertij præiudiciũ ſufficere generalẽ quamuis nominatim tertius non exprimatur, idem in prænotato conſ. 241. nu.20.verſ.2.poſſet reſponderi, Crauetta ſentit hanc poſt plures relatos,ex Corneo in conſ.185. col.2.lib.2.& in conſ.67.col.pen.lib.3.magis cõmunem eſſe enarrans ſcribentium opin. quod iterum vbi ſupra num.24.per Iaſ.declaratur,eo ſcilicet caſu,Principis verba expreſſe Principem cum tertij præiudicio concedere continentia effectum ſortiri, & operari,vbi paruum eſſet illius tertij præiudicium,ſecus ſi magnũ,quodq; vbi de graui præiudicio ageretur clauſula illa ſpecialis non obſtantibus neutiquam ſufficiat, ſed clauſulam requiri ſingularem, ex Decio in conſ.163.col.fi.& in conſ.163 col.pen. ad ſi cuius ſententiam in his terminis procedere,& intelligẽdam eſſe magis communem Crauetta in præcit.conſ.241.nũ.20.d verſ.2. poſſet reſponderi,& verſ.3.igitur reſpondeo eſſe teſtatur ſcribentium opin quem & Menoch.in tract.de præſumpt.lib 2.præſumpt.9.alios referentẽ, & plura circa id explicantem,necnon articulum hũc, quando Princeps tertio præiudicare voluiſſe præſumatur late diſcutiẽtem inſpicere nõ omittas,& quatenus ad clauſulam attinet appellatione remota,& ad aliam recuſatione remota,neq; illas in tertij damnum & detrimentum ſuas vires extendere ſupra plene cap 2. vt ibi videre licet adnotauimus.

215 Et quamuis pro delegato nõ præſumi quoad ſuæ iuriſdictionis fundamentum, niſi mandato delegationis exhibito,Guid. Pap.in quæſt. 322.explicet Alex.conſ.6 col.2.lib.4.Dec.conſ. 214.col.2.Crauet.in conſ.319.in fi.Vant.in trac. de nullit.in tit.de nullit.ex defect.iuriſd.nu.28. fol.84.& Menoch.qui cõmunem hanc poſt doctores in l.vnica C.de mand.princ.in conſ.100. nu.10.lib.1.eſſe teſtatur ſcribentium opin attamen eodem loci nu.77.& ſeq. delegatum in dignitate poſitum maxime cum vir eſt probatæ vitæ nulla ſuæ delegationis fide facta in cauſa procedere poſſe ex gl.in quit in c. nobiliſsimus 97. diſtinction.ex illo textu in capitulo cum olim il primo de priuileg. & in capitulo aliam de re iudicata in ſexto, ex Romano in conſil. 59. numero ſexto, Alexandro in conſil. 106.nume. 19. libro ſecundo, & alijs hanc magis communem eſſe dicens ſcribentium opinionem, Cardinali propterea aliquid ſibi à Papa viuæ vocis oraculo commiſſum eſſe aſſerenti credi ſubdens, & hanc quoque magis receptam eſſe enarrans ſcribentium opinionem, & quamuis eo caſu de tertij ageretur præiudicio hoc limitari concludat,neque illi tunc credendum eſſe explicet, ex Pariſio nihilominus in conſil 99.numero nono, libro qua toto caſu iſtud ſibi locum vendicare declarat,quoties ius illius tertij abſolute auferretur, alias ſecus quem inſpicias, & Gabrielum latius prænotata declarantem in tractatu communium concluſionum lib. primo, in tit. de probat.concluſ.3.per totũ ex his igitur huic primæ parti præſentis tractatus finẽ imponẽdo

Deo

Deo optimo Maximo Altiſsimo quas maiores referre licet gratias agimus, quod ita ipſo auſpice à nobis cœptis vigilijſque noſtris qualeſcunque illæ ſint, aliquem vt finem tangerent, an nuere dignitatis eſt, Teque Chriſtiane lector rogare non prætercam ne detrahendi, aut contēnendi ſtudio quæ tibi veluti floſculos legenda appoſuimus inſpicias, ſed amore impulſus diligenter legas, & ſi quid in eo, quod quidem eueniſſe libenter fateor, aut inconditum, aut parū perfecte ſcriptum inueneris id tua doctriua ſuppleas, emendes, atque corrigas, nō enim omnia tribuit, præcepta tradit, ſed ex dictis ad ſimilitudinem non dicta intelligenda ſupponit, vt ſcite, & erudite, in fine ſui tractatus de coniect. vlt. volunt. Scientiſsimus Card. Mantica nu. 41. inquit verſ. & hæc quidem, atque vt in adagio eſt nemo ſolus ſapit, imò nec omnia poſſumus omnes, ſi quid autem fructus ex eis, & vtilitatis capies immortali cunctarū rerum creatori, ſummiſque illis patribus maioribus noſtris, qui ſuos labores nobis relinquerunt, gratias agas, illudque ſaltem nobis tribuas, quod alijs altioris ingenii, & lucidioris doctrinæ, quæ non parum ſcire retulimus corrigēdi, ac ingenii radios exercendi occaſionem præſtiterimus in omnibus, Sanctę Matris Eccleſię, ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ correctione præmiſſa, & reſeruata a cuius dogmatibus nunquam me receſſurum, aut in aliquo recedere voluiſſe profiteor, imò ſi quid à nobis dictū ſcriptūve appareret, quod orthodoxæ fidei, ac ſanctorum patrū decretis aduerſetur, aut in alio repugnet, nec dictum illud, neque ſcriptum, caſumque irritum deletum, ac inopinatū à nobis eſſe volumus, & quia quot ſint ſuſpicionum cauſæ præcipue in hac tractatione quæri ſolet interim amice lector Card. Alex. in c. poſtremo & ibi Franchum de appell. & in c. cū ſpeciali eod. tit perquiras, Lanfrancum de Oriano in c. quoniam contra verbo recuſationes nu. 9. de probat. Bertach. in tract. de epiſcop. par 4. num. 30. Marantam in praxi iud. verbo appellatio a nu. 27. vſque ad nu. 73. Aufrerium in tract. de recuſat. per totum, & nouiſsime Caualcanū in deciſ. Finiz. 72. alias 28. poſt nu. 114. illas alphabetico ordine explicantem, & alios referentem quos cunctas fere ſuſpicionum cauſas enumerantes, quoties opus erit inſpicere ne pœniteat, illiſque aduerſus detractores, & maleuolos expoſitis verſiculis librum Claudo.

Curandum eſt ſemper placeas, doctiſque boniſque
Summa quidem laus eſt diſplicuiſſe malis.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb.

Omnes ſunt Quaterniones præter Bb, Quod ſunt Ternio.

Index per ſe patet.

VENETIIS, Apud Georgium Variſcum. M DCVII.

Digitized by Google